13 ver.sign.& not.in c.1.j.de iniu.†Quid autẽ si reus habet domicilium habitationis in duobus locis quod esse põt ut in l.assumptio.§. iurisprudentibus.ff.ad munici. & sicut contingit in dominis temporalibus habentibus plura castra & loca in diuersis diœcesibus,& quandoque in vno, & quandoque in alio habitantibus.Host.& Io.An.d.c.nonnulli,super verbo possit, concludit ꝙ in realibus conuenietur a finibus diocesis vbi est res. Sed in personali in domicilio principali vbi plus cõuersat̃,uel vbi est caput dignitatis, & si hoc non apparet inspicitur locus ꝯctus:& ita residet hic Pe.de Anc. ꝙ procedit qñ intra eius domicilia ꝯxit,secus si extra per no.s.aliàs autem si domicilia habitationis essent ęque principalia poterit quis trahi per vnam dietam a fine cuiuslibet diœcesis prædictorum domiciliorum secundũ Imo.in d.c.nonnulli,& vide quod no.j.§. proximo in
14 vlti.no.& s.per gl.in ver.eiusdem.†In gl.in ver.saltem. in prin. tene menti ex gl.primo de ista dictione saltem,quia eius natura est subsidiaria, vt sic deficientibus alijs remedijs recurratur vltimo loco ad illud cui iungitur dictio saltem,secundũ Dom. Secundo no.ex gl.ꝙ probatio per iuramentũ dicitur esse subsidiaria & debet admitti qñ aliter probari nõ posset vt hic in gl. Sed an contra tale iuramentum admittatur probatio in ꝯriũ. Io.An.hic ꝙ sic de quo hic per eum & in addi. Spe.in ti.de offi. iudi.§.fi.vers.6.quæren.sed Do.hic refert Rotam in decis.92.& 441.tenere contrarium,refert etiam hic Io.Cal.distinguentem an iuramentum sit delatum reo sciente & excipiente, & sibi non nocet, secus si eo tacente,vt hic per eum. Quid autem si actor & reus simul concurrant quia actor velit probare per iuramentum,reus vero ꝯrium per alias probationes ꝙ vterq; debebit admitti,& quod ille obtinebit qui melius probat vt.s.de renun. super hoc,secundũ Do. tu dicas ꝙ si reus velit alio mõ probare quia per iuramentũ ipse dẽt proferre vt est text. in c. ad nostram.supra de proba.immo probatur ibi quòd nõ debet tunc admitti probatio subsidiaria per iuramentum, & ex hoc videretur indistincte tenere id quod dixit supra Ioan. And. scilicet quòd possit contra tale iuramentum probari contrarium sicut in simili per glo.no.hoc determinat Bal.in d.l.1.C.de reb. credi. In statuto quod de damnis datis credatur iuramento dãnum passi quod poterit probari contra tale iuramentum, de quo etiam per eum.in l.contra negantem.ff.ad l.Aquil.& vide per glo.in ver.affectatę.in c.2.j.de tempo.ordi.& per Innoc.&
15 Ioan.And.in c.quia propter.§.illud.supra de elec.†In gl.in ver.
c proprium iuramentum,in prin.vult gl.no.ꝙ iuramentum [c] dicatur legitima probatio,& idem voluit gl.in fi.c.pastoralis,hic alleg.licet glo.ordi.in c.fi.ff.quod metus causa,voluerit contrarium dicens quòd vbicunque requiritur legitima probatio nõ admittatur probatio per iuramentum.In gl.in vers.in causa,in fi. aduerte quia iudex in causa principali non debet procedere etiam citando vt dicit Ioan. Andr. hic antequam fiat prędicta probatio,& si fieret dicta probatio per testes esset hic casus in quo fit probatio iudici per testes absq; citatione partis, & hoc ideo quia fit ad prorogationem iurisdictionis secundum no.in c.fi.supra qui ma.accu.pos.& per Barto.in l.ait prætor. §. si debitorem.ff.quæ in fraud.credito.& per Bar.in l.sed si hac.§.prætor.ff.de in ius vocan.Et hanc glo.inducit hic Domi.ad statuta dicentia quòd in causa nõ procedatur, nam non dicitur iudex procedere licet absoluat partes ab obseruatione iudicij vel cõdemnet partem in expensis,& eas taxat vt hic in glo.

ADDITIONES.

a Celsus. Locus sibi non tutus. Adde quando dicatur locus nõ tutus. vide per Barba.consi.37.incip.prope est,in 3.col. in 4. volu. Nicol.Supe. Adde melius per Panor.c.cum R.de off.dele. & c. accedens.el 2.vt li.non contest. Card. in clem.j.q.21.de fo.compe.& in cle.2.§.notorium.de re iud.
Vinc.G. Locus tutus, quis dicatur,ponit Catal. de Buoncomp. in tracta. de pot. Pap.nu.49.quod habetur in lib.10.tract.fol.144.
b Celsus. Vt fiat computatio a diœcesi domicilij. Adde Bar.in l.1.ff.si quis cautio.Bar.Ce.in l.in itinere.q.8.ff.de verb.signifi. Panor. c.dilectus filius. nu.3. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in versi.computatio dietarum.eo. tit. de rescrip.in auth.& Alex.consi.22.col.1.in fi.volu.4.
c Celsus. Iuramentum dicitur.Adde Fely.in rub.de proba. in 3. col. ver. in anti.Nico.Supe. Adde Lanfran.de Oria.in c. quoniam contra.§.testium depositiones.nu.24.ver. attendite tamen,de proba.
Vinc.G. Adde ꝙ iuramentum regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur.Ruyn.consi.16.nu.14.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui eligitur a parte licet non possit recusari: fallit tamen ex noua causa &c. nu. 2.*
3 *An dispositio huius tex. locum habeat in causa appellationis.*

Versi. cum autem. Non debet actor contra reum diuersæ ciuitatis impetrare delegatum in propria diœcesi,sed ipsius rei vel in alia, non tamen distante per vnam dietam. hoc dicit vsque ad.§. in nullo. Nota primo iuncta glos. in versicu. recuset.quod sicut impetratio iudicis delegati spectat ad actorem secundùm no.in

no.in c.si quis ɔ.s.de fo.cõpe.& j.in glo.in ver.recuset. ita & si
reus hẽt plures iudices ordinarios,electio spectat ad ipsũ acto
rẽ,& põt eligere quẽ vult.facit l.cum clericis.C.de epi.& cler.
est tñ dñia inter ordinariũ & deleg. quia si actor vult agere te-
netur necessario adire vnũ ordinariũ iudicẽ ipsius rei, vt in ca.
cũ sit.s.de fo. cõpe. sed si vult impetrare non cogitur impetra-
re iudicẽ ordinariũ ipsius rei,sed pt aliũ,prout hic dr per Imo.
in d.c.dilectus.el 2.s.e. in pe.col. in prin. Scđo no.ꝙ si actor &
reus sunt diuersæ ciuitatis , & dięcesis põt actor impetrare in
alia ciuitate,vel dięcesi,dummõ non distet vltra dietam a fine
dięcesis ipsius rei.ẽt si non sit eadẽ prouincia ſm Arch. Idẽ te-
net Cõpostel.& Io.An.in c.nonnulli.extra eo.& in c.fi.s. de iu
di.Sed Host.in d.c.fi.cũ quo transit d.Ant. in d.c.nonnulli.te-
net in hoc ɔrium.& idẽ Imo.hic dicens, ꝙ non corriguntur iu
ra antiqua dicentia,ꝙ non posit quis trahi extra prouinciã, &
iõ de rigore iuris hæc opi. esset verior, ſm Imo.in d.c.nõnulli.
in 7.col.dicit tñ esse menti tenen.dictũ Io. An.volentis ɔrium.
& idẽ voluit Arch.3.q.6.neminẽ.& Do.hic.pro quo facit verbũ
1 libere,de quo hic in tex. & ita ẽt transit hic Pe.de Anc.† In gl.
in ver.recuset.in fi.no.quia licet nõ possit quis recusare iudicẽ
quẽ elegit,vt in auth.offeratur.C.de li.ɔtest.tñ fallit,nisi ex no
ua cã vel ex antiqua de nouo ꝓueniẽte ad notitiã, vt hic in gl.
licet gl. dixerit ɔrium , & malè in auth.habita. in ver.optime.
ne filius pro patre,& idẽ qđ glo. hic.dicit Bal. hic de ɔsultore,
vel arbitro electo,vt l.non distinguemus.§.cũ quidã. ff.de arb.
quod no.In glo.j. in ver.traxerit. in fi. vide qđ dicet.j.§.proxi.
2 † In gl.in ver.dietã,in fi.idẽ Arch.& Ioã. An.& dẽt in tali dieta
ɔsiderari non solũ ɔsuetudo loci,sed ẽt qualitas , & ętas perso-
nę,& ɔputatur hæc dieta a fine ciuitatis, uel dięcesis ipsius rei,
vt s.§.proxi.& d.c. nõnulli.& istud fuit ęquũ,quia per totã dię-
cesim reus non vr grauari,cũ & ibi corã ordinario possit trahi
vt in c.cũ eps.j.de off.ord.fit ergo cõputatio a fi.dięcesis etiam
in ea parte quæ magis distaret a ciuitate , vel habitatione rei,
licèt fortè a fine habitationis suę essent plures dietę,vt hic per
Pe.de Anch.& per Io.An.in d.c.nonnulli.& in eius mensura-
tione dẽt ɔsiderari via cõior vsitatior & frequentior ſm Io.An.
in c.olim.s.de excep.vbi ponit ꝗd qñ vię per aquã,uel per ter-
rã diuersimode distant,de quibus ẽt uide per gl. no. in d. c.nõ-
3 nulli.& ibi per Doc.† In glo.in uer.remotus.in fi.no.gl.& idẽ
sequuntur hic Doct.Sed an dispõ huius tex. locũ hẽat in cã ap
pellationis.Io.An.hic ɔcludit qđ si actor,& reus sunt eiusdem
dięcesis,locus qui est cõpetens in cã principali erit in cã appel
lationis.vñ dẽt cã appellationis in eodẽ loco cõmitti, & ita est
tenen.per no.s.§.proxi.& ita Doct.sequuntur,quicquid hic alr
distinguat Lap. Si uerò sunt de diuersis dięcesibus , & apellet
actor,erit idem,quia dẽt reus trahi in cã appellationis,sicut in
cã principali cũ actor sequatur forũ rei , siue corã ordinario,si-
ue iudicẽ delegatum impetrare velit , ut in tex. Sed si appellet
reus,dicit Io.An.se audiuisse, ꝙ curia dat iudices in eodẽ loco,
ita ꝙ eiusdẽ rei originalis habeatur rõ in cã appellationis sicut
in cã principali.facit qđ no.Ioã. An.in d.c. nonnulli. in ver.ne
quis.& facit j.de offi.ordi.vt litigantes. ex quo infert hic Ioan.
An. qđ si cã esset bñficialis vel talis quę per appellationẽ esset
in curia ibi tractabit vel cõmittet in loco,vñ delata est ꝑ ꝑ æq-
tatẽ illius c.ſm Io.An.& alios Doct.hic,ex quo infert Imo.hic
qđ licèt ipse appellans qñq; dicat actor , non tñ quo ad oĩa , vt
hic patet,& no.in c.in ꝑsentia.s.de renũ.& in l.hi qui. C.de ap
pel.& per gl.in l.per hanc.C.de tẽp.appel. Et refert hic Pet.de
Anc.Io.An.alibi tenentẽ,idẽ esse dicendũ in cã recõuentionis,
ꝗa si Mediolanensis ɔuẽtus Mediolani ꝑ lrãs apostolicas a Bo
noniensi poterit eũ ibidẽ recõuenire, nec obijcere poterit Bo
noniensis,qđ non possit extra suã dięcesim cõueniri, & sit rõ,
ꝗa illũ iudicẽ elegit, ergo eius iudiciũ in cã recõuẽtionis decli
nare non potest,vt l.cum Pap.C.de sententijs. Et eadem esset
ratio in Veneto appellato Bononiæ in causa in qua fuit actor,
ut ibidem debeat respondere postquàm ibi in principali cau-
sa reum traxit.& illum locum elegit secundum Pet. de Anch.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus non potest cognoscere de causa delegata extra locum sibi desi-
gnatum sine expresso partium consensu.*
2 *Qualitas requisita in delegato respectu personarum , uel loci, requiritur
etiam in eius subdelegato.nu.3.*
4 *Delegatus Papæ licet poßit extra locum cognoscere de partium consensu,
an tamen poßit ibidem delegare alijs personis quàm expreßis.*
5 *Partes non poßunt conuenire inuito iudice ut in alium , locum citentur.*
6 *Capi. Statutum. §.in nullo quoque, an habeat locũ in meris executoribus.*

In nullo quoque. Non pt delegatus citare seu de
cã cognoscere extra locũ com-
missionis sine expsso ɔsensu partiũ,nec subdelegare in locis,
1 uel ꝑsonis alijs quã hic expssis.h.d. vsq; ad §.insu ꝑ. † No.j.ibi
ꝑdictorum,iuncta glo.quia oẽs casus cõprehẽdunt, ex quo in-
fert hic Io.An.ꝙ si ille qui ꝑ ꝑ timorẽ aduersarij impetrauit ex
tra locũ sibi & reo cõem, si mõ dicit timorẽ cessasse per recõci
liationẽ,uel aliter petat qđ iudex ꝓcedat in loco cõi , ꝙ iudex
nõ poterit,nisi & aduersari⁹ expsse ɔsentiat. agat ergo talis co-
rã ordinario, si non vult agere in loco quẽ elegit,uel impetret
aliud rescri.ſm Io.An.Et idẽ đt Io.An.s.§. ꝓxi. esse in casu eɔ,
ꝗa lz si post ĩpetratũ & pñtatũ rescriptũ sine ipsius fraude suꝑ-
ueniret timor aduersarij non posset actor petere , ꝙ delegatus
subdelegaret extra illũ locũ, nisi de expsso ɔsensu ꝑtiũ , ut hic
2 in tex.ſm Io.An.† Scđo no. ꝙ qualitas reꝗsita ĩ delegato respe
ctu ꝑsonę vel loci requirit ẽt in eius subdelegato,ex quo tene
mẽti, ꝙ ille ꝗ subrogat dẽt esse eiusdẽ qualitatis & ɔdõnis cui⁹
ẽ.subrogãs, & sic allegat iste tex.ꝙ ꝗ nõ fuisset idone⁹ a princi
pio tꝑe delegationis nõ pt subrogari,vt hic dr. facit l. ꝑabola-
ni.& ibi no.ꝑ Bal.C.de epi.& cle.& sic facit ꝙ eps ad quẽ ẽ de-
uoluta electio dẽat de illis ꝑsonis eligere de ꝗb. debebãt ele-
ctores de quo ꝑ gl.in ver.monasteriorũ,ĩ cle.j.j.de sup. neg.pl.
& ꝑ Io.An.ĩ reg.ɔ.eũ.j.e.li.in mercuria.Quęrit an delegat⁹ exi
stens extra dięcesim possit committere seu subdelegare intra
dięcesim vices suas. & ɔsidera, ꝙ aut ipsi delegato nondũ erat
facta præsentatio rescripti intra diœcesim , seu locum cõmis-
sionis,& extra fieri non possit,quia præsentatio rescripti,& ac
ceptatio vr esse de actis,& esse quid iurisdõnis, ergo extra ter-
ritorium fieri non põt.facit qđ no.in c. ꝗuis. in glo.& in c.si a
subdelegato.j.de off. dele. eo.li. sed si erat sibi facta ꝑsentatio,
tunc licet existat extra dięcesim , uel locũ cõmissionis non vr
qđ sit prohibitũ subdelegare in loco cõmissionis,ꝗa hoc non
ꝓhibetur hic,& ita vr tenere Io.An.in c.si is cui.j.de offi.dele.
& ibi Do.dum alle.c.nouit.s.de offi.le.& uide ibi dicta.& in l.
fi.ff.de offi.ꝑfe.vr.& in l.obseruare.in fi.ff.de offi.ꝓcon.in ꝗb.
ꝓbatur dicta distinctio.Itẽ subdelegare nõ vr , qđ fieri possit,
nisi in uirtute iurisdõnis,ut per Arch.& Doc.in d.c.si a subde-
3 legato.uide Bal.in l.aliqñ.ff.de offi.ꝓcon.†Vltimo no.ibi qũo-
libet , ꝙ delegatus Papæ possit extra locũ deputatũ de expsso
cõsensu partiũ cognoscere , non tñ posset ibi subdelegare uel
alijs personis ꝗ hic expssis ẽt de expsso ɔsensu partiũ , cũ tm s.
fecerit exceptionẽ, quo ad citationẽ & cognitionẽ, ſm Io. An.
ex quo concludit hic Lap. ꝙ de cõsensu partiũ nõ possit de cã
cognosci in loco nõ insigni ẽt si ibi esset copia ꝑitorũ cũ ista
duo simul reꝗrãt,vt s.ĩ pri. & ɔsensus ꝑtiũ nõ pt ɔpari nisi tm
ĩ casib.hic expssis. & ita tenuit Io.An.ĩ addi. Spe.ĩ ti.2.§.excipi
4 pt.ver.itẽ qđ nõ ẽ ɔstitut⁹,& ita seꝗt hic Do.& Pe.de Anc.† In
gl.in ver.deputat⁹,in prin.reꝗrunt ergo duo ad hoc,vt delega-
tus possit citare.s.vt nõ exeat locũ in quo facta est cõmissio,de
quo in scđo ꝙ ille loc⁹ nõ distet ultra unã dietã.& tertio reꝗrit
ꝙ loc⁹ sit signis, vt s.in §. nec audiant,ſm Io.An.dicẽtẽ qđ si lo
cus,vbi hęc tria ɔcurrũt nõ posset hẽri,dẽt hoc nũciari Papæ ꝗ
ꝓuidebit hoc expsso in rescripto.In e.gl.in fi.uide no.s.ꝑ gl.in
ver.ciuitatib.& ꝑ do.Nic.c.fi.s.de rerũ ꝑmu.ĩ prin.& ĩ c.olim.
s.de exce.circa fi.& in c.nõnulli.s.e.2.col.& tex.in c.fi.de iudi.
iũcto suprascripto.& ibi Panor.an delegatus dẽat esse de eadẽ
dięcesi.intellige qñ vellet se cõferre mutata dięcesi in qua erat
deputatus,als secus esset puta si dięcesis esset magna,quia licèt
locus ɔmissionis esset,ultra unã dietã,tñ posset se appropinqua
re in dięcesi,& ualebit iudiciũ dũmodo reũ nõ trahat,nec pro-
cedat extra dięcesim in qua deputatus est,& locus sit insignis
quo casu talis locus ubi dẽt procedi attenderet & non locus ɔ-
missionis,ut s.in §.cũ uerò.& §.cũ aũt,& per gl.s.in uer.nec au-
diant.quæ ita intelligi dẽt,& ita sequit hic Io.An.& Pe.de An-
cha.ex quo infert qđ si in casib.exceptis in d.§.cũ uerò.Perusi-
nus ɔ Perusinũ,vel in §.cũ aũt. Perusinus ɔ Florentinum impe
tret iudicem dięcesis Senensis distantis vltra vnam dietã dum-
modo iudex intra dięcesim illam & j.dietã se ɔferat,& ibi citet
partes ualebit iudicium.non ergo curat latitudo dięcesis ipsius
iudicis,sicut nec in reo ſm Io.An. & ita tenet hic Do. & d.Ni-
co. in d. c. olim . Et per prædicta concludit etiam hic Domi.
quod quando in lata dięcesi iudex est remotus ultra unam die
tã a fine dięcesis ipsius rei ex quo actor talem impetrando fuit
in culpa debebit ministrare expensas iudici factas in venien-
do & conferendo se in diœcesi prædicta ad locum.j. dietã a fi-
ne dięcesis ipsius rei ſm Do. concludentẽ ẽt ꝙ si delegatus est
datus

A D D I T I O.

a V.G.Nota ꝙ Delegatus principis cã meri & mixti imperij delegat.Ruy. cõsi.
66.n.6.li.3.& cõcurrit cũ ordinario in ꝑtãte & iurisdõne,cõsi.60.n.14.li.5.

datus in ciuitate, vel diœcesi poterit ēt inuitis litigatoribus cognoscere infra eādē in quocunque loco dummō talis locus sit insignis, vt s. in ver. nec audiatur. Et idem ſm eum si sit datus in loco insigni, & velit ad ciuitatē venire vel ad aliū locū insignē, certè poterit illud facere: tū in prędictis duobus casibus non habebit expensas, cum ex sua voluntate ꝓficiscatur, vt j. in §. insu p. secus si ex necessitate, puta si esset datus iudex prælatus ecclesiæ ruralis, q̄ velit venire ad ciuitatē, vł locū insignē eiusdē diœcesis, quia tunc habebit expensas a partibus, intellige nisi malitiosè iudex faciat, puta omittendo locū viciniorē magis aptū partibus, quo casu posset tunc cōpelli per superiorē, vt eligat locū magis idoneū ſm Do. & Pe. de Anch. hic referentē Io. Cal. idem tenere. & facit ad ꝑdicta, quod no. in c. cum eps. j. de offi. or. Sed aduerte, q̄a qñ ex necessitate, vel iusta causa iudex vult procedere in alio loco, non tñ mutata diœcesi, licèt hoc possit inuitis partibus, vt s. tñ secus vr̄ qñ ex sola voluntate. vnde non vr̄ procedere qđ dicit s. Do. qñ est deputatus iudex in loco insigni qđ possit cognoscere ī ciuitate, vel in alio loco insigni, quia imò nō pōt extra locū cōmissionis, vt hic in tex. ex quo nō subest iusta cā, vnde req̄reret expſſus cōsensus partiū, vt dr̄. j. in glo. ꝓxi. secus aūt qñ subesset iusta cā, q̄a tunc posset inuitis partibus, vt patet in exēplis supra positis. Et ad ꝑdicta vide no. per Lap. in sua allega. 121. quæ incipit, Ciuitas. & per Do. Nic. & alios Doc. in d. c. olim. & in c. fi. s. de re. permu. & ibi sing. de his. In glo. in ver. citet. in fi. idē Archi. & Ioā. An. & no. glo. pro eo qđ est dictū s. in §. cū verò. in glos. in ver. vnā dietā, in prin. & dic vt ibi. †In glo. in ver. expſſus. in fi. idem
5 Arch. & Io. An. qđ no. pro his q̄ dicta sunt. s. in §. cū vero. in gl. in ver. cōmittat. Et dicit hic Io. An. qđ inuito iudice nō possint partes ꝯuenire, vt ad aliū locū citentur, & cā agitet̄, si tñ iudex citaret videretur ꝯsentire, argu. c. ex literis. s. de trāsla. & in l. 2. §. si & iudex. ff. de iudi. qđ sine dubio procedit, qñ apparet de exꝑſſo ꝯsensu partiū, q̄a tacitus non sufficeret, & ideo si iudex delegatus fuit in certo loco deputatus, & procedit in alio partes citando, quæ litem ꝯtestant̄, & testes producant, nō valebit processus factus extra locū deputatū, q̄a talis tacitus ꝯsensus partiū non sufficeret, vt dicit hic glo. no. & ita tenet Rota in decis. 380. quæ incipit, Item si iudex, sequendo gl. no. hic. ex qua glos. no. hic Domi. ꝙ processus factus partibus non ꝯdicentibus nō validat iudiciū qñ iudex careret iurisdōne, licèt ꝓcedendo ad vlteriora videatur tacite ꝓnunciare se cōpetentē ſm gl. no. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. de quo vide s. in §. cū verò. in gl. no. in verbo, nō cōmittat. & ibi per Do. & per Rotā in d. deci.
6 in fine. †In glo. in verbo, vices suas. in fi. idem Arch. & Ioā. An. ex quibus no. ꝙ in meris executoribus, qui dantur ad vnū certū articulū sine iurisdōne nō hēt locū iste tex. nec quo ad personas, nec quo ad loca ꝑ ꝑ quæ ꝯcludit Io. An. hic, & Archi. idē esse in executoribus gratiarū, sed solū procedat iste tex. in iudicibus causarū quorū est citare & inuitos trahere. Circa personas tū executorū gratiarū dicit Io. An. qđ curia seruat quod hic dr̄ in prin. c. et vide dicta s. in prin. super glo. in versi. causę. Super quo tū ar. ex dictis Doctorū sic conclude qđ executorū quidā dantur ad vnū merū & nudū articulū sine iurisdictione, & in talibus non hēt locū iste tex. nec quo ad personas ipsorū, nec quo ad loca, vt tenet glo. hic. & s. in ver. causæ, & tenet ēt Rota in antiquis in deci. 118. vbi alleg. istam glo. ſm Do. hic. hoc etiam tenet Rota in nouis in decis. 369. quæ incipit, Itē si informat. puta si cōmittatur simplici clerico prouisio, vel inductio in possessi. alicuius beneficij. Aliqñ executores dantur ad certū articulū cū iurisdōne, ut in bñficialib. tūc q̄dam dant̄ super gratia pauperū clericorū ꝯ obligatos ad prouidendū eis in beneficijs propter ordines illis concessos ſm formā c. relatū. & c. cum ſm. s. de præben. & in talibus locū hēt dispō istius c. tam quo ad personas, q̄ quo ad loca, cum isto casu literæ pauperū sint literæ merę iustitię ſm glo. in c. si pauper. j. de ꝑben. & in cle. j. de conces. præb. & ita tenet Rota in antiquis in decis. cc. ſm Do. hic. Aliqñ dantur executores pro clericis pauperibus non ꝯ illos, qui promouerunt ad ordines, sed ꝯ alios, & tunc cum istæ literæ non sint de iustitia, sed de gratia, iudicari dēt in eis, vt in alijs literis ꝯtentiosis, super quibus dic, ꝙ aliqñ ex forma literarū executores habent procedere, vt meri exe-
a cutores, quia mera executio [a] facti cōmittitur, & in istis nō habet locum iste tex. quo ad loca, sed quo ad personas sic, vt s. dicit Io. An. & tenet Rota in decis. 200. & in d. decis. 369. dicit Rota quod licet dispō istius tex. in meris executoribus sniarum, & gratiarū non seruetur, quo ad loca, vt hic no. Io. Mo. & Arc. licet quo ad personas de stylo curiæ bene seruetur, vt s. ꝑ Ioā. An. tū talis stylus locum non hēt in subdelegatis quibus non

cōmittitur, nisi nudum ministeriū, puta prouisio, vel inductio in corporalē possessionē quæ sine quacunque causæ cognitione fieri pñt, & iō simplicibus clericis cōmittuntur, sicut dr̄ de examinatione testiū, vt no. in ca. cū Bertoldus. s. de re iu. & in cle. j. de offi. dele. & ita tenet Guil. in extrauaganti sedes, & facit qđ no. Io. An. in c. super q̄onum. in prin. super ver. si ergō. s. de offi. dele. & per Spec. eo. ti. §. j. ver. sed nunq̄ d. Aliqñ executores ex necessitate literarū habent ꝓcedere cū causæ cognitione, q̄a non sunt meri, tunc in istis locū hēt dispō istius tex. tam quo ad ꝑsonas q̄ quo ad loca, vt determinat Rota in deci. 360. quæ incipit, Ex hoc. dicens, qđ si executor est datus cū cā vocatis vocandis per oīa locū hēt iste tex. tā quo ad personam executoris q̄ quo ad loca ciuitatis uel diœcesis. iō non possent extra locū deputatū, nisi de expſſo ꝯsensu partiū, vt hic in tex. & ꝑdicta ꝓcedunt nō solū in executorib. sed ēt in subexecutorib. seu subdelegatis eorūdē, vt tꝫ Rot. i deci. 403. q̄ incipit, Itē fuit dubitatū vtrū subexecutor. dicēs ꝙ subexecutor sniæ diffinitiuę nō poterit taxare fructus, in q̄b. uictor fuerit ꝯdēnatus, nisi talis subexecutor, quo ad ꝑsonas, & loca seruet qualitates hic expſſas. rō q̄a talis dr̄ mixtus executor, & cū cāæ cognitione ꝓcedere dēt citata ꝑte, & licèt quo ad loca de uolūtate partiū possit ꝓcedi extra tū quo ad qualitates ꝑsonæ hic req̄sitas ꝯsensus partiū nihil operat̄, vt hic in tex. ſm Rotā ibi adducentē ad ꝑdicta Inno. in d. c. de cætero s. de re iudi. Et aduerte, q̄a ꝑdicta vñr absq; dubio ꝓcedere, qñ executores assumunt partes iudicis ex necessitate, vt q̄a arctant̄ ad sic ꝓcedendū ex forma cōmissionis, ꝙ qñ sit colligit̄ ex notatis per Inn. in c. fi. s. de ꝑsum. tunc enim dēt in istis per oīa seruari dispō huius ca. vt s. & tenet Do. El. in cle. j. de cōces. ꝑb. tñ dubitat̄ q̄d si executor ad id nō tenebat̄ ex forma cōmissionis, sed voluntariè sibi assumit partes iudicis qđ facere pōt ſm no. in d. c. fi. an dicto casu iste tex. locū hēat quo ad ꝑsonas, & quo ad loca. Gui. in extrauaganti sedes, tenet ꝙ nō: & idē do. Flo. in d. cle. j. & idē Rot. in d. decis. 200. dicēs ita ex æq̄tate fuisse ꝓnunciatū, vt sit ꝓcessus validus, & idē tenet Domi. hic, q̄a impetrans nō fuit in culpa ex quo executor voluntariè assumpsit partes iudicis. credit tū hic Do. qđ si executor velit assumere ꝑtes iudicis ipse debeat subdelegare in loco vicino per vnā dietā, vel se illuc ꝯferre ne partes fatiget, vt hic in tex. ꝓhibente citationē ad locū remotū vltra dietā. Nec ob. qđ hic ꝓhibet̄ nō posse, quē cognoscere vel subdelegare extra locū cōmissum, nā hoc ꝓcedit in his, qui principr̄ dant̄, vt iudices. secus si vt ministri seu meri executores, q̄a tales pñt cōmittere extra locū sibi cōmissum, vt releuent ꝑtes ab expēsis, ex quo habuerūt principiū ualidū, arg. c. statuimus. j. de off. dele. ſm Domi. qđ dictū pōt ꝓcedere subsistente cā de qua in d. c. statuimus. al's non vr̄, qđ possit ꝓcedi uel cōmissio fieri extra locū, ut hic in tex. hñte locū in executoribus mistis uel qñ assumunt partes iudicis quo casu iudices dicūtur, ut no. in d. cle. j. de off. dele. Iō non pñt citare extra loca hic deputata, & dēnt esse ꝯstituti in dignitate ſm Imo, in d. cle. 1. & tenet Rot. in d. deci. 403. Et pars impetrās debuit cogitare hoc euenire posse, ut in d. cle. 1. Et refert hic Domi. Rotā in antiq̄s tenentē, qđ licèt de stylo curiæ ēt in meris executoribus dēat quo ad ꝑsonas ipsorū seruari tex. huius c. tū si cācellaria daret aliū executorē nō habentē qualitates requisitas in ꝑsona qđ teneret datio, q̄a stylus cācellariæ non hēt qđ si dentur alij qđ nō ualet datio, & q̄a pęna de qua hic non est extendenda ad alium casum, ut de pę. distin. 1. penæ. ut hic per eum.

ADDITIO.

a V. G. Nota ꝙ executio fit non obstante ꝑtermissione solennitatū & ordinis iuris in causa ciuili, quando constat de ueritate rei, quia non curantur tūc solemnitates huiusmodi, nec ordo iuris. Thom. Gram. Decis. 36.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet gratis iudicare. Nec tamen præsumitur corruptus si munera sint parua. Nec tenetur exire domicilium suum proprijs expēsis. Et paupertas excusat ab onere expensarum. Et quid si sententia sit lata precibus uel amicitia, de his omnibus uide nu. 2. 3. 4. 5.*

6 *Sententia diffinitiua uenit appellatione iudicij. Et appellatione lucri non ueniunt parua munera. Quid si ratione infirmitatis partes maiores residentiam faciāt in loco, aut equus alicuius moriatur uide. nu. 7. 8. 9.*

10 *Delegatus ordinarij, an aliquid accipere possit a partibus. Et partes qualiter debent contribuere pro expensis. & nu. 11.*

Paupertatis priuilegia qualia, & quæ sint.

Insuper. Delegatus nihil a partibus recipere debet, ni-
a si esculentū [a] & poculentum sponte oblatū qđ paucis possit diebus cōsumi uel moderatas expēsas si non sunt paupe-

ADDITIO.

a Ni. Su. Esculentū & poculentū. Adde Doct. in c. cum ab omni. de ui. & ho. cle.

pauperes, qñ pro neceſſitate vel utilitate cauſæ non malitioſè
1 extra domicilium accederet. h.d.vſque.ad §.aſſeſſorẽ.†No. pri
mo iudicem debere gratis iudicare,de quo plene. in c.cum ab
omni.ſ.de vita & hone. cle. & in c.j.ĩ. de re iudi.In tm̃ quod ſi
aliquid daretur iudici ẽt vt iuſtam ferret ſniã dr̃ iudex corru-
ptus,& ſnĩa eſſet ipſo iure nulla,vt eſt tex.no.in l.2.ff.de cond.
2 ob tur.cãm.†Secundo no.qđ in paruis muneribus,quæ conſi-
ſtũt in comeſtibilibus non p̃ſumitur iudex corrumpi,qñ talia
munera ſponte,& liberaliter offeruntur cũ liberalitas offeren
tis tollat ſuſpitionẽ,vt 18.diſt. de eulogijs . & in c. & ſi qõnes.ſ.
3 de ſimonia.& ibi plene per Ioã.An. † Tertio no. qđ delegatus
non tenetur ſuis expenſis exire propriũ domiciliũ pro cã ſibi
4 cõmiſſa,de quo ĩ. † Vltimo no. qđ paupertas excuſat ab onere
expenſarũ quæ cã iudicij ſoluuntur,de quo ĩ.Abb. expenſis ve
rò,qñ eſt ꝯdemnata pars alteri parti,vide in c.finẽ litib.ſ. de do
lo & cõtu.vbi dr̃ qđ ſi non põt ſoluere luit in corpus dic vt ibi.
5 †In glo.in uerſi.gratis.in fi.vide in l.uenales.C.qñ prouoca.Et
quid ſi ſnĩa fuit latę precibus vel amicitia, vide in l.ſeruo inui-
to.§.cum prætor. ff. ad Treb. Et quid ſi fuerunt teſtes corrupti
vide in l.j.ff.de fal.& in c.licet cãm.ſ.de ꝓba.Et quid ſi fuit cor
ruptus aduocatus.uide in l.j.C.de aduo.diuer.iu.Et quid de no
6 tario.uide in l.fraude.ſ.de iure fiſci.& de his oĩbus.in d.c.1.†In
glo.in uer.iudicium.in fi. no. ꝙ appellatione iudicij venit etiã
a ſnĩa [a] diffinitiua, & cætera acta cauſæ,de quo per Inno. in c.de
cauſis.de offi.dele.& plene per Io.An.in reg.in iudicijs.ĩ.eo.li.
7 † In glo.in uer.niſi in fi.no. ꝙ prohibitus recipere nõ poſſet re
cipere ẽt in vno nummo, licèt als dicatur qđ de minimis non
currat p̃tor.in l.ſcio.ff.de in inte.reſt.& uide alias per glo.in c.
cum cãm.in prin.ſ.de emptio.& uendi.In glo.in uer.paucis.in
prin.idẽ Arch.In ea.glo.in fi.Hoſtiẽ.in d.c. & ſi qõnes dixit de
8 tribus diebus.†In gl.in uer.cõſumi ibi lucra,no.qđ appellatio-
ne lucri non ueniunt munera intellige in parua quantitate,vt
hic dr̃,& uide per glo.in c.non licet.xj.q.3.In ea.glo. in fi.uide
ꝙ no.in d.l.ſcio.& in l.ideſt.hic alleg.In glo. in uer.ꝑꝑ cãm.in
fi.uide in Spe.in ti.de ſalarijs.§.j.uer.quid ſi alicui. In gl.in uer.
moderatas ibi, nec credo hanc opi. ſequuntur hic do.per tex.
hic ibi occaſionẽ &c.nam ſi deberet fieri deducto ad quid aſ-
ſumeret hanc occaſionẽ, & rõ diuerſitatis inter uictorẽ & iu-
dicẽ eſt,quia uictor litigat pro iure ſuo, ſed iudex delegatus ꝓ
iuribus partium.In ordinario aũt,ideo ſecus dr̃,quia ille habet
ſalarium,vt in §.illud hic alleg.& tene menti hanc glo.in qui-
bus caſibus,& quæ perſonæ debeant deducere expenſas quas
domi feciſſent.In ea.glo.ibi, vnde dico idẽ ſequuntur Doct.&
9 facit tex.hic,in princ.c. † In ea.glo. ibi vecturã æquorũ,uide in
Spe.in ti.de ſalarijs.in princ. q̃d ſi ęquus moriat̃. Et q̃d ſi rõne
infirmitatis maiorẽ reſidẽtiã faciant in loco. & q̃d ſi ꝑ fructũ
res eorum perdant.& quicquid ibi dicat damna nõ ſarcientur,
vt in c.in nr̃a.ſ.de iniurijs.ſecundun Io. An. & vide per Inno.
in c.ſicut.ſ. de iureiu & per Doct. in §. non omnia. hic alle.in
prin.Et per Cy.in l.quoniam multa.C.ad l.iuliam de vi.Con-
cludit tamen hic Bal. ꝙ aut ille qui fuit captus mittebatur per
loca periculoſa ita ꝙ mandantes potuerunt cogitare hoc eue-
nire poſſe de facili,tunc veniũt dãna.ita intelligatur gloſ. in d.
§.non omnia.ſecus ſi nõ per loca periculoſa, & cõtingit caſus
qui pręuideri nõ potuit.& ita loquat̃ Io. An.hic. & tex.in d.§.
non oĩa arg.l. ſi pecuniam in fi.ff. de condi. ob cauſam.& in l.
10 ſi.vt certo.§.interdum.ff.commo.† In ea. glo. ibi quid dicemus
vide de his in c.cum ab omni.hic alleg.& per Spe.in ti.de ſala
rio.§.j.ver.ſed pone.Et tene menti ex hac glo.quam ſequũtur
Doc.Primo ꝙ ordinarius non debeat habere expenſas a parti
bus cum in aliquem locum proficiſcitur.& ſi familia poteſta-
tis cum mittitur ad aliquem locum ſit cum ordinario non de-
bet habere expenſas ſecundum Bal.Secundo no ex glo.ꝙ de-
legati ad vniuerſitates cauſarum cenſent̃ ordinarij de quo per
glo.in c.cũ cãm.ſ.de appella.& ꝑ Do.l.in l. a iudice.C.de iud.
& in cle.2.ĩ.de reſcrip.In ea.glo.in fi.idem dicas in conſeruato
ribus in quibus locum habet qđ eſt dictum.ſ.& in hoc.§. & ſe
quentibus,vt in c.fi.ĩ.de offi.deleg.In glo.in ver.recipere. in fi.
finito tamen officio poſſet iudex recipere liberaliter oblatum
ceſſante fraude.vt per glo.in ver.remanere.ĩ.e.§.ſi quid autem
In glo.in ver.qualitercunque facit qđ no. Innoc. & Io.An.in
11 c.j.ſ.de mutu.pe.in glo.iſtis.† In glo.in ver.quã ab alia.in prin.
conclude ꝙ regulariter in expenſis occurrẽtib. in iudicio pro
cõi vtilitate partium debent partes cõiter contribuere.fa. l. 4.
§.ſi agrimeſſor. ff.finium regun.& vide in l.generaliter C. de
iure . Ideo ſi iudex principalr̃ ꝓficiſcit̃ ꝓ cõi vtilitate partiũ
tũc cõiter habet expẽſas etiã ſi ab vna tm̃ parte fuerit impetra
tus.vt hic in tex.ſm Arc.& ita ꝓcedat qđ no.Spe.in tit.de ſala
rio. poſt prin. Quãdo tñ iudex impetratus diſtaret vltra vnam
dietã.& venit intra dietã.tũc ſolꝰ impetrãs ꝓcurabit ſm.Io.An.
de quo.ſ.§.ꝓxi.& in c.olim.ſ.de excep.in prima gl. In expẽſis
vero q̃ fiũt ꝯtẽplatione vnius partis tãtũ illa ſola pars ꝯtribuit,
vt hic in gl. & in l.quoniam liberi.C.de teſti.& ideo ſi deberet
mitti nũcius abſẽti ad iurandũ.tũc debet mitti expenſis ipſius
abſentis ſm glo.& Bar.in l.2.ff.ex quibus cau. in poſ.ea. In ea.
glo.ibi idẽ dico.ſ.ꝙ iſto caſu pauper nihil ſoluet. non tñ altera
pars ſoluet totũ,ſed ſupplebit ipſe iudex. vnde idẽ dixit Archi.
ĩ.§.proxi.qđ ſi altera pars eſt impotens ſoluere aſſeſſori, qđ iu
dex dẽt ſupplere vel ſi non põt:remittat negotiũ ad ſuperiorẽ,
vt in c.ſi qñ.ſ.eo.ſm Io.An.Qñ verò altera pars obtinuiſſet pri
uilegiũ ſuper expenſis non ſoluendis, an tale priuilegiũ iuuet
12 vtranq; partem.uide in l.fi.C.de fruc. & litis expen.†In glo.in
uer.pauperes.in fi.de priuilegijs & in cõmodis paupertatis ui-
de per Arch.11.q.3.pauper.& uide in l.ſi procuratorẽ.§.ſi igno-
b rantes.ff.manda.Et qualiter probetur [b] paupertas uide qđ no.
in c.ſi fortè.ĩ.de elect.& in auth.præterea. C.vnde uir & uxor.
Et cui incumbat onus probandi uide tex.no. in l. ſi uerò.§.qui
pro rei qualitate.ff. qui ſatiſda.cog.

ADDITIONES.

a Cel. Appellatione iudicij uenit ſententia diffinitiua . Adde de ueritate huius dicti Lanf.de Oria.in c.quando contra falſam.in prin.nu.9.uerſi. no.hic uideri caſum,& ꝙ ibi notaui in apoſti.ad eum in uer.contineri . de proba.& Fel.ibi col.3. uer.no.q̃nto.qui alle.pro hoc tex.in auth.ut fratrũ filij.§.iſtud.

b Celſus.Probetur paupertas.Adde Bal.in l.ſi conſtante.ff.ſol.ma.Bart. & Bal.in l.in illa ſtipulatione.ff.de uer.obl.Cy.in l.ubi adhuc.ff.de iure do. Nico.Super.Adde tex.in l.in fundo.& ibi Ang.in j.col. qui dicit illum tex.eſſe meliorem de iure ad probandum paupertatem.ff.de rei uend.Bal.in auth. quod locum,col.fi.C.de colla.& in l.ubi adhuc.col. 10.C.de iur. do. & in l. ſi uerò. §.qui per rei,& ibi etiam Ang.ff.qui ſatiſ.cog.Doc.in c.Odoardus. de ſol.& omnino per Alex.in l.ſi conſtante.char.4.ff.ſol.matri.

V.G. Pauper quis dicatur & pauperem eſſe aliquem intelligitur uarijs modis Alb.conſi.69.in prin.& nu.3.& inſpicitur qualitas negotij.ibi nu.4. & num. 6.& de legato facto pauperibus.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ſi indiget aßeſſore poteſt eum aſſumere.*
2 *Iura quandoque relinquunt aliquid conſcientiæ, & tunc uidetur electa induſtria perſonæ.& nu.3.4.*
5 *Et quoties relinquitur aliquid conſcientiæ, an ſit neceſſaria citatio partiũ, vel probatio. Et hoc caſu,an poſſit reclamari uel appellari.ibi.nu.6.*
7 *Delegatus ſi aßumit aßeßorem ſine cauſa, ita quòd ſibi prouidere debeat de ſalario,de quibus bonis id facere poteſt.*

Aſſeſſorem. Poteſt delegatus ſi indiget aſſumere aſ-
ſeſſorem non ſuſpectum partibus proui
dentibus ei de ſalario, ſed ſi delegatus non indigeat de ſuo ei
1 prouidere debet.hoc dicit . vſque ad §.notarium. † No.quòd ſi
iudex delegatus indiget aſſeſſore in cauſa poteſt eum aſſume
re ex ſuo officio etiam inuitis partibus, ut hic ſecundum Ar-
chid.& Ioan.An.dummodo, talis aſſeſſor non ſit ſuſpectus al-
teri partium,de quo ſ.de offic.dele.ſuper quæſtionum.§. verũ.
in ulti.gl.& dicit hic Io.An. ꝙ ſi ex duobus delegatis vnus tan
tum indigeret poterit aſſumere altero inuito & partib. inuitis
ſecundum Ioan.And.vt patet hic in tex.in ver.indigeat in ſin-
gulari,& facit quod no. in clem.1. de ęta. & quali. Et ex his in-
fertur iuncta glo.hic in ver.indigeat.quod licet delegatus non
ſit peritus tamẽ ex hoc recuſari nõ poſſit, ex quo põt ſibi aſſu-
mere aſſeſſorem,vt eſt dictum.ſ.in prin. c. Et quod hic dicitur
in delegato idem dicas in arbitro qui cõpellere poteſt partes
ad eligendum conſultorem eorum expenſis,vt voluit glo.ſin-
gu.in l.2.C.de ſenten.ex periculo.de iudice vero ordinario, an
poſſit ſibi eligere aſſeſſorem,vide per Io.And.in c.cum ab om
ni.ſ.de vita & hone.cle.Et quis ſit aſſeſſor,& de eius officio, vi
de per Spe.in tit.de aſſeſſore.in prin. & per Bar. in l.1. & 2. ſ.ff.
a de offic. aſſeſſo.Et an clericus poſſit ſibi eligere [a] laicum in aſ-
ſeſſorem in cauſis eccleſiaſticis vel ſpiritualibus. Doc. tenent
quod ſic,in c.cõtingit. ſ.de arbit.& idem Hoſtien. in c. 2. ſ.de
iud. & Archid.17.q.1.plures,immo dixit Innocen.in d.c.2.quod
laici poſſunt eſſe conſultores in dictis cauſis, de quo ibi per
2 Doct.& facit quod habetur in c.1.ĩ.de procu.†Vltimo no. ꝙ iu-
ra quandoque relinquunt aliquid conſcientiæ alicuius,ſimile.
ſ.de iureiuran. mulieri, & in c. fi. ſ. de voto. & ibi per glo. &
no.4.diſtinc. denique. & ex hoc reſultant tres notabiles effe-
3 ctus. † Primo quia dixit Ioan.And. in regula ratum. ĩ. eod. lib.
quod qñ aliquid eſt cõmiſſum ꝯſcientiæ ſeu induſtriæ alicuius
debet

ADDITIO.

a Nic.Sup.Eligere laicum in aſſeſſorem.Adde Hoſti.in c. dilecti. & in c. tuas. de arbi.& per Ray. in ſua ſumma in ti. de aſſeſſore.

dēt per eū et negotiū explicari, et dēt esse p̄ſens in facto, adeo qđ eius ratihabitio, et cōſenſus ex poſtfacto interueniēs nihil
4 operatur. †Scđo, quia ubi aliqđ remittit̄ cōſcientię alicuius vř electi induſtria perſonæ, et ita importat prædicta uerba, ut eſt de mente Io. And. in d. reg. ratū, & tenet Rota in deciſ. 441. quę incipit, Item fuit dubitatū vtrū executor. Bal. in l. & in epiſtola. in fi. C. de fideicom. Et effectus reſultat, an talis poſſit alteri cōmittere vices ſuas. Bal. in d. l. in epiſtola. ꝙ nō dicēs, ꝙ ſi executori eſt impoſitū, vt ſm ſuā ꝯſcientiā exequat̄, ꝙ alterius conſcientiæ cōmittere nō p̄t, per no. in l. ſicuti. ff. de arbi. idē tenet Io. An. in ver. adimplere. in c. 2. j̄. de teſtam. adducit. l. nulli. C. de epiſ. & cle. vbi dr̄ qđ executor dēt exequi pro ſua ꝯſcientia. ergo per ſe & alteri cōmittere non pōt, de quo ēt per Bald. in d. l. nulli. & in l. id qđ pauperib. eo. ti. de quo in cle. j. de offi. deleg.
5 & in c. is cui. j̄. de off. deleg. & plene per Rotā in d. deci. †Tertio reſultat, an poſſit reclamari vel appellari ab eo qđ ꝯſcientię alicuius remittit̄, de quo j̄. †In glo. in ver. relinquat, in prin. no. ex
6 gl. ſing. primo, ꝙ vbicunq; aliquid cōmittit̄ ꝯſcientiæ alicuius nō eſt neceſſaria alia probatio vel citatio partiū, cū ſufficiat ꝓbationē cōcludere ſoli iudici, ex quo cōmiſſio eſt ꝯſcientialis. vnde pōt delegatus negotiū expedire, prout ſua ꝯſciētia dictat. & ita determinat Lapus in ſua alle. 61. cir. prin. Ita ēt tenet Bal. in l. certū. in 2. col. C. vnde cognati. & ſentit Ioā. An. in c. 2. j̄. de iura. cal. ſuper ver. viderit expedire. licèt Bar. in extrauag. ad reprimē. ſuper ver. ſine figura, videatur ſentire ꝯrium, de quo ibi per eū, & per Bal. in l. 2. in prin. C. de fideicō. dicentē, ꝙ lex commendat, & fouet illud qđ ſit ex ꝯſcīa cui non cōuenit de apicibus iuris diſputare: vñ cōmiſſum ad cōſcientiā, vř cōmiſſum ad veritatē, & ſatis eſt qđ ſit munita de iure gentiū ſm Bal. ibi. Secundo tene menti ex gl. ſing. & ita ſæpe allegaui, qđ vbi aliqđ
a eſt remiſſum cōſcientiæ [a] alicuius, nō pōt de eo qđ talis declarauerit reclamari, quia nullus alius, ſed ſolus Deus eſt iudex. Et idē ſentit gl. in c. ſignificaſti. el j. s̄. de homi. & Io. An. in d. c. 2. j̄. de iura. cal. ſuper ver. viderit expedire. Sed Pet. de Anch. hic refert glo. in ver. oneramus. in cle. j. de iurepa. volentē qđ licèt ꝯ declarationē factā ſm conſcientiā nō debeat admitti appellatio, tñ ſuperior poſſet emendare qđ male factū eſſet ſm gl. ibi, ex qua patet qđ p̄t referri qō ſi dicat, ꝙ ꝯſciētia nō fuit rōnabilis ſm Pe. de Anch. & ita eſt tenendū. Sed dubitatio eſt, an talis audiatur per viā appellationis, & iuſtitiæ, an verò per viā ſupplicationis, & ſic gratiæ. gl. in d. cle. j. dicit qđ ſi appellet iudex non debeat deferre: tñ ſuperior ad quē eſt appellatū emendabit qđ malefactū fuit. & ſic vř velle gl. ꝙ licet non poſſit appellari quo ad hoc, vt iudex teneat̄ deferre appellationi, tñ bene poſſit appellari ad finem, vt negotiū deuoluatur ad ſuperiorē, vt ſic emēdare poſſit qđ malefactū eſt, cū ꝯſcientia dēat eſſe regulata & non erronea, vt in c. per tuas, hic. alleg. & nō dēt piudicare parti, & ita intelligit Imo. illā gl. in c. 1. s̄. de ꝯſti. in 15. col. Idē ēt tenet, & intelligit Do. in d. c. 2. j̄. de iuro cal. in vlti. col. in prin. Sed Imo. & Domi. hic aliter loquunt̄: dicunt enim, ꝙ glo. hic dēt intelligi per viā iuſtitiæ, puta appellationis, vel ſimilis, vt non poſſit referri qō, ſed bene poſſit miſericorditer officiū ſuperioris implorari, vt erronea cōſcientia nō noceat parti, & ſuperior emendare poterit, & ita ꝓcedat gl. in d. cle. j. Et ita ēt dicit, & ſequit̄ Imo. in l. ab executore. in fi. princ. ff. de appel. & refert Bal. idē tenentē in l. 2. C. de ſententijs ex periculo. circa fi. et idē tenet do. Nico. in c. ſuꝑ his. s̄. de accu. & ita vř tenen. vt per viā iuſtitię non audiat̄, qa ex quo relinquit ꝯſcientię illā ſequi tenetur, quicqđ partes dicant, vel ſentiant in ꝯrium. pro quo tex. xj. q. 3. ſenti. Sed vide qa idē Bal. in l. 2. C. de reb. cre. facit dr̄iam inter ea q̄ ſunt magni p̄iudicij & parui, & dicit ꝙ ſi ſtatutū aliqđ cōmittit cōſcientiæ alicuius, qđ non poterit conqueri de malitia uel imperitia illius in his, quæ ſunt parui p̄iudicij, & ita intelligit gl. hic. ſecus ſi eſſent magni p̄iudicij, & ita intelligit glo. in d. cle. j. & idē ēt vř ſentire Bal. hic. Et per illam gl. in d. cle. j. cōcludit hic Domi. qđ ſi teſtator impoſuit executori, vt eius bona diſtribueret ſm ſuā ꝯſcientiā, qđ ſuperior poterit cōpellere executorē, ut reddat rōnem, & uidere an fecerit uel nō, & ēt an male exponendo uerisimiliter fecerit uoluntatē teſtatoris, uel ſm ꝯſcientiā boni viri rōne ſaltē nāli informatā, qđ no. & an credatur libro executoris uel ſtandū ſit eius iuramēto de expēſis per Bal. in l. id qđ pauperib. in fi. C. de epiſ. & cle. & uide in cle. j. de teſta. Pōt ēt ultimo mō limitari gl. hic
b qđ licet ſi aliqđ cōmittatur ꝯſcientiæ [b] alicuius ſimpliciter nō poſſit reclamari, tñ ſi adiungitur aliqua qualitas importans iuſtitiā, puta ſi diceretur ad iudiciū tuæ ꝯſcientię, uel per ſimilia uerba, deberet tunc ſeruari iuſtitia, & iuſte procedi. & aľs poſſet indiſtincte corrigi quod factū eſſet, ut probat tex. no. in ca. qualiter. el j. s̄. de acc. q̄ oīa tene mēti ultra Doctores hic. In ea. glo. ibi ſit Doctor &c. no. ex gl. qđ licet iudex delegatus ſit do
7 ctor, tñ pōt ſibi aſſumere aſſeſſorē, qđ no. †In gl. in uerbo alioquin. in fi. & tunc poſſit ꝓuidere debet, ut dr̄ in tex. non ergo de bonis eccleſiæ, & an tunc poſſit prouidere de fructib. bñficij. Arch. hic qđ nō, qđ depēdet ab illo dubio, an clerici faciāt fructus beneficiorū ſuos, de quo hic per Archi. & dicetur in c. p̄nti. j̄. de off. ordi. In glo. in uer. ſuſpectū. in fi. vñ non dēnt dari ꝯfidati, ſed tñ ſuſpecti ſm Bal. hic. pro quo tex. in Auth. de triēte & ſemiſſe. in §. quod ſępe. ſi tñ darentur ſuſpecti, & cōfidati iudex non arctatur ad eligendū cōfidatos, ſed ſufficit qđ nō eligat ſuſpectos ſm Io. An. Et alibi dixit Inn. in c. ſuper qōnum. s̄. de offi. deleg. qđ iudex non tenet̄ ſequi partes in eligendo cōſultorē. imò dixit Bald. quod iudex qui elegit malū conſultorē tenetur parti ad intereſſe, & uide per eum in l. mancipia. C. de ſeruis fugi. Et an principalis iudex teneatur de imperitia aſſeſſoris, uide quod no. in l. 2. ff. quod quiſque iuris. In gloſ. in uer. cōpetenti, in fi. uide per Spec. in tit. de aſſeſſ. §. ſalariū. in uer. ſi duob. qđ ſi duo aſſeſſores diſcordant debet aſſumi tertius, & illi duo debent facere ſalariū illi tertio, quod eſt notandum ſm Do. In gl. in uer. cōiter. in prin. quod procedit ēt ſi vna pars tm̄ petat aſſeſſorem, vt no. in Spec. in ti. de aſſeſſore. §. ſalarium. in
8 prin. ſm Io. An. †In ea. glo. ibi concordant. tene menti ex gl. ſingu. ꝙ licet partes deueniant ad concordiā, tñ aſſeſſor vel cōſul-
c tor dēt habere ſalariū, [c] de quo in Spe. de ſalario. §. j. in fi. Quid
d aut ſit in aduocato, [d] uide tex. & glo. no. in l. ſi. in prin. ff. mand. & in l. qui operas. hic alleg. & per Spe. in ti. de ſalario. §. ſequit̄. uer. quid ergo ſi litigator, & ſeq. Et per Cy. in l. j. C. de ſuffra. & plene per Io. An. in reg. ꝓctus. j̄. eo. li. concludentē idem eſſe di cēdum in aduocato, ut ei debeatur ſalarium promiſſum in caſu uictorię ſi partes componat uel trāſigant dato quod res nō decidatur per ſñiam. In ea. glo. in fi. uide ibi plene per Bart. & per Specula. ic titu. de aſſeſſ. §. ſalarium. in principio.

ADDITIONES.

a Nico. Su. Conſcientiæ alicuius. Adde Pau. de Ca. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de noui oper. nunc. & per Alex. de Imo. in l. in prouinciali. in §. qui opus. ff. de noui oper. nunc.

b Committatur conſcientiæ alicuius. Adde, quia circa hāc materiā eſt gl. huic cōtraria in cle. j. in uer. oneramus. de iurepa. pro illa concord. uide Pan. in c. ſuper his. nu. 16. & qđ ibi notaui in apo. ad ipſum. in uer. cōſciētiæ ſuę, de accu. & Fely. ple. in c. 1. col. 20. uer. & ſi dicatur conſcientiæ tuæ: de conſti.

c V. G. Nota ꝙ ſalarium, quod debetur Doctori ex forma ſtatuti debetur ei ēt ſi non tulerit ſñiam, dummō per eū non ſteterit. Dec. in conſi. 30. nu. 2. lib. 1. quid de ſalario aduocat. Pariſ. conſi. 105. nu. 20. lib. 4.

d Cel. Quid ſit in aduocato. Adde, ꝙ percipiet integrū ſi per ipſum nō ſtat. no. Bal. in l. ſi. C. de codi. ob cām. Bar. in l. j. §. diuus. col. 3. uer. ſed quæro, & redeo ad gl. ff. de varijs & extraord. cō. in l. ſi duo. §. item cū quida. col. 4. uerſi. ut tamen appareant ſolutiones. & in l. qui operas. ff. loca.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus poteſt ſibi eligere notarium qui cauſam ſcribat.*
Nec iudex participare poteſt ſalarium cum miniſtris cauſæ. nu. 2.
Et recipiens aliquid contra iuris ꝓhibitionē tenet̄ ad reſtitutionem, nu. 3.
4 *Delegatus poteſt taxare ſalaria aſſeſſoris & notarij cauſæ. Et quid de ſalario procuratoris.*

Notarium. Salaria notariorum debent taxari per delegatum qui nō debet participare cum ipſis uel aſſeſſoribus in ſalario, & ſi delegatus reciperet teneret̄ reſtituere non obſtante dantis remiſſione. h. d. uſque ad §. pro
1 ferendo. † No. primo, ꝙ ſicut ad iudicem ēt delegatum ſpectat ſibi eligere notarium in cauſa. & facit quod no. in c. qm̄ ꝯ. s̄. de proba. & ibi per Inno. dummodo non ſit ſuſpectus alteri parti, ut s̄. §. proxi. ita eodem modo ſpectat ad iudicem conſtituere & taxare ſalarium exercentibus aliquod miniſterium in ip
2 ſa cauſa, de quo hic in glo. †Secundo nota eſſe prohibitum iudici participare ſalarium cū miniſtris cauſæ, quod inducit Domi. ꝯ auditores Rotę qui participant cū notarijs. Et de ſalarijs omnium officialium curię dic, ut habetur in extrauag. Ioā. 22.
3 quæ incipit, Cum ad ſacroſanctę. † Vltimo no. ꝙ recipiens aliquid ꝯ iuris prohibitionem tenetur ad reſtōnē, de quo plene per Do. in c. quia plerique. s̄. de immu. eccleſiarum. & non prodeſt tunc gratuita remiſſio, quod ideo eſt, quia ius hoc exprimit in caſu iſto, ut hic dr̄. & in c. cogit. j̄. de cenſi. ex quo infertur a ꝯrio ſenſu, quòd ubi lex non prohiberet remiſſionē liberaretur quis a reſtitutione per remiſſionē gratuitam, quod facit ad no. in c. cum tu. s̄. de uſur. & per glo. in regu. peccatum. eo. lib. & facit quod no. glo. hic. In glo. in uer. notarios. in fi. ui
4 de tex. & glo. in cle. ne Romani. de iureiuran. †In gl. in uer. officium. in fi. no. gloſ. ordi. in materia taxationis ſalarij aſſeſſoris, & notarij. de ſalario verò procuratoris, et aduocati tenet hic Petr. de Anchara. quod delegatus taxare non poſſit per no.

no.in c.1.§.nec subditos.j. de fo. cope.ꝙ dictū non vr̄ ꝓcedere, quia cū tales sint ministri in cā spectat ad officiū iudicis ꝓuidere de salario, vt hic in gl.pro quo ēt tex.in c.1.s̄.de of.iud.vbi ad officiū iudicis ēt delegati spectat prouidere de aduocato, ergo & salariū ɔstituere,arg.c.ꝑterea.s̄.de offi. dele.& aduocatus pt ad hoc cogi per iudicē delegatū & salariū ei ɔstitui dēt, vt per Doc.in d.c.1.In glo.in ver.remissionem.in prin.vide gl. in ver. quod si secus.in cle. volentes. de hęreti. In ead.glo.ibi in fraudem,puta si sic solueret, vt statim rehaberet, quia tunc non videtur soluisse,vt l.si sic.ff.de solu.

SVMMARIVM.

1 *Testes debent venire ad iudicem pro ferendo testimonio, & debent per iudicem ei deputari expensæ,& nu.2.*

3 *Pars altera si eundē testē ꝓducit sup alijs articulis,cuius expēsis fieri dēt.*

4 *Testis an possit petere salarium,uel emendationem damni quod patitur ratione temporis,quo iuit ad testimonium ferendum.*

5 *Remedia quæ sint contra petentem dilationes frustratorias pro testibus producendis.*

Pro ferendo. Nō debet delegatus vacare testes, nisi quādo status cāe requirit,& a ꝓducēte sunt illis ministrandę expēsę in veniēdo,stādo, & recedēdo,& gesta contra dispositionē huius decis. sunt ipso iure nulla.h.d.

1 vsque in fi.† Nota primo testes debere venire ad iudicem pro ferendo testimonio.fallit in casibus in quibus iudex debet ad eos mittere,vt in l.ad egregias.ff.de iureiu.& in c.2.j.de iud.&

2 in c.constitutus.de fideius.† Secundo no. ꝙ ante omnia debēt per iudicem deputari expensę pro testibus antequam vocentur ad testimonium,& debent expensę esse in veniendo,stando,& recedendo,& ita intelligatur.l. quoniam liberi.C.de testi. & 4.q.3. venturis.vt hic in tex. qui facit ꝙ saluus conductus datus alicui in ueniendo, intelligatur ēt datus in stādo & recedendo,facit gl.& ibi per Bar.in l.vltimur.ff.de sepul. vio. & per

3 Doc.in c.2.s̄.de treu.& pace.† In glo.in ver.conditio.ibi intentione porrecta.i.articulis,an aūt testes possint iurare,nondum ꝓductis articulis,vide per Spe.in tit.de teste.§.qualiter.ver.qđ ergo.& cōiter tenet̄,qđ valeat iurm̄, & testimoniū si iurant super articulis,& tota cā s̄m Dom.per no.in c.de testib.s̄.de testib. In gl.in ver.a ꝓducente.ibi ꝓducit,& si altera pars eundē testē sup diuersis capitulis ꝓducent suis expēsis testificare dēt, sed sup eisdē ꝓcedit,qđ dicit gl.hic s̄m Bald.in l.nimis. C.de testi. vbi alle.gl.hic, & si idē testis vel testes ꝓducunt̄ ab vtraq; parte:vtraq; pars tenet̄ ɔferre in expēsis s̄m Bal.in l.eos.§.si quidē.

4 in fi.C.de app.†In ea.gl.ibi ꝓcurat de expēsis testiū,vide ꝑ Io. An. in addi.Spe.in tit. de testi.§.qualiter.super ver.testes aūt.& deberent hr̄e vecturas equorū , si qualitas ꝑsonæ hoc patit, vt no.in l.ideq;.§.idē ab eo.ff. mā. s̄m Bal.in d.l. qm̄ liberi.i prin. Sed an testis possit petere salariū,uel emendationē dāni qđ patitur rōne tpis positi in eundo,stando,& recedendo.tex.hic facit qđ non,qa solū dr̄,ꝙ habeāt expēsas, ergo alia vr̄ ꝓhibuisse,arg.c.nonne.s̄.de psum.& qa cū hic dicat de expensis, ergo alia dāna non veniunt,vt in c.in nr̄a.s̄.de iniurijs,vt est dictū.s̄. in §.insu p.& ita ēt determinat notabiliter Bal. i l.fi.in fi. C.de fru.& li.expē.qđ dictū sing.tene mēti,qa multoties erratur in hoc & diceretur tūc testis corruptus,ex quo reciperet ɔ ꝓhibitionē iuris,& eius dictū non ꝓbaret,vt in c.1.s̄.de testi.& in l.j.

5 ff.de fal.† In gl.in ver.expēsas.in prin.hæc gl.ponit tria remedia ɔ malitiose petentē dilationē pro testib.ꝓducendis, & Pe. de Anch.hic addit duo alia.Et primo , vt iudex possit talē dilationē denegare, & ꝓcedere ad sn̄iam quæ ꝑ ꝑ hoc nō retractabit,nisi in cā applōnis ꝓbetur ꝑ illos testes,quos volebat ꝓducere potuisse fundare suā intentionē s̄m Inn.in c.post electionē.s̄.de ɔcess.pb.de quo ēt per eū in c.vltra tertiā.s̄.de testi.& facit l.si postq̄.ff.de peti.hære.de hoc tū vide in c.interpositas.s̄.

g men per Fede.in suo consi.81. Et quid de priorib. [g] vide per gl. in ver.conuentualem,in cle.2.de rescrip.vbi dicit ꝙ si est collegiatus est dignitas,alias nõ. Et quæ sit dr̃ia inter dignitatem & personatum, vel officium, hic plenè per Archi.sed plenius videper Io.And.& Moder.in c.de multa. §.de præb.& per gl.4. dist.deniq;.Et per Fed.in suo consi.82. & ibi.Et in suo cõsi.127. & per Pau.in cle.vt hi qui.de æta.& quali.Et voluit Io.An.in c. si fortè,j̃.de elec.super glo.3.quod sublata significatione,appellatione dignitatis veniant etiam beneficia simplicia. In glo.in ver.sedis apostolicæ,an tunc dispẽset legatus de latere, ex quo hic fit mentio de sede apostolica,vide per glo. & Docto.in c.si abbatem.j̃.de elect.& in c.si gratiosè.§.e.In glo.in ver.vnicum. in fi.no.ex gl. primò ꝙ inferior a Papa dispensat non solum in duobus beneficijs simplicib.eiusdẽ ecclesiæ,sed etiam in vno

7 simplici & alio curato.† Scdõ no.ex glo.ꝙ põt induci per statutum, vel consuetudinem vt vnus in eadem ecclesia habeat nõ solum duo beneficia simplicia,sed etiam vnũ simplex,& aliud curatum,de quib.oib.in d.c.de multa. & in cle. gratiæ.j̃.eo. Et conclude, sm̃ Domi. ꝙ in eadem ecclesia non potest quis esse triplex,nec valeat ɔ̃suetudo,vel statutũ, & inferior a Papa non dispensat, vt hic,in text. qui procedit etiam si iure annexionis quis vellet esse triplex,vt per glo.in cle.fi.in fi.de præben. Nec etiam põt quis esse duplex in eadem ecclesia in beneficijs vniformib.vt hic in tex.Ibi duos personatus,& in fi,Ibi nisi vnicũ, & ita vult Io.An.& in c.literas,hic alle.de quo etiam per glo. in d.clem.fi.tenentem in fi. quod in eadem ecclesia non possit inferior a Papa dispensare super duob.canonicatib. de quo in d.c. litteras.Sed in beneficijs difformibus bene potest quis esse duplex in eadem ecclesia ex dispensatione inferioris, vel si est statutum,vel consuetudo secundum glo. hic, & in d. cle.fi. & in d.c.litteras,quod procedit etiam si quis haberet præbendam cui esset annexa ecclesia parochialis, vt in c. super eod.j̃. de præben.& prædicta intellige dummodo non habeat nisi alterum de expressis hic, in tex.vt patet ibi, vel eorum alterum, & ibi per glo. Quid autem sit in diuersis ecclesijs.dic, quod in personatibus dignitatibus, vel beneficijs curatis non põt quis esse duplex,vel triplex sine dispensatione Papæ,vt in d.c.dudũ. el.2.de ele.& d.c.de multa. In præbendis verò,in diuersis ecclesijs ꝑpteſt quis esse duplex,vel triplex,ex dispensatione episcopi, & idem si in vna ecclesia haberet dignitatem, & in duabus alijs ecclesijs diuersis haberet duas præbendas, sed de iure cõi eas retinere non posset,per receptionem tñ scdæ non vacaret prima,licẽt posset cogi ad renũciandũ alteri, sm̃ no. in c. si eo tempore.& in c.gratia.§.e.& per Inno.in c.cum nostris.§.de cõces.pręb.de quo etiam in d.cle.gratiæ.Et ex prędictis patet ꝙ iura plus abhorrent pluralitatem in eadem ecclesia quam in diuersis sicut alias vt per glo.in d.cle.fi. in fi. ex quo infertur ꝙ si est dispensatum cum aliquo super pluribus dignitatibus obtinendis non intelligitur de dignitatibus eiusdem ecclesię nisi hoc exprimatur;quia ista prohibitio habet specialem notã, de qua singu.est mentio fienda,argu.l.item apud.§. hoc edictum. ff.de iniurijs,& ita tenet Io.An.in d.c.de multa.sm̃ Pet.de Ancha.hic.Et vide etiam hic, per Do.an inferior a Papa possit dispẽsare in diuersis officijs quorũ vnũ est in ecclesia,& aliud est in eius cimiterio,vel claustro, vel in continentib. ædificijs. Et an si alicui scribitur pro aliquo beneficio existente in ecclesia possit prouideri de beneficio existẽte in cimiterio, de quo hic per eum,& per Doct.in c.cum in ecclesia.j̃.de prębẽ.& in c.j.

8 j̃.de consecra.eccle. vel alta.† In glo.in ver. quocunq; nomine in fi.Idem de vestiario & eleemosynario sm̃ Io. An. Et an possit episcopus dispensare in duob.altarib. in eadem ecclesia.concludit hic Pet.de Anch.quod sic,ex quo tex.hic, hoc non prohibet:sed Domi.hic cõtra,quia iste tex. locum habet in quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, dum tamen dẽtur in titulum perpetuum,& facit gl.in cle.2.de decimis, & in d.cle.fi. voluit tamen Lap.in alle.115.quæ incipit,factum super quo consilium. & in alle.seq. quod in ecclesia non collegiata, in qua est situm altare cui debet deputari perpetuus rector poterit quis esse rector principalis ecclesiæ & habere altare in eadem ecclesia, & idem tenuit Domi. in c.cum in ecclesia j̃. de præben. ratio est, quia sunt beneficia difformia pro quo facit ratio d.c.cum in ecclesia, vbi valet consuetudo quod quis habeat principalem ecclesiam & etiam canonicatum & præbendam in eadem & sic, quod quis sit episcopus,& præbendarius in eadem ecclesia.facit ꝙ habetur §.de re iudi.cum olim, vbi potest quis esse prępositus,& canonicus in eadem ecclesia,& sir̃ põt quis esse archidiaco.& canonicus in eadem ecclesia. §. de rescrip. eam te. In glo.pe.in fi.concludit Ioan.And. quod vltimum dictum huius glo. procedat in dignitatib. vel personatib. per d. c. de multa. Sed in plurib.officijs non curatis,vel in officio cum dignitate vel personatu procedit primũ dictũ huius gl.cũ in his antiqua iura q̃ dabant electionẽ non sint correcta.& vide in c.gr̃a.§.de rescri.& in cle.gratiæ,eo.ti.& per Fed. in suo ɔ̃si. ducẽtesimo.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Consuetudo tanti temporis.Adde c.seruitium.18.q.vlt.c. super quibusdam.in §. præterea. de verb.signi.Bal.rub.de consue. in 5.col.
V.G.Adde quòd ista consuetudo habet vim priuilegij, Bert. in tract. de Gabel. seu vect.in j.par nu.27.quod habetur in lib. 3. Tract. fol. 6.

b Nic.Sup.Dignitas.Adde Car. Ale. in c. 2. in j.no.60.dist.
V.G. Nota quòd est dignitas si habet locum in choro, Rota.Dec.456.fuit dubitatum, in nou. vbi dicit verum nisi consuetudo sit in contrarium. An prępositus prępferatur Priori, vide Dec. consi. 211.

c Nic.Sup.Dignitas.Adde Bald.in c.ad aures.in j.no.de rescri.Car. Zabarel.in c.super litteris. eo.tit.

d Nic.Sup.Archidiaconatu.Adde Doc.in c.de multa, de præben. Car. in cle.fi. in prin.eo.tit. Pau.de Elea. in cle.j. de elect.

e Nic.Sup.Et archipresbyteratu.Adde Car.Zaba.in cle.j. in 2.q. de præb.

f Nic.Supe.Quid de thesauraria.Adde Abb. in c.super litteris. de rescrip.in 5. colum.ver.4. quòd gratia.

g Nic.Sup.Quid de prioribus.Adde text.in c.2. in §.prioratus.iuncta glo. Docto.de sta.mo.& Doct.in c.nisi essent. de præben.
V.G.Adde Fely.in c.in nostra, col.23. de rescri.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Non putamus verbum, importat ius.*
2 *Consuetudo irrationabilis nullo tempore firmatur.*
3 *Appellatio debet fieri ad superiorem, non de eodem ad seipsum.*
4 *Tribunal episcopi & eius officialis censentur idem. & nu. 5.*
6 *Episcopus si det delegatum in aliqua causa an a delegato ipso appelletur ad episcopum.*
7 *Consuetudo disponens contra substantiam actus non valet.*
8 *Appellari potest a delegato officialis episcopi, ad ipsum officialẽ, vel etiam ad episcopum omisso medio ipsius officialis.*
9 *Episcopus si interfuit collationi beneficij tanquam canonicus, an ad ipsum possit appellari.*
10 *Auditorium episcopi & vicarij, an dicatur idem quo ad recusationem, & quo ad supplicationem.*

CAP. II.

1 NOn putamus. †No. j. ꝙ per verbũ, non pu-
tamus, rñdetur de iure. facit
2 l. non puto. ff. de iure fisci. † Scđo no. quod irratio-
nabilitas ipsius consuetudinis non tollitur quanto
cunq; tempore fuerit pro rationabili obseruata etiam si non
3 sit memoria in contrarium vt hic in glo. & s̄. c. proximo. † Ter-
tio no. quòd appellatio debet fieri ad superiorem non autem
de eodem ad seipsum & non valeret talis consuetudo. & sic fa
cit iste tex. vt non valeat consuetudo, vt in propria cã quis pos-
4 sit iudicare. de quo in l. j. C. ne quis in sua cã. † Vltimo nota, ꝙ
auditorium & tribunal episcopi & eius officialis generalis cẽ-
setur idem & in eadem persona. Ideo factum vnius dicitur fa-
ctum alterius. de quo in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. & per Arc.
23. q. 5. administratores. Vnde est ar. ꝙ causam ceptam per vnũ
alius possit finire. ideo dicit gl. hic ꝙ episcopus potest reuocare
interlocutoriam sui vicarij, etiam citra remedium appellatio-
nis sicut poterat ipse vicarius, quia videtur factum ab episcopo
ꝙ fit a vicario secundum gl. in c. j. j̃. de capel. mo. & facit. l. fi. C.
vbi & apud quem. ibi vt videatur ipse &c. Delegatio tamẽ &
commissio facta episcopo non includeret eius vicariũ ex quo
tunc consideratur dignitas ipsius episcopi. arg. c. quoniam Ab-
bas s̄. de offi. deleg. & facit ꝙ no. Io. An. in c. j. j̃. de maio. & obe.
Sicut e contra dicitur ꝙ delegatio facta vicario nõ transiret ad
episcopum, qđ sin. intelligit Inno. eodẽ durante vicario, sed eo
mortuo vel reuocato tũc transit in episcopum secũdum Inno.
in c. eam te. s̄. de rescri. dicentem secus esse si cã delegaretur cõ
tra aliquem tanquam vicarium epĩ, vt ibi per eum, de quo dic,
vt est dictum in c. statutum, circa prin. s̄. ti. proxi. Et sicut etiam
alias dicitur quod si aliquid conceditur principali ratione suæ
dignitatis illud non extenditur ad vicarium eius, vnde si a sen-
tentia principalis non posset appellari, poterit tamen appella-
ri a sententia vicarij eius, vt est tex. no. in l. a proconsulibus. C.
5 de appel. † In glo. 2. in fi. & ratio est, quia talis consuetudo est ir
rationabilis, & contra ius publicum quod cõsistit in magistra-
tib. vt j. dist. ius publicum, ſm Ioan. An. ex quo dicto infertur ꝙ
non valeat consuetudo ꝯtra ius publicum. intellige si alias est
irrationabilis, alias secus, vt in c. fi. s̄. eo. Scđo infertur ꝙ non
valeat consuetudo contra ius superioris, quod intellige, vt hic
per Imo. & per Inno. in c. olim, el j. de resti. spolia. & per glo. in
6 c. j. j̃. de cle. ægro. † In glo. in ver. officiali, in prin. idem tenet Ro-
ta deci. 371. quæ incipit, Item si episcopus. volens ꝙ a collatione
beneficij facta a vicario ex commissione episcopi, vel ab alio
articulo specialiter commisso ipsi generali vicario semper ap-
pelletur ad episcopum. Et idem dicit hic Io. An. esse si officialis
esset foraneus deputatus, scilicet in certa parte diœcesis, vel ad
certos actus, pro quo etiam glo. pen. in cle. 2. de rescrip. referẽs
dicta Inno. in c. Romana, j̃. de offi. ordi. & dicit quod iste tex. lo
cum habet in officiali episcopi generali, & principali, secus in
foraneis constitutis in certa parte diœcesis, vel ad certos actus,
quia tales habent delegatam & ꝙ ab eis appellatur ad ꝯstituen
tem eos. & licèt delegati ad vniuersitatẽ cãrum dicant quodã-
modo ordinarij, vt per gl. in c. cũ cãm, de appel. & in l. a iudice.
C. de iudi. & ibi per Bal. tñ debet appellari ad ipsum delegan-
tem ſm gl. in c. dilecti, hic alleg. de quo tñ ibi per Doct. & in d.
cle. 2. & per Bar. ĩ l. j. in fi. ff. qui & a quo. & per Doc. in c. Roma
na. hic alle. Sed limita hanc glo. ſm Doc. vt procedat nisi dele-
gatio fiat in fraudem: quæ probatur exconiecturis, puta vt nõ
appelletur ad archiepiscopum, quia tunc non appellaret ad ip
sum epm̃ delegantem ſm Spec. in tit. de appel. §. nunc tracte-
7 mus, ver. ſm præmissa, de quo in c. super qõnum. † In ea. gl. in fi.
tene menti ex hac gl. plura. Primo ꝙ non valeat ꝯsuetudo di-
sponens contra substantiam alicuius actus, secus si contra ac-
cidentalia, facit quod no. in c. fin. s̄. de condi. apposi. Secun-
dò nota ex glo. quod de substantia appellationis est, vt ad ma-
iorem iudicem fiat prouocatio, vt in l. j. ff. de appella. Et ibi gl.
adducit l. præcipimus, C. de appella. & in Auth. de appella. in fi-
ne, & sic põt dici idem esse de iure ciuili, licèt quidam teneant
contra per l. a proconsulibus. C. de appella. de quo ibi per Bal.
& per Bart. in dicta l. j. Aduerte tamen, quia a sententia vicarij
principis appellatur ad ipsum principem, licet sit idem audito
rium. & hoc propter defectum superioritatis cũ princeps non
habeat superiorem, & ita probatur in l. eos. C. de appel. quod
est notabilis limitatio ad hunc tex. Tertiò no. ex glo. ꝙ non va
let statutum, vel consuetudo tanquam irrationabilis, ꝙ ad pa-
rem, vel ad minorem appelletur, qđ tamen limitat Io. An. in c.
Romana. hic allegata, nisi consuetudo disponat ꝙ ille minor,
quo ad articulũ appellationis efficiatur maior, de quo ibi per
eum, & facit c. a collatione. j. de appell. Quarto no. ex glo. ꝙ ad
legatum de latere potest appellari omisso medio. Idem voluit
gl. in ver. curia, in c. Romana. j̃. de appel. & per Doct. in c. j. s̄. de
offi. leg. Quinto no. ex gl. ꝙ illud. qđ potest fieri per pactũ põt
introduci per consuetudinem, qđ iõ est secundum Io. An. quia
consuetudo est tacitum pactum, vt l. de quibus. ff. de ll. in fi. de
quo per Archi. 11. dist. consuetudinis. & per d. Ant. in c. cũ om-
nes. s̄. de ꝯst. & hic plene per Dom. de quo in l. nõ impossibile.
ff. de pac. & per glo. in rub. C. de pecu. lib. 10. & per Bar. in l. om
nes populi. ff. de iusti. & iure. Sexto no. ex glo. ꝙ per pactũ, vel
expressum cõsensum partiũ potest apellari omisso medio, cũ
etiam tacite possent partes renunciare tali iuri, videlicet in nõ
opponendo exceptionem, secundum glo. in d. c. dilecti. Sicut
etiam potest per consuetudinem introduci, vt appellet omisso
medio, vt est tex. in d. c. Romana. §. j. imò etiã de iure ciuili pos
set introduci per præscriptionen, vt appellatio fiat omisso me-
dio, licet prescribi non possit, ꝙ non appelletur ad principem
secũdum Bal. in auth. quas actiones, circa finem, de sacrosan. ec.
pñt etiam partes inter se per pactum renunciare appellationi
interponende, vt in l. fi. C. de temp. app. de quo ibi per Bal. an
a autẽ per statutum possit tolli appellatio, [a] eo quia derogat iuri
8 superioris, vide in c. venientes. s̄. de iureiu. † In glo. in ver. audi-
toriũ, in fi. & per hec iura dicit hic Archi. ꝙ a delegato officia-
lis episcopi appellari põt ad ipsum officialem, vel ẽt ad episco
pum, omisso medio ipsius officialis, & idem tenet Rota in de-
cis. 350. quæ incipit, Item licet, & idem dicit hic Io. And. quan-
do appellatur a sententia subditi episcopo, quia poterit appel-
lari ad episcopum, vel eius officialem eadem rõne, qđ no. ad ea
que dicta sunt s̄. in vltimo not. Et eadẽ rõne potest dici, ꝙ si ap-
pellatur a delegato episcopi poterit appellari ad episcopũ de-
legãtem, vel ad eius vicarium cum sit idem auditorium, vt hic
dicit, & tenet Rota in d. decis. de quo tamẽ vide plene per do.
Nic. in d. c. dilecti. in prin. Et ponit Rota in dicta decis. an a de-
legato episcopi recusati possit appellari ad uicarium ipsius, de
quo etiam per do. Nic. in c. si quis contra. s̄. de fo. compe. & per
Io. An. in c. si contra vnum, & in c. iudex ab appellatio. j̃. de of-
fi. dele. Quid autem si vicarius episcopi detulit appellationi fri
uole quo casu abdicauit a se iurisdictionem, vt in c. cũ app. j̃. de
appel. an preiudicet episcopo. vide s̄. in vlti. no. & per do. Nic.
in c. dilectis filijs, & decano. in fi. s̄. de ap. & plene dicta de hoc
9 in d. c. cũ applonib. † In gl. fi. in prin. aduerte tñ quia si eps̃ esset
creatus legatus in sua prouincia, vel si esset legatus natus, vt
est Choracẽsis & Cantuariensis, de quo in c. j. s̄. de of. leg. tunc
a s̃nĩa istorum lata ex propria iurisdictione non posset ad eos-
met appellari tanquam ad legatos, licèt sit tũc diuersitas tribu-
nalis. & ita tenet Rota decis. 313. quæ incipit, Item fuit dubitatũ
vtrum, licèt glo. sing. in l. si filius. ff. de inoffi. testa. velit contra
rium dicẽs ꝙ si iudex a quo succedit in locum iudicis ad quem
procedit appellatio coram eo, ex quo est diuersum tribunal, li-
cèt tunc debeat alteri committere, quia esset suspectus ſm gl.
in l. eos, in prin. C. de appel. sed præcedẽs dictum magis placet.
10 † In ea. glo. ibi suspitionis, no. glo. ꝙ quo ad recusationem non
dicitur idem auditorium vicarij & episcopi, & idẽ quo ad sup-
plicationem, vt s̄. de re iudi. cum Bertoldus, & per Io. An. in c.
Romana, in prin. j̃. de ap. & sic appellatio & recusatio non pa-
rificantur, de quo in c. fi. ꝯ vnũ, hic alle. & vide in c. postremo.
s̄. de app. vnde licèt sit suspectus episcopus non posset ex hoc
recusari eius vicarius, vt est tex. no. in l. j. C. si quamcunq; præ-
di. potestate, & ibi per Bal. Sed si contrarium est tex. in c. insi-
nuante s̄. de offi. deleg. ita tenent ibi Doct. & ita teneas & glo.
in

ADDITIO.

a V.G. Appellatio tolli potest per Principem solum Fely. in rub. de appella. col. 2. & in c. fin. de rescri. & in c. Romana. eo. tit. Soc. consi. 195. circa j. in princ. lib. 2. Pari. in trac. de sindi. in c. de offi. sind. ver. subijcio.

in d.c.j.de capel.mo.& d.l.fi.vt est dictum,s.in prin.Et vide hic per Io.An.dicentem notabiliter q si appellat a sententia vicarij ad ipsum episcopum in eo casu quo non potest, in tantum appellatio est nulla, vt etiã si episcopus delegaret alteri ipsam causam appellationis non valeret processus,de quo per Spec. in tit.de appel.§.nũc tractemus,ver.quid si de facto, vbi tenuit hoc procedere etiã si hoc fieret partib.scietib. qđ qualiter procedat hic per Lap. & Domi. tenentes q licèt a sententia vicarij non possit appellari ad episcopum,& appellatio nõ valeat, & de tali appellatione nõ possit eps cognoscere,nec alteri delegare,vt s.tñ secus si dicatur de nullitate sententię ipsius vicarij,quia bene poterit cognoscere eps & alteri delegare,& valebit delegatio & processus per no.in d.c. Romana,in prin.& per Io.An.post Imo.& Host.s.de appel.dilecto. & j. de re iu.c. fi.super tertia glo.ex quo patet quod dispositio text.hic procedit in appellatione, secus si dicatur etiam principaliter de nullitate sententię quod tene menti.Et voluit hic Domi. quod de tali nullitate possit dici coram epo imò etiam coram ipsomet vicario, imò etiã videtur q a sñia epi possit dici de nullitate coram vicario per id quod est dictum s.in vltimo no.& in glo.in ver.adiutorium,de quo tñ per Doct.in l.si expressim.ff.de app. & in d.c.dilecto,vbi ponitur quis dicatur iudex competens in causa nullitatis,vide per do. Nic. in c.ea noscitur.s. de his quæ fiunt a prælato,in vlti.no.& ibi plene per Inno.circa. fin.

SVMMARIVM.

1 *Inquirere de delictis, & punire, sunt diuersa.*
2 *Consilium alicuius si quis requirere teneatur potest præscribi consuetudine, vt illud requirere non teneatur.*
3 *Consuetudo, vt possit canonice præscribi, quot requirantur.*
4 *Consuetudinem allegans tenetur eam probare.*
5 *Consiliũ si quis de iure requirere teneatur, si non requirat an valeat actus.*

CAP. III.

1 Non est. † No.j.aliud esse iquirere de delictis & aliud punire,cũ hic ponatur, vt diuersa,vt l. si dem.C. de codic.quod inducit Do. vt habens commissionem inquirendi non videatur habuisse puniendi,facit j. de offi. vica.c.2. cum in diuersis de vno in alterum non fiat illatio,vt in c.auditis,de præscr.& in l.si maritus.C.de do.inter vi.& vxo. † Scđo tene menti & ita allegat 2 qđ astrictus in aliquo actu ad requirẽdum ɔsilium alterius,pôt ɔsuetudine,vel pręscriptione sibi quęrere,vt illud req rere minime teneatur,& procedit iste tex.in casu econtra.s. qđ in casibus in quib. capitulum teneretur requirere consilium prælati talis requisitio consilij eodem modo possit præscribi per capitulum contra prælatum,vel epm,vt tenet Host.in c. ea noscit. s.de his quæ fi.a præla.vt refert,& sequitur Ioã.An.hic,& facit c.irrefragabili. §.excessus.de offic.ordi. Et sicut potest eps pręscribere & sibi per consuetudinem quærere, vt nõ teneatur requirere consilium capituli,vt hic dr̃,ita & consensum,vt tenet Host.in d.c.ea noscitur,per illum tex.& sequitur Ioan. An.hic qui tex.loquitur etiam in religiosis,& loquitur in collationib. præsentationib.& institutionib.beneficiorum,sed tex. hic loquitur in correctionib.inquisitionib.& causarum agitationib. Quid autem sit in alienationib.vel concessionib. rerum ecclesię,videtur q non valeret consuetudo,vel pręscriptio,q prælatus possit sine consilio,vel consensu capituli,quia talis consuetudo esset onerosa ecclesijs.s.e.tit.c.j. & videtur expressum in cle.si vna.de re.eccle.& ibi per glo. in ver. consentiente.& ita tenet Imo.in d.c.ea noscitur,de quo ibi per eum in fi.In gl.j.in fi.& procedit iste tex.etiam in arduis negocijs, vt tenet gl.no. in ver.præsentiam.in c.degradatio,circa prin.j.de pę. & sequit Io.And.hic dicens,q eps prætextu consuetudinis poterit destituere abbatem sine consensu capituli, & idem tenet in c. gra-
3 ue.s.de præb.† In glo.in ver.canonicè,in fi.no.ex glo.duo quę requiruntur ad hoc,vt cõsuetudo dicatur canonicè pręscripta, scilicet bona fides,vt in regu. poss. ssor.j.eo.li. Scđo requiritur titulus,de quo tamen Io.An.remittit se ad no.in c.fi.s. de ɔsue. super vlti.glo.in suppletione quę inci. dixit Host.& per ibi no. tenet hic Io. An. quod in consuetudine non requiratur titulus & ita in effectu sequitur Domi. vt hic per eum, & plures alias
a differentias inter[a] cõsuetudinem & præscriptionem, vide per Io.An.& alios Doct.in d.c.fi.imò tenet Archid.in c.j.j. de præscrip. in consuetudine non esse necesse probare vel allegare titulum etiam si sit contra ius cõmune,sed sufficit vsus cum præscriptione.Tertiò requirit q ɔsuetudo sit præscripta,vt est tex. hic,imò vbicunq; fit mentio de ɔsuetudine in dubio debet sp intelligi q sit rationabilis & pręscripta,vt est tex. sin.in c.cum vna.s.de elec. & facit.c. cum de beneficio.j. de pręben.de quo dicetur in c.proxi.in 3.glo.& quę consuetudo dicatur rationabilis,vel non,relinquitur arbitrio iudicis,secundum glo.no.in ver.rationabilia,in c.j.s de consti.eo.li.Et in casu huius text.vt dicatur legitime pręscripta requiritur q sit seruata per 40. annos per c.de quarta.s.de præscri.secundum Archi.& Io.An.in alijs vero casibus an sufficiat q sit seruata per decem ann. glo. 3.j.c.proxi.tenet q sic,de quo ibi dicetur.Quarto requiritur sm Archid, q episcopus eo animo faciat vt intendat sibi quærere hoc ius in futurum,pro quo glo.quę inci. hoc modo in c.abbate.s.de ver.signi.& no.j.distin.consuetudo.& per Inno.in c.bonę.el secondo.s.de postula.prelato.& in c.dilectus.s. de capel. mona. & si de tali animo dubitaretur standum esset iuramento episcopi,vt per gl.in c.presentiũ.s.de testi.& Insti.de actiò. §. alię. secundum Bal. hic. Quinto requiritur protestatio sicut requiritur in seruitute,vel libertate pręscribenda, per not.per glo.quæ incip. ad hoc in d.c.abbate.secundum Arc. & Io. An. q intelligit hic Imo. quando est talis actus ex quo nõ apparet aliter de voluntate habentis ptãtem inducendi consuetudinẽ a͠ls sine protestatione sufficeret per no.in d.c.bonę.& in c. ecclesia.s.de cã pos.& proprietatis. Sexto requiritur patientia & scientia illius contra quem inducitur consuetundo , vt l. quotiens.ff. de serui. & sufficeret patientia singulorũ de caplo singulariter,non autem collegialiter secũdum Bal. hic de quo in d.c.bonę.cętera ad materiam consuetudinis vide per Io. And.
4 & Doct. in d.c.fi. In gl.in ver.allegat in fi.no. ex glo. q omnis ille qui all.consuetudinem debet eam probare,pro quo tex.in c.cum dilectus.s.eo.ti. Consuetudo enim est facti & non præsumitur nisi probetur,vt in c.j.s.de consti.eo.li.Et idẽ dicimus in præscriptione quia qui illam allegat eam probare debet,vt in c.j.j.de pręscrip.& c.veniens.& c. auditis.eo.tit. In gl.in ver. excessib.in fi.vide hic per Arch.ponentem hic primò,an ordinarius inquirat non precedente fama,de quo in c.2.j.de accus. in c.j.s.vt eccle.benefi.& in c.j.s.de offi.ord.& in c. qualiter.s. de accu.Scđo an processus inquisitionis sit ordinarius,de quo in c.dilecto.in prin.j.de senten.excom. & in d.c.qualiter, in §. debet.Tertio,an in correctione procedat præscriptio. & cõcludit,q nõ,vt a nullo corrigatur ab alio quàm a suo prælato, hoc
5 potest præscribi,vt in c.irrefragabili.s.de offi.ord.† In glo.fi.in fi.not.j.ex glo. q si in aliquo actu de iure requiritur consilium alicuius tũc si omittatur ipso iure nõ valebit talis actus,de quo in c.j.j.ne sede vacante.& in c.cum in veteri.s.de ele.& in c.cũ olim,s.de arbi. & per Bar.in l.j.§.si plures.ff.de exercito. Scđo regulariter de iure cõi quicquid gerit episcopus sine consilio capituli est nullum,de quo tamen per Doct. in c.j. no.ex glo. q hic alleg.& c.quanto.& c.ea noscitur.s.de his quæ fiunt a prælato.& per dominos de Rota in deci.464.quæ incipit,Item quod confessio.& per Inno.in c.edoceri.s. de rescrip.

ADDITIO.

a Nic.Sup.Consuetudinem.Adde an consuetudo possit præscribi. vide Abb.in c.j.in j.col.de consue.in antiquis.Card.in c.fi.eo.tit.Doct. in c.cum de beneficio,de præben. lib.6.
V.G. Adde quanto tempore præscribatur consuetudo percipiendi decimas Ruy.consi.64.nu. 17.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo potest inducere nouam formam in prouisione beneficiorum, & præbendarum.*
2 *Canonici eiusdem ecclesiæ habent inter se prærogatiuam commodi seu vtilitatis.*
3 *Optio præbendarum potest fieri per alium cum mandato speciali, vel secuta ratihabitione.*
4 *Mandatum Papæ non tollit alteri ius quęsitum ratione consuetudinis.*
5 *Consuetudinis si fiat mentio in iure, de qua pręscriptione ipsius consuetudinis intelligi debeat.*
6 *Consuetudo optandi præbendas dicitur rationabilis & approbata a iure.*
7 *Quid si talis consuetudo det optionem præsentibus tantum an absentes existentes in seruitio ecclesiæ, vel Papę possint optare.*
8 *Canonicus antiquior an possit optare minorem pręben dam forte ex aliqua causa.*
9 *Impetratio facta contra consuetudinem ecclesiæ, an valeat si de ea non fiat mentio.*

CAP. IIII.

Cum in tua. Primo ponit diffinitio casus dubijs. Secũdo exceptio ibi,in præbendis.Tertiò prouisio ibi,ne autem.†No.& ita al-
1 legatur , quod consuetudo potest in ecclesia inducere nouam formam in prouisione beneficiorum & præbendarum,& valet talis consuetudo.ideo determinat Rota in deci. 316.quę incipit,Item si in ecclesia,quod valet consuetudo q receptus

ceptus non possit optare maiores præbendas sed minores tantum, vnde si in ecclesia nō est certus numerus canonicorum, sed præbendarum, valet consuetudo, vt receptus vltra numerum possit optare solū minorem præbendam secundū Rotam ibi, & in deci. seq. tenet Rota qđ valet ɔsuetudo, qđ qui optat minorem præbendam possit postea optare maiorem cum va-
2 cabit.† Secundo not. qđ inter canonicos eiusdem ecclesiæ est dare prærogatiuam commodi sicut & prærogatiuā honoris &
3 reuerētiæ, de quo in c. statuimus. s̄. de maio. & obe.† Tertiò no. ꝙ optio potest fieri per alium, quod intelligit Archi. nisi cū speciali mandato, vel secuta ratihabitione, imò sufficeret mandatum cum libera, vel ſm formam c. qui ad agendum. j̄. de procu. ſm Io. And. de quo plenius no. in c. accedens. s̄. de præbē. Et an optio possit fieri per excōicatum, dicetur. j̄.† Vltimò no. ꝙ per
4 mandatum Papæ non tollitur ius alteri quæsitum vigore consuetudinis, ideo si Papa mandat beneficia conferri, intelligitur seruata consuetudine ecclesię, cum in dubio Papa nō videatur tollere ɔsuetudinem ecclesiæ, vel alterius loci, vt hic, & in c. j. s̄. de consti. eo. lib. & idem in statutis, vt in c. ɔstitutus. s̄. de rescri. & j̄. in glo. 3. nec velle præiudicare iuri alterius, vt hic, & in c. q̄. uis. s̄. de rescrip. eo. lib. Si tamen in rescripto, de quo hic, sit apposita clausula, non obstantibus statutis, vel consuetudinib. ecclesiæ contrarijs quibuscunq;, an per talem clausulam generalem tollatur consuetudo optandi, de qua hic, in tex. vide sing. per Rotam in deci. 300. quæ incipit, Item si mandatur. quæ videtur determinare, ꝙ non, de quo tamen pro & ɔtra, vide ibi plene per Rot. & quod no. in c. cum aliquibus, & in c. si propter. s̄. de rescri. eo. lib. & per Do. j̄. §. prox. in 2. col. Rota ibi concludit, ꝙ si mandatur prouideri de maiori præbenda, in certa ecclesia, in qua maiores & minores prębendę existant, non ob. statutis, & consuetudinibus &c. & pręsertim illis quib. cauet quod nullus possit habere maiorem, nisi prius habeat minorem, & isto casu tollitur consuetudo optādi, ex quo expresse mandat prouideri de maiori præbenda, & quia aliàs gratia esset nulla, cum aliam quam maiorem habere non possit, vt in c. cui de non. s̄. de præben. Secus si mandatur prouideri de præbenda simpliciter, cum clausula non obstante &c. quia tunc non tollitur consuetudo optandi, quia gratia potest habere effectum in alia nō optata, & sic fit differentia, an in ecclesia sit gradus præbendarum, & debet fieri ascensus nedum per optionem, sed etiā per collationem nouam, vel assignationem nouam capituli, & tūc procedat primum dictum, secus si non est gradus prębendarū, sed omnes præbendæ appellantur, licèt vna sit melior altera, sed ad illam meliorem venitur tantum per optionem ratione consuetudinis, tunc tali consuetudini per tales clausulas non derogatur, quia gratia impetrantis in non optatis suum potest
5 sortiri effectum, de quo tamen vide ibi plenè per Rotam.† In glo. 3. in prin. no. sing. ex glo. duo. Primò ꝙ si in iure fiat simpliciter mentio de ɔsuetudine, non intelligitur necessariò de consuetudine præscripta per 40. annos, sed potest intelligi, etiā de non præscripta. In contrarium facit c. Cumana. s̄. de elec. & c. cum de beneficio, j̄. de preben. vbi verbum, consuetudo, simpliciter prolatum, semper intelligi debet de præscripta. Quare ex dictis Io. An. & Domi. hic potest sic concludi, quod aut fit mentio de consuetudine in materia ambitiosa, & stricta, & debet in dubio intelligi præscripta per 40. annos, & ita procedat d. c. Cumana, & d. c. cum de beneficio, ſm vnū intellectum. Et idē si consuetudo esset contra ius commune, vt in d. c. cum de beneficio, ſm alium intellectum, & facit quod no. Io. An. in reg. nemo potest, in mercurialibus. ad fi. qōnis Si verò consuetudo non est contra ius commune, sed præter, & materia nō est ambitiosa, & stricta, & tunc non intelligitur de præscripta per 40. annos, sed sufficiant 10. anni, & ita procedat tex. & glo. hic, qđ tamen limita primò, nisi vltra verbum consuetudinis addatur aliquod verbum, denotās præscriptionem, sicut esset verbum antiqua, quia tunc intelligitur de præscripta per 40. annos, ſm gl. in ver. de nouo. & in ver. antiqua, in c. generali. j̄. de elect. eo. lib. vide tamen glo. in l. de quib. ff. de legi. Scđo limita, nisi consuetudo procedat in materia, quæ est contra ius priuatum alicuius, quia tunc intelligitur de præscripta per 40. an. ſm no. in c. cum eccl'ia, de cā pos. & ita procedat, ſm aliū intellm, d. c. Cumana, & hæc ṗcedūt de iure canonico: sed quid de iure ciuili
a patebit. j̄. Scđo no. ex gl. qđ ɔsuetudo quę est rōnabilis [a] & non est cōtra ius sufficit, ꝙ sit seruata per 10. annos etiam de iure canonico, & idem voluit gl. in c. vt litigantes. j̄. de offi. ordi. & Archi. 11. dist. consuetudinis, & hoc procedit in consuetudine. Cōsuetudo quæ non est contra ius sufficit quod sit seruata per 10. annos, & ideo ɔsuetudo optandi inducitͬ per 10. an. vide de hoc plene per Rotam in deci. 458. sed si quis fundaret se in præscriptione tunc requireretur spatium 40. an. vt in c. de quarta. s̄. de præscrip. ſm Docto. hic, & domi. Anto. in d. c. fi. s̄. de consuetu. Super quo articulo ex dictis Doct. ibi sic conclude, qđ aut loquimur de iure cano. & tunc an & quando cōsuetudo debeat esse seruata per 40. annos, vel sufficiāt 10. dic, vt s̄. proxime est dictum. & adde vnam limitationem do. Ant. in d. c. fi. dicentis quia in consuetudine contra ius requiritur spatium 40. anno. nisi procedat ex actibus illius, qui potest ius tollere, quia tunc satis apparet de consensu per 10. annos. vnde infert ꝙ si agatur de consuetudine inducenda in curia, cum ibi sit pręsens Papa qui potest legē tollere, qđ inducetur consuetudo spatio 10. an. qđ dictū procedit qn̄ ageretur ex consuetudine inducenda ex actibus gestis per Papam, secus si ex actibus aliorum quia tūc non vr̄ ꝙ debeat præsumi adesse tacitus consensus Papæ nisi sit legitimè præscripta spatio 40. an. per tex. & glo. in d. c. fi. ſm Imol. ibi in 6. col. Aut loquimur de iure ciuili. & indistinctè sufficit ꝙ consuetudo sit seruata per 10. an. etiam si sit contra ius, vt in l. diuturna. ff. de ll. & in rub. & in l. j. C. quæ sit lon. consue. qđ tamen limita nisi consuetudo versetur circa reseruata principi, quia tunc requiritͬ præscriptio tanti temporis in cuius cōtrarium non sit memoria, vt in c. super quibusdam. j̄. de verb. significa. secundum Imo. in d. c. fi. in 5. col. dicentē post Io. And. & d. Ant. ꝙ tempus prędictum in consuetudine incipit a primo actu qui sit taliter ꝙ trāsit verisimiliter in notitiam populi vel maioris partis, vt ibi per eum dicentem ꝙ tempora de quibus s̄. indistinctè procedunt non habita differentia an cōsuetudo fiat inter pn̄tes vel absentes: nec etiam debet distingui, an id sit per quo versatur cōsuetudo habeat causam continuā, vel quasi, vt tunc sufficiat longum tempus, alias non per l. seruitutes. ff. de seruitutib. quia id procedit in præscriptione, sed in consuetudine, dic indistinctè, vt s̄. ſm Imo. ibi. Sed queritur quid si canonici in casu huius c. per longum tempus non fuerunt vsi hac consuetudine optandi, an dicatur talis cōsuetudo sublata vel interrupta. Ioan. An. qđ non, cum vti sit in eorum voluntate, vt hic in tex. vnde competit eis per viam facultatis, facit qđ in simili no. Io. An. in c. vt priuilegia. s̄. de priui. in fi. vltimę gl. ſm Io. An. hic. ex quo dicto sin. infertur, vt in his quę sunt facultatis non solum competentis de iure cōmuni, sed etiam ex priuilegio, vel cōsuetudine non perdatur tale ius per non vsum, & ꝙ tali facultati non præscribatur, de quo per Doct. in l. licèt. C. de iure delibe. & in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. an. & ibi per glo. & per Bar. in l. pignori. ff. de vsucap. & pro dicto Io. And. facit glo. pen. in cle. j. de foro compet. Si tamen talis vsus non fuisset inductus propter contradictionem alterius partis impugnantis illam consuetudinem, tunc secus esset, cum tolleretur illa prima consuetudo per contrariam desuetudinem obseruatam tanto tempore quantum erat necesse ad inducendum consuetudinem secundum Innoc. in c. accedentibus. s̄. de priui. & per glo. in ver. post. in d. c. cum de beneficio, ſm Dom. ponentem hic, qn̄ priuilegium perdatur per non vsum de quo
b in l. j. ff. de nundinis, & quando consuetudo [b] tollatur per ɔtrariam desuetudinem, de quo per Ioā. An. in d. c. vt priuilegia. & in c. Ioan. s̄. de cler. coniu. & hic per Do. & facit glo. in l. nemo.
6 §. temporales. ff de regu. iur.† In ead. glo. ibi innititur rationi. no. ex gl. iuncto tex. ꝙ consuetudo optandi prębendas dicitur rationabilis & a iure approbata. Non ob. c. 3. s̄. de insti. vbi beneficia debent haberi per institutionem canonicam, & sic nō per optionem, quia certè non dicitur fieri mutatio quando is qui est de ecclesia manens in ea mutat prębendam, vel domū, q̄a totū nōie ecclesię tenetͬ ſm Arch. & Io. An. dicentē, ꝙ qn̄ fit optio nō dr̄ fieri noua collatio, sed optās īhęret collationi sibi factę de antiqua p̄benda, & cōsuetudine, & sic sine collatione, vel titulo dimittit antiquam, & optatam recipit, secūdum Io. And. Et ex hac ratione concludit Rota in deci. 195. quæ incipit,
c Item qđ acceptatio, ꝙ etiam valeat optio facta [b] per excōmunicatum in casu istius c. cum optio non sit noua collatio, vt s̄. & idē tenet hic Domin. in fi. huius c. Item ex prædicta ratione tenuit etiam hic Io. An. ꝙ optio locū habeat in præbendis vacantibus per permutationem. Non ob. cle. j. de rerum permu. quia

ADDITIONES.

a V. G. Rationabilis. Quoniam consuetudo irrationabilis nullo tempore præscribitur. Ruy. consi. 155. nu. 12. lib. 4.

b V. G. Quando consuetudo variabilis & non vniformis firmata per 10. an. per contrarium vsum populi interrumpatur, Cor. consi. 259. visa, litera h. lib. 2.

b Nic. Sup. Facta per excommunicatum. Adde Rot. deci. 5. in tit. de concess. præben. inci. quòd acceptatio, in nouis.

quia ibi irritatur collatio,non optio.de quo tamen Io.And.remittit ſe ad no.per eum in addi.Spec.ſuper rub. de rerum permu.vbi videtur tenere contrarium,& vt non ſit locus optioni & ita ſequit̃ hic Io.de Lig.& Pau.in d.cle.j.& Fede.in tractatu permu.in q.28. Et idẽ vr̃ tenere Fed.in ſuo cõſi.lix.Sed Do.hic ſequit̃ primã opi.Io.An.vt locus ſit optioni, quia d. cle.j. non tollit particulares conſuetudines eccleſiæ. arg.c.j.s̃. de conſti. eo.lib.& quia in optante non fit noua collatio,vt.s̃.de quo hic plene per Domi.& hanc partem ſequitur hic Pet.de Anc. Sed plenius vide per Imo.in c.fi.de rerum permu.in 20.col.reducẽtem opi.ad concor. poſt Lap.ꝙ aut permutatio fit ob vtilitatẽ permutantium,& habeat locum optio, ex quo talis permutatio videtur ambitioſa,& reſtringenda. Si verò permutatio fiat propter vtilitatem eccleſiarum, tũc non habeat locum optio, ex quo tunc permutatio eſt fauorabilis, & amplianda. In ead. glo.in fi.nota ex glo.ꝙ ſtatutum & conſuetudo æquiparantur, de quo in c.j.hic allega.In glo.in ver.antiquiores,in princi.no.
7 glo.& vide in d.c.ſtatuimus.† In ea.glo.ibi, vel aliam æquitatẽ, puta quia dat hanc optionem Doctorib. vel filijs Regum, & Principum ſm Io.And.& vide j̃.in gl.in ver.cum vacant.Quid autem ſi conſuetudo dat optionem præſentib.tm̃,an abſentes exiſtentes in ſeruitio eccleſiæ,vel Papæ poſſint tũc optare. Archi.hic,ꝙ non,quia conſuetudo eſt ſtricti iuris,& nõ debet extendi.facit l.j.C.de eman.lib.& idem tenet Ioã.de Lig.hic.Sed Io.An.hic contra, quia tales abſentes habẽtur de iure pro præſentibus,vt in c.ad audientiam,& c.cum dilectus.s̃.de cle.non reſi.quia licèt conſuetudo, & ſtatutum non debeat extendi ad caſum fictum,vt no.in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.tamen ex quo iſta conſuetudo non eſt contra ius,vt s̃.in gl.debet extendi de caſu vero ad fictum,ſicut ex illis arguitur a contrario ſenſu per no.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure,quia talis ęquiparatio reperitur facta de iure cõi,vt in d.c.cum dilectus, & ita ẽt tenuit Io.An.in reg.pro poſſeſſore.j̃. eo.li. ſecus ſi conſuetudo eſſet contra ius, quia tũc non fieret extenſio ad caſum fictum, vt in c.ſuſceptum,& ibi per glo.s̃.de reſcrip.eo. lib. & no.in c. cum in tua.s̃.de decimis,ſm Imo.& Do.Et tene menti ſing. ex dcõ Io.An.hic,ꝙ ficta pręſentia,de qua in d.c.ad audientiã.operatur non ſolum in iuribus competentibus ipſis præſentib.de iure cõi,ſed etiam ex conſuetudine,vel ſtatuto, & hoc quando quis habet̃ pro præſente de iure cõi,ſecus ſi ex priuilegio, quia debet intelligi pro præſente,quo ad illa, quæ ſunt de iure communi præſentibus conceſſa, non quo ad illa, quæ ſunt contra ius, licèt conceſſa reperiantur quod eſt notandum ſm Pet. de
8 Ancha.hic,in fi.† In glo.in ver.meliores,in fi.idem Pet.de Ancha. per l.Sabinus. ff.de in diem adiect. & idem tenet Rota in deci.227.quæ incipit,Item valet.quod intelligit hic Do. quãdo conſuetudo ſimpliciter diſponit ꝙ poſſit optari præbenda, ſecus ſi ſpecificè diſponit ꝙ poſſint optari maiores præbendæ, tunc non poterunt optari minores, quia conſuetudo non debet extendi ad id,quod non ſeruatum,vel præſcriptum & poſſeſſum,vt in c.auditis.s̃.de præſcrip. & facit d.l.j.non ob.quod conſuetudo, quando non eſt contra ius poſſit extendi per no. in c.fi.s̃.de offi.arch.quia illud non procederet quo ad diuerſa,
9 & ita tenet glo.j̃.proxi.†In glo.in ver.de iure.no.ſingu. ex glo. quod etiam ſi in reſcriptis fiat mentio de iure,poteſt etiam intelligi de conſuetudine,quia conſuetudo eſt ius,&c. facit c.j.s̃. vt lite pen.vnde ſi allegatur aliquid factum contra formam iuris,verificatur etiam de ſtatuto,Bal.in l.j.C.de confeſ.in 18.col. hinc etiam eſt,quod ſi aliquis in ſuo libello, dicit rem ad ſe de iure pertinere intelligitur intentaſſe etiam ius ſtatuti, vel conſuetudinis ſm Bal.in l.j.in fi.prin.ff.de edendo.& all. pro hoc, d.Inno.in c.certificari,de ſepul.pro quo etiam facit,quia ſi partes renunciant omnibus exceptionibus iuris, venit tunc conſuetudo, vel ſtatutum,ſm Bal.in l. ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff. ſi quis cau.Sed Ang.contra in l.ſi pater.C.quando muli.tutelę
a offic.quia appellarione[a] iuris, debet in dubio intelligi de iure cõmuni.pro quo gl.ſing.in c.j.s̃.de tranſac.& facit tex.& gl.Inſti.de iure naturali.§.2.ideo Io.An.in addi.Spe.in titu.de arb.§. excipitur, in ver. item ꝙ corruptus.tenuit quod per cõpromiſſum factum,vt pronuncietur de iure non poterit pronunciari, ſm ſtatuta,uel conſuetudines illius loci, licèt d. Ant.in hoc teneat ɔ̃trium in c. Quintauallis. s̃.de iureiur. & idem do.Nic.in rubr.s̃.de ɔſue.per Doct.in c.Quintauallis.de quo articulo vide plenius dicta in rub.j̃.de reg.iur.in fi.Ange.in diſputatione ſua quę incipit,Romanus in rub.de arbi.qđ ad ius cõe.An ſi renũcio omnibus priuilegijs intelligatur de priuilegijs iuris cõmunis,an vero ſtatutorum.Bal.in l.ſed & ſi quis.§. quęſitũ.ff.ſi quis cau. co.7. Si teſtator retulit ſe ad ius, an intelligatur tã de iure communi quam ſtatutario.Bar. in l. quicunque.circa me-
10 dium.in verſi.ſed pone ſtatutum.† In glo.in ver.nõ fuerit.in fi. nec ob d.c.conſtitutus.vbi impetratio facta contra conſuetudinem eccleſiæ non valet ſi de ea non ſit mentio.nam illud procedit in conſuetudine reſpectu numeri ſcđm Pet. de Anchar. vel ibi infringeretur conſuetudo ſi fieret prouiſio, hic autem non infringitur,ideo valet impetratio non facta mentione de conſuetudine ſcđm Imo.& Do.hic in fi.dicentem per hoc notabiliter limitari d.c.ɔſtitutus. vt tunc in reſcripto debeat fieri mẽtio de ɔſuetudine vel ſtatuto eccleſiæ qñ nõ poſſet ꝓuideri impetrãti quin infringat̃ ſtatutũ,vel ɔſuetudo eccleſiæ,alias ſecus, vt hic dr̃ quod no.& vide de hoc per Fede.in ſuo cõſi. 59.

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Appel.iuris.Adde glo.in c Cumana.de elec. & in §. ſed quotiens. Inſti.de iu.natu.& per An.in ſua diſputatione,inci.duo litigantes.
V.G.Iuris appellatione venit ius ſcriptum & non ſcriptum.Soz. conſi. proſequendo.ver. non obſtat lib. j.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicatus nomine aliquando comprębenditur præbenda, & canonicatus ſimul.*
2 *Fructus groſſi præbendæ defuncti in curia an optari poſſint.*
3 *Optio an habeat locum in præbendis ſpecialiter reſeruatis & collatis per Papam.*

1 In prębendis. † No. primo ſm Do. ꝙ appellatione præbendę,cõpræhenditur aliquando canonicatus & præbenda ſimul facit c. j. s̃. eo. qđ inducit vt ſi impetratur præbenda vacatura,ſufficiat etiã quo ad hoc vt ob
2 tineat etiam canonicatum ſecundum eum.† Secundo nota de
a hac dictione apud,[a] quę ponitur pro in,vt patet in c.ſtatutum
3 in prin.j̃.de prębẽ.ſm Archi.& Io.An.† No. primo,ꝙ licet iſte tex.loquatur in prębendis,tamen habebit locũ etiam in groſſis fructibus illius canonici in curia defuncti,vt optari non poſſint etiam ſi dicti fructus redirent ad capitulum, vt tenet Rota
4 in deci.296.quæ incipit,Item ſicut.†Scđò no.de hoc verbo, ordinatur, quod importat totalem prouiſionem, & ſic beneficij collationem,facit c.2.s̃.de conceſ.præben.& gl.2.in c.poſt electionem,eo.titu. quod inducit hic Do.ad impetrantes beneficium ſpectans ad ordinationem alicuius, vt includat illud qđ ſpectat ad collationem,ſicut etiam poſſet includere alios modos prouiſionis beneficiorum, de quo in c.cum in illis.§.j.j̃. de
5 præben.† In glo.in ver.ordinatur ibi, intra menſem.nam poſt mẽſem haberet locum optio in præbendis, vel alijs beneficijs vacantibus in curia,vt dicit glo.hic,& tenet Lap. in ſua alle.82.
6 de quo tamen hic per Do.in fi.iſtius.§.† In ea.gl.in fi.Quid autem in prębendis ſpecialiter reſeruatis,& collatis per Papam, an habeat locum optio.Archi.hic,quod non,per no.in c.vt noſtrum,s̃.de appel.Et idem tenet hic Io.An.ſm quem ideo dixit Archi.de reſeruatis,& collatis,quia aliàs hoc dictum eſſet contra tex.s̃.in prin.Nam quando Papa ſcribit ſuper prębenda vacatura,ſemper illam reſeruat,& tamẽ habet locum optio, vt s̃. in prin.c.ſuper quo Lap.hic ſic cõcludit ꝙ aut reſeruatio fit generaliter, vt quia nõ eſt facta ob fauorem ſingularem alicuius, tunc ſiue prouideat ſiue mandet prouideri tanq̃ ſibi reſeruata non eſt locus optioni,& rõ eſt ſm Io.de Lig.quia reſeruãdo derogat oĩb.iurib.& ſtatutis, & tollit omnem ptãtem cõferendi, & ſic tollit iura,quæ dant poteſtatem optandi. Si verò reſeruatio fit ſpecialiter, tunc aut fit motu proprio, maximè cum cl̃a gñali non obſtante,& idem quia non habebit locũ optio.Aut reſeruatio ſit ad petitionem alterius.& tunc ſiue conferat ſiue mandet conferri,locus eſt optioni niſi de ipſa cõſuetudine faciat expreſſam mentionem,vt hic,& in c.quamuis.& c.ſi propter.s̃.de reſcri.eo.lib.j̃. de pręben. cum in eccleſia. & ratio eſt ſecũdum Io.de Lig. quia tũc talis gratia procedit de radice ambitionis, vt in c.quamuis.j̃. de pręben. & ita tranſit hic Do. de quo etiã vide per Lap.in d.alle.in 3.col.Quid autem ſit in prædictis deuolutis ad ſedem apl̃icam per negligentiam inferiorũ tenet hic Archi.qđ ſit locus optioni.Ex quo tales Papa cõfert iure ordinario,vt in cle.ſi de beneficio de pręben.qđ intelligit hæc Do.quando valens optare ignorauit vacationem quia 20. dies de quibus.j̃.§. proxi.currunt a die ſcientię ſecundum glo. ibi,alias ſi habuit notitiam tunc poſt 20.dies optare non poſſet,vt ibi.Ex his infertur,ꝙ dilatio 20.dierum habeat locũ etiã vbi non eſt expectans apoſtolicus vel executor.

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Dictione apud.Adde quod iſta dictio aliquando ponitur pro coram, vt in l. de iure.ff.ad muni. l.ſi.ff.de offi.præfec.vig. & in l.penes te.ff.de ver.ſi.
V.G. Adde de huiuſmodi dictione Bar.in l.ſi quis in tantum, col.j.ver. opp.vbi etiam Alexan.in apoſt.C. vnde vi.

a **Ne autem.** No.text.ibi duntaxat.[a] per quem infertur ſm Io.An. ꝙ ſi in eccleſia eſſet ſtatutũ vel conſuetudo vt daretur maius tempus optare volentibus, tunc non fieret derogatio illi tẽpi niſi eo caſu quo eſſet ibi expectãs apoſtolicus quo caſu in eo tantum procedit iſta dilatio 20.dierum, quod intelligit hic Do. niſi conſuetudo ſit inducta & præſcripta poſt iſtum text. tunc etiam expectans apoſtolicus non poſſet ante illud tempus conferre, quia hic non tollitur niſi cõſuetudo quæ tunc erat non futura conſuetudo. facit glo. in ver. conſuetudo, in cle. ſtatutum. de elec. & quod no. in c.j.ſ. de conſti.e.li. In ſtatuto vero indiſtincte procedit dictũ Io.An. quia inferiores non poſſunt facere ſtatuta contra ius, vt in cle. ne Romani, de elec. In gl. in ver. 20. dies. in fi. & licèt iſtud tempus ſit vtile a prin. tamen in progreſſu erit continuum, & fiet computatio de momento ad momentum, ſm Archi. de quo in cle.j. in fi. de conce. præben. & ibi no. quando dicatur habuiſſe notitiã ſm Io. And. ſentientem quod etiam in iſto caſu ſufficiat illa ficta ſcientia, ſed Lap. hic tenet quod in caſu requirat̃ vera ſcientia, & ita videtur velle glo. ibi, ſm Dom. In gl. in ver. duntaxat in prin. no. ex glo. quod vbi plurib. ſimul datur vna dilatio certorum dierum, talis dilatio nõ intelligitur diſtributiua, ſed collectiua, vt ſimul omnibus data intelligatur, & vide per glo. in rub. C. de ſucceſ. edicto. & in d. cle.j. & quod no. in l.fi.C. qui ad mit. In ea. glo. in fi. no. ꝙ licèt in c. vt commiſſa. ĵ. de elec. eo. lib. dicatur, ꝙ licèt conſtet actum intra terminũ legalem fieri non poſſe, tñ ante finẽ termini nõ poſſit fieri executio. illud procedit, niſi de hoc cõſtet per expreſſam voluntatẽ illius in cuius fauorem fuit data dilatio, vt vult gl. ſin. hic, ſm Bal. de quo in l. cũ ſtipu. ſim mihi a Proculo. de ver. obli. & in d.c. vt cõmiſſa. nam finita cauſa dilationis ſinitur dilatio. l. a filia. ff. ad Trebel.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Duntaxat. Adde de iſta dictione c. ex pœnitentibus. 50. d iſt. Archi. in c. ſtatutum. in ſ. in nullo. de reſcrip. lib. 6. & in l. nemo. C. qui teſt. fa. poſ. V.G. Adde de iſta dictione Bar. in l.j. in prin. ff. ſi q.s. Iud. nõ obtẽ. & ibi per Alex.

De poſtulatione prælatorum. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Electio & poſtulatio, licet non poſſit fieri hoc modo, eligo poſtulandum & c. patronus tamen poteſt dicere, eligo præſentandum.*
2 *Actus incertus admittitur in principio quãdo datur probabilis dubitatio.*
3 *Via vna quando eligitur in incompatibilibus, altera præcluditur ipſo iure.*
4 *Electionis verbum late ſumptum multa includit.*
5 *Conſtitutio antiqui iuris declaratoria quando trahatur ad præterita pendentia.*
6 *Clauſula vt melius de iure fieri poterit, quando releuet vel non.*
7 *Clauſula in fine poſita, an & quando referatur ad omnes præcedentes.*

CAP. I.

1 **PErpetuò.** † Nota j. ſm Io.An. ꝙ licèt electio, vel poſtulatio non poſſit fieri modo hic expreſſo, patronus tamen bene poſſet dicere eligo præſentãdum per no. in c.fi.ſ. de iure patro. cum talis ſit potius quædam prælectio quàm propriè electio. facit cle.2. in fi. de iure patr. ſm Io. An. quod no. in c.2.ſ. de iure patro. Scdõ no. ibi ſub ea forma & c. ꝙ clauſula quod actus valeat omni meliori modo & iure quo fieri poteſt, non validat actum geſtum non ſeruata forma, de quo ĵ. in glo. & vide quod no. Bar. in l.3. ff. de teſta. mili. & in l.j.ſ. ſi quis ita. de ver. ob. † Tertiò no. ibi, niſi fortè. ꝙ quando in aliquo actu datur probabilis dubitatio admittitur a principio actus incertus, cum probabilis dubitatio excuſet. facit quod habetur in l.j.ſ.j. ff quorũ leg. vbi ratione probabilis dubij admittitur libellus alternatiuus, ſicut hic admittitur petitio incerta in origine, debet tamẽ certificari antequàm perficiatur quo ad eius executionem quod eſt generaliter verum, ſm Bal. in l.j.ſ. ſi quis argentum. ff. depoſi. & no. in c.2.ſ. de ordi. cog. & ĵ. tit. proxi. in c. vt quis duas. † Vltimo no. quod vbi eligitur vna via ex compatibilibus, præcluditur via ad alterã ipſo iure, & ſine ope exceptionis, quia iſta dictio, penitus, de qua in tex. importat ipſo iure, vel ſine ope exceptionis, ſm Io.An. quod tene menti de ſignificatione huius dictionis,[a] penitus, de quo no. in c. Romana. in fi. ĵ. de ſen. excõ. & in c. querimoniam. de iure patro. & in c. graue. in fi. ſ. de pœnis. In glo.3. in prin. nota differentiam inter electionem, & poſtulationem, & an in poſtulatione requirat̃ forma c. quia propter. ſ. de elect. Io.An. in c. publicato. ſ. de elec. tenet ꝙ non, ſed ſufficit ſola concordia poſtulantium. & ita eſt tenendum poſt factum, licèt Inno. in c. in cauſis. ſ. de elec. tenuerit contrarium ſm Imo. Eſt tamen poſtulatio pronuncianda pro vno ſicut electio, & ſufficit ꝙ pronũcietur in populo, & ita ſeruatur ſm Archi. & Io. An. In ea. gl. ibi, non conſentit. differt etiam in alio, quia poſtulans vr̃ fateri defectum eſſe in poſtulatum, vt ſ.e.tit. per totum. ſed qui eligit videtur præſupponere in electo nullum eſſe defectum, ideo ex talibus formis reperitur eſſe contrarietas ſm Domi. In glo. in ver. vera poſtulatio. in fi. No. ex glo. diffinitionem poſtulationis, & electionis, de quo hic per Ioã.
4 An. dicentem, † ꝙ verbum, electionis, latè ſumptum multa includit, vt hic per eum. † In gl. in ver. de cętero. no. quod licet nr̃
5
b cõſtitutio[b] antiqui iuris declaratoria trahat̃ ad præterita pendẽtia ſm no. in c.j. & 2. de conſti. licèt non ad deciſa, vt probat tex. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epi. & cleri. tamen illud verum, niſi aliud appareat ex verbis, vel mẽte ipſius cõſtitutionis, vt hic in ver. de cætero. & facit gl. in ver. de cętero. in proęmio cle. & in cle.j. de elect. & in c. deteſtanda. ĵ. de conceſ. pręb. & in c.fi.ſ. de ſpon. duorum. vel niſi ipſa conſtitutio haberet cõem opi. & interpretationem, cum non trahatur ad pręterita etiam ſi talis interpretatio reprobetur, ſecũdum glo. hic, facit glo. in ver. receperint. c.j.ĵ. de cle. non reſi. & in cle. fi. de rebus eccle. ſecundũ Domi. Et dixit hic notabiliter Io. An. ꝙ eo caſu quo conſtitutio antiqui iuris declaratoria nõ trahitur ad præterita tunc non trahitur etiam ad pendentia, de quo tamen per glo. ord. in ver. de cętero. & in c. licet canon. ĵ. ti. proxi. & in d. cle.j. In glo. in ver. irritum. in fi. vide quod no. in c. qđ ſicut. ſ. de ele. Et an iſti taliter eligentes ſint ipſo iure priuati poteſtate eligẽdi. Archi. & Ioã. And. hic ꝙ ſic, arg. c.2. ĵ. titu. proxi. qđ intelligit Domi. quo ad votum pręſtitum in illo ſcrutinio, non autẽ quo ad alia vota pręſtanda in alio ſcrutinio. In glo. in ver. probabi-
6 liter. ibi, nullus. dic vt hodie habetur in d. cle.j. † In ea. gloſ. ibi prout melius. no. ex glo. quando ſit ꝙ in actibus contrarijs releuet proponere hanc clauſulã, prout melius de iure fieri põt & c. quia tunc ſcilicet quãdo eſt probabile dubium iuris vel facti ſecundum Io. And. In ea. glo. in fi. intellige niſi propter cõtrarias opi. eſſet probabile dubium ſuper intellectu iuris, nam tunc excuſaret & haberet locum finis tex. hic, arg. notatorum in c. vt debitus. ſ. de appel. & in c. maiores. ſ. de baptiſmo, ſecũdum Io. And. ex cuius dicto no. ꝙ probabile dubium ſuper intellectu iuris excuſat prout no. in c.j.ĵ. de ęta. & quali. ſm Do. & facit glo. Inſti. de obli. quę ex quaſi delicto naſcũtur. in prin.
7 & no. in l.fi. C. de pęna iudicis. † In gl. in ver. ſic, in fi. tene mẽti ꝙ licet alias clauſula in fine poſita referatur ad omnes præcedentes caſus, vt l. talis ſcriptura, de lega. j. quia præcedentia declarant ſequẽtia & econtra, vt in c.2. requiris. ſ. de appel. etiam ſi præcedentia ſint diuiſa per ſ. ſeu ver. vt per gl. in cle. cãm. ſ. verum. de elect. & in c. cum apoſtolus. ſ. de cenſibus. tamen limita illud eſſe verum. Primo quãdo eſt eadem ratio, alias ſi eſſet dare diuerſam rationem quare magis ad vnum caſum quã ad reliquum referatur, quia tunc non refertur ad omnes caſus præcedentes ſm glo. no. hic, & facit glo. in verſi. locus, in c. ſtatutum. in prin. ſ. de reſcri. eo. li. Scdõ limita niſi caſus vbi exceptio eſſet poſita, ſit diuiſus a pręcedentib. per ſ. quia tunc non refertur niſi ad proxima, ſm glo. hic, licet quo ad declarationẽ referatur ad omnia vt ſ. c. qđ eſt notã. pro ſtatutis vel priuilegijs, ſecundum Do. & vide glo. in ver. coram, in c. vt circa. ĵ. ti. proxi. & per Doc. in l. ſi idem, in fi. ff. de iuriſdi. om. iud. & per glo. & Inno. in c. cũ dilectus. ſ. de dona. & nota. in c. olim. ſ. de reſcrip. In glo. in ver. neceſſario. in fi. ſi ergo non eligat alterum non valebit tunc, vt electio, vel vt poſtulatio etiam ſi facta fuerit, vt valeat, vt melius fieri poteſt, etiam ſi taliter electus diceret conſentio electioni vel poſtulationi prout melius fieri poteſt, vt vult glo. ex hoc tex. per quem Pe. de Ancha. refert hic ſe cõſuluiſſe ꝙ ſi heres dicat, adeo hęreditatem ex primo teſtõ vel ex ſecundo prout melius de iure valere poteſt. & ſi non valet ex primo, adeo ex ſecundo, ꝙ tunc ex neutro valebit aditio cum videatur dubitaſſe de viribus vtriuſq; teſtamenti. facit. l. eũ qui duobus. ff. de acquiren. hære. & qđ no. in d.c. vt quis duas. patet ergo ꝙ dicta clauſula, prout melius valere poteſt, vel ſimilis non operatur in aditione hæreditatis, ſicut hic non operatur in

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Dictionis penitus. Adde Arch. in c. ordinarij. de off. ord. li. 6. idem Archi. in c.j. de cle. ægro. eo. lib. & in ſ. eſt & aliud. Inſti. de dona. V.G. De iſta dictione penitus. Adde Alex. in l. ſi urbana, ff. de condi. inde Imo. in l. qui vſumfructum, de verb. obl. & in l. Imperator, ff. de iu. fiſ.
b Nico. Supe. Conſtitutio antiqui iuris. Adde tex. & ibi Domi. in c. quoniam. 47. diſt. glo. in c.j. de cleri. non reſi. lib. 6. Inno. in c.fi. de conſti. Abb. in c. ſignificaſti. de foro competen.

in isto consensu præstando. Operatur tamen in vltimis voluntatibus conficiendis, vt in l. fi. C. de codicil. & in libello, vt not. in c. constitutus. s. de resti. in inte. & in c. abbate. j. de re iudi. & in c. j. j. de reb. eccle. Et inducit hic Do. hanc glos. ad legem vel statutum imponentem pęnam super certo facto prohibito. & postea excipit vnum casum sub certa determinatione vel forma, q pęna apposita super tali facto prohibito extẽditur ad casum non exceptum, si forma non seruetur, de quo etiam no. in l. in repetendis. ff. de leg. 3. In glo. fi. in fi. concludit Lap. q si electio, vel postulatio sit facta sub vltima forma hic posita videtur alteram eligere eoipso, quod vt electus consentit electioni, vel vt postulatus consentit postulationi, licèt non teneatur postulationi consentire. facit quod no. Ioan. And. in c. gratia. s. de rescrip. eod. lib.

De electione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum concipit fœmininum, an etiam in pęnalibus idem sit.*
2 *Forma capituli, quia propter, de electio. an sit seruanda in electionibus minorum beneficiorum veluti canonicatum.*
3 *Causa appellationis potest prosequi per procuratorem habentem speciale mandatum licet crimina opponantur.*
4 *Prouisio & electio quo casu differunt.*
5 *Obiectus facti contra electionem, qui dicantur facti in formam electionis.*
6 *Capitulum primum de electionibus, an habeat locum si causa aliter quam per appellationem defertur ad curiam.*
7 *Iudex si statuit alium terminum quam legalem an videatur esse recessum a termino legali.*

CAP. I.

1 STatuimus. †No. j. ibi, si quis, iuncta glo. q ex quo feminę hic comprǣhendun
2 tur, masculinum[a] concipit fęmininum etiam in pęnalibus, de quo per glo. j. eo. generali. imò iste tex. & eius pęna locum habet in ipsis laicis qui quandoq; possunt opponere, & appellare sm no. per Inno. & Ioã. And. in c. super his. s. de accusa. cum text. hic loquatur de his quorum interest, sm Io. An. de quo. j. eo. in c. vt circa. †Scd'ò no. ibi in formam. iũcto ver. canonis, quod est. j. quod forma c. quia propter. s. eo. sit seruanda in electionib. minorum beneficiorum, vt sunt canonicatus, sm Host. sed Io An. hic contra, & in d. c. quia propter. quia sequeretur q esset seruanda in prouisionib. vel postulationib. q est falsum. Et text. hic, non debet intelligi de illa forma, sed de alia, puta q electio nõ sit facta capitulariter, vt in c. j. j. de reb. eccle. vel quod fuerit simoniaca, vt in c. significatum. s. de præben. vel q non fuerint vocati vocandi, vt j. de præben. cum in ecclesijs, & vide per Inno. in c. ex parte. s. de conces. præben.
3 † Tertiò no. ibi per procuratorẽ, q licèt opponãtur crimina, & defectus, tamen potest quis causam appellationis prosequi per procuratorem & intellige habentem speciale mãdatum, vt in cle. non potest, de procura. & vide per Spe. in titu. de procu. §. j. ver. sed nunquid, cum seq. ponentem 10. qões ad hunc artic. & debet procurator comparens in causa esse instructus, vt hic in tex. aĩs non diceretur sufficiens, vt s. de iur. calum. in pertractãdis sm Io. An. & perinde habetur, ac si citatus non cõparuisset sm Domi. facit glo. in c. pen. j. eo. Quid autem si terminus statuatur ab homine prout dicit in c. oblatæ, & c. personas. de appel. an procurator debeat comparere instructus sicut hic in termino iuris. Inno. & Io. And. videtur hic residere q non, ex quo non reperitur iure cautum. Sed Imo. hic contra. dicẽs hoc probari hic in tex. in beneficialib. sed in alijs causis procedat alia opi. de qua in c. cordi. j. de app. Do. tamen residet in prima opi. Inno. quia licet si iudex velit bene possit in beneficialibus assignare talem terminum, vt instructus compareat ad totam causam: tamen simpliciter statuendo hoc non includitur. Et qualiter dicatur comparere instructus, vide j. c. cupiẽtes. §. j. Et an sit danda noua dilatio ad producendum acta. Io. An. hic q sic sub sistente iusta causa, aliàs secus, cum ad hoc habuerit terminum iuris, vt hic. Et an procuratori nõ instructo debeat dari dilatio ad dñm consulendum, vide no. in c. dilectus. s. de procu. Et an procurator non instructus possit remoueri & dñs cogi per iudicem, vt instructum constituat, & bonæ famæ. Host. & Io. An. hic, q sic, vt hic per eos. In glo. in ver. prouisionem ibi, cum inter. no. vnam differentiam inter electionem & prouisionem, quia prouisio in vnico actu includit sub se electionem & confirmationem, & importat idem q collatio sm Do. nam appellatione prouisionis venit etiã collatio, vt in c. si pro te. s. de rescrip. e. li. & ideo dicit Domi. Nic. in c. tua. in prin. s. de his quæ fi. a præla. q prouisio Papæ habet vim electionis & confirmationis, & in c. cum olim. s. de causa pos. & ibi per Inno. Est ergo prouisio qñdo superior ex officio vult prouidere ecclesiæ vacanti, sm Arch. dicentem q prouisio aliquando sumitur pro electione, vt s. eo. cãm. & qñq; electio pro prouisione, vt s. de conces. præben. dilectus. glo. tamen no. in ver. prouisionis, in
b cle. fi. j. eo. dicit q verbum[b] prouisionis, est verbum latum aptũ comprǣhendere omnem modum per quem prouidetur, siue sit electio, seu nominatio, siue postulatio, siue collatio, qđ no. Si ergo ius eligendi simul vnitur in persona habentis confirmare etiã ex negligentia inferioris potest tunc vnico actu prouidere ecclesiæ, nec est necesse q primo eligat, & deinde cõfirmet, sm glo. hic, de quo in c. cum inter. hic alleg. & per glo. 2. in c. vt circa. j. eo. In ea. glo. in fi. Archi. & Io. And. concludit q idẽ si appelletur a confirmatione. j. eo. si postq̃. & c. oblatæ. s. de appel. & ibi per Io. An. & quod no. j. eo. auaritiæ. in glo. in ver. confirmetur. quod intelligit Io. de Lig. si appelletur a confirmatione iudiciali, secus si ab extraiudiciali, cum talis appellatio non suspendat, licèt bene deuoluat negotium ad superiorem, vt in c. constitutis. el 2. s. de appel. & ita procedat opi. Inno. & Host.
4 hic sm Do. † In glo. in ver. factam, in fi. Idem tenet glo. in c. qui ɔtra certam. hic alle. qđ procedit & si prouisio sit fiẽda de beneficio non uacante, puta si appelletur ne aliquis recipiatur vltra numerum, secundum Io. An. dicentem idem esse si appelletur ab inuestitura, vel a collatione canonis facta ab executore Papæ purè dato, vel sub conditione, puta capło negligente. licèt sit facta vltra numerum, vt patet in tex. j. in ver. canonis. quia licèt in illis non detur vacatio secundum Io. An. In glo. in ver. impugnat. in fi. no. ex glo. qđ c. fi. j. eo. non habet locum in cõsecratore & ordinatore. & idem Io. Mo. hic, de quo ibi dicetur. In glo. in ver. formam. ibi quia, propter dic, vt s. in 2. nota.
5 † In glo. in ver. in personam, idem si dicatur electores, vel prouisores esse excommunicatos, vel suspensos, vel literas subreptitias per quas facta est ꝓuisio, vel electio, quia oẽs isti obiectus dñr in formam. Nec ob. d. c. vt circa. vbi ponũtur, vt diuersa obijcere in formam, & contra ipsos eligentes, quia illud procedit quo ad modum specificandi, non quo ad pęnam nõ probantis de quo hic per Do. In glo. in ver. propter hoc, in fi. & licèt quando appellatur in iudicio non habeat locũ d. c. vt circa. in tamẽ habebit locum iste tex. in appellatione etiam iudiciali sm Inno. & Io. An. & vide gl. in ver. appellari, in d. c. vt circa & qđ ibi dicet. & dicit hic Io. An. hunc tex. hẽre locum non solũ si appellet ab electione, vel prouisione, siue appellet opponẽs vel ille cõtra quẽ opponit, sed ẽt si appellet ꝓ cãm electionis, vel prouisionis, vel postulationis, vt si appellet a grauamine corã executore, vel iudice, ad hoc gl. 4. in d. cle. cãm, volens hunc tex. hẽre locũ nõ solũ in prima cã appellationis sed ẽt in scđa. & ita dicit Inn. se seruasse. & Doc. hic sequuntur. In glo. in ver. ad eos, in fi. idem Ioã. Mo. & Archi. intellige quo ad citationẽ & deuolutionẽ, sed quo ad pęnam opponentiũ habet locũ in inferiorib. secundum Io. An. pro quo glo. antepe. in d. cle. non
6 põt. † In glo. in ver. appellari, in fi. Iste tamen tex. locũ nõ habet si aliter quam per appellationẽ cã defertur ad curiam sm Inn. & Archi. & Ioan. An. intellige quo ad deuolutionem & citationem, secus quo ad pęnam, vt no. in cle. non potest. sm Do. In glo. in ver. opponit. ibi ratam. intellige eorũ nomine interpositam, intra q potuissent appellare, videlicet intra 10. dies a tempore scientię, vt in d. c. vt circa. & ibi per glo. in ver. adhærẽtes secundum Io. An. & idem tenet Rota in deci. 227. quę incipit
7 Item adhærentes. & facit qđ no. j. §. proxi. † In glo. in ver. intra mẽsem. in prin. Quid aũt si iudex statuit aliũ terminũ minorẽ vel maiorẽ, an ꝓpter hoc sit recessum ab isto termino legali. Old. in ɔsilijs suis tenuit q nõ & ita residet Pet. de Anc. in c. j. in fi. s. de ɔsti. e. li. q no. & vide qđ est dictũ. s. i vltimo notabili.

ADDITIONES.

a Nic. Supe. Masculinum concipit fęmininum. Adde glo. in c. 2. de rescrip. lib. 6. Archid. in c. si quis suadente. 17. q. 4. Bar. in l. j. ff. de ver. signi. & Bal. in l. ancillæ. C. de fur.
V. G. Adde q masculinum concipit fœmininum etiam in odioso. Præceptor meus Goz. in consi. 43. nu. 2. & 19. non tamen quando fit mentio expresse de masculo. Goz. consi. 67. nu. 16. Quando aũt non concipiat fęmininum. Ruy. consi. 103. nu. 7. lib. 3. & consi. 15. nu. 9. lib. 3. consi. 22. nu. 4. lib. 3. & consi. 145. nu. 11. & 12. lib. 3.

b Nic. Supe. Verbum prouisionis. Adde Ioã. And. in c. cum in illis, de præben. in nouella, Doct. in clemen. fi. de ele.
V. G. Adde quòd prouisio generalis tantum operatur quo ad omnia contenta in illo genere, quantum specialis, quo ad illam speciem, quo ad comprǣhensiones, ad exclusionem Thom. Gram. Deci. 103. nu. 122.

SVMMARIVM.

1 *Pars comparens non potest petere vt procedatur in cã, nisi probet se expectasse*

ctasse per tempora a iure statuta.
2 *Citatio facta a iure censetur esse peremptoria.*
3 *Actus quilibet inducit litis contestationē. vbi litis cōtestatio nō requirit.*
4 *Exceptio procuratoria an possit opponi post litis conte. quo ad effectum vt tranferatur onus probandi in opponentem.*
5 *Appellatio quando & quotiens habeat vim citationis.*

1 Sed si pars. † Nota primo ꝙ pars comparens nō potest petere ꝙ procedatur contra absentem nisi doceat se expectasse per tēpora de quibus in hoc c. de quo plene per Spe. in ti. de appel. §. nunc breuiter. ver. hoc autem certum. imò non valeret processus factus ante dictos 20. dies tanquam agitatus contra non contumacem secundum Archidia. dicentem esse spāle in cā appellationis beneficialis, ꝙ licet terminus nō sit assignatus ab homine nec sit delatum appellationi, tamen litteræ per appellationem impetratæ in alio loco. j. hunc terminum non valebunt. & sic non obstantibus talib. litteris & absentia appellantis procederet in curia ſm Inn. & Hostiē. in alijs verò causis q̃tum tempus debeat expectari. vide in
2 c. consuluit. s̄. de offic. deleg. † In glo. in ver. absentia. ibi peremptoriæ. vnde alia citatio non requirit cum oīs terminus, seu citatio facta à iure in dubio est perēptoria, vt notabiliter probat ex hac glo. iuncto c. sępe. hic alleg. & sic no. sing. ꝙ licèt contumax in vno articulo sit citādus in alijs, vt in c. eum qui. j̄. de dolo & contu. tn̄ in citatione iuris in qua quis tenetur comparere instructus alia citatio, vel monitio non est necessaria in reliquo processu etiam ad sn̄iam diffinitiuam ſm Io. An. quod fortè videretur esse gn̄aliter verum ēt in citatione hoīs facta ad totam cām, vt vlterius non sit citandus, vt per Io. An. in d. c. cōsuluit. & per Inno. in c. auditis. de procu. & per Bar. in l. statuliberi. §. Stichus. ff. de statuli. Sicut etiam alia citatio non requiritur quā lo quis citatur in certo termino cum cōminatione iudicis ꝙ aľs procederet ad singulos actus ɔtumacia non obstāte, vt voluit glo. sing. in l. si apparitor. C. de coartalib. lib 10. de quo per Bart. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infec. & plene per Rotam in decis. 245. quæ incipit, Item licèt in causis. ibi vide, & dicetur in d. c. eum qui. Quid autem si citatus a iure sit contumax an possit appellare, vide per glo. in clemen. si ante. de dolo & contu. in fi. & in cle. causam. de electione in glo. pen. & per Rotam in decisi. 137. quæ incipit, Item quòd appellatus. & in deci. 383. quæ incipit, Item fuit dubitatum vtrum appellans, vbi notabiliter
3 de his. † In ead. glo. ibi, pro contestata. no. singu. ex glo. tria dicta. Primò ꝙ in casibus vbi lis non contestatur quilibet actus, qui alias solet sequi post litē contest. inducit effectum litis contestationis intantum, quòd præcluditur via opponendi exceptiones declinatorias & dilatorias, & idem no. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procur. vbi Cy. & Bal. idem tenent. Et vide Spec. in tit. de appel. §. sed qualiter. ver. sed pone. & alias per glo. no. in cle. j. de cā pos. & proprie. Scđ ò no. ꝙ cōtumax si comparet post cām inchoatā dēt cām prosequi in eo statu in quo eā inuenit, sic. s̄. vt li. pen. c. 2. & ita debet intelligi qđ no. Bar. in l. si pupillus. ff. de priuilegijs credi. vr̄ tn̄ ꝙ bene possit opponi de ineptitudine libelli quicquid dicat hic Inno. & in c. 2. s̄. de dila. & do. Anto. in c. qm̄. §. porrò. s̄. vt li. non contesta. quia sn̄ia lata super inepto libello esset ipso iure nulla, vt est text. fin. ſm vnum intellectum, in c. cum dilecti. s̄. de emp. & ven. & vide per Bal. in Auth. qui semel. in 5. col. C. qūo & quando iudex. Tertiò no. ex glo. arg. ꝙ acta facta in contumacem postea comparentem non sunt ei edenda, seu copia danda nec sunt cōia, quod vr̄ intelligendum nisi refectis expensis vt l. sancimus. C. de iudi. &
4 vide in l. j. §. edenda. ff. de edendo † In ea. glo. ibi non est cogendus &c. inducit Bal. singu. hanc gl. & ita sequitur hic Pe. de Ancha. & Do. ꝙ exceptio procuratoria possit opponi post litē cōtest. quo ad hunc effectum, vt trāsferatur onus probandi in opponentem, imò dixit sing. Bar. in l. licet. C. de procu. quod etiā si esset lata sn̄ia quod aliquis sit procurator, tn̄ etiā post sn̄iam posset probari contrarium assumendo onus probandi in se. de quo per Doc. in c. j. s̄. de rescri. e. li. In ea. gl. in fi. tene menti qđ iudex ex officio potest opponere exceptionem procuratoriā & supplere etiam post lite contest. & sic in casib. vbi non posset per partem opponi. & ita sequunt hic Doc. & rō est quia iudicium est nullum. pro quo est tex. in c. cām quæ s̄. de iud. & in l. 3. C. de proc. & de his hic plene per Imo. & Dom. & vide quātum ad hanc glo. in c. nulli. s̄. de accu. & ibi per gl. & in l. filius. §. veterani. ff. de procu. & in c. cupientes. §. cæterum. in fi. j̄. eo. & tex. in c. j. s̄. de procura. & hic per Inno. & in c. quoniam contra, de proba. & in c. cum in iure. s̄. de offic. delega. & in c. super his. s̄. de accusa. & per Bar. in l. inter quos. §. si alieno. ff. de dam.
5 infec. & in d. l. licet. † In gl. in ver. sicut de iure. in fi. dicit Archi. & Io. An. ꝙ ex quo est appellatum in scriptis & ex causa rationabili & petiti sunt apostoli si est a quo peti debeāt, & appellatio est notificata, & a parte præsente seruata sint tempora huius c. appella. habet vim citationis etiam si omittantur tres citationes quæ fiunt in audientia, vt est de more. & ita tenet Rota in decisi. 78. quæ incipit, Item si post lapsum, & no. per Specu. in titu. de appella. §. nunc breuiter. ver. sed nunquid. Si verò appellatus sit præsens, tunc qualiter debeat procedi, vide in c. j. hic alleg. & hic per Inno. & per Rotam in decisi. 38. quæ incipit, Item fuit dubitatum & sæpe. vbi tenet qđ appellatus quandocunque veniens ad curiam possit prosequi appellationem per appellantem interpositam, etiam sibi appellato non intimatam, & in contumaciam appellantis dummodo de appellatione constet & seruata sint tempora huius c. & vide glo. j. quę incipit, hanc pœnam. in fi. Quid autem si neutra pars veniat intra terminum huius §. sed post, an veniens impetrare possit. Innocen. hic quod sic dummodo res sit integra. argu. s̄. eod. in causis c. cum tex. hic prohibeat ꝙ ante ista tempora non procedatur, ergo a contrario post lapsum temporis poterit procedi in partis absentia, nec vult iste text. quòd post lapsum istius termini appellatio sit deserta, secundum Domi. hic adducentem glo. in ver. compareant. in c. cupientes. §. si vero. & in clemen. constitutionem. in ver. querelæ. eo. titu. & tenet Rota in s̄. proxima decisi. & plene & singu. per Rotam in decisi. 484. quæ incipit, Item ꝙ si appellatus. Potest enim procedi in absentia partis vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiue, secundum Ioan. And. Quid autem si pars ipsa non venit, tamen intra tempus impetrauit auditorem per alium, an sufficiat. Ioan. And. remittit ad Specul. in d. §. nunc breuiter, tenentem quòd
6 sic de quo hic per Domi. † In glo. in ver. dignitatibus [a] ibi bene
a ficium cum cura quod venit sub verbo canonis, de quo hic in tex. sub quo nomine compræhenditur omne beneficium perpetuum ex canonica institutione tenendum & cum cura, vel sine. & hospitalia autoritate ep̄i fundata, de quo hic per Lap.

ADDITIO.

a Nic Sup. Dignitatibus. Adde an nomine dignitatis comprehendatur præbenda: vide per Barba. in c. quæsitum. in j. colum. de rerum permu.
V.G. Adde quòd præbenda sacerdotalis potest dici & compræhendi nomine dignitatis. vnde Dec. in cons. 129. §. 2. & 3. in fi. cum sequen. quærit, an præbenda sacerdotalis possit conferri ei qui non est actu presbyter, sed potentia tantum. vnde dicendum est quòd sub nomine dignitatis tunc possit compræhendi præbenda quando est præbenda ecc. cathedralis.

SVMMARIVM.

1 *Opponens contra formam electionis arctatur ad onus probandi non autē ipse electus.*
2 *Causa probabilis litigandi excusat eum qui succumbit non solum ab expēsis, sed etiam a pœna iuris.*
3 *Obijciens in formam electionis minus punitur quam obijciens in personam.*
4 *Expensarum condemnatio, an & quando sit pœna.*
5 *Testes si vnum dicunt in iudicio, aliud extra iudicium, statur de eo quod dicunt in iudicio.*

1 Adijcientes. † No. primo ꝙ opponens contra formā arctatur ad onus probandi, non autem ipse electus, de quo tamen vide per Inn. & d. Anto. in c. super his. s̄. de accu. Secundo no. qđ condemnatur in expensis qui nō probat qđ obijcit in formam, quod procedit nedum in appellatione ad Papam, sed etiam in quocunque impugnāte electionem etiam coram inferiore, vt per glo. antepe. in cle. non potest. de procura. & facit c. si forte. j̄. eo. secundum Ioan. And. pęna tamen suspensionis, de qua hic non habet locū in appellatione ad inferiorem a Papa ſm Do. de quo in d. cle. non pōt. Tertio nota ibi eis ipso iure. argu. cōtra suspensos a beneficio, vt si administrant durante suspensione incurrant pœnam pri-
2 uationis de quo per Arc. 11. q. 3. si quis episcopus. † Vltimo tenementi & ita allegatur quod probabilis causa litigandi excusat succumbentem non solum ab expensis, sed etiam a pœna iuris secundum Io. And. facit c. sacro. s̄. de senten. excom. & l. qui solidum. §. etiam. de leg. 2. & qđ hic dicitur de expensis procedit in illis ad quas quis condemnatur a iure vt hic vel etiam in illis ad quas quis condemnabitur officio iudicis. Sed in expensis permissis ex conuentione partium iusta causa litigandi nō excusaret secundum gl. nota. in Auth. de iudicibus. §. oportet. & in l. si mulier. §. si rem. de leg. 2. de qua materia in c. finem litibus. s̄. de dolo & contuma. & per Bald. in l. properandum. §. sin autem alterutra. in princi. C. de iudi. & in authen. generaliter. C. de epi. & cle. post prin. Ad id autem quod hic dicitur de pœna procedit in pœna legis vel canonis. Sed quid in pœna conuentionali promissa ab homine. Bald. in d. auth. generaliter idem tenet dicēs qđ habens iustam cām litigandi excusat a pœ-

a pęna compromissi, si petat laudum reduci ad arbitrium boni viri, licèt in reductione succumbat. & ita refert Io. And. tenere in addi. Spe. in tit. de arbitro, circa prin. de quo plene per Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga.
3 † In glo. in ver. plene. in princi. conclude quod in minus punitur obijciens in formam, quia solum condemnatur in expensis, nec incidit in aliam pęnam, sed in alio in plus punitur, quia non excusatur a calumnia nisi plene probet, vt hic, in glo. ratio, quia error obiectus in formam plus attingit errorem iuris qui non excusat, quàm si sit obiectus in personam, qui consistit in facto, cuius error si sit probabilis excusat. ideo sufficit semiplena ꝓbatio. In ead. glo. in fi. & licèt dicatur quod iusta causa litigandi excuset ab expensis, vt s. & semiplena probatio inducat iustam causam secundum no. in c. 2. de calum. tamen fallit hic, vbi requiritur plena probatio, quo casu non sufficeret iuramentum in defectum probationis, vt sentit Ioan. And. in hoc c. ſm Pe. de Ancha. & idem si requiritur legitima probatio prout tenet gl. hic pro quo glo. in l. cum de indebito. ff. de proba. & de excep. in clemen. j. secundum Domi.
4 † In glo. in ver. defecerit, in fi. no. ex glo. Primò ꝙ condemnatio expensarum non est pœna, intelligere respectu recipientis cum pro suo interesse recipiat, sed respectu soluentis est pęna ſm Io. And. de quo in c. fi. s. de rescri. in fi. & in c. j. s. vt li. non contesta. Secundò no. ex gl. quod causa sit talis in qua possit procedi in absentia alterius partis, & iudex in causa procedat in absentia partis, tamen pars absens succumbens condemnatur in expensis quod intelligit Ioan. And. de condemnatione quæ fit contra victum in fi. causæ, & sic de expensis ratione victoriæ, secus in expensis ratione contumaciæ. & ita procedat quod no. Cy. in l. sancimus. C. de iudi. in 4. q. & Spec. in tit. de expensis. §. iusta. ver. quid si talis. de quo per Ioan. And. in d. c. finem litibus. super gl. sed nunquid, post princip. & in c. cum dilecti. eod. titu. super glo. fi. & per Rotam in decisi. 319. quæ incipit, Item quæritur. In glo. quæ incipit, intelligo. ibi vnum solum, vide glo. in c. si fortè. j. eo. In glo. in ver. temeritate, in princi. vide quod not. in c. cupientes. §. cæterum. j. eod. an ordinarius possit in his pœnis dispensare. & dicit hic Host. & Ioan. quod dato ꝙ iste suspensus nihil administret, sed ponit custodem qui omnino perciperet, incideret in pœnam, nisi de autoritate superioris id faciat.
5 † In glo. fi. in princi. no. singulariter glo. ad materiam Barto. in l. eos. ff. de falsis. & gloss. ordina. in c. cum causam. s. de testibus. quando testes vnum dicunt in iudicio, & aliud extra, vt stetur ei, quod dicunt in iudicio, quia testes extra iudicium promittunt testificari, & postea deficiunt, vt dicit glos. notabilis hic quam ad hoc inducit Bald. in authen. qui semel. C. de proba. in penul. colum. Secundò no. ex glo. prout dicit hic Bald. referendo Goffre. quod testes, qui promiserunt testificari non præsumũtur subornati. facit. c. dilectus. & ibi per do. Ant. s. de capel. mona. vbi licèt quis extraiudicialiter, & sine iuramento asserat coram partibus id quod intendit testificari tamen propter hoc, non repellitur a testimonio. Tertiò tene menti ex glo. & ita allegatur quod testes, qui promiserunt testificari extra iudicium, si postea deficiant tamen inducũt iustam causam litigandi & excusant a calumnia & expensis, & a pœna iuris quod no.

SVMMARIVM.

1 *Vota scrutinij sicut debent esse certa, ita etiam pronunciatio electionis & postulationis, aliter non valet.*
2 *Matrimonium carnale potest contrahi sub conditione si persona sit certa, secus in matrimonio spirituali.*
3 *Electionis verbum compræhendit etiam postulationem.*
4 *Inferior a Papa non potest conferre beneficium sub cõditione licèt ipse Papa hoc possit.*
5 *Beneficium non potest conferri sub conditione, si vacat.*
6 *Consensus electi, an possit præstari sub conditione.*
7 *Pęna eligentium sub conditione contra dispositionem iuris, an habeat locũ si non sit facta publicatio scrutinij.*

CAP. II.

1 IN electionibus. † No. hunc tex. per quẽ tenet hic Ioã. An. qđ sicut vota scrutinij esse debẽt certa & pura ita & ꝓnunciatio electionis vel postulationis, alias nõ valeret.
2 † Secundò no. qđ licet matrimonium carnale dũmodo persona sit certa possit contrahi sub conditione, vt in c. super eo. s. de condi. apposi. & in c. j. in prin. j. de sponsa. tamen secus in matrimonio spirituali, quia censetur actus legitimus, vt per glo. in ver. eligentium, in c. vt circa. j. eo. qui non recipit conditionem nec modum. vt in regu. actus ligitimi. j. eodem. ibi. & de alijs differentijs inter matrimonium spirituale & carnale vide per Ioan. And. in d. c. super eo. & in c. tuæ. s. de sponsa. & in c. 2. s. de transla. præla.
3 † In glos. in ver. eligendi. in fi. nota ex glos. iuncto text. quod sub verbo electionis compræhenditur etiam postulatio. s. eo. in causis. vt sentit hic Ioan. And. concludens qđ ex votis præstitis in scrutinio & postulatione nõ oritur ius imponens necessitatem superiori, vt in c. pe. s. de postu. pręla. sed bene oritur ius quo ad postulationem, vt nõ possint variare per c. publicato. s. eod. ibi de hoc qđ procedit post presentationem postulationis factam superiori, quia ante possunt variare, vt in c. bonę. el 2. s. de postu. pręla. in ver. nec nocebat, secundum Io. de Fan. & Do. dicentem quod ex postulatione oritur ius quantum ad hoc, vt postulatus possit accedere ad superiorem & petere qđ admittatur postulatio, vt in c. cupientes. §. denique. j. eod. de quo hic per eum.
4 † In glo. in ver. in certa. in fi. tene menti glo. ordi. ex qua no. Primo qđ iste tex. locũ habet in ꝓuisione & collatione beneficij, quia licet Papa possit conferre beneficium ad tempus & sub conditione, vt 7. q. j. pastoralis. s. de filijs presbyterorum. c. veniens. tamen inferior hoc non põt ſm gl. hic & in c. si gratiosè. s. de rescri. e. li. in gl. 2. Quod tñ limita nisi in ipsa collatione, vel prouisione apponatur conditio quæ tacitè insit de sui natura, quia tunc non vitiat ſm glo. hic, & idem voluit Ioan. And. in c. si tibi absenti. j. de præbendis, dicens ꝙ potest fieri collatio beneficij sub conditione si vacat, ex quo ɔdõ est de pñti, dũmodo beneficium tũc vacet, licèt executor, vel ipse ɔferẽs, vel prouidens hoc ignoret. facit tex. & glo. in l. eas. ff. de cond. & demon. Idem etiam tenuit Lapus in sua alleg. 6. dicens ꝙ valet collatio si dicatur confero beneficium si vacat per mortem talis, vel alio quouis modo per no. in c. ex parte. s. de conces. præben. & in c. susceptum. s. de rescrip. eo. lib. Quid autem si executor dicat tale beneficium vacans tibi confero si de iure debetur, vide per Innoc. in c. in nostra. de rescrip. quia tunc valet collatio si de iure debetur aĺs secus, de quo per Do. in c. dudum. j. de præben. & vide glo. not. in ver. in personam. in d. c. si tibi absenti.
5 † Secundò nota ex hac glo. quod non valet electio facta etiam sub ipsa conditione, si vacat. & idem Archid. Hostien. & Innoc. hic cum in electione nihil debeat apponi quod sonet in ɔdõnem etiam de præterito, vel de præsenti, quia licèt talis ɔdõ non suspendat, vt in l. cũ ad pñs. ff. si cer. pe. tñ hẽt incertitudinẽ qđ reprobat hic. iõ non valeret electio si dicat ɔsentio in talem si est idoneus, vel legitime natus, vel si vltra legitimũ tps se fecerit ɔsecrari. Non ob. c. significasti. s. e. & c. significatũ. s. de pręben. quia ibi adijciebat facto completo ɔdõ, quę re vera inerat quod non est improba tum ſm Io. An. & licèt Paulus aliter distinguat tñ Io. de Fan. sequitur hic hanc gl. cum quelibet dispositio ɔditionalis etiam si habeat verbũ pñtis vel pręteriti tpis ex sui cõceptione hẽt incertitudinẽ ſm Io. An. in c. pe. s. de rescri. eo. li. vnde si continet incertitudinem annullat votum, vt hic dr̃, nec ista conditio si vacat inest tacite de sui natura in electione, licet ipsa vacatio debeat præcedere electionem. & ita trãsit hic Do. de quo hic per Io. An. Vide tamen in c. vnico. s. ti. pro. vbi ratione probabilis dubij bñ admittitur talis forma, eligo vel postulo prout melius de iure fieri potest de quo plene per Lap. in d. allega. 6. tenentem, qđ dispositio huius tex. hic habet locũ qñ incertitudo versatur circa personã electi vel circa modũ eligendi, secus si incertitudo versetur circa modũ vacationis. ideo valeret electio, eligo talem ad beneficiũ vacans morte talis vel alio quouis modo, de quo ibi singu. per Lap. circa finem.
6 † Quid aũt si de consensu electi præstito sub conditione, puta si dicit consentio si Papa mecum dispensauerit, vel si tali placuerit. concludit hic Inn. & Io. An. qđ nõ valeat vnde electus debet esse cautus, vt intra terminum iuris qui datur ad cõsentiendum deliberet, quo in c. quam sit. j. eod. ita plene deliberet ꝙ pure consentiat, alias termino elapso poterunt electores alium eligere si non reperiatur pure consensisse, ſm Ioan. And. ponentem hic post Inno. quid si electores ɔsentiant electo in tali cõditionali consensu, an talis electio valeat. & tenẽt ꝙ non, quod qualiter procedat hic per Domi. & dictum Inno. sequit̃ Io. Cal. in c. cũ non ignores. s. de præben. per illum tex. sed hoc dictũ reprobat hic Ioan. de Lig. quia ex quo electio fuit valida non possunt electores variare. s. eo. tit. publicato, licèt annullata prima, vel electores variare. s. eo. tit. publicato, licèt annullata prima, vel electores ꝓ so termino ad ɔsentiendũ possint nouam electionẽ facere, & ita intelligit dictum c. cum non ignores. & ita residet hic Domi. ponens post Innoc. & Ioan. And. an electus possit recipi ad stallum in choro, vel ad obedientiam a subditis sub certis conditionibus, de quo hic per eos, non tamen improbatur quod in acceptationibus electionum & collationum admittatur talis

lis forma, accepto si mihi de iure debetur. & ita est in cõmuni vsu ad hoc quod no.in c.dilecto.de appel.per Inno.& Io.And. & ita tenet Lap.in d.alleg.6.cuius dicta sequit hic Domi.Et ad uerte,quia supradicta procederent in electionibus, & postulationibus,vt est text.hic. Sed in nominationibus non procedit iste tex.cum possint fieri alternatiuè,vt in c.bonæ.el j.s̃.de postula.præla.& in hoc differt noĩatio a postulatione,quia a principio possunt noĩari duo,vel tres supplicãdo superiori q̃ de altero prouideat,sed postulatio non fit de vno tm̃ de quo hic per Dom.Nec ẽt haberet locũ iste tex.in p̃sentationib.patronorũ in quib.admittunt vota alternatiua,vel incerta,vt in cle.2.in fi. de iu.pat.& intellige ꝑut ibi no.in gl.antepe.vt ꝓcedat nisi sit p̃sentatio rõne iuris patronatus ꝯpetẽtis eccłię,q̃a tũc hẽt vim electionis,de quo ibi ꝑ gl.& hic ꝑ Dñi.Ex his q̃rit Lap.in sua alle.8.an ipse p̃sentat' possit ꝯsentire alternatiuè sicut ipsi p̃sentãtes p̃sentare pñt.& ꝯcludit q̃ nõ, sed purè & certo mõ ꝯsentire,vt est dictũ s̃.& intra terminũ,de quo in d.c. quã sit.Itẽ p̃sentatus a duob.diuersis nõ põt petere se ꝯfirmari ex vna cũ protestatione q̃ nõ intẽdit recedere ab altera presentatione,de quo plene ꝑ Lap.in d.alle.8.& dicet plene.j̃.e.in c.vt q̃s duas.In gl. fi.ibi maiori ꝑte ipsorũ.intellige saluo eo qđ no.j̃.e. vt circa.&

7 in c.indẽnitatib.in gl.mag.†In e.gl.in fi.fallit f̃m Io.An.si nõ sequat̃ publicatio scrutinij quo casu pęna ista locũ nõ hẽt. & idẽ voluit gl.3.s̃.& idẽ si ante publicationẽ ille qui ꝯsensit sub ꝯdõne variet ꝯsentiẽdo pure per no.in d.c. publicato.f̃m Io.An.& ita põt procedere qđ dixit hic Inn. volẽs q̃ eligẽtes sub ꝯdõne possint aliũ purè eligere anteq̃ priuent̃ facultate eligẽdi.i.ante q̃ fiat publicatio scrutinij,f̃m Io.de Lig.Et ꝓcedit pena hui' c. q̃n ex votis puris sequuta fuit tũc electio,al's verò si purè ꝯsentiẽtes tũc nõ elegerũt, vel oĩa vota fuerũt reproba,tũc in nullũ reincideret vox illorũ postea f̃m Inn.& Arc. & ita residet Domi.lz Imo.hic intelligat hũc tex. ẽt si fiat electio ex votis puris ex interuallo cũ illi a principio semel sint priuati sua voce.Sed certè iste text.vr̃ velle q̃ vota incerta habeantur pro non datis pro illa vice & quod ex votis puris procedat electio, vnde nõ priuat illos, quin iterato possint eligere, si nouum fiat scrutinium,& ita intelligit Inno.de quo tamen hic plene per Dom.

C A P. III.

a
1 VBi periculum.[a] † No.istud principiũ,& ita
2 sp alle.†Sc̃dõ no.ibi,rõ.q̃ rõ legis nõ est minus attẽdẽda q̃ lex,imò plus,q̃a cessante rõne legis cessat lex,vt in l.adigere.§.q̃uis.ff.de iure pa.& in c.cũ cessante.s̃.de ap. & vbi hẽt locũ rõ legis hẽt locũ ipsa lex, & vide gl.no.in ver.eligat̃.in cle.j.de elec.& facit l.illud.ff.ad l.
3 Aq̃l.†Tertiò no.ibi,nihil.n.&c.q̃ ille q̃ supplet nõ detrahit,sed potius dr̃ reformare,qđ inducit Domi. ad hñtes ptãtem reformãdi statuta,vt possint supplere, sed nõ detrahere.qđ dictũ est gl.fin.in ver.reformandũ.in c.statutũ.in prin.de rescrip. e.li.&
4 ibi vide dicta. † Quartò no.ibi,approbãte.quod Papa statuit & ꝯcilium approbat,de quo in c.significasti.s̃.de ele. Potest ergo Papa facere cõstitutionem super modo & forma eligendi sibi successorem, vt hic, & in c.licet. s̃.eo. non tñ ipse Papa posset sibi eligere successorem,f̃m glo.in c.si transitus.79.dist.& 8.q.j. §. in his.immo cętus dñorum Cardinaliũ non posset facere sta
b tutum,vt Papæ liceat sibi eligere [b] successorem f̃m Docto. in cle.ne Romani.de elec.& ibi per do.Flo.in 5.q. & vide glo.j̃.in
5 ver.intromittant.† Quintò no.ibi,curia.nam ibi dicitur esse cu
c ria [c] vbi est Papa,f̃m Ioan.And.facit.c.2.j̃.de priui.& per Inno.
6 in c.ego N.s̃. de iureiur.† Sextò not. ibi, Cardinales, quod de iure communi ius eligendi competit solis Cardinalibus.sic. s̃. eo.tit.in c.licet de euitanda,& ibi per Imo.Et an certus numerus Cardinalium sit a iure taxatus.dic,q̃ non,sed est in arbitrio Papæ,debent tamen esse plures,vt probat tex.hic,& in clemẽ.
7 ne Romani.in ver.omnes.de elect.& ibi per do.Floria.† Septimò no.ibi in palatio,quia f̃m Archidi.& Ioan.And. talis locus non est de substantia, vnde si fieret alibi valeret electio. facit glo.hic,in ver.decem diebus,& quod no. in d.c.licet, & sufficit quod electio fiat a duabus partibus præsentium tãtum,quo casu nihil potest opponi contra electionem, vt in d.c. licet. & per Archi.23.dist.in nomine Domini.& tenet Pau.in d. clemẽ.
8 ne Romani.& Domi.hic,& vide quod no.in c.cum terra.s̃.eo. titu.† Octauo no.ibi alio velamine,q̃ excluditur paries,vel velamen,ne fraus committatur quod inducitur,vt non probet testis dicẽs aliquid audiuisse,sed nõ vidisse personam,fortè, quia paries, vel curtina erat in medio, quod sine dubio procedit in testamentis,vt in l.si non speciali.C.de testament. sed in alijs, vide ibi per Bar.& in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu. arcen.& ibi per glo.& per Doc.in c.cum causam.s̃.de testibus.& quod

9 singulariter voluit Host.& Ioan.And.s̃.de consuetudine.†Nono nota ibi,nulli ad eos &c. q̃ si cõstitutio prohibet accessum ad locum in quo quis est reclusus,non includit, vt cum illo loqui non possit nisi exprimatur,quod inducit Domi. Si constitutio epĩ excõicat ingredientes monasteria,vt non includat lo
10 quentes cum monialibus monasteria non intrantes.†Decimò no.ibi,vel scriptam.quod parificantur loqui verbo,vel per nũcium,vel epistolã,& sic facit quod participans cum excõmunicato per nuncium,vel epistolam incurret sententiam excommunicationis & ita voluit glo. in clemen.si summus. de sentẽ.
11 excommu.†Vndecimò no.ibi de pastore prouisum.argu.quod non sit necesse, vt Papa eligatur de collegio Cardinalium ex quo hic non est expressum, sed sufficit quod prouideant de pastore,& ita dicitur in tota hac decretali.tex.tamen.79. distinct. c.oportrebat.facit in contrarium. Sed hodie non posset opponi hæc exceptio contra electionem Papæ, secundum Doct.maximè do.Nicol.in d.c.licet,concludentem quod etiam de alio,
12 quàm de Cardinalibus facta electio valeret.† Duodecimo no. ibi, vinum & aqua,q̃ subtractio cibi & potus,vel mala mansio cum ieiunijs speciem tormentorũ inducunt,& ita dixit gl.no. quæ incip. tormentis.in cle.j.de hæreticis.non tamen propter hoc redditur ipsa electio meticulosa,quia eorum culpa hoc accidit.facit.l.si mulier.ff.quod metus causa,de quo.j̃.in §.præterea.a contrario sensu,ibi nihil de camera,quod de iure communi Cardinales debeãt percipere partem introitus camerę apostolicæ dummodo ecclesia Romana tunc non vacet,quia omnia obuenientia tali tempore debẽt reseruari futuro successori,etiam si pertinerent ad alium quàm ad Papam, vt ad Cardinales,prout hic dicitur,quod intelligit Ioan.And. nisi illud spectaret ad Cardinales iure singulari ipsis competẽti, sicut dicit de obuenientib.alijs ecclesijs, vt in c.generali.j̃.eo.vbi de hoc.
13 †Decimotertiò no. ibi nisi forsan,quod in qualibet dispositione s̃p intelli̇r excepta iusta cã superueniẽs,quę suaderet opposi tũ.facit.11.q.3.excellentis.& ꝑ Inn.in c.cũ inter p.s̃. de renũ.& q̃ ꝑ gl.in l.Seruius.ff.de ꝯd.ob cãm.& ꝑ Inn.in c.inq̃sitioni.s̃.
14 de senten.excom.† In glo.in ver.decẽ diebus.in princi. No.primo ex glo.iuncto tex. q̃ cum Cardinales debent solum expectare alios Cardinales absentes q̃ hodie non debeant expectare nuncios Imperatoris in electione Papæ cum ad ipsos solos Cardinales spectet electio, & ita no.in d.c.licet.& 23.distin.in nomine Domini. Secũdò no.ex gl. quòd absentes Cardinales sunt tm̃ expectandi non aũt citandi, & idẽ tenet Archi.dicens isti decẽ dies cõputant̃ a t̃pe mortis Papę quæ non pręsumitur
15 posse occultari,vt hic ꝑ Io.An.†In ea.glo.ibi,sed pone Cardi-
d nales &c.No.singulariter ex gl.q̃ dilatione [d] pẽdente nihil est innouandũ,ẽt si certũ sit q̃ pars cui est data dilatio nihil facere possit intra illam dilationem,vnde si pars se absẽtaret post datam dilationem in tantum q̃ nullo modo possit conparere in termino tamen non habetur pro contumace ante lapsum termini & hoc in dilatione legali. Quid autem sit in dilatione hominis.Bal. idem tenet in l.siue pars.C. de dilatio.licet con-
16 trarium sentiat in l.2.C.qũo & quando iu.† In ea.glo.in fi.non ergo potest agi de contemptu si non sit expectatũ per.10.dies dummodo electio facta a duobus partibus secundum Archid. intelligentem a duobus partibus collegij Cardinalium.& sic. omnium non autem pręsentium tantũ,vide hic in fi.istius glo.
17 & glo.sequen.† In glo.in ver.omnes.in fi.idẽ Arc.Io.Mo.Nec ob.d.c.licet,requirens duas partes,quia debet intelligi de pręsentibus in loco vbi debet fieri electio cũ ista dec. suppleat ad illam non solum quo ad locum,sed etiam quo ad condendum ius eligendi pręsentibus tantũ vt alij absentes non possint cõtradicere f̃m Ioan.An.dicentẽ post Io.Mona. & Archi.q̃ cum in tex.dicatur de Cardinalibus in plurali,datur intelligi quod sufficeret duos tantum esse præsentes, vt in regula,pluralis.j̃. eo.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Vbi periculum. De materia istius c.tractatur in c. in nomine Domini.23.distin.c.licet. de elec.& in cle.ne Romani. eo.tit.

b Nic.Sup.Eligere successorem. Adde Abb.in c.accepimus,in vlti. col.de pact. Abb.in rub.de test.in j.colum.

c Nic.Sup.Curia vbi est Papa.Adde Archi.in c.scire.7.q.j.idem Archi.in c.præsenti.de præben.Zenze.in extrauagan.execrabilis.
Vinc. God. Nota quòd Curia Romana esse debet Romæ non extra. Oldrad. consi.85.Sanctissime pater.
V.G. Adde an Papa iuri tertij possit derogare. Ruy. consi. 165. nu.3. lib.5.

d Nic.Sup.Dilatione pendente.Adde Bal.in c.licet.extra eo.titu. in antiquis.
Vinc. God. Notã quòd dilatio quando in certis casibus potest statui absenti, non præiudicat talis assignatio dilationis, nisi cum notificatione absenti. Alexan.consi.87.nume.7.lib.5.

a eo.lib.imò tenet hic Pau.& Do. ꝙ ẽt ſi [a] vnus ſolus Cardinalis
eſſet in loco,puta quia alij ſint mortui, vel ſint abſentes poſſet
eligere poſt decẽ dies, quia ius collegij remanet in illo ſolo,vt
hr̃ in c.gratum.ſ.de poſtu.præla.& idem voluit glo.in ver.oẽs,
in d.clem.ne Romani.Et an tũc Cardinalis poſſit eligere ſeip-
ſum. & an vox electi in Papam computet̃ in nu mero duarum
partium,vide per Imo.in d.c.licet.Et dicit hic Io.An.ꝙ licèt ab
ſens & præſens ſumatur pluribus modis, vt in l. præſens.ff.de
procu.tamen in materia ſtricta ſicut hic prę̨ſens dicitur ille qui
eſt intra muros, & ille abſens qui eſt extra , quod inducit Do-
mi. ad ſtatuta, quia ſtricte & proprie loquendo abſens dicitur
18 qui eſt extra ciuitatem. † In glo.in ver.ſecretè. tenet hic Archi.
& Io.An.ꝙ verbum ſecretè,determinet oĩa tria præmiſſa.ſ.nũ-
tij,& literæ miſſionem & locutionem.& licèt aditus ſit prohi-
bitus, tñ pę̨na excõicationis locum non habet, niſi ſecretè lo-
quatur,vel literas mittat.Quid aũt ſi loquitur,literas mittit, vel
nuncium,tñ non ſecretè,ſed palam.Archi.hic videt̃ velle ꝙ pę̨-
9 na locum non habeat de quo hic per eum,& Domi.† In glo.in
ver.ſingulis.in fi.tene menti, & ita alleg. quod licèt illud dica-
b tur [b] concorditer fieri quod fit de maiori parte,tñ illud verum
niſi ex verbis aliud appareat,ſicut cum his dicitur ab oĩbus &
ſingulis concorditer &c. tunc enim oĩum & ſingulorum con-
ſenſus requirit̃,vt hic in glo.& ideo iſtud operatur dictio gemi
nata dum dicitur ab omnib. & ſingulis. ita tenet Imo.in c.j.ſ.
de maiori.& obe.facit glo.in ver.oĩa.in c.vt circa.j.eo.Et idem
eſſet quãdo eſſet alia dictio ſimilis, puta ꝙ aliquid debeat fieri
in plena concordia,quia tũc debet fieri ab oĩb.nemine diſcre-
pante,& non ſufficeret eſſe factum a duabus partibus,vt tenet
Imo.in d.c.licèt.in prin.ſ.eo.per illum tex.de quo j.Sed dubita
tio eſt quid ſi aliquid requiratur concorditer fieri ſimpliciter,
an ſufficiat eſſe factum a maiori parte.glo. hic ꝙ ſic facit tex.in
c.in cauſis.ſ. eod.ibi concorditer, vel tres ex illis &c. Ad idem
c.inter canonicos.ſ.eo.ibi omnium cõmuni conſenſu, iuncto
tex.ibi excepto &c. Ad idem etiam tex.in c. cum olim.ſ.de re
iudi.vbi notabiliter probatur quod etiam ſi Papa per ſuum re-
ſcriptum mãdat aliquid fieri de plena omnium canonicorum
concordia ſufficit ꝙ ſit factum a maiori parte.Sed in contrariũ
voluit gl.in ver.concordari,in c.cupientis.j.eod.vbi ſi vnus ſo-
lus contradiceret non diceretur concordirer factum.idem etiã
voluit glo.in ver. concorditer. in d.clemen. ne Romani. & ita
ſequitur do. Nic. in c.j.ſ.de maiori.& obed.quod intelligit ibi
Imo.inſpecta veritate, ſed iuris fictione ſatis dicitur concordi-
ter factum quod fit a maiori parte,vt in l.quod maior.ff.ad mu
nicip.de quo etiam vide per Imo.in d.c.cum olim. & in c.non
c poteſt,de re iud.De verbo [c] vero vnanimiter,vide ſ.tex.in c.ad
aures,quod metus cauſa.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Si vnus ſolus Cardinalis.Adde Io.An.in c.licet. extra eo.tit. Inno.in c.cum nobis olim, e.ti.Abb.conſi.25.incip.quoniam ad infraſcriptas.in 2.vol.
b Nic.Sup.Dicatur concorditer fieri.Adde in c.non poteſt.de re iudi.Doc.in c. cum nobis olim.de ele. Doc.in c.in cauſis. de re iu.
V.G.Vide Alex.& ibi in apoſt.in conſi.124. in cauſa & lite,nu.2. lib.2.
c Nic.Sup.Verbo vnanimiter.Adde c.j.& c.fi.& vtrobique per Anto.de Butr.& & Io.de Imo.de poſtu.præla.Anto.de Bu.in c.dilectus,circa prin .de tempo. ord.Anto.de Bu.in c.cum eccleſia.in fi.de cauſa po.& proprie.

1 Sane. † Nota primo, ibi,minime requiſito,ꝙ ſi collegiatus
non vult intereſſe in actu fiendo in collegio, vel re-
cedit de collegio ante finitum negotium abſq; cauſa quod am
plius ad id non eſt requirendus, & poteſt actus expediri eo ir-
2 requiſito.facit c.cum nobis olim.ſ.eo.tit.† Secundo tene men
ti ibi ſuffragio. quod licèt in alijs electionibus impeditus iuſto
impedimento poſſit alteri committere vocem ſuam prout ha
betur in c.ſi quis iuſto.j.eod.tamen in electione Papæ Cardina
lis abſens ex iuſta cauſa, vel recedens non poteſt ſuam vocem
alteri Cardinali committere quod eſt ſingulare ſm Pet. de An
3 ibi, et Archi. hic. † Vltimo no. q dispensatio fieri non põt, nisi subsistente iusta causa, de quo hic plene per Arch. et per Inno. in c. cum ad monasteriũ. s. de statu mona. et in c. de multa. s. de præben. et si fiat dispensatio, non subsistente iusta causa, nõ valeret in foro iudiciali, sm Arch. hic, nec ẽt in foro conscientię, ẽt si fieret per Papam, ut uoluit glo. sing. in c. non est. s. de voto. Et quæ sit iusta causa, et quę requirantur in dispensatione, hic per Archi. et Io. An. Et uide notabiliter per Fede. in suo consi. 200. et p Rot. in deci. 262. q incipit, Itẽ in religioso. Et dicit hic Arch. quòd si eps uel alius prælatus dispensat in casu non permisso et licito, et sic sine iusta causa, est deponendus si super hoc fuerit accusatus, ut habetur j. distin. qui in aliquo. et in c. 1. in fi. et per glo. 45. dist. omnis qui. in glo. sed qualiter, uer. solutio. Quid si est dispensatũ cũ patiẽte defectu ætatis, ut obtineat ecclesiã curatam, an tunc iste incurrat pęna priuationis si non est promotus ad ordines? uide Ioan. An. in c. cum ex eo, tenendetem j. eo. quòd excusatur, quia est iuste impeditus ratione defectus ætatis. In glo. in uer. personaliter, in fi. idem Archid. vnde in casu d. c. extirpandę. poterit seruire per uicarium, sed in alia ecclesia parochiali non annexa secus, quia eius rector tenetur personaliter residere, et seruire, et non per uicarium, ut hic, et in c. cõquerente. s. de cle. non resi. sm Io. An. de quo etiã no. in c. ex parte, el 2. eo. ti. & per Lap. in sua alle. 6. & per Doc. in cle. j. de offi. vica. Et qualiter intelligatur q debent persona liter residere, hic per Archi. & per Io. An. in d. c. ex parte. Quid autem in eo, qui dispẽsatiuè habet duas ecclesias parochiales an possit in altera deseruire per vicarium, & an intelligatur dispensatum super non residentia: vide per glo. & Io. An. in c. no potest. j. de pręben. In glo. in ver. annum, in princ. vide nõt. q. Io. An. in reg. imputari. j. eo. li. vbi querit quid si diaconus promotus ad ecclesiã parochialem, qui vltimo die Septembris habuit possessionẽ pacificam, & negligit vsque ad alia quatuor tempora sequẽtis Septembris promoueri ad sacerdotium, & in sabbato quatuor temporum illius mensis non potuit ordinari ex aliquo impedimento, an finito illo mense, & anno sit ipso

ipso iure priuatus per hunc tex.& tenet ꝙ non,nisi impedimẽtum procedat sua culpa.tamen tenebitur quam primum poterit se facere promoueri,secundum Io.An. ibi. & vide in simili per Archi.in d.c.cum ex eo.In ea glo.in fi.no.glo.a quo tẽpore currat iste annus,& dicit hic Archi.& Io. An. ꝙ dicitur cõmissum regimen ecclesiæ,quãdo esset facta cõfirmatio, & decreta administratio,& possessio beneficij adepta, vt in c.commissa. ꝫ.e.aliàs si prædicta non interuenirent nõ diceretur cõmissum regimen,sed cõmittendũ. & sic non curreret tempus, ſm Ioã.
4 An. † In glo.in ver.priuatus ibi, mora.nota, ꝙ post executionẽ
a factam a iure, non potest mora purgari,[a] de quo plene no.in l.insulam.ff.de ver.oblig.& in c.commissa.ꝫ.eo.In ead.glo.ibi, per istum.idem Ioan. Mo. & no. quòd per impositionem pœnę a lege noua, non intelligitur recessum a pęna l.antiquę,de quo per Bar.in l.j.ff.vi.bo.rap.In ea. glo.in fi. no. ex glo. an & qualiter quis possit cogi ad ordines suscipiẽdos. & vide in cle.
5 ne in agro.§.antepenul.de statu mo. † In glo.in ver.ordinarius ibi Hostien. idem Ioã. Mo. & procedit in inferiore ab episcopo,habente potestatẽ destituendi a beneficio,cum talis possit ad residentiã citare,& non cõparentẽ,punire, ſm Inno.& Ioã. An.in c.qualiter.ꝭ.de cleri.non residen.facit glo.2.in c.ordinarij.ꝫ.de offi.ordi.Sed si inferior non habet potestatẽ destituendi,tunc eius dispensatio valet, sed potest episcopus eam reuocare, ſm Ioan. An. de quo per eum in c.cum omnes.de consti. in glo.2.& in c.2.ꝭ.de insti.& per Inno.in c.fi.ꝭ.de postu.præla. & per Specu.in titu.2.§.sunt quoque.in fi.Et hæc distinctio ꝓcedit in dispensatione super residentia tñ:sed de dispensatione super non residentia simul cum ordine, & tunc inferior ab episcopo facere non potest, cum talis ordinem conferre non valeat,vt in c.cum nullus.ꝫ.de tẽpo.ordi. ſm Domi.Sed an possit episcopus ex legitima cã dispensare super nõ residentia cũ illo,cui per Papam est collatum beneficium cũ consueta clausula de residentia,in eo facienda?Archi.& Ioan. An.hic, ꝙ sic, per no.in c.cum ordinem. ꝭ. de rescrip. Et dicunt idem esse,de clausula apposita,vt promoueatur ad ordinem, per quam clausulam non intelligitur sublata potestas dispensandi, vt in d.c. cum ex eo.vnde concluditur, ꝙ per tales clausulas non intelligitur sublata potestas dispensandi ipsorum ordinariorum, ſm Ioan.An.de quo per eum in reg.generi.ꝫ.eo.li. & in c. non potest.ꝫ.de præben.Ex quibus singulariter infertur, quòd omnes clausulæ,quæ sunt ſm ius appositæ in rescriptis apostolicis, recipiunt oẽs interpretationes & limitationes, etiam quò ad potestatem dispensandi, quas recipit ius de illis disponens, ſm Do.& vide quod no.in c.1.ꝭ.de rescrip.In ea.glo.in fi. vide glo. in ver.in scholis.in c.fi.ꝭ.de rescrip.eo.lib.

ADDITIO.

a Celsus.Non potest mora purgari.Adde Panor.c.licet num. 2.& ibi,quod notaui in apo.ad eum in ver.executio a iure.de sup.neg.præla.Alex.omnino in l.si insulam,cha,de.de uer.ob.& Pau.de Ca.consi.31. V.G. Adde,ꝙ morę purgatio admittitur de canonica æquitate, nisi ubi adest dies,& pęna in conuentionalibus.Ruy.consi.133.nu.5.lib.1.& consi.119. nume.12.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Nemo,hoc verbum negatiuum quid comprehendat.*
2 *Commenda parochialis ecclesiæ requirit non tantum idoneitatem personæ, sed etiam utilitatem euidentem. Quid in commenda aliorum beneficiorum.nume.3.*
4 *Commendatarij ecclesiarum non dicuntur prælati. Et an faciant fructus suos.nume.5.*
6 *Commendatarius an possit conferre ecclesiam spectantem ad collationem suę ecclesiæ commendatæ.*
7 *Impetratio facta de beneficio commendato, non valet si non fiat mentio de commenda.*
8 *Commenda non potest fieri in aliqua ecclesia sine dispensatione, cum quælibet ecclesia debeat habere suum prælatum.*
9 *Commenda non expirat per mortem commendantis.*
10 *Idoneitas an maior requiratur in commendatario quàm in eo cui confertur ecclesia in titulum.*
11 *Legatus an possit dare beneficia suæ prouinciæ in commendam. Et an expiret per mortem eius.nu.12.*
13 *Episcopus si contulit beneficium,& legatus eodem die dedit in commendã quis istorum preferatur.*
14 *Commendatarius an possit exercere omnia iura spectantia ecclesiæ ratione iurisdictionis,puta conferre beneficia,excommunicare &c.*

CAP. XV.

1 NEmo. † No.primo ibi, nemo. quia comprehenditur etiam legatus, ẽt si sit Cardinalis.& hoc propter illud vniuersale negatiuũ,nemo,quod importat,ac si diceret, nullus.facit 19. distin.c.1. uer. sed responsum, ſm Arch.& Ioan.An.ex quo tene menti, ꝙ vbi reperitur prohibitio præcedente termino vniuersali, puta,nemo,vel nullus,tũc talis prohibitio oẽs astringit, ẽt Legatos de latere,& potest esse ratio,quia ista constitutio est edita in concilio,contra quod legatus de latere dispensare non potest, ſm glo.in c.pe.ꝭ.de fil.presby.& facit quod no.in c.fi.ꝫ. de hæreticis.& in c.cum dilec.ꝭ.de electione.Nullus ergo inferior a Papa potest commendare ecclesiam parochialẽ cõtra dispositionem huius tex.& cõmenda esset ipso iure nulla, de quo infra. Secundo no.ibi,sacerdotio. quòd duo copulatiuè requiruntur tempore cõcessionis in hac commenda . Primo ętas legitima. & sic non per dispensationẽ,vt in l.fi.C. de his qui veniam ętatis impe. ſm Arch.Secundo requiritur ordo sacerdotalis:vnde requiritur maior idoneitas in cõmendatario, q̃ si concederet in titulum, vt hic in glo.Tertio no.ibi,nisi vnam.ꝙ sicut nõ potest quis in titulum habere duas ecclesias curatas, vt ꝭ. de præben.c. de multa. ita nec in cõmendã, nec potest super hoc di-
2 spensari per inferiorẽ a Papa,vt hic dr̃. † Quarto no.ibi,euidẽti,ꝙ non solum requiritur idoneitas personæ in cõmenda parochialis,sed ẽt euidens vtilitas uel necessitas ecclesiæ,vt in ca fu.c.2.ꝭ.de feudis.& in casu c.officij.ꝭ. eo. Quando aũt litigaretur de electione vel confirmatione, tunc non cõmendatur verè,tunc enim imponitur custos,vel economus,cuius officium durat vsque quo ecclesia fuerit ordinata, ẽt si sex menses excedat,vt ꝭ.de offi.ordi.cum vos, ſm Ioan. An. Et intantum debet cõmenda fieri intuitu ecclesiæ,& non intuitu personæ, q̃a aliter facta,ipso iure non valeret,ut hic in fi.tex. ſm Archi.& Ioã. An.dicentes etiam per hunc tex.in fi.& per ea,quæ no. in c.auditis.ꝭ.eo.ꝙ cum cõmenda facta ꝯ formam huius tex. sit nulla, poterunt immediate patroni præsentare, & electos eligere,ut
3 in reg.non pręstat.ꝫ. eo. ſm Archi.& Ioan.An. † In glos.in uer. parochialem,in fi.alia ergo beneficia poterunt perpetuò ad tẽpus, uel ad beneplacitum commendari, nec exigitur ordo sacerdotalis,vt no.21.q.j.qui plures, secundũ Domi. hic in fi.huius glo.& facit c.si constiterit.ꝭ.de accusatio. Est ergo speciale in ecclesijs parochialibus simplicibus.Quid autẽ in parochialibus collegiatis?cõcludit hic Arch. quod episcopus possit cõmendare.& in his iste tex.locum non habeat, ut in c.statutũ.ꝫ. eo.ut sic iura antiqua,scilicet dudum,el 2.ꝭ.eo. & d.c.si constiterit.& 21.q.j.qui plures,remaneant incorrecta,ar.l.pręcipim⁹. C.de appella.sed legatus de latere tales cõmendare nõ posset, vt in c.pen.ꝫ.de offi. leg. sic nec facere potest cõmendationem prębendarũ, habentiũ onus annexum, ſm no.in c. significatũ. ꝭ.de prę̃ben.Et ita finaliter vr̃ hic residere Ioan. An.cum hic requiratur,ꝙ sit in sacerdotio: sed in collegiatis non arctatur q̃s ad sacerdotium,ut d.c.statutum.ergo tex.hic in illis locum nõ habet.& ita sequitur hic Domi.& Imo.licet Pet. de Anch.hic
4 teneat ꝯrium.In gl.in uer.etate,in fi.idem sequunt̃ Doc. † In gl. in uer.cõmendare ibi,an sit prelatus. tene menti ex glo. ꝙ cõmendatarij ecclesiarũ non dicuntur ꝑlati,nec ueniunt appellatione prælatorũ.qđ est notan.pro constitutionibus uel priuilegijs loquentibus de ꝑlatis, ſm Do.& idem uoluit gl.in c.q. plures,hic alle.et Archi.hic,et Inno. in c. si cõstiterit.ꝭ. de accu.In ea.gl.ibi,cũ debito modo sit. & idẽ Arc.& Do. hic q. refert Rotam in decis.41.idẽ tenere. & dr̃ titulus commendę canonicus quò ad hoc,ut interim ecclesia non dicatur vacare, & interim non currat ordinarijs tp̃s lateranensis cõcilij. in c.2. de cõcess. ꝑb.& si aliquis impetraret talem ecclesiã,non facta mentione de cõmenda,non tenetet impetratio,ut in c. cum nostris.& c. literas.ꝭ.de cõcess.ꝑb. ſm Arch.hic, de quo ꝫ. in glo. & isto mõ cõmenda dr̃ tribuere ius,ut dicit glo.j. & hoc respectu quo ad hunc casum,cõmenda habet quandã attinentiã, uel affinitatẽ cũ prælatura,per quã ecclesia non dr̃ uacare, in qua habetur titulus cõmendę, & est mirabile cũ non habeat ꝑlatum,& tamẽ non uacat, ſm Ioan.An.non tñ ex cõmenda dr̃ quæri ius in ipsa ecclesia,cũ isti non dicantur ꝑlati,sed procuratores, & non habent ius in ecclesia,ut ꝭ.per glo.& tenet hic Arch. & Inn.in d.c.si constiterit.dicens tñ,ꝙ dr̃ legitimus administrator, & liberiorẽ administrationẽ habet, q̃ procurator,ar.7.q.2.pastoralis.& 61.di.obitum.& c.sequenti. Et ex his notabiliter inferuntur aliqua notanda dicta.Et primo,ꝙ si ecclesia vacans ꝑ mortẽ prælati,cõcedatur in cõmendã, finita cõmenda, dicetur ecclesia uacare per mortẽ, ſm Do. quia cõmenda non facit com-
a mendatariũ prælatum,[a] ut ꝭ.in glo.ideo durat antiqua uacatio quandiu

ADDITIO.

a Nic.Sup.Cõmendatarium prælatum.Adde cap.relatio.21.q.j.& per Ludo. Ro.consi.350.incip.in casu propositę consultationis.

quandiu ſit prouiſum eccleſiæ de vero prælato, vt dicit glo. in
verbo,collatio.in cle.j.vt li. pen. Secundo infertur,ꝙ ſi benefi
ciū cōmendatū vacabat in curia, ꝙ eodem modo finita cōmen
da dicetur vacaſſe in curia,vt in d.cle.j. ſm Do. Sed Lap.tene-
bat hic ɔ̃rium,quia cōmendatarius habet titulum canonicū,vt
s̃.facit cle.quia regulares.de ſup.neg.præla. vbi per mortem ip
ſius miniſtri,poſiti in ipſo beneficio, qui poteſt reuocari ad li-
bitum,dr̃ vacare beneficiū. Sed Do. tenet hic ɔ̃rium,quia iura
loquentia de beneficijs vacantibus in curia,loquuntur qñ mo
ritur ille,qui habet titulum prelaturæ, vt patet in c.præſenti.§.
j.j̃.de p̃ben.Sed nullū beneficiū pōt dici ſuum, niſi habeat titu
lū prælationis,vt in c.ſi tibi abſenti.j̃. de præben. & facit dicta
cle.j.in prin.ibi,ſuper bñficio ſibi collato. vnde cū cōmendata
rius non ſit prælatus,vt in glo.ergo per ipſius mortē non vaca
bit in curia.Nec ob.dicta cle.quia regulares.ibi loquitur de ve
ris prælatis,licèt ſint remouibiles ad nutū.ideo beneficiū dr̃ va
care per eorū mortē, ſed cōmendatarius non eſt verus p̃latus,
vt s̃.ſm Do.Et hanc partē ſequitur Imo.in c.fi.s̃.de rer. permu.
in 8.col.Ex quo ſequitur,ꝙ per mortē cōmendatarij non dica-
5 tur vacare beneficiū. † In ea.glo.ibi, fructus ſuos.no.ex gloſ.ꝙ
a cōmendatarij eccleſiarū non faciunt fructus ſuos.[a] & idem te-
net Arch. & alij Doct.hic per no. in d.c.qui plures.cū dicantur
habere cuſtodiam tm̃,& ita refert hic Do. Rotam tenere in de
ci.343.quia cōmenda non tribuit ius in beneficio,nec facit prę
latum,ſed procuratorē cum legitima adminiſtratione.& ēt te-
net Inno.in d.c.ſi conſtiterit.& ita eſt tenendū, licèt Io.Mona.
hic aliud velit,& non bene: immo ēt quantuncunq; haberet
quis eccleſiā cōmendatā in ſpecie,vt perciperet temporalia ad
ſuſtentationē ſui,tñ tenetur conſeruare eccleſiam in ſuo ſtatu,
& facere deſeruire per numerū clericorū conſuetū & hoſpita
litatē tenere. Et ſolū tūc poſſet percipere ſuperfluos redditus,
deductis oibus alijs oneribus ipſius eccleſiæ,argu.c. de mona-
chis.s̃.de p̃ben.quod inducit ibi d.Nic. contra dominos Cardi
nales & alios habentes eccleſias cōmendatas. Nam ſi qñ con-
b cedatur alicui eligi pleno iure,[b] etiam quo ad tēporalia,ſolum
pōt ille percipere ſuperfluos redditus, deductis oneribus ipſi
eccleſiæ incumbentibus, nec pōt immutare ſolitū ſtatum ec-
cleſiæ,vt in d.c.de monachis.& in c.paſtoralis.s̃.de priuilegijs.
& ibi per Inno. & Doct. Fortius hoc procedit in habentibus
eccleſias cōmendatas ſimpliciter, vel ēt ſi habeant in ſpecie a
Papa,vt tēporalia inde percipiāt ad ſuſtentationē ſui. vnde ex
his patet ꝙ cōmenda non facit quem prælatū,ſed procuratorē.
vide per do.Pe.in ſua canonica in 4.c.canonicę parochialis,in
fi. vbi tenet ꝙ cōmendatarius eccleſiæ parochialis, ſi percipit
quartam de relictis factis alteri eccleſię,ꝙ illam quartam facit
ſuam propriā. vide ibi. Et ex his infertur ad q. ſi Papa reſerua-
uit ſibi beneficium vacaturū,deinde vacat, & Papa illud com-
mēdat alteri ad tempus,an dicatur finita reſeruatio,ſicut ſi ve-
rè contuliſſet?Rota prout hic refert Do.in dec.344. tenet quòd
non, quia commenda non dat ius in beneficio, nec cōmenda-
tarius facit fructus ſuos,nec eſt prælatus,nec habet ius perpe-
tuū,ſed tp̃ale, vt patet hic in glo. & ita fuit obtentum per ma-
iorem partē ipſorū,vt dicit Rota ibi.& ſequitur hic Dom. Sed
quid ſi fiat cōmenda ad tempus incertum, puta ſi dicatur do-
nec aſſecutus fuerit poſſeſſionē ep̃atus, cui iam erat facta pro-
uiſio?Rota in d.deci.tenet,ꝙ tunc expiret reſeruatio,cū videat
perpetua diſpoſitio, propter dubium euentum conditionis,ꝙ
poteſt non exiſtere,arg.c.fi.s̃.de reſcrip.eo.li. & l. ſufficit. ff.de
condi.indebiti,ſm Rotam ibi,quod intelligit hic Domi. quan
do Papa reſeruaſſet beneficium ſuæ prouiſioni, cum verbum
prouiſionis,includit omnem modum,per quem eccleſiæ pro-
uidetur,ſm glo.in cle.fi. eo.titu.ſecus ſi Papa reſeruaſſet colla-
tioni ſuæ,quia cum collatio pręſupponat conceſſionem bene
ficij,quæ tribuat ius in re,& faciat beneficiū eſſe illius cui cō-
fertur,vt in d. c. ſi tibi. tunc per talem cōmendam non expira-
ret reſeruatio, ſm Do. Sed quid ſi commenda fiat per Papam
de beneficio ſpectante ad collationem inferioris,an finita cō-
menda redeat poteſtas conferendi ad ordinarium?glo.in c.in-
ter dilectos,in fi.s̃.de exceſ.prela. facit quòd ſic. de quo ibi per
Innocen.& Ioan.An.In ead.glo.ibi,& gubernandum. ex hoc
concludit hic Archid. quòd commendatarius habeat ius præ-
ſentandi clericum ordinandū ad titulum eccleſiæ,quando ec-
cleſia indiget.argu.c.poſtulaſti.s̃.de iure patro. quod procedit
ſecundū Imo.& Domi.quando hoc facit nomine eccleſiæ, cū
præſentare eſt colligere fructus iuris patronatus, ut in c. con-
ſultationibus.s̃.de iure patrona.& ibi per Innocen.ſed iſte po
teſt fructus colligere, & in vtilitatem eccleſiæ conuertere, er-
go & pręſentare poterit.facit quod no.per Inno. & Hoſt.in c.
examinata.s̃.de iudi.vbi tenet ꝙ ēt ſequeſter poterit pręſenta-
6 re.† Sed dubitatur an cōmendatarius poſſit conferre benefi-
cia ſpectantia ad collationē eccleſię cōmendatę?& vr̃ ꝙ ſic, cū
ſit legitimus adminiſtrator, & habeat liberiorem adminiſtra-
tionem,ꝙ̃ procurator,ſm Inno.in d.c.ſi conſtiterit. In contra-
rium facit,quia cōmendatarius dicitur ſolum habere guberna
tionem & cuſtodiam fructuum, & non dicitur prelatus, nec
habere ius in eccleſia. ergo beneficia conferre nō pōt cum ta-
lis poteſtas requirat ſpecialiſſimū mandatū,nec trāſit ſub qua-
cunque generali conceſſione vt in c.cum in generali.s̃. de off.
vica. De coadiutore verò tenuit Archi.& Ioan. Mona. in c.vni
co.j̃.de cle.egrot. quòd non poſſit conferre beneficia, ex quo
ei prohibetur quęlibet alienatio, de quo tamen ibi plene no.
per Doc.in fi. ergo idem dicendum videtur in cōmendatario,
vt s̃.licet in contrarium faciat, quod habetur in c.cum olim.s̃.
de maio.& obe.vbi dicitur,ꝙ collatio beneficiorum inter fru-
ctus cōputatur.ergo vr̃ ꝙ poſſit cōferre.ſed certe cū requiratur
ſpeciale mandatū non vr̃,ꝙ habeat tale ius cōferendi, ſicut di-
citur in generali vicario, habente poteſtatē in tēporalibus &
ſpiritualibus eccleſię,& in fructib. & alijs, & tñ ɔferre bñficia
non pōt,vt in d.c.cū in generali.cogita tñ, & uide in c. is cui.j̃.
7 eo.†In ea.glo.ibi,cum noſtris.& in c.literas. vbi no.ꝙ impetra
tio facta de bñficio cōmēdato,nō valet, nō fcā mētione de cō-
menda,ſm Archidi.nec ſufficeret ſi in literis diceretur,amoto
quolibet illicito de tēpore.ſed Io.An.in hoc cōtra in d.c.cū no
ſtris.ſed certe verba illius clauſulę nō ɔcludūt ſufficientē men-
tionē,quia dicūt detētorē,ſed iſte nō eſt detentor nec illicitus,
ſed habet titulū canonicum, vt s̃.in glo. ſecundū Domi. In ea.
gl. ibi, ſi autē fuerint cōtumaces. Sed quid ſi nō fuerunt citati,
an poterūt eligere,vel patroni pręſentare, nō caſſata prius cō-
menda?Io.An.hic ꝙ nō.& idem tenuit in d.c.dudū.dicens,ꝙ ēt
ſi ep̃s fraudulenter fecerit hanc cōmendam, & ſine iuſta cā,tñ
debet prius caſſari.arg.c.auditis.& c.bonę,el 2.s̃.e.& idē tenet
Inn.in d.c.ſi ɔſtiterit. Sed certè ſi ɔmenda eſt facta fraudulēter,
& ſine legitima cā, vr̃,ꝙ ēt illa non caſſata poſſint illi, ad quos
ſpectat eligere, cōferre,vel præſentare.arg.tex.hic in fi. & per
reg.non præſtat.j̃.e.lib.& ita videtur hic reſidere Arch.& ſequi
tur hic Lap.Pet.de Ancha. & Domi.dicentes ſecus eſſe in per
mutationibus beneficiorum factis,non vocato patrono,maxi
mè & laico,quia ſunt nullæ,etiam ſi permutatio ſit facta bona
fide.poterit tamen quilibet ipſorum permutātium, ex quo nō
fuerunt in culpa, etiam inuitis patronis, ad ſuum beneficium
reuerti,ſi patroni permutationi ſe opponunt.argu.c.ſi benefi-
cia.j̃.de præben.ſecus ſi fuerunt in culpa,quia ſciebāt eccleſias
habere patronum,nam poterunt tunc patroni,ēt tali permuta
tione nō caſſata,aliū præſentare,ſm Doct.hic,ſed de hoc vide
per gl.& Doc.in c.j.j̃.de rerum permu.& ibi dixi.& vide ēt per
Rotā in dec.307. quæ incipit, Item qđ permutatio,& per Imo.
in c.fi.s̃. de rerum permu. & in dictis locis videtur ɔ̃riari dictis
hic.In ea.glo.ibi,dic ꝙ non.idem Io.An.& idem ēt Pau.& Do
mi.qui vltra ēt dicunt, ꝙ ſi ep̃s fecit ɔmendam de eccleſia non
curata,etiam poſt ſex menſes reuocare non poterit, niſi ceſſet
cauſa ob quam facta fuerit Sed aduerte quia ſi cōmenda eſt fa
cta ad tempus,ꝙ poſſit reuocari finito tempore,eſt text.in d.c.
ſi conſtiterit. Sed ſi eſt facta ſimpliciter,tunc glo.in d.c.qui plu
res.tenet contra glo.hic, quòd poſſit reuocari. & idem Innoc.
in d.c.dudum.poſt prin.& idem videtur tenere Io. An.in d.c.ſi
conſtiterit.& gl.ibi,ideo cogita.quia,cùm ſit ſpeciale in bene-
ficijs,quæ dant in verum titulum,vt non poſſint reuocari,vt in
c.j.j̃.de capel.mona.quia ſunt perpetua,ergo in ɔ̃riū eſt in iſtis.
cōmendis.In ea.gl.in fi.idem Arch. cum cuſtodia eccleſiarum
vacātium ſpectet ad ordinarium,vt s̃.de inſti.cum veniſſent.In
plebi-

ADDITIONES.

a Celſus.Non faciunt fructus ſuos.Adde Alex.conſi.77.vol.2. & ratio poteſt eſ-
ſe,quia non dicitur verus dominus beneficij, cum commenda non dicatur
titulus,cum titulus ſit perfectus,vt no.Ioan.An. c.dilectus.infra de dila.in no
uel.& Bald.in l.ex verbo,C.de fideic.liber. Imo dicitur commendatarius nu
dus miniſter,uel cuſtos.no.Ang.plene conſi.35.incip.quidam nobilis,& Ale
xan.in l.Lucius.ff.depo.

b Nic.Sup.Pleno iure.Adde quæ dicatur eccleſia pleno iure ſubiecta. Vide tex.
iuncta glo.fi.in c.quoniam.de priui.glo.in c.cum inter nos.de reg. iur.glo.
j.in c.conqueſtus.de fo.compe.& ibi Doc.in uer.pleno iure.in c.abbates. de
priui.lib.6.& ibi Doc.glo.in uer.pleno iure, in c.cum & plantare.de priuile.
& ibi Abb.in c.querelam.in 2 col.de ele.Abb.in c.auditis.in 4.no. de præſcr.
Abb.in c.de monachis,in 3 col.de præben.Abb.in c.in Lateran.in 2 col.eo.
ti.Anto.de But.conſi.19.incip.quia hic agitur,in 2.col.Raph.conſi.187.inci.
dominus bō Signorius de la Schala,tunc dominus Veronæ,& Vincentiæ &c.
V.G.Adde de iſta clauſula,pleno iure, Ruy.conſi.164.nu.3.lib.2.

plebibus verò, & alijs maioribus ecclesijs, secus est, vt in c.in
plebibus.63.dist.& per glo.in c.cum vos.hic alle. & no. ex hac
glo. ſm Domi. ꝙ licèt ad Papã sit deuoluta collatio, tñ poterit
eps in illa ecclesia ponere commendatariũ. & refert Feder. de
Senis idem tenere in suo tractatu permutationum. Sed hoc
procederet in commenda quę tribuit simplicẽ custodiã,& cu-
ram fructuum sine libera administratione, quã põt facere eps
donec prouidant ecclesię, ꝑ no.s.in tex.& in d.c.cũ vos.vbi dr,
ꝙ talis commenda nõ tollit vacationem vel ius ꝯferendi: secus
in commenda, ex qua confert ius,& quæ vacationem tollit, q.a
non vr, ꝙ si est deuoluta collatio ad superiorẽ, possit eps illam
8 facere.& ita vr hic fuisse de mente Io.An.s.& gl. hic.†In gl. in
versi.necessitate,in prin.vnde dicebat Hosti. in d. c.dudum. &
Inno. in d. c. si constiterit. ꝙ cum de iure quælibet ecclesia de-
beat habere suum prælatum,vt in c.cum non ignores. de præ-
ben. quòd in omni ecclesia non dicitur posse fieri commen-
da sine dispensatione,per quam ex causa ius relaxatur.1.q.7.di-
spensatio.& causę cognitione interueniente,fieri debet.& idẽ
tenet hic Archidi. & ex prędictis infertur ꝙ de iure communi
nullus prælatus inferior ab episcopo possit dare ecclesiam in
commendam, quæ tribuat titulum: & ratio est,quia prælatus
inferior ab episcopo dispensare nõ potest, nisi solum in casib.
expressis in iure,vt dixit singulariter Inn.in c.2.s.de eo qui fur-
tiuè. sed in commenda fienda requiritur dispensatio, vt s. pro
quo facit ẽt rõ,nam de iure communi prouisio ecclesiarum spe
ctat ad epm.16.q.7.oẽs basilicę.& s.eo.sciant.in gl.& j. eo. q̃ q̃.
in gl.pe. Alij vero inferiores si habent potestatem conferendi,
est de iure speciali,ex consuetudine,vel priuilegio.& ista dent
stricte intelligi.si ergo in priuilegio non continet, ꝙ possit cõ-
mendare,vel hoc nõ est pręscriptũ, certe eis nõ cõpetit. arg. c.
auditis.de prescri.& no.in simili s.c.proxi.in glo.pe.& j.eo. cũ
ex eo.in glo.licèt igitur,& in cle.1. de rerũ permu. & sic sequit
quod de iure cõi,cessante priuilegio,vel cõsuetudine, inferior
ab epo commendare non potest in titulum,ſm Io.de S. Geor-
gio hic,& ita ẽt sequit hic Do.qui ex prædictis infert,ꝙ licèt ca
pitulum ex negligentia episcopi conferre possit,vt in c.2. s. de
conces.præbẽ.vel etiã ex delicto,vt in c.cum in cunctis. s. eod.
tamen non poterit commendare, per no. in d. cap. cum vos.
& in cap. cum in tua. & in cap. ex parte. s. de decimis. Postea
verò vr sentire ꝯrium,dum dicit, ꝙ durante commenda nõ cur
rit tempus Lateranensis concilij illis,ad quos spectat collatio,
vel ꝑntatio:vnde vr sentire,ꝙ quilibet ordinarius,ad quem spe
ctat collatio,possit commendare, & ei non currat tps. In gl. fi.
ibi,vel distingue.tene indistincte,quod dicit glo.s. quia standũ
est huic rigori,vt non possit vltra commendari, ſm Ioan. And.
9 †In ea. gl. in fi. tene menti ex gl.ꝙ commenda [a] nõ expirat per
a mortẽ cõmẽdantis.& idẽ sequunt, hic Doc. qđ vr intelligẽdũ,
ſm no.in c.si gratiose. s.de rescrip.eod.lib.Extra gl.quærit,pri-
mò an clericus alterius diœcesis possit recipere, & acceptare
hanc cõmendam sine licentia proprij epi.Io.And.hic, ꝙ sic.&
in d.c.dudum.dicens tñ,ꝙ ad mandatum sui prelati cogetur il-
10 lam dimittere.& idem tenet Inn.in d.c.si constiterit. †Secundò
quæritur,an sit gñaliter verum,ꝙ eadem idoneitas, seu maior
requiratur in commendatario,sicut si conferatur in titulum.&
dic,ꝙ sic in commenda ecclesiæ parochialis,vt hic,& s.ꝑ glos.
in ver.sacerdotio.& idem vr in alijs ecclesijs.vnde non vr, ꝙ re
gulari possit commendari beneficium seculare,quia,cum com
menda sit titulus canonicus,vt s.in glo.non vr,ꝙ possit fieri in
habili,vt in c.super eo.s.de regularib. Et idem si ecclesia esset
consueta conferri regulari,non vr,ꝙ possit commendari secu-
lari,per no.in c.cum de bñficio.j.de præb.Et gñaliter posset do
bitari,an defectus ætatis impediat,ꝙ non possit fieri commen
da,sicut impediret, q; non posset fieri vera collatio vel institu-
tio.Et idẽ posset ẽt dubitari, an ptãs commendandi reguletur
a ptãte conferendi. & vr in prædictis vtroq; casu,ꝙ sic.arg.c. cũ
singula.§.prohibemus.j.de pb.vbi bñficia consueta regi ꝑ mo
nachos vnius monasterij, non possunt committi per inferiorẽ
a Papa monachis alterius monasterij.& loquit ibi quibuscun-
que ecclesijs vel administrationib.Et idem vr velle hic Archi.
in prin.dicens,ꝙ sicut legatus de latere non potest conferre ec
clesias collegiatas,vt j.de offi.leg.c.pen.ita nec poterit cõmen-
dare.& idem tenet s.Io.And.ex quibus vr ꝙ potestas commen
11 dandi reguletr a potestate conferendi.†Tertiò quęrit,an legatus
possit dare bñficia suæ prouinciæ in commendam:& dic,ꝙ sic,
scilicet illa,q̃ conferre põt,vt in c.1.j.de offi.lega. Cum legatus
b in prouincia ꝯcurrat [b] cũ quolibet ordinario collatore,vt in d.
c.1. & ibi ꝑ gl.in fi.& ita est de mẽte Arch.& Io.And.s. dum so
lum excludunt legatum, vt non possit commendare collegia-
tas vel pbendas,& alias ecclesias.de quib.in d.c. pe. In alijs er-
12 go poterit.†Quartò quęritur,an commenda facta per legatum
expiret per mortem eius,vel finito eius officio.glo.hic in fi. fa
cit ꝙ non,dum vult,ꝙ commenda non expiret per mortẽ com
mendantis.de quo tamen dic vt nota.in c.præsenti.j.de offi.le-
13 ga.†Quintò quęrit,quid si eodem die episcopus contulit bñfi-
cium & legatus eodem die commendauit illud alteri, quis ex
istis sit præferendus.& dic,ꝙ ille,qui fuit prior in tpe,si de hoc
apparet,vt per gl.in d.c.1.in fi.& no.in c.duob.s.de rescri.eo.li.
Sed si de prioritate non apparet, an sit tunc præferendus, qui
prius habuit possessionem,sicut dr in c.si a sede.j. de præb. An
verò præferatur ille,cui est facta collatio, tanq̃ habens verum
titulum & potentius ius. Commenda enim vr esse remedium
extraordinarium & subsidiarium,vt est dictum s.in glo.in ver.
necessitate.ergo vr,ꝙ debeat præferri remedium ordinarium,
ſm no.per glo.in l.etiam.C.si tutor,vel cura. inter. & in regula
factum legitimè.j.eo.lib.& ibi per Dy.Sed quod debeat pręfer
ri commendatarius,facit,ꝙ commenda tollat vacationem, &
ius conferendi,& tribuat canonicum titulum,vt s.in gl. & no.
in d.c.cum vos.cogita,& videret,ꝙ debeat præferri,habens ve
rum titulum collationis,tanq̃ hñs gratiam pinguiorem & ple
14 niorem,vt d.c.si duobus.†Sextò & vltimò quærit,an commen-
datarius possit exercere omnia iura competentia ecclesiæ, rõ-
ne iurisdõnis, puta conferre bñficia,de quo est dictum s. Et an
possit excommunicare.pro quo facit,qđ no. in c. cum contin-
gat.s.de foro compe.& ibi per Io.And.super gl. 2.an scilicet so
la possessio tribuat potestatem excommunicandi, de quo per
Domi.in c.vt circa.s.eo. Et an possit commendatarius ſm for-
mam iuris alienare res ecclesiæ,stante necessitate vel vtilitate
ecclesiæ.de quo hic per Archi. in fi. qui adducit aliquas rões
pro & contra,& nihil determinat:vnde super his omnib.esset
bene cogitandum,quia,vt dicit hic Io.And.materia commen-
dæ non est per textus bene clara,& per Doct.etiam non repe-
ritur bene declarata,vt patet ex prædictis. & vide ad hoc in d.
c.is cui.& in c.pen.& fi.j.de sup.neg.præla.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Commenda non expirat.Adde Rotam decis.345. in antiquis,& per Fede.de Sen.in tractatu permutationum.q.15.

b Nic. Supe. Concurrat cum quolibet ordinario.Adde tex.& gl.in c.2.de offi, ordi.lib 6.& per Doc.in c.igitur.25.q.2.

V.G. Legatus,ꝙ possit facere constitutiones in prouincia,Cor.consi. 121.videtur,litera C.lib.3.Nisi in reseruatis vel prohibitis.Alex.consi.16.Vbi multa adducit, lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Comparere quando quis teneatur personaliter, & non per procuratorem.*
2 *Vacationis verbum simpliciter prolatum cõprehendit omnẽ modũ vacãdi*
3 *Fraudare non videtur qui fraudando fraudem excludit.*
4 *Iura loquentia de electione extenduntur ad collationem & prouisionem in his quæ possunt adaptari.*
5 *Notitia indubitata alicuius qualiter probetur.*
6 *Verba legis vel statuti debent intelligi secũdum vulgarem modũ loquendi.*
7 *Præuenire quando quis possit terminum sibi statutum.*

CAP. XVI.


Vpientes. No.1.ibi,regulares.casum, in quo
regulares ęquiparant cathedrali-
bus,& vide in c.pe.j.de of.le.Scđò no.ibi, immedia
ta subiectio.duos casus,in quib. negotiũ electionis
dẽt agitari in curia.& vide s.eo.in c.q̃uis.& in cle.cãm.eo.titu.
1 Vltimò nota ibi,personaliter.casum in quo tenet quis persona
liter cõparere & nõ ꝑ ꝓcuratorẽ: & sic põt Papa cõpellere ad
comparendũ personalr.De inferiorib verò dic,vt in c.1.j.de iu-
2 dicijs.& ꝑ Bal.in l.1.ff.de procurato.†In glo.in ver.vacationib.
idem Io.Mo.& Archid.ex quo nota,ꝙ verbum,vacatio simplr
prolatum,comprehendit oẽm modũ vacationis, ẽt in materia
pœnali:qđ no.ad c.susceptum.s.de rescri.eo.lib.In glo. in ver.
periculosis.in fi.no. ex gl. ꝙ tunc cessante cã cessat dispositio,
qñ cã est finalis:alias secus.qđ no.ad c.cum cessante. s. de app.
& vide in c.post translationem hic alle.& ꝑ gl.& Bar. in l.2. ff.
3 donatio.†In glo.in ver. [a] malignantium.in fi.tene menti singu-
a lariter hanc gl. vt procedat etiam in foro conscientiæ, ꝓ quo
facit,quia non vr fraudem facere,qui fraudãdo fraudem exclu
dit,vt l.cum pater.§.Titio.ff.de leg.2.ſm Io.And.facit etiam qđ
dixit notabiliter Inn.in c.cum olim.s.de resti.spo. dicens, ꝙ si
tu habes rem meam,quam recuperare non possum, vel ꝓpter
tuam potentiam,vel fraudem,vel quia deficiunt mihi ꝓbatio-
nes,vel aliter,ꝙ tunc licèt in foro conscientię cũ furari,vel alio
quocun-

ADDITIO.

a Nico. Supe. Malignantium.Adde de materia istius in glo.Ioan.de Imo. in l.is qui.ff.de verbo.oblig.

quocūq; & secreto modo recuperare. Et per ratione huius gl. infert Pe.de Ancha.ꝙ si tu mutuasti mihi 10.præsentibus testibus,quæ postea restitui sine testib.& deinde a me repetis & velis stare meo sacramento,ꝙ potero iurare non fuisse mutuatū, ex quo habeo ius in principali.de quo tamen dic, vt hic ꝑ eū, & Do.& vide per Archi.in c.nullus.hic alle.& per glo.in c. 2.j. de confes.vide notabiliter per d.Anto.in c.per tuas.in fi. s. qui

4 filij sint legiti.†In glo.in ver.moderatione,in fi.no. pro habentibus potestatem moderandi statuta, vt possint pœnam apponere.In gl.in ver.electi.in prin.no.ex gl.ſm Domi.ꝙ iura ēt pęnalia loquentia in electione, extenduntur ad collationem & prouisionē in his,quę possunt adaptari. pro quo gl. in c.si post quam.j.eo.Et habet etiam locum iste tex.si appelletur ab interlocutoria iudicialiter lata in cā confirmationis,ſm Arch.& Io. And.In ea.glo.in fi.idem Io.Mona.& Archi. & procedit quando ecclesia esset accessoria ipsi hospitali,vt per gl.in cle.per literas.de præben.& facit cle.quia contingit. de religiosis dom. Sed si pręsit quis ecclesiæ regulari principaliter,& hospitali accessoriè,& tunc habet locum iste tex.ſm Domi. notantem ex gl.quòd ēt sub verbo,ecclesiarum regularium,non comprehēduntur hospitalia,ēt religiosorum,in materia pęnali:licèt Lap. hic 5,per no.per Io.And.in c.admonet.super ver.personis.s. de renū.& in c.2.in ver.ecclesia.s.de resti.in integ. In glos. in ver. regularium,in fi.idem Io.Mo.& Archi.per quæ gl. in cle. vt hi qui.de eta.& quali.& in cle.1.de præbē.,nec ēt locum habet in his,qui non præsunt alicui ecclesiæ, sed ordini, vt in Generali ordinis minorum,vel similium , cum per illorum mortem ecclesia non vacet,ſm Dominicum. In glos.in ver.subiectio,ibi, ſm Garsi.idem Io.Mo.& Archi.& Imo.licet aliud velit hic Io. And.& Pau.de quo in c.si postquam,& c. si abbatem, j. eod.In ead.glos.ibi, non expresse. & hoc tutius est tenere,saluo quod hr in d.c.quamuis.in fi.esto ꝙ Io.Mo.& Arch.aliud teneant,vt refert Do.notans ex hac glo.ꝙ iura pœnalia loquentia in appellatione,non habent locum in causa quæ transfertur per viā relationis,vel aduocationis,seu remissionis: quod no. pro sta-

5 tutis.†In glo.in ver.notitiam,in fi.idem Io.Mona.& Archi. & no.ex glos.qualiter probetur certa,& indubitata notitia alicuius.pro quo gl.in ver.notitiam.in cle.causam.eo.ti.& quod no. in c.cum contingat.s.de rescrip.& glo.in l.Titio vsusfructus. ff. de condi.& demon.& tex.in l.pater decedens.ff.de administr. tuto.In glo.in ver.ex tunc. in fi.prima solutio videtur bona, si verbum,absq; fraude,iungatur præcedentibus,ſm Ioā.de Fan. quasi velit,ꝙ si ante mensem elapsum nō arripiat iter , incipiat currere tempus arbitrarium finito mēse: aliàs ex tunc incipiat

6 currere.& ita tenet hic Imo.†In glo.in versi.quomodo ibi, vulgares dietas. tene menti primò, ꝙ verba legis vel statuti , licèt sint composita a peritis , tamen debent intelligi ſm vlgarem

a & communem vsum loquendi, [a] & secundum consuetudinē loci,& non secundum modum legalem,secundum Pet. de Ancha.facit gl.in c.nonnulli.s.de rescri.& per Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.facit glo.in l.2.in prin.ff.de ori. iu. & in l.3. ff.de testa. tute. & quod no. in c. ex literis,el 1.de sponsa.& per Bal.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demon.Secundò no.ex glo.ꝙ constitutio loquens de dietis,debet intelligi de vulgaribus,si de hoc apparet:alias debet intelligi de legalibus,qn̄ ibi aliter se non habet consuetudo.†In ead.glo.ibi,in

7 tempore,qđ iudex debet arbitrari.tene menti sing.ex glos. an ille,qui venit vel facit ante tempus debeat lucrari residuum tēpus dilationis,quod præuenit, & an & quando possit quis præuenire terminum:hic per Do.& vide per Bart. in l.a filia. §.aliū no.ff.ad Trebel.quando sit,ꝙ finita causa dilationis , intelligatur etiam finita ipsa dilatio.& vide per gl. in ver. absumpserit. in clem.1.de vi.& hone.cle.& per Bar.in l.eum qui ante Kalendas.de ver.ob.& vide in cle.2.de app.& per d.Anto.in c.significante.de appel.& per Bar.in d.§.alumno.& in l.2.ff.de re iud. & vide bonum tex.in c.oblatæ.s.de appella.& per Innoc.in c. ex ratione.eod.titu.In ea.glos.in fi.no.ꝙ vbicunque iudex habet arbitrari dietas,vel secundum vulgares vel legales,semper debent dari aliqui dies ad quiescendum,inspecta qualitate personarum & temporis:quod est no. pro ambassiatorib. & alijs

8 similibus.†In gl.in ver.contingentibus.in fi. idem Ioan. Mon. & Archidia. Et noto primo ex glo. quòd obligatus ad comparendum instructus & ad producendum instrumenta,intelligitur de his quæ habere pōt. Alia verò poterunt produci in alio termino secundum Bald. Secundò no.ex glo.quòd qui tenetur comparere instructus , intelligitur super iam deductis in iudicio:non autem in his quæ possent de nouo deduci : quod facit ad no.in c.Nicolao.s.de appella.

ADDITIO.

a Celsus. Loquendi. Adde quis dicatur communis, & vulgaris vsus loquendi Lanfran.de Oria.c.quoniam contra falsam.§.testium depositiones. nu. 103. versi.quæritur vltra,& qđ ibi no.in apo.in ver. cōis vsus loquendi. de proba. V. G. Adde,ꝙ communis vsus loquendi,debet probari. Goz.conf.35.Breuiter. agendo,nu.12.& Dec.in c.2.de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum excusat a contumacia, & qui allegat impedimentum illud probare debet.*
Et impeditus debet mittere procuratorem, licèt excusetur a comparitione personali. nu.2.
3 *Mora an possit purgari quando pœna imponitur ipso iure.*
4 *Procedi vbi potest non obstante contumacia partium, an tunc circunducatur citatio.*
5 *Impeditus facere actum in certo termino, non excusatur, nisi protestetur quòd per eum non stat.*
6 *Probatio plena vbi a iure requiritur,debet fieri probatio legitima.*
7 *Impedimentum aliter probari debet quam per iuramentum.*
8 *Tempus a iure limitatum,an possit per iudicē prolongari, vel abbreuiari.*
9 *Impeditus ne possit constituere procuratorem,an excusetur.*
10 *Vt præmittitur, hæc verba quid significent.*

1 Quod si per viginti. †No. primò ibi, ꝑposita. ꝙ licet iusta cā & impedimentū excusat a contumacia, tū non sufficit esse impeditum, nisi impedimentū alleget & probetur.facit ca. querelam. s. de procurato.& c.si iustus metus.s.de appellatio.& vide tex.nota bi.in l.qui commeatus. ff.de re militari.vbi non sufficit allegare impedimētum vel probare,nisi etiam probetur, ꝙ nisi fuisset impedimētum , quis comparuisset vel aliud simile fecisset,

2 de quo ēt per Bar.in l.quæsitum.ff. de re iudica.† Secundò nota ibi,per procuratorem. ꝙ licet ꝑꝑ iustum impedimentū quis excusetur a personali comparitione, tenetur tū mittere procuratorem instructum:nec sufficeret hoc casu mittere nuncium ad se excusandum,ſm Bal.& vide quod no.in d.c.querelam.& per Bar.plene in l.2.ff.de diuer.& tempo.præscri. Cessante vero postea impedimēto tenet personaliter comparere, quia intantum excusatur quis rōne impedimenti,q̄tum durat impedimentum & non vltra,vt hic dr̄.& vide in c.eo.j.de sent.excom. Vltimò no ibi,pena.ꝙ qn̄ constitutio ex certa cā repellit quem

3 a potestate probandi,dr̄ pęnalis,ſm Domi.†In glo.in ver.expectati,in fine. tene menti, & ita allegatur, ꝙ qn̄ pœna imponit ipso iure,non potest mora purgari post terminum, siue terminus sit certus,siue incertus,sed ex arbitrio iudicis veniat declarandus.vide in l.qui ob rem.ff.de condi.indebi. & idem voluit gl.in ver.priuatus.in c.licèt can.s.eo. & vide in c. vt commissa. j.eo.& per Bar.in l.insulam.ff.de ver.obli. Secundò tene menti ex glo. ꝙ prohibitus ab appellando, vr̄ prohibitus a potestate

4 purgandi moram, vt hic per Do.†In glo.in ver.opponentes,in fi.no. ex gl.iuncto tex.ꝙ vbi potest procedi non obstante contumcia partium, tunc non circunducitur citatio ob contumaciam vtriusque partis: imo punitur reus non comparens tanq̄ contumax,licèt actor fuerit etiam contumax.quod no.ad c.cōsuluit.s.de offi.deleg.& ad l.post edictum.ff.de iudicijs.In glo. in ver.comparere.ibi,cognoscendum est.idem Ioan.Mona.& Archi.& no.ex glo. ꝙ si ex aliqua dispositione post terminum quis non debet audiri,ex eo quia non seruauit certas solennitates,tamen admittitur si velit probare, quòd causa sua nō erat talis,quæ includeretur sub illa dispositione, secundum Domi. & sic admittitur quis post terminum ad probādum illud, quo probato,minus non arctabat,secundum Bald. et vide alias per Bart.in l.1.§.1.ff.quod vi aut clam.Secundò no.ex gl.quòd si statutum arctat quem ad personaliter comparendum intra terminum, non excluditur quin etiam post terminum possit mittere procuratorem ad se excusandum quod comparere non fenebatur.In ead.glo.in fi.idem Archidia.et Ioan.Mona.no. primò ex glo. quòd in causa electionum potest procedi non obstantibus ferijs,de quo etiam per glo.in ver.feriarum. in clem. sæpe.de verbo.significa.Secundò nota ex glo. quòd in dilationibus assignatis a iure computantur tam dies feriati q̄ non feriati,de quo per Innoc.in c.vltra tertiam.s. de testibus. et idem est in dilationibus datis a iudice,vt in l.siue pars. C. de dilatio. Tertiò tene menti ex glos. quòd si a iure datur terminus ad faciendum id, quod fieri non potest die feriata , et vltra dies termini sit feriata,quòd non excusatur,posito ꝙ in aliam diē proximam non feriatam illud fiat,quia non debuit quis se arctare, de quo no.in clem.2.de appel.et per Bart.in l.2.ff. si quis cautioni.et per Bart.in auth.ei qui.C.de tempo. appel. et per Bald. in l.2.C.eodem titu.In glo.in ver.petere,in fine.idem Ioan.Mon. et Archidi. et tene menti singulariter, et semper allegatur hęc glo.vt

glo.vt sic euitetur iurium correctio. & idem voluit gl.j.in ver.
priuatos.& facit quod no.Bar.in l.talis scriptura.de leg. 1. & in
5 l.2.ff.vi bono.rapto.†In glo.in ver.proposita,in princ.no.ꝙ im
peditus facere actum in certo termino non excusatur,nisi pro
testetur,ꝙ per eum non stat.de quo j.in fine glos.& per glos.in
c.1.& c.plerunque.s.de rescriptis.& ita posset limitari glos.no.
in c.ex conquestione.s.de restit. spoli. & no.in l. 1.§.si quis ipsi
prætori.ff.de no. ope.nuncia.& in c.pastoralis.§.verum.de of-
fic.ordina.& in c.si iustus metus.s.de appella.Pet.de Anch.in-
a telligit istam glo.veram inquantum impeditus [a] ex defectu iu
dicis debet protestari.In eadem glo.in fi.no.ex glo.ꝙ licèt cau
tum sit pluries protestari,tamen vbi simpliciter requiritur pro
testatio,sufficit ꝙ semel fiat.facit l.Titia.§. vsuras. de lega. 2. &
talis protestatio operatur durante impedimento: vnde si po-
stea Papa sui copiam facit,& non potuit se præsentare, debet
iterum protestari,cum prima protestatio nō impediat cursum
sequentis temporis,secundum Archid.& Ioan. And. Secundò
no.ex glo.quòd protestatio debet fieri congrua hora, secundū
Ioan.And.facit l.si soluturus. ff.de solu. Item ꝙ in protestatio-
ne requiritur scriptura:sed hoc non est indistinctè verum,secū
dum Doctores hic,& no.in reg.in generali.j. eodem libro, &
per Barto.in l.non solum.§.morte.ff.de negotijs gestis. & vide
in l.scire oportet.§.oportet.ff.de excusa.tuto.& in l.fina.C. de
neg.gest.& Bal.in l.si quas.C.depositi.In glo.in ver. videbitur,
in fine.tene menti,quòd vbi ab homine vel a iure datur termi-
nus ad probandum,si postea discutiatur an exceptio sit admit
tenda vel non,& iudex stat in suspenso,tunc talis terminus nō
currit, nisi postquam iudex declarauerit exceptionem admit-
tendam vel non,secundum Domini. & idem tenet Bal. in l. 1.
in princ.C.de iur.calum.& alleg. Specula.ita tenere sicut aliàs
voluit glo.no.in l.post dationem.in clem.sæpe.de verb.signif.
vide per Barto.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infe. post prin
cip.& per Bal.in l.contra maiores.C.de inoff.testamen. & per
Fede.in suo consilio. 226. quod incipit, Casus talis est,vacanti-
bus.vide per Rotam in decisio.208.quæ incip.item quod termi
nus.& per Specu.in titu. de dilationi. §. 1.versicu. sed nunquid
6 currunt.†In glo.in ver.fidem.in prin.no.ex glo.ꝙ vbi a iure re-
quiritur ꝙ fiat plena fides, requiritur tunc legitima probatio:
& sic non admittet iuramentum in defectum probationis, vt
est dictum in c.1.s.eo.tit.& lib. & idem si requireret fieri fides,
licèt non dicatur plena,vt per gl.in ver.in clem.constitutionē.
7 eod.tit.& in l.1.C.quo.bo.†Item no.ex gl.iuncto tex.ꝙ impedi-
mentum dēt aliter probari,q̃ per iurm:& hoc ideo,quia tracta
tur de magno præiudicio : alias sufficeret semiplena probatio
& iuramentū,vt in c.cū Bertoldus.de re iudic. & in ca.querelā.
s.de procu.& in c.ex literis.s.de resti.in integ.& in l.fi.ff.de fe.
vnde concludit hic Imo.& Domi. ꝙ arbitrio iudicis relinqua-
tur,vt sic arbitretur, an alia probatio faciliter possit haberi: &
tunc non sufficiat iuramentum, nisi tanta esset honestas perso
næ, ꝙ videret standum iuramento illius. Sed si aliæ probatio-
nes non possent de facili haberi, & tunc stetur iuramento. ar.
c.veniens,el 2.de testi.& ad prædicta facit tex.s. in ver.videbit,
vt sic arbitrio iudicis relinquatur,ꝙ dicat iustum impedimētū.
& idem voluit Io.And.in c.1.j.de do.& cōtu. vt arbitrio iudicis
relinquat:quę probatio sufficiat considerata qualitate persona
rum & facti.Bar.& Ang.in l.2.§.quod diximus. ff. si quis cau. ꝙ
fiat probatio per iuramētum vbi aliter non potest probari. &
sic quando probatio est difficilis. Bald. in l. scire oportet.§.suf-
ficit.ff.de excu.tu.dicit, ꝙ impedimentū dēt aliter probari quā
per iurm.s.per cōiecturas,& indicia.alleg.l.3.§.si ad diem.& l.q
cōmeatus.ff.de re mili.vide per Oldr.in suo cons.83. & dicta in
8 c.1.j.de do.& contu.†In gl.in ver.15. in fi.idem Io. Mon. & Ar-
chi.& tene menti,ꝙ tempus a iure limitatum non potest p iu-
dicem elongari vel abbreuiari : quando tamen assignatio ter-
mini datur à iure esset facienda per iudicem, vt in istis 15.dieb.
tunc semper potest per iudicem abbreuiari vel elongari: licet
tempus sit a iure limitatum,secundum Io.And. & in l.2. & ibi
per Bar.ff.de re iudic. & ita sequitur hic Imo. & Domi. de quo
per Docto.in c.cum sit s.de appel.& in clem.2. de ap. & no. in
c.pia.j.de exce.& in reg.indultum.j.eo.lib.In glo.in ver. vel in
b fi.no.ex gl.ꝙ alternatiua [b] resoluitur in copulatiuam, quando
cadit inter extrema, quorum vtrunq; est necessariū in illa ma-
teria,de quo in l.si is qui ducenta.§.vtrū.ff. de re.du.& in cle.2.
9 de vi.& hone.cle.†In gl.in ver.impedimento,in prin.no.ex gl.
ꝙ sicut dominus excusatur ratione sui impedimenti, ita & rō-
ne impedimenti contingentis in personam sui procuratoris,
cùm impedimentum procuratoris non debet nocere domi-
no.facit l.cum a matribus.C.qui pe.tuto.& no.in c. significan-
te.s.de pig.& idem dicit hic Io.And.si electus fuit ita hic impe
ditus,ꝙ non potuerit constituere procuratorem. & vide hic p
Domi.an impedito currat tempus vel sit necessaria in integ.re
stitu.de quo ēt not.in c.ex ratione.s.de ap.& per Barto.in l. ge-
nero. ff. de infa. & in l.1. §. quod autem.ff.de iti.actuque pri.&
in l.pen.ff.si quis testa.videtur tamen probare ista glo. ꝙ in pę
nis, quæ imponuntur ipso iure propter impedimentum, ipso
iure quis seruetur illęsus: secus in pœnis imponendis per sen-
tentiam,quia tunc sit necessaria in integ.resti.de quo no. in ca.
ad probandum.s.de re iudi. sed si feratur snīa declaratoria erit
10 necessaria restitutio,vt in fi.huius gl.†In glo.in ver.præsentaue
rit,in fi.no. de significatione huius orationis, vt præmittit, vt
sic omnia expressa s.repetita intelligantur.quod est no. pro sta
tutis.In glo.in ver.priuatos.ibi,contrarium,idem Io.An. & vi-
de gl.in ver.ꝙ secus.in cle.1.vt li.penden.In ea.glo.ibi,appella-
tio.idem Io.Mo.& Archi.& tene menti.& ita alleg.ꝙ licèt à pę
c na [c] legis non possit appellari, tn̄ benè poterit appellari a snīa
iudicis declaratoria, aliquem in pœnam incidisse.facit glo. in
ver.vocata.in cle.fi.de censi.& vide per Bar.in l.eius qui delato
rem.ff.de iu. fisci. & in l.fi.ff.de appel.recip.

ADDITIONES.

a V. G. Nota,ꝙ impeditus vt excusetur,quid requiratur. Cor. consi. 109. Primo aspectu litera Q. lib.2.

b Nic. Supe. Alternatiua.Adde c.extirpandę.de præb. c. decet.de immu. eccle. lib.6. gl.in c.Cumana.de ele.Io.And.in c.vlt.de consue.Car.Zaba.in c.ex tua. in 2.opp.de fi.præsby. idem Car.in c.mandato.in opp.de procura.
V. G. Adde,ꝙ alternatiua resoluitur in coniunctam ex verisimili mente defuncti ad exclusionem substituti.Ruy.consi.140.nu.15.lib.2.& consi.6. nu.1.lib. 3.& vide consi.139.nu. 20.lib.3.

c Nic. Supe. Pœna.Adde gl.in l.obseruare.C.quo.appe.non reci.tex. in c. cum in cunctis.de ele.Io.And.in c.prætere.a.de appe.Spe.tit.de recu.in §. vlti. ver. hoc non.Card.in cle.1.in §.si quis.in vlti.q.de sequest.pos.& fru. & in l. si qua ff.de verbo.signi.

SVMMARIVM.

1 *Custodia rerum ecclesiæ ad quos spectet.*
2 *Expensæ quæ fiunt in electione & confirmatione electionis, de quibus bonis debent fieri.*
3 *Concorditer fieri quid dicatur.*
4 *Capitulum ecclesiæ potest accipere mutuum pro negotio electionis, etiam sine licentia superioris: quod mutuum prælatus soluere tenebitur.*

1 Ad hæc. †No.1.ibi,capitulum. ꝙ in ecclesijs collegiatis,
ēt inferiorib.a cathedrali,custodia rerum eccle
siæ spectat ad capitulum: ēt si talia bona essent de mensa præla
ti,vt hic patet.facit c.quia sæpe.j.eo.& no.per Inn. & Io. And.
in c.1.s.vt eccle.bene.secus tamen esset si capitulo posset impu
tari culpa in non denunciando prælatum, repertū postea cul-
pabilem per visitatores.& ita procedat quod not.Hosti. in c.ea
quę.s.de sta. mo. & Archi.in c.præsenti.j.de offic.ordi. de quo
articulo vide plene per Host.in c.cum venisset.s. de insti. & in
c.verum.s.de fo.compe.& in c.cum olim.s.de maio. & obe. &
2 in d.c.præsenti.& per gl.in c.cum vos.s.de offi.ord.† Vlti.no.ꝙ
a expensæ [a] fiendæ in electione vel confirmatione prælati, dēnt
fieri de bonis pertinentibus ad prælatum tm̄,sm Io. An.intel-
lige si bona prælati sunt distincta:alias debet prouideri, prout
hic dr̄ in tex.& gl.& vide quod no.in c.ex parte.& c. olim.s.de
accu.& per Io. And.in c.vt prætéritę.s.de ele.& per glo.in ver.
3 ad mensam.in clemen.1.de exces.pręla.†In gl.in ver.concordē.
in fi.tene menti,ꝙ de propria significatione vocabuli, illud dr̄
concorditer fieri,quod fit nemine discrepante, de quo vide di-
cta in c.vbi periculum.s.eo.in gl.in ver.singulis.& per Io. Mo.
in c.quorundam.j.eo.In gl.in ver.discreta.in fi.no.gl.ordi. quę
alle.quomodo & qualiter debeant contribuere in expensis il-
li de vniuersitate,de quo per Bar.in l.4.§.actor.ff.de re iudic. &
per Bald.in l.1.ff.quod cuiusque vni.no.& in l.etiam. C.de exe.
rei iu.Et vnum membrum dimisit gl.hic quando scilicet expē
sæ occurrunt tam circa bona distincta q̃ circa cōmunia: & tūc
in illis conferunt illi de capitulo, & qui plus percipit plus sol-
4 uit sm ratam,vt dicit gl.hic in primo membro.†In glo. in vers.
aliunde.in fi.tene menti ex gl.ꝙ pro negotio electionis præla-
ti pōt capitulum ecclę vacātis recipere mutuum instāte neces-
sitate,ēt sine superioris licentia: & ex tali mutuo obligat futu-
rus successor,sm Lap.facit glo.12.q.2.placuit.& ibi per Archid.
& per Pau.in clem.1.de re.eccle.& p Spec. in ti.de his quæ fi.a
prela.

ADDITIO.

a Nic. Supe. Expensę. Adde quid de expensis fiendis in exequijs prælati vide per Card.Zaba.in c.vt prateritæ.in 1.q.de ele.idem Card.in c.bonæ,el 2. de ele. Abb.in disp.incip.Sempronius.Pet.de Peru.in trac.quartæ canonicæ. ca. 13. Cald.consi.1.& 2.in tit.de solu.
cutoris non expiret re integra per mortem concedentis, etiam si in dicta gratia esset apposita illa clausula, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, quasi videretur tūc rescriptum iurisdictionale, secundum Ioan. And. ibi, sed non obstat, ex quo gratia erat facta. & tex. hic generaliter & indistinctè loquitur in omnibus executoribus gratiarum iam factarū, tam mixtis quam meris. Tertiò intellige tex. & glo. hic in executoribus accessorijs ad gratiam, vt hic in text. secus si principaliter & de per se: vt si est orta discordia super gratia facta, darentur iudices delegati per Papam, quia si re integra moriatur Papa delegans, expirat illorum potestas, ex quo eorum iurisdictio est principalis ratione causæ commissæ, secundum Paul.
5 hic, cum isti sint iudices vt s. & ita transit hic Dom. †Quartò intellige in executoribus datis super gratijs, quando ipsę gratiæ efficerentur inutiles, vel ad tempus differrentur: alias verò si hæc ratio cessaret, tunc finiretur eorum officium, vt videt hic velle Io. And. & in c. fi. §. officium. j. eo. vbi dixit, q potestas conseruatorum priuilegiorum expirat re integra morte concedentis, ex quo priuilegium durat, nec impeditur, cum possit ex eo statim agi & excipi, & conseruator non venit accessoriè ad priuilegium. & ita transit hic Domi. licèt Archi. in d. c. fi. teneat contrarium. Quintò & vltimò intellige in executoribus gratiarum, non in executoribus rescriptorum iustitiæ seu in ipsis rescriptis, cum ista bene expirant re integra morte concedentis, secundum glo. hic. & ratio differentiæ est, quia licèt talia rescripta pereant, tamen ius impetrantis saluum remanet: ideo cessat ratio text. hic. quod procedit in rescriptis in quibus committitur iurisdictio: secus si mera executio, quia tunc illa non expirat, vt hic per Dom. & per Bar. in d. l. fundi venditor. & vide ad prædicta quod habetur in c. tibi qui. s. de rescrip. eo. lib. & in d. c. si cui nulla.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iudicis delegantis non impedit iurisdictionem vel processum sui delegati.*
2 *Mors ciuilis & naturalis æquiparantur hic.*
3 *Excommunicatio superueniens in delegatum non extingit eius iurisdictionem: eius autem exercitium impedit durante impedimento.*
4 *Appellatio alternatiua an valeat.*

CAP. X.

1 Si is cui. †No. primò, q excommunicatio iudicis delegātis non impedit iurisdictionem vel processum sui delegati, et dati non in totum: cū solum disponatur hic in causa appellationis. ergo primus processus tenet de iure: nam excommunicatio est vitium personale. & ita voluit glo. & Innoc. in c. licet vndique. s. eo. & ibi per Imo. in fi. & vide etiam quod no. in c. 1. s. de offi. vica. eod. lib. in fi. †Secundò no. casum in quo mors[a] ciuilis, & na-
2
a turalis æquiparantur: cum paria sint hic subdelegatū esse mortuum, vel excōicatum, cum excōicatus ciuiliter mortuus fingatur, vt 11. q. 3. §. euidenter. de quo per glo. ordi. in c. susceptum. s. de rescrip. eo. lib. Tertiò no. ibi, de medio. quia idem si delegatus subdelegans sit absens, quia eodem modo ad primum delegantem appellabitur quando esset notabilis distantia. facit qd no. s. eo. tit. c. si contra vnum, in 3. glo. secundum Ioan. Andr. & facit ca. 2. j. de procu. secus si distantia non esset notabilis, quia tunc ad ipsum subdelegantem poterit appellari, & poterit tūc subdelegare, ita tamen q ipse idem adibitur a principio, secundum Ioan. And. licèt Arch. in c. statutum. §. in nullo. s. eo. dixerit, q partes non habent tunc necesse adire ipsum delegatū. & idem videtur tenere hic Pau. cum ad absentē in loco in quo cognoscere non potest, appellari non debeat. per no. in d. §. in nullo. Sed Domi. hic sequitur opi. Ioan. And. quia licet in tali loco non possit cognoscere, tamen poterit committere intra locum, cum tex. hoc non prohibeat. facit c. nouit. s. de offi. leg.
3 secundum Dom. †Vltimò no. ibi, impedimento durante. quòd excommunicatio superueniens in delegatum non extinguit eius iurisdictionem: sed eius exercitium impedit quousque durat tale impedimentum. de quo in c. 1. s. de rescrip. eo. lib. & in d. c. 1. s. de offi. vica. In glo. 2. in fi. & licèt non sit dubitatio si scribitur proprio nomine, quando delegatus est mortuus, tamen poterat esse quando est excommunicatus, vt per Ioan. And. in d. c. quoniam abbas. dicentem, quòd quando scribitur dignitati, successor cognoscit, etiam si prædecessori qui erat tempore datæ, rescriptū non fuerat præsentatum. & idem tenet hic Archid. In glo. in ver. excommunicari, in fi. vide hic in c. ad probādum. s. de re iudi. & hic per Lap. & Domi. In glo. penul. ibi, propter pbabile dubium. idem si dubitetur an subdelegauerit in totum vel in partem, & stat per iudicem vel aduersarium, quòd
4 certificari non potest, secundum Ioan. And. †In eadem gl. ibi, alternatiua appellatio. tene menti glo. ordi. an valeat appellatio alternatiua. de quo Io. And. remittit ad plenè no. per eū in reg. in alternatiuis. j. eo. lib. vbi concludit, quòd de iure ciuili talis appellatio teneat, cum non relinquat appellatum incertū, ex quo non potest appellari ad Imperatorem, omisso medio, vt dicit glo. hic: vnde in effectu semper censetur appellasse ad proximum superiorem. Sed de iure canonico concludit, q aliquando appellatur a sententia inferioris prælati ab episcopo: puta ab archidiacono appellatur alternatiuè ad episcopū vel archiepiscopum: & dic, vt s. ex quo non potest ad inferiorem a Papa appellari, omisso medio: vnde censet appellasse ad proximum superiorem, & valet appellatio: & inutilis adiectio non vitiat, ut in reg. vtile. j. eod. lib. quod tamen limitat Ioan. An. in d. reg. in alternatiuis, nisi esset consuetudo, quòd possit appellari, omisso medio: quia cum talis consuetudo valeat, vt in c. Romana. in secundo responso. j. de appel. nam tunc talis appellatio alternatiua non valeret, cum esset incerta, per ea quæ dicit glo. hic. & quia iudex debet esse certus, vt in c. ad hęc. s. de resc. & maximè iudex ad quem, vt 2. q. 6. propter. & c. ab eo. & §. forma. Aliquando appellatur alternatiuè ad archiepiscopum vel Papam, ad quem potest appellari, omisso medio, vt 2. q. 6. ad Romanam. Et idem si appelletur alternatiuè ad archiepiscopum, vel ad legatum, ad quem eodem modo potest appellare, omisso medio, secundum glo. hic & no. in c. 1. s. de offi. lega. & codē modo ad patriarcham, secundum glo. 22. dist. renouantes. & Inno. in c. antiqua. de priuileg. & istis casibus appellatio alternatiua non valeret, cum sit incerta, secundum glo. hic, & Ioā. An. in d. reg. in alternatiuis. Sed Rota in decis. 209. quæ incipit, Itē quòd appellatio, sequitur opi. Specu. vt refert glo. hic tenentes indistinctè valere appellationem alternatiuam, ex quo in casu magis dubio admittitur alternatiua proposito, sicut est in libello, vt in c. constitutus. s. de restitu. in integrum. nec est necesse quòd intra decem dies fiat electio, quia appellans cùm prosequitur appellationem, eo ipso eligit, & per citationem postea subsecutā certificat aduersarium. argum. in clemē. causam. de electio. & clemen. 1. vt lit. penden. Sed certe tenendum est qd tenet glo. hic. & Ioan. And. in d. reg. in alternatiuis. Nam forte appellans non curaret prosequi appellationem, vel posset differre prosecutionem ad longum tempus: vnde non conuenit quod appellatus remaneat incertus. & hanc partem sequitur Imo. in l. 1. §. si quis. ff. de appel. in 4. col. in fin. & domi. Nico. in c. 2. s. de appella. & idem etiam tenet Ioan. And. in addi. Spe. in §. nunc tractemus. hic in glo. alleg. super ver. si dicat appello. dicens prædicta procedere, etiam si quando appellat alternatiuè reseruet sibi electionem eligendi iudicem. Nam etiam de iure canonico non valebit appellatio, nisi intra tempus datum ad appellandum, declaret, secundum Ioan. And. ibi & Imo. in d. §. si quis. Sed limita omnia prædicta procedere primò, nisi ratione probabilis dubitationis fiat appellatio alternatiua, vt dicit glo. hic: quo casu etiam de iure canonico valeret appellatio, secundum Ioan. And. in dicta reg. in alternatiuis. & sequitur do. Nico. in d. c. 2. Secundò limita, nisi sit facta declaratio iudicis intra tempus decem dierum datorum ad appellandum: quia tūc etiam de iure canonico valeret talis appellatio alternatiua, secundum glo. hic, & Ioan. And. in d. reg. in alternatiuis, & Imo. in d. §. si quis. cùm tunc non censeatur esse incerta. de quib. omnibus vide plenius no. in d. reg. in alternatiuis, vbi dixi. facit quod no. Bald. in l. 2. in fi. C. de episco. audien. de declaratione fienda intra tempus 10. dierum. Dubium tamen facit, vt nō valeat appellatio alternatiua: quia declaratio iudicis requiritur tēpore dādorum apostolorum, cùm intersit iudicis qualiter apostolos dare debeat, secundum Bal. hic. & no. 2. q. 6. §. forma. & vide notabiliter per Bal. in l. cum proponas. C. de bo. auto. iudic. possi. Et prædicta in appellatione. In recurso verò, vel reclamatione non teneret, si alternatiua cōcipiatur, vt determinat Bal. in c. vt quis duas. s. de ele. eo. lib. & hoc nisi intra 10. dies eligat, vt ibi per eum. In ea. glo. in fi. Spec. in tit. de appel. in fi. 1. col. tenuit quod tenet glo. hic videlicet, quòd ad episcopum nō possit appellari. & ita tenuit Hostien. & Ioan. And. in c. si quis contra. hic

ADDITIO.

a Nico. Supe. Mors ciuilis & naturalis æquiparantur. Adde glo. in c. placuit. 16. q. 1. Doct. in c. cum sis. de conuersi. coniu. Bar. in l. ex ea in §. insulam. ff. de verb. ob Bal. in auth. si qua mulier. C. de epis. & cle. Bart. & Bald. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu.
V. G. Adde, an mors ciuilis habeat eundem effectum, quem mors naturalis, Ruy. consi. 133. nu. 1 lib. 3.

tra.hic alle.quod intelligit d.Anto.ibi, qn̄ fuisset pronunciatū super ipsa recusatione:secus si non sit lata sn̄ia, quia tunc cum remaneat iudex,saltem quo ad hoc, vt possit causam cōmittere,etiam poterit tunc ad episcopū appellari,& ita procedat gl. in d.c.si quis.Sed Ioan.Cald.& Lap.ibi dicunt hoc procedere quando episcopus fuit facilis in delegando post recusationē, ex quo per solam propositionē recusationis non est omnino priuatus iurisdictione,vt in c.iudex apostolica.s.e.secus si passus sit ꝙ causa suspicionis probetur: nam tunc non debet appellari ad eum, sed ad proximū superiorē, per rationes huius glo.& ita sequitur hic Domi. Sed certe quicquid dicat ibi do. An.& Domi.hic conclude,ꝙ non solum recusatio fuerit tantū proposita,vel et̄ probata,sed etiam si fuisset super ea pronunciatum,posset appellari ad ipsum episcopū,cum per ipsam recusationem non sit factus omnino inutilis, quia cum sit ordinarius habet potestatem delegandi,etiam post pronunciationem factam super suspicione,vt in c.cum speciali.s. de appel. licet in iudice delegato secus esset, vt in d.c.iudex.Et cum ipse episcopus habeat potestatem delegandi,tunc ipsum mediū non est omnino inutile: vnde ad ipsum est appellandum, per id quod no.in c.dilecti.s.de appel. & ita procedat glo.in d.c.si quis.& sequitur ibi Innocen.& do.Nico.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri electi in causa suspicionis,cognoscunt tantum de causa suspicionis,& nihil de causa principali.Qui arbitri eliguntur a partibus,& nō a iudicibus.nu.2.*

3 *Appellari an possit a sentētia arbitri cōpromissarij,etiam de iure canonico.*

CAP. XI.

1 a AB arbitris. † No.primo ibi,suspicionis causa, ꝙ arbitri [a] electi in causa suspicionis nō possunt cognoscere de causa principali,sed tātum de causa suspicionis,vt hic dicitur,& ita probatur in c.2.requiris.s.de appella.& ibi per Ioan.And. & ita tenet Imo.in d.c.suspicionis.in 3.col.in prin.s.eodem. Super ipsa verò causa suspicionis bene possunt pronunciare,& condēnare partem in expensis, & assignare partibus terminum, & cōpellere testes,& falsos punire, fm̄ Archi.hic, & per glo.& Innocen.Io.And.in c.suspicionis.s.eo.& ibi per Imo. in prin.
2 † Vltimo no.quòd isti arbitri [b] eliguntur a partibus,& non a iudicibus.& ratio est,quia præiudicium dicitur esse ipsarum partium,non iudicum,fm̄ Ioan.And.Ex quo infert Lap.quòd si iudices assignent terminum arbitris nimis breuem, non debet appellari per arbitros,sed per partes,nisi aliàs grauarentur ipsi iudices,vt no.in c.legitima.j. de appel.Et licèt arbitri sint eligendi a partibus, tn̄ non habent isti arbitri potestatem a partibus,sed a iure,vt d.c.suspicionis.& ita vr̄ tenere Bart.in l.item si vnus.§.item si plures.ff. de arbit. & sequitur Imo. in c.fi.j.de arbit.vnde non possent partes tunc in compromisso dare nouam formam aliter quàm a iure caueatur.& ita tenet Do.in d. c.fi.Et vide hic per Arch. tenentem, ꝙ isti arbitri non possent esse laici.de quo Ioan.An.remittit ad no.in d.c.legitima. & in c.1.j.de excep.in ver.iudex.in fi.vbi notabiliter dixit,ꝙ isti arbitri qui iuris necessitate adeuntur,nō debent assumi, nisi in casibus expressis in iure. de quibus hic in tex. & glo.In glo.2.in fi.Archi.assignat hic aliā rationem, quia isti arbitri iuris dispositione funguntur vice delegatorū,& habent delegatam iurisdictionē,licèt eam subdelegare nō possint, & idem tenet Bal. in l.fi.C.de iudi.& quod no.in d.c.legitima. & per Lap.in sua alleg.102.qui alle.Ioan.An.in c.cum ab ecclesiarum.s. de offic. ordi.in glo.mag.in fi.& ꝙ isti habeant delegatam, tenuit d.Fl. & Imo.in d.c.suspicionis.Et no. ex glo.qn̄ ex dispositione iuris,vel statuti potest appellari ab arbitris, ad quem sit tunc ap-
3 c pellandum,de quo hic per Do.†In glo.fi.in prin.vult glo. ꝙ et̄ de equitate canonica a sn̄ia [c] arbitri cōpromissarij non appelletur.de quo etiam per glo.& Doc.in c.non sine.s. de arbit.& plene per Doc.in c.Quintauallis.s.de iureiu.& ibi per Imo.in 23.fal.Supplicari tn̄ posset,vt no.in d.c. non sine. & in d.§.ꝙ de arbitris.in fi.pe.glo.fm̄ Archi.& Ioan.An. & intellige de supplicatione,non solum de ea quæ fieret coram principe, sed et̄ de ea quæ fieret implorando officium iudicis inferioris,vt per glo.in c.a iudicibus.hic alle.fm̄ Do.dicentem, ꝙ si iudex compelleret partem ad obseruandum arbitrium iniustum, posset a tali compulsione appellari,vt in c.innotuit.s.de arbi.In e.gl. in fi.vult ergo glo. quòd ab arbitris necessarijs ex iuris dispositione electis possit appellari, & idem si sunt arbitri necessarij ex forma statuti,fm̄ Pau.& idem tenet Bal. in prima constitutione C.in §.quibus.& in l.fi.C.de iudi.& Bar.ibi,& istud videtur tenendum, cum isti sint arbitri iuris, prout hic dicitur. & hoc nisi ex forma statuti aliud caueatur.licèt Barto. in l.j.C.de nouo Co.compo.& domi. Anto.in dicto c.Quintauallis.in 10. differentia,cum quo residet hic Dom.aliud velit,de quo ꝑ Do cto.ī d.c. nō sine. & ī d.c. Quintauallis.& ibi ꝑ Imo.in 23.dn̄ia.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Arbitri electi.Adde Cardi.Alex.in c.postremo.de appella.ubi melius quàm alibi.
V.G.Nota,ꝙ arbiter quis in dubio dicitur electus,non arbitrator.Goz.consi. 100.nu.3.& arbiter quando quis dicatur.Goz.consi.104.nu.3.& 13.
b Nic.Sup.Arbitri eliguntur a partibus.Adde Lud.Ro.in repe.Ru.de arb.& per Lanfran.in tracta.de arbit.
c Nic.Sup.A sententia arbitri.Adde c.a iudicibus.2.q.6.Do. in c.2.& in c. per tuas.de arbi.Alber.de Ro.in l.j.C.de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Industria personæ,quando videatur electa.*
2 *Et an is,cuius industria est electa,possit committere uices suas.*
3 *Delegatus inferioris a principe, an possit subdelegare, si ad hoc habeat mādatum.*

CAP. XII.

1 IS cui. † No.ex isto tex.doctrinam qn̄ sit,ꝙ uideatur electa industria personæ alicuius. Nā si committitur prouisio certæ persone nō videtur electa industria, ideo potest alteri subdelegari, &
a addе quod dicit glo.3. hic. & si talis subdelegaret donec reuocet,tunc a tali subexecutore,si modū excedat, poterit ad subdelegantem appellari,fm̄ Archi.de quo in Specu.in titu.de appe.in §.nunc tractemus.ver.nunc sed ad quem,el 2. Si verò cōmittatur prouisio personæ incertæ, videtur electa industria ꝑsonę eius,cui committitur in illa eligenda, quod facit ad no.ꝑ Old.in suo consi.40.& per Ioan.An.in c.fi.s.e.tit. & per Bal.in l.j.§.ne autem.C.de cadu.tol. & uide dicta notabiliter in c. sta-
2 tutum.§.assessorem.s.de rescrip.eo.lib. † Vltimo no.& ita alle. ꝙ ille,cuius industria est electa, non potest alteri committere vices suas,nisi hoc expresse habeat in mandatis, quod inducitur ad executorem habentem potestatem eligendi pauperes, an possit alteri cōmittere vices suas:nam, aut pauperes fuerūt nominati in specie,& potest:secus si sunt incerti, vt hic in tex. de quo tamen vide no.in d.§. assessorem. et plene per Rotam in decis.411.quæ incipit, Item fuit dubitatum vtrum executor, & ibi ad materiam huius c.& c.1.eo.tit.& in c.fi.s.eo.tit. & ibi plenè qn̄ videatur electa industria personæ, vel non. In glo.2. in fi.requiritur tamē,ꝙ ille,cui fit subdelegatio,sit habilis, fm̄ formam c.statutum.s.de rescrip.e.lib.in prin. fm̄ Ioan. An.volentem,ꝙ ille tex.locum habeat in executoribus gratiarū beneficialium.de quo ibi plenè.no.In glo.in ver.nō potest, in fi. & si hoc fecerit in casu prohibito, omnis ꝓcessus per subdelegatum habitus ipso iure est nullus,etiam si ad institutionē vel collationē præbendę sit processum,vt in c.venerabili.s.eo.fm̄ Archi.& Io.An.referentem hic Ioan.de Deo tenuisse,ꝙ si Papa expressa causa remotionis committat delegato, ꝙ si est ita, remoueat Titium a beneficio, & postea tali beneficio prouideat de persona idonea,tunc delegatus primam partem commissionis,quæ est iudicialis, & non vr̄ in ea electa industria ꝑsonæ,poterit subdelegare,non autem secundam.s.super prouisione de persona idonea, cum sit tūc electa industria personę, vt hic in tex.fm̄ Ioan.And.referentem etiam tenuisse, ꝙ si Papa mandat executori, quod quibusdam spoliatis faciat ꝓuideri,sicut sibi melius videbitur expedire,talis executor non poterit subdelegare,nisi prius taxet ꝓuisionem, & omne id quod cadit in arbitrio, in quo industria est electa ex forma mandati in arbitrando, postea verò executionem committere poterit, fm̄ Ioan.And. & ita sequitur Domi. Et generaliter quando videatur electa industria personę,uide plene Inno. & Doc. in d. c.fi.& per glo.& Bar.in l.inter artifices.ff.de solu.& in l.continuus.§.si ab eo.ff.de ver. oblig. Et adde ꝙ vbicunque in cōcessione fit mentio de hæredibus, nunq̄ videtur electa industria personę,quia industrialia non transeunt ad hæredem, ut l. cuius bonis.ff.de cura.fu.& per Bal.in l.quisquis C.de epis.& cle
3 ricis.†In glo.fi.in fi.alleg.hæc glo.ꝙ etiam delegatus inferioris a principe poterit subdelegare, qn̄ ad hoc habet speciale mandatum,sed Archi.ↄ̄ in c.quis.s.eo.titu. dicens, ꝙ subdelegatus etiam delegati principis, habens ad hoc speciale mandatum, non subdelegat.arg.c.cum causam.s.de appella. & idem Host. & glo.

ADDITIO.

a V.G.Nota,ꝙ industria personæ dicitur electa, ubi in commissione siue in dispositione aliqua dicitur,per te uideas,seu per te cognoscas,& similia.Tho. Gram.in consi.3.in prin.in ciuil.

& glo.in c.super qōnum.§.porrò.s̄.eo.facit etiam quod no.Spe cu.tit.j.§.2.ver.sed nunquid subdelegatus,ante medium. & Io. And.adducit hic plures rationes pro hac parte, de quibus hic per eum.Sed dicit Ioan.An.ꝙ ista glo.non loquitur de subdele gato,an possit subdelegare,prout loquitur Arch.sed solum de delegato:vnde non erit ire in infinitū. & pro gl. hic facit quod no.Spec. in d.§.2.in ver.precedenti.Nec obstant iura alleg.per Arch.quia loquuntur de potestate iuris cōis, non autem de po testate data per hominem,de qua loquitur glo. hic s̄m Io. An. tenentem se cum hac glo.& dicentem ꝙ pro ea facit cōis con suetudo,per quam ordinarij semper scribunt cum clausula , ꝑ te vel per alium.Et hęc sua opi.approbatur per Rotam in dec. 318.quę incipit,Item si episcopus : tenentem ꝙ licèt delegatus ēt principis non possit subdelegare cum potestate alteri sub-delegandi,ne procedatur in infinitum,vt s̄.tenet Archi.& seq tur Io.An.& probatur in c.cum causam.s̄.de appel. tamen or-dinarius bene poterit delegare cum potestate subdelegādi.fa-cit glo.in l.more.& in l.seq.ff.de iur.om.iud. & ibi per Bar.idē tenentem.& idem Cynus in l.a iudice. C.de iudi. De manda-to ergo expresse dato ab ordinario delegatus subdelegare po-terit,& ita etiam sequitur Bal.in l.non distinguemus.§. quæsi-tum.ff.de arbi.per illum tex.Quare Pau.& Do.hic vidētur vel le,prædicta procedere qn̄ ordinarius delegans cum clausula,ꝑ te vel per alium,addit hæc verba, ꝙ ex nunc illum delegat cui delegatus ille committit. nam tunc delegatus medius non fa-cit gradū,sed censetur minister primi delegantis per no.in cle men.religio.de procu.Nec ob. ꝙ tunc daretur delegatus incer tus ꝯ c.ad hæc.& ibi no.in glo.2.s̄.de rescrip. Nam tp̄e quo dat iurisdictio,reperitur certus,cum in subdelegando repræsentet persona delegantis, & sic non datur iurisdō incerta:aliàs verò si faceret gradum in subdelegando,tunc,non posset,cū delega tus inferioris a principe non subdeleget, vt s̄.Gl. tn̄ in c.super qōnum.§.porrò.s̄.eo. simpliciter tenuit ꝙ nō possit ordinarius delegare causam cum potestate subdelegandi. pro quo facit, quia ipsis ordinarijs cōmittitur a lege potestas delegandi spāli ter & in priuilegiū:ergo vr̄ ꝙ non possint in alium transferre. facit l.j.ff.de offi.eius cui est mandata iurisdictio.Et ista opinio vr̄ verior de iure s̄m Imo. in d.§. porrò. licèt alia opinio de cō-suetudine obseruetur.& vide quod no.in d.l.a iudice. & in d.c. cum causam.& in c.cum in iure.s̄.de electione.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio si mādatur expediri in vno loco, est ipso iure nulla, si fiat in alio loco non seruata forma mandati.*

2 *Quid de processu delegati agitato extra locum sibi constitutum.*

CAP. XIII.

STatuimus. No.j. ibi, quicquid aliud.quia vr̄ hunc tex. habere gn̄aliter locū, non solum vbi mandatur fieri inquisitio, sed ēt in quocunque alio mandato . & ita vr̄ esse de mente Arch.& Io.An.hic,dum volunt,ꝙ dispositio huius tex. locum habeat non solum in inquisitoribus,sed ēt in alijs iudicibus de legatis.& ita sequitur hic Do.Lapus tn̄ in sua alleg.121.circa fi-nem ponendo intellectū huius c.dixit hunc tex.solum hr̄e lo-cum,qn̄ inquisitio mandatur fieri per Papā,& tex.hic.ibi, q.c-quid aliud,dēt vniformiter intelligi.s. qn̄ Papa aliquid mandat ex suo officio,& secus sit in iudice impetrato per ipsas partes, quo casu si non pōt in loco statuto ꝓcedere, non hr̄et locum tex.hic.vnde non posset ꝓcedere in alio , ēt in casibus hic ex-p̄ssis.& maximè qn̄ pars,quæ impetrauit, fuit in culpa , in tali loco impetrando,ut ibi per eum.Sed cogita quia Arch. & Ioā. An.vt s̄.sentiunt ꝯrium. De consensu tn̄ expresso ipsarū partiū bene posset iudex in alio loco ꝓcedere,vt in c.statutū.§.in nul lo quoque.s̄.de rescrip.& per Rotā in deci.380. quæ incipit,Itē si iudex.immo videretur tunc sufficere tacitus cōsensus, cum de loco ad locum possit fieri prorogatio,s̄m no.in c.P. & G.& in c.de causis.s̄.eo.& in l.si vt proponis.C.qūo. & qn̄ iudex.& in c.vbi periculum.§.porrò.s̄.eo.Licèt dubium faciat,quia non vr̄,ꝙ consensus partium possit alterare formā delegationis,seu conferre iurisdictionē aliter q̄ fecerit delegans arg. eius quod notatur in c.ab excōicato.s̄. de rescrip. de quo tn̄ dic, vt plene no.in d.§.in nullo quoque . Et idem esset in iurisdōne ordina-ria, vt in alio loco idoneo & viciniori possit subsistente ratio-
1 nabili cā exerceri.vt in cle.j.de foro compe. † Vltimo no.& ita allegatur , quòd si inquisitio in certo loco expediri mandatur, ipso iure est nulla si in alio fiat, tanq̄ non seruata forma man-
2 dati.& vide de his plene per Fede. in suo consi.52. † In glo.j.in fine,& propter hoc patet falsam esse opi.Vin.in c.cum I.& A. s̄.de re iud. dicentis valere processum agitatum per delegatū extra locum sibi decretū si non apponatur exceptio, quia imò est ipso iure nullus,s̄m Archi.& Io.And. videbatur tn̄ ꝙ virtu-te prorogationis valeret ꝓcessus agitatus in alio loco, ex quo partes scienter litigauerunt in alio loco, & ad prorogandū iu-risdictionē sufficiat tacitus cousensus partium,s̄m Innoc. in c. prudentiā.circa medium s̄.eo.In casu tn̄ d. §. in nullo quoque. bene requiritur expressus ꝯsensus partiū,de quo dic,ut ibi.Di-cebat ēt hic Arch.& sequitur hic Io.An. in c. dilectus.el 2.s̄.de rescri. ꝙ si citatus ad locū non idoneū seu non deputatū cōpa-reat,& non excipit,poterit iterato citatus de hoc excipere, q̄a licet dicta exceptio sit declinatoria , tn̄ ex quo de nouo oritur, poterit opponi.per no.in c.insinuante.s̄.e. cum oriatur totiēs quotiens trahitur ad locū vetitum.& facit quod no. in Spec.in ti.de citatione.§.j.ver.quid.s̄m Do.notantem ex hac glo.ꝙ per
a verbum,[a] statuimus,nō inducitur antiqui iuris declaratio , sed noui iuris promulgatio.& uide per gl.in uer.statuimus. in cle. fina.de rescrip.In glo.in ver.securius.in prin.& pro aduocatis, & testibus,vt d.c.ex parte.& c.accedens.el 2.s̄.ut li. non conte. & in cle.pastoralis.de re iudi. & uide in l. cum post.C. de app.

ADDITIO.

a Nic.Verbum statuimus.Adde c.super quæstionum,in §.verum de offi.deleg.& in c.quanto.& ibi Doc.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ annullat iurisdictionem ex defectu iurisdictionis subdelegantis, debet opponi coram ipso subdelegato.*

2 *Subdelegare est iurisdictionis, sicut reuocare commissionem, & per tales, an perpetuetur iurisdictio.*

3 *Iurisdictio delegata non expirat ipso iure per mortem delegantis, sed est opus exceptione.*

4 *Hæreticus an sit capax iurisdictionis.*

CAP. XIIII.

1 SI a subdelegato. † No.j. ibi, coram se.ꝙ exceptio annullans iu-risdictionem ex defectu iurisdictionis subdelegan tis , debet opponi coram ipso subdelegato. qđ fa-cit ad no.in c.ab arbitris.& c.iudex.s̄.eo.Secundo no.ibi, ꝑ eū vel ipsum delegatū,ꝙ perpetuatio iurisdictionis facta per sub-delegantē prodest subdelegato,vel ꝯ.& ita transit hic Pet. de Anc.in fi.quod facit no.in c.cum plures.in fi.s̄. eo. Vltimo no. ꝙ appellatio interponi debet ad iudicē qui habeat iurisdictio-nem super eo, super quo appellatur,quia appellatio præsuppo nit iurisdictionē: vnde allegans, iudicem nō hr̄e iurisdictionē, ad eū appellare nō pōt, & tanq̄ ꝯrius repellitur. sic s̄. de appel.
2 solicitudinem. † In glo.in ver.processum . in princ. vult glo.ꝙ subdelegare sit iurisdictionis , sicut & reuocare cōmissionē,& ꝙ per tales actus perpetuetur iurisdictio,& ita ēt tenuit Hosti. in d.c.licet.Sed Arch.hic ꝯ.& in c.quamuis. s̄.eo. vt requiratur citatio.& idem sequitur hic Pau.& Do.dicens,ꝙ glo.hæc est ꝯ hunc tex. quia si sola super delegatio induceret vsque iurisdi-ctionis,frustra diceretur hic in tex.per cum, quia non esset ne cessarius alius actus,ex quo p̄supponit subdelegationē esse fa-ctā si ipsa sola sufficeret,& sic vr̄ hic tex.apertus,ꝙ delegare vel subdelegare nō inducat perpetuationē iurisdictionis, qđ appa ret ex hoc tex.loquente alternatiuè , vnde oportet ꝙ verificet in qualibet parte alternatiue,vt no.in reg. in alternatiuis.j. eo. lib. s̄m Do. concludentem , ꝙ si moriatur subdelegans anteq̄ subdelegatus in aliquo processerit , & ipse subdelegatus eodē modo in causa non processit,expirat iurisdictio. facit quod no ta in ca.pastoralis.s̄.de rescrip.in glo.fi.Sed Ioan. An.tenet hic se cum glos. dicens ad istum tex.dicentem, per cum & c.ꝙ fuit exceptio partis sic loquentis. Item & alio modo posset rn̄deri ad hunc tex.Nam licet præsupponat delegationem, tn̄ non di cit quo tp̄e facta fuerit, quid enim si post mortem delegantis facta fuit,tunc non transisset iurisdictio , nec fuisset perpetua-ta ex hoc, nisi per alium actum præcedentē, & ita posset intel ligi tex.hic.Et ad glo. in d. c. pastoralis posset rn̄deri,ut loquat̄ in eo qui usum iurisdōnis non hēbat:meritò subdelegare non potuit,ꝙ posset si habuisset.& pro hac parte facit glo. in ca.iu-dex.s̄.e.& quod no.in d.c.si delegatus.Sed aduerte, quia supra dictæ duæ rn̄siones ad hunc tex.videntur diuinare.Nam nō ap paret ꝙ fuerit exceptio partis,imò Papa rn̄det hic de iure.& fa cit quod no.in c.proxi.§.officiū.nec ēt apparet,ꝙ post mortem delegantis fuerit facta subdelegatio.Nec ēt obstant iura dicen tia,ꝙ subdelegare sit iurisdōnis.nā dicit gl.in d.c. pastoralis.in fi.ꝙ est iurisdōnis ordinariæ,uel licet sit iurisdōnis,tn̄ nō est de actibus iudicij,s̄m Arch.hic,q̄a fiunt sine causæ cognitione,et partibus absentibus,& probant̄ per sola sigilla delegantiū, de quo

quo in c.qm̃ 5.s.de proba.& per Rotã in deci.266.quæ incipit, Item dixerunt.vnde non põt dici, ꝙ per solam subdelegationē sit in aliquo processum, prout requirit tex.hic, ex quo non est de actibus iudicij: vnde non inducit perpetuationē. Et hoc, nisi ipsa subdelegatio fieret partibus præsentibus. per no.in ca.
3 quamuis.s.eo.& ita tenet hic Do.†In ea.gl.in fi. Arch.hic tenet, ꝙ iurisdictio delegata re integra per mortē delegantis, nõ expiret ipso iure, sed sit necessaria exceptio.per tex.hic ibi, exceptionē corã se &c. Sed Pau.& Do.hic ꝯ, per c.fi.§. officiũ.j. e.& per c.si cui.in fi.j.de pbē.vbi dr̃, ꝙ oĩno expirat. vnde exceptio non est necessaria, vt per gl.j.c.proxi. in fi. & hanc partē tenet gl.in c.cum venissent.hic alleg.& Spec.in ti. de le.§.restat.ver. Item mortuo. Et idē Host.& Io.An.& alij Doc.in d.c.cũ venissent. Et q.d sit in delegato ad vniuersitatē causarũ, dicēt in d.§. officiũ. Imo plus tenuit gl.in d.c.cũ venissent, ꝙ mortuo delegãte re integra, in tm̃ expirat iurisdõ ipso iure, ꝙ delegatus nõ poterit ꝓcedere in cã, ēt de cõsensu partium, nec valebit processus ex iurisdõne prorogata.idē tenet Io.An.ibi, q̃a cũ iurisdictio sit extincta per mortē, non p̃t de ꝯsensu partiũ ꝓrogari. arg.l.j.ff.de iudi.& idē vr̃ tenere glo.in l.eius qui.ff. si cer.pe.&
4 facit l.priuatorũ.C.de iurisdi.om.iud. † In glo.in ver. alijs casibus.ibi, excõicatum uel hęreticũ.de quo hr̃tico, an sit capax iurisdõnis, hic plene per Arch. ponentē ēt an hr̃ticus possit facere instra.de quo per Spe.in ti.de instru.edi. §. restat uidere.ver. q.d si ꝯfectũ.& no.in c.fraternitatis.s.de hr̃t. Et uide de pę.di.j. c.nemo.& in l.fi.C.de hære.& in c.cũ sit.s.de fo.cõpe. In e.gl. in fi.quis aũt cognoscat in casibus hic positis, uide per Io. An. in c.pia.j.de excep.in uer.iudex.& per Spe.in ti.j.§.ulti. ver.itē ꝙ cã cõmissa. In gl.fi.in fi.No.ex gl.j.ꝙ qui fuit reus in cã principali, si appellat, dr̃ tunc actor in cã appellationis. qđ intelligit Io.An.habito respectu ad iudicē ad quē appellat.de quo in glo.mag.in cle.si appellationē.de ap. & per Bal. in l. hi qui ad ciuilia.C.de app.& per Imo.in l.si expressim.ff.e.ti. & per Inn. in c.corã.s.de off.del.Scđo no.ex gl.ꝙ iudex cognoscit, an sua sit iurisdictio, ēt si opponat̃ exceptio per quã neget̃ funditus eũ habere iurisdictionē.de quo no. in cle.j. de rescrip. & in c. ex parte.de verb.signi.vide glo.in l.ampliorem. C. de tem.ap.

SVMMARIVM.

1 *Cõseruatores q̃ eẽ possint, & ubi possint cognoscere, et qb. possint delegare.*
2 *Regis appellatione non venit Regina, nisi exprimatur.*
3 *Dominium, iurisdictio, districtus qualiter differunt.*
4 *Clerici an comprehendantur appellatione ciuium.*

CAP. XV.

1 HAc constitutione. † Ponitur qui possint esse conseruatores,[a] & ubi cognoscere possint, et an, et qñ, et q bus possint delegare, et quantũ eorũ p̃tãs duret, & de ipsorũ expensis. No. j. ibi, personis. quia Io.And.intelligit idem de locis, ut sic cõseruatores possint dari tam locis q̃ ꝓ personis, non solum ecclesiasticis, sed ēt laicis, ut patet j.dum loquit̃ de Regibus. Scđo no. cuius conditionis debeant esse conseruatores dati a Papa. nam tex. hic non hēt locum in ꝯseruatorib. datis ab alio, f̃m Io.And.de quo hic per eum . et no.in c.1.s.eo. et dum hic loquitur de episcopis, intelligit Io.An.de electis et ꝯfirmatis, licēt non cõsecratis.de quo per glo.in uer.eps.in cle. j.de foro cõpe.per glo.in c.cum ex eo.s.de elec.eo.lib. Et an ui
2 carij epõrum possint esse ꝯseruatores, uide per glo.in uer.delegatus, in cle.2.de rescrip.†Tertio no.ibi, et Reginis, ꝙ appellatione Regis non uenit Regina, nisi exprimatur.qđ facit, ut nomen certę qualitatis masculini generis non compręhendat fęminas eiusdē qualitatis.de quo per glo.in c.generali.s.de elec.
3 eod.lib.†Vltimo no.ibi, districtum, differentiã inter dñium, iurisdictionē, et districtum, de quo in c.cum ad sedem.s. de resti. spo.et in cle.ne Romani.§.sanè.de elec.Pręlati enim, et clerici dicuntur esse de districtu dñorum tpalium, quorum est territorium, ut hic probatur.et facit c.accedens.el 2.s.ut li. nõ cõtesta.vnde concludit hic Io. An. ꝙ priuilegium concessum districtualibus includit ēt clericos locorũ, cum censeantur districtuales seu ꝓuinciales, ut s.e.facit quod no.in c. dilecti. in ver. Anglicis.s.de fo. comp. ubi priuilegium concessum Anglicis, et sic certo generi personarum sub noĩe patriæ uel prouinciæ, comprehendit non solum laicos, sed ēt clericos:non tñ cēsentur esse de populo, ut in c.si sñia.j.de senten.excom. et ibi uide
4 no.de hoc. † Voluit tñ hic Lapus, ꝙ clerici[a] comprehendant̃ appellatione ciuium, cum ēt religiosus censeatur esse ciuis illius ciuitatis in qua est situm monasterium, ut no. de cõse.dist. 3.rogationes.et per Bar.in l.1.ff.ad munici.Nam clerici monachi retinent ciuitatem in eorum fauorem, et dicuntur ciues, et de uniuersitate ciuium, ut tenuit Lapus in sua alle. centesima. de quo hic per Do.et per Bal.in l.j.C.de suis et legi. et ꝑ Doc. in c.ecclesia.s.de consti.& in c.ꝙ clericis.s.de foro cõpe.& no.
b in c.fi.s.de statu mo.vbi est glo.no.ꝙ per ingressum[b] monasterij perditur nobilitas, & titulus domus, q̃a monachus iam desinit esse nobilis.idem voluit glo.in ca.1.s. de purga.canonica.
c imò dicebat glo.notanda 27.q.2.scripsit. ꝙ si[c] Rex vel Impera-
d tor,[d] imò etiã si eps vel Papa.fieret monachus, ꝑdit dignitatē, & desinit eē Rex, Imperator, eps, vel Papa.rõ est, q̃a monach⁹ habetur pro mortuo.16.q.j.placuit. In glo.in ver. conseruator. ibi, recusationis.quæ fieri potest dicto casu, ut per Spe. titu.j.§. superest.ver.quid si vnus.tenētem, ꝙ sit legitima causa recusationis in isto casu, secundũ Ioan. And. In glo.in ver.temporali, in fi.licēt conseruatores dentur in causis notorijs, vt d.cap.1. imò dicit hic Archi. quòd metropolitanus non potest habere cõseruatorem subditum sui suffraganei.& ita sequitur hic Ioã. An.& Do.& sic patet ꝙ etiam in notorijs quando subest legitima causa suspicionis potest iudex, ut suspectus recusari.

ADDITIONES.

a V.G.Conseruatores dicuntur habere iurisdictionem delegatam a Papa, non ordinariam.Ruy.consi.4.nu.1.lib.3.
b Nico.Supe.Clerici cõprehendantur.Adde in c.dilecti. de fo.compe. Capra.in cle.vnica.in 3.col.de reli.& vene.san.
V.G.Clerici veniunt appellatione populi in fauorabilibus. Fel.in c. cum te, col.14.versi.scriptum fuerat.de resc.
c Nic.Sup.Per ingressum monasterij.Adde gl. in ver.personarum, in c.ea quę. de statu monac.
d Nic.Sup.Quod si Rex uel Imperator.Adde Docto.in c.in præsentia. de prob.

SVMMARIVM.

1 *Citatio & sententia requiruntur in notorijs.*
2 *Subdelegatio fieri nõ p̃t, nisi in eo loco, & personis quib. p̃t fieri delegatio.*

1 a Conseruatores. † No.primo ibi, citandi. ꝙ in notorijs[a] requiritur citatio, & sñia, de quo in c.porrò.s.de diuortijs.& per glo.in c.ad nostram. el 3.s. de iureiuran. Secundo no.ibi, nisi. ꝙ licēt quis sit prohibitus a iure alteri cõmittere suas vices, tñ hoc põt, si detur ab homine sibi potestas cõmittendi, quod facit ad no.per glo.in c. is cui.s. eo.an delegatus ab inferiore a principe possit subdelegare qñ esset sibi data potestas subdelegandi?& dicit hic Io. An.ꝙ conseruatores generales solus Papa concedit, cum ius ciuile hoc ꝓhibeat inferioribus, ut in Auth. vt iudices sine quoquo suff.
2 §.nulli quoque.†Tertio no.ibi, nec &c. ꝙ subdelegatio non p̃t fieri, nisi in eo loco, & personis quibus fieri potest delegatio. sic s.de rescri.statutum.§.in nullo quoque, & quod est dictum in d.c.is cui. in princ. qui ergo non fuisset a principio habilis, non potest ex post subrogari seu subdelegari, ut est tex. hic.& in l.parabolani.& ibi Bal.C.de epis.& cleri. Vltimo no.a ꝯrio sensu, ꝙ si non ipsa pars, sed tertius hoc procuret, non incurrit hanc pęna, nisi pars esset particeps, ex quo infertur, ꝙ si iudex participaret, esset ligatus.de quo Ioan.An.remittit ad no.in c. contingit, el j.s.de senten.excõ.licēt f̃m Do.hic melius sit dicere, ꝙ secus sit in alijs, ex quo tex.hic, hoc prohibet parti. In glo. in uer.pręsumant, in fine.no.glo. ꝙ conseruator non posset cognoscere extra locum suæ cõmissionis, ēt de expresso consensu partium:secus in iudice delegato.& vide in d. §. nullo quoque.& in c.dispendia.s.de rescrip.eo.lib. In gl.in uer.superius. in fi.Quid aũt si literis sit apposita clausula, non obstãte?refert hic Do.Io.Cal.tenuisse, ꝙ si Papa dat conseruatores, ut per se, vel alium, etiam si esset extra locũ in quo est deputatus, de quibuscunque iniurijs faciat iustitiam, non obstantibus iuribus loquentibus de conseruatoribus, & talis committat vices suas canonico ecclesiæ cathedralis, talis cõmissio non ualebit, per hunc textum, cum talis sit conseruator, & non potest cõmittere, nisi personis hic expressis, & dicta clausula, nõ obstantibus non ampliat, uel immutat p̃tatem eius, cui scribit̃, licēt remoueatur impedimentũ exercitij.ad hoc cle.1.de præben.vt hic ꝑ Do. In glos.in uer. scienter, in fi. tene menti, ꝙ ēt in pęnis paria sunt aliquid fieri scienter, vel ignoranter, quando ignorantia esset iuris, vel esset ignorãtia facti crassa et supina, q̃a ignorantia iuris, uel crassa, & supina æquiparatur scientiæ, ut hic in glo.& idem voluit glo.in ver.scienter, in clemen.1. de consangui.& affi. In glo. in ver. suspensi.in fi. habebit tamen locum pęna c. 1. j. de re iudi. quæ locum habet in ipsis conseruatoribus, secundum Pet. de Anchara. In glo.in ver. expensis, in fi. & tales

ADDITIO.

a Nico.Sup In notorijs requiritur citatio.Adde glo.in c.quę Lotarius.2.qõ.j. glo.in c.dilectus.de pur.cano.Inno.in c.sacro.de senten.excom. Io An.in c. cum sit Romana.de appel.

& tales expresse debent restitui per excõicatum antequàm ab soluatur,ex quo offensa est manifesta:aliàs sufficeret cautio, vt in c.ex parte.s̃.de verb.signi.secundum Archi.& Ioan. An.dicentes,quòd in istis penis,& sententijs, ordinarius facta satisfactione poterit absoluere, quia Papa hic sibi non reseruauerit absolutionem,vt in c.nuper.s̃.de senten.excom.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuatio iurisdictionis in vna causa,an perpetuet in alijs causis, quando facta est delegatio ad vniuersitatem causarum.& nu.2.*

3 *Omnino,hæc dictio quid significet.*

1 a Officium. † No.primo ibi,ipso [a] iure.arg.ꝙ iurisdictio delegati, etiam ad vniuersitatem causarum expiret ipso iure per mortem concedentis,etiam sine ope exceptionis,de quo est dictum s̃.c.proxi.& j̃.in glo.Secundo no. ibi,quo ad non cępta.a ꝯrio sensu,ꝙ iurisdictio non solum delegatorum,sed ēt conseruatorum durat post mortem cõcedentis quo ad cępta:intellige, nisi sint dati ad certum & determinatũ tp̃s, quia tunc & quo ad cępta non duraret & post tempus,fm Io.An.& facit quod no.per Spe.in ti.de procu.§.3.ver. quid si mandatũ.Ideo aũt post tp̃s expirat,quia in processu succedit delegans:secus q̃n post tp̃s non reperiretur alius successor,nisi qui daretur ab homine, quia tunc duraret iurisdõ vsq; in euentum successoris,vt l.meminisse.ff.de offic. procon.fm Pe.de Anch.dicentē idem esse fauore pupillorũ in cõnexis,vt duret administratio post tp̃s,ut l.tutor.ff.de admi.tuto. & vide ad prædicta quod no.in c.de causis.de offi.deleg.In glo.in ver. quorumcunq; ibi,priuilegiorum.Archi.ꝯ per tex. hic in prin. vbi loquitur in conseruatoribus a manifestis iniurijs: non aũt in conseruatoribus priuilegiorũ.facit qđ habetur in c. si super gratia.s̃.eo.Sed Io.An.tenet hanc glo.& idem tenet gl.j̃.in ver. expirare.& ita sequuntur Doct. vt sic ēt ꝯseruatoris priuilegiorũ expiret potestas,quo ad non cępta. Non ob.d. c.si sup gra, quia loq̃tur in executoribus gratiarũ,quorũ officiũ durat executa:quod non est sic in conseruatoribus priuilegiorũ, in quibus cõseruatoribus ēt cessant rões d.c.si super gratia. Nec ēt ob.principiũ huius c.quia ampliatur hic in tex. fm Ioã. An.de quo ēt vide in d.c.si super gratia.†In gl.in ver.expirare,in prin.

2 aduerte, quia in alijs delegatis ad vniuersitatē causarũ, perpetuatio iurisdictionis in vna causa ꝑpetuat quo ad oẽs alias nõ cęptas,& ēt inter alias personas,vt est dictum s̃.eo.in c. cũ plures. in §. fi. secus in conseruatoribus, quia expirat in totũ eorũ iurisdictio,nisi quo ad iam cępta,vt hic.de quo ēt plene ꝑ Do. in c.ne aliqui.j̃.de priuileg. Quod ergo dicit glo.hic, ꝙ quo ad negotium cęptum pro vno sit perpetuata iurisdictio quo ad oẽs,debet intelligi quantũ ad illud negotium cęptum, q̃a quo ad non cępta expirat in totum,vt est tex.hic.In glo. in ver.edita,in fi.Ioã.An. addit aliam dr̃iam, q̃a iudices delegati nõ p̃nt dari ad futura negotia,sed conseruatores sic, vt hic patet. & in c.j.s̃.eo.tit.& lib.Et per Inno.et Ioan.An.in c.audita.post prin. s̃.de restitu.spolia.quod intelligit hic Lapus,si illę futurę controuersiæ oriantur super rebus possessis tp̃e datę conseruatoriæ:super rebus verò ex post acquisitis,conseruatores non haberent potestatem,etiam si essent dati ut defendant a manifestis iniurijs illatis vel inferendis, quia ista tanq̃ odiosa debent restringi,vt in c.cum capella.& c.quia circa.s̃.de priui.et in clemen.fi.de rescrip. et ita etiam sequuntur hic Doc. de quo etiã per Domi.in d.c.ne aliqui. Sicut etiam aliàs dubitatur de procuratore,an intelligatur constitutus ad lites futuras,q̃n tales lites habuerunt ortum de nouo post constitutionem ipsius procuratoris?de quo per glo.in l.omnium.ff.de procu. et per Ioã. An.in c.qui ad agendum.in princip.ff. de procu.et ibi dicetur.

3 b †In glo.in uer.omnino, in fi. tene menti hanc glo. de hac dictione,[b] omnino,quia importat et reducit dispositionem, ut ipso iure,et absque ope exceptionis. Vltimo vide hic per Ioã. An.ponentem vnam summam circa materiam conseruatorũ. Et primo quis sit conseruator,et vnde dicatur. Secundo quis possit dari cõseruator.Tertio a quo dari possint. Quarto quot sint species cõseruatorum. Quinto an iura antiqua de his prouiderint.Sexto qualis sit eorũ iurisdictio. Septimo in quo conueniant cum delegatis, et in quo differant. Octauo, an recusentur.Nono an ab eis appelletur.Decimo quantum duret eorum potestas,et de quibus possint cognoscere,et in quo loco, et an subdelegent. Vndecimo an inuocent brachium sęculare.Duodecimo an cogãt satisfacere de offensa.de quibus omnibus hic per Ioan.An.et no.in c.j.s̃.eod.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Ipso iure.Adde quid importãt ista verba,ipso iure, & ipso facto. vide gl.in reg.in pęnis.de re.iur.lib.6.glo.in cle.j.de ui.& hon.cler.gl.in c.quã sic de ele.lib.6.& per Bal.in auth.habita.C.ne fi.pro patre.

b Nic.Sup.Dictione,omnino.Adde glo.in c.& si Christus .de iureiur. Archi.in c.hoc ius.10.q.2.Bal.in l.si pecuniam.ff.de condi.inde.

V.G.Omnino,dictio, quid significet.Ruy.consi.133.nu.22. lib.5.& ꝙ significat indistinctè.Ruy.consi.138.nu.12.lib.5.

De officio legati. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Scandala semper sunt tollenda.*

2 *Maior in dignitate est magis honorandus in priuilegiorum concessione.*

3 *Legati nati qui dicantur, vide hic quos enumerat.*

4 *Legatus quid potest facere existens extra suam prouinciam.*

5 *Denominatio quando fiat a digniori.*

6 *Papa qualiter scribat Cardinalibus, an debeat eos appellare fratres, vel filios.*

7 *Legatus de latere, an possit conferre beneficia reseruata.*

8 *Legatus de latere concurrit cum quolibet ordinario in sua prouincia, ita ut sit locus præuentioni.*

CAP. I.

1 a Officij nostri. †No.j.scãdala [a] semꝑ esse remouẽda:iõ rõne scãdali euitandi possit q̃s impunè nõ parere mãdato Papæ, vt in c.cum teneamur. s̃. de p̃ben.& ibi per Doc. & per Inno. in c. nisi.§. pergraui. s̃.de renũ.Et dicit hic Hos.& Io. An.ꝙ semper scandalũ est euitandĩ,dũmodo Deus per id nõ offendat, ut in c.qui scandalizauerit.s̃.de reg.iur.& vide in c.2. & ibi per gl.s̃. de no.ope.nun.Secũdo no. ꝙ quies,& bonũ subditorũ dr̃ esse pax superiorũ,& onus subditorũ dr̃ onus superiorũ.Ideo est ꝙ a grauamine illato subditis põt superior appellare . de quo in

2 c.auctoritate.j̃.de priuile.& per Inn.in c.dile.s̃.de appella.†Vltimo no.ꝙ maior in dignitate dẽt magis honorari in priuilegiorũ ꝯcessione.facit c.fi.in prin.s̃.tit.proxi.& c.de multa.s̃.de p̃b. iõ dicit hic Host.& Io.And.ꝙ Cardinales ēt non legati sunt p̃ cæteris honorandi:licèt enim alij possint esse maiores dignitate vel ordine,tñ isti sunt maiores honore,sicut eñ pars corporis Papæ,vt 6.q.j.si quis.& j̃.de pęnis.c.fęlicis.& dicunt patricij scripti in diademate Imperatoris. Insti.qui.mo.iu.pa. pote.solu.§.filiusfa.& p̃nt dici senatores.96.di. Constantinus.& 16.q.j. ecclesia hẽt fm Arch.Et inter Papã,& Cardinales dr̃ esse identitatis vnio,fm Io.An.in c.requisiti.in fi. s̃. de testa. Nec possunt Cardinales,vt suspecti, recusari,vt in c.nouit.s̃.de ap.fm Host.

3 b & Io.An.& uide dicta in c.super eo.j̃.de hereticis.†In gl.in ver si.legati.in prin. Aduerte,quia quidã [b] sunt legati nati, qui nascunt cũ priuilegio legationis per adeptionẽ dignitatis archiepalis,vt est archieps Cantuariẽ. Eboracensis,Remensis,& in Italia,solũ est archieps Pisanus,vt no.in c.1.s̃.e.& in c.j.s̃.de appel.Et per Imo.in c.uolentes.s̃.eo. Quidã verò sunt legati de latere,& isti fm consuetudinẽ Romanæ curiæ sunt soli dñi Cardinales,quia alij nõ vocant de latere,ut no.in d.c. uolentes.& per glo.in c.pe.eo.tit.& tenet Spe.in ti.de legato.§.sequitur ut dere.circa prin.& ita ēt est de mente gl.istius, hic in fi. Quidã verò sunt legati missi,& nõ de latere, ut sunt alij p̃lati qui mittuntur per Papã ad regendã prouinciã,ut patet hic in tex.& in

4 d.c.pe.†In ea.glo.ibi,absoluendo,ꝙ põt facere extra legationẽ vel prouinciã,ēt finita legatione,vt in d.c. pe. & ibi per glo.& tenet Io.And.& sic s̃pale in excõicatione,ꝑ p violentã manuũ iniectionẽ in clericis,& sic nõ ob.c.nouit.§.eo.Sed in alijs excõicationibus Io.An.ibi distinguit,an requiratur causę cognitio,& nõ possit,ar.c.2.s̃.de ꝯsti.eo.lib.al̃s possit. & ita sequit hic Do.Et eo casu quo posset absoluere extra ꝓuinciã, si cõparet læsus corã legato,& petit satisfactionẽ,dẽt tunc cõmittere ordinario loci,vt de hoc cognoscat,& vice sua absoluat, fm Ho. hic,& per Spe.in eo.ti.§.nũc dicamus.ver.quid si lęsus.Et adde ꝙ legatus põt absoluere excõicatos, ēt pro enormi læsione facta clerico,fm Arch.hic, licèt Host.ꝯ in d.c.pe.Sed idẽ Host.& Ioan.An.in c. ad eminentiam. s̃. de senten. excommunica.tenent id quod Archid.hic.& sequitur Imo.in d.c.penul.Et uide glo.94.distin.c.2.legatum posse absoluere,etiam illũ, qui iniecit manus in eum:intellige, nisi in casu c. fęlicis.infra de pœnis. In ead.glo. ibi, de causis exemptorũ. idem tenet glo.in c. transla-

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Scandala semper.Adde tex.in c.nihil cum scandalo.de præscri. V.G.Ecclesiast.32. Ne ponas animæ tuæ scandalum.Apoc.2.d.docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel. & Luc.7.d. beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

b Nic. Sup.Quidam sunt legati nati.Adde Doc.in rub.co.ti.in antiquis.

tranſlationem.& c.1.ſ.eo.& Specu.eo.tit.§.ſupereſt.ver.ſed nũ
quid.dicens,ꝙ tm̃ legati de latere hoc poſſunt.& non alij, niſi
in literis hoc expreſſe ꝯtineat,& ita procedat glo.16.q.j. frater.
de quo plene no.in d.c.j.& in c.auctoritate.j.de priuileg. & in
c.veniens.j.de verb.ſigni.vbi eſt tex.no.In ea.glo.ibi, in colla-
tionibus.& hoc dupliciter,q͂a ꝯferunt vacantia:vacatura cõfe-
renda reſeruant, vt in c.2.& 3.j. eo. quorũ neutrum faciunt alij
legati,vt j.eo.c.præſenti.& c. pe. ſm Io.An.de quo ẽt per eum
in c.pro illorũ.ſ.de præb. Et dicit hic Io. An.ꝙ ẽt in alijs diffe-
runt.Et primo in c.volentes.ſ. eod. Secundo in c.antiqua.ſ.de
priuilegijs. Tertio in procuratione quam recipiũt legati de la-
tere extra prouinciam.Alij verò non,ſm Hoſt. ita intelligentẽ
c.cũ inſtantia.& c.procurationes.ſ. de cenſib. de quo per Spe.
in d.§.ſupereſt.ver.ẽt ſciendũ,in fine.Quarto quia ſolis legatis
Cardinalibus creditur ſuper legatione, vt 117. diſtin. nobiliſſi-
mus.quod tñ limita,ut per glo.ſing.in c.ſicut nobis.ſ.de ſentẽ.
excom.& per Bal.in l.exemplo,in fi.C.de proba. & plenè per
Doc.in c.ꝙ ſuꝑ his.ſ.de fide inſtr.Dicit tñ hic Io.An.ꝙ ſi lega-
tus de latere velit vti reſeruatis Papæ,& ſic trãſcendere officiũ
legationis,debet tunc hoc probare per literas, nec ſibi credĩt.
de quo ẽt per Spec.in d.§.ſupereſt.ver.quid ſi delegati.In ea.gl.
in fi.vide per glo.& Io.An.in c.pe.hic alle. in gl. In glo.in ver.
poteſtatẽ,in fi.Nec ob.ſm Io.And. c.is cui.ſ. de elec.eo. lib.&
in c.fi.ſ.de ſup.neg.quia loquunĩ in caſibus diuerſis,in quibus
5 datur adminiſtratio ſpecialius, q͂ hic. † In glo. in ver.fratribus
in fi.no.ex glo.ſm Dom.ꝙ vbi vniuerſitas eſt permixta ex plu
ribus, quorum aliqui ſunt magis digni, & aliqui minus, tunc
ſemper fit denominatio a digniori,licèt ſint in minori nume-
6 ro.de quo vide no.ſ.in proę.huius lib.†In ea.glo.in fi. tene mẽ
ti glo. quomodo debeat ſcribi per Papam Cardinalibus:& an
debeat appellare eos filios vel fratres.& uide gl.in ver.fratres.
in c.fundamenta.ſ.de ele.eo.lib.& per Hoſtien.in c. ad liberã-
dam.ſ.de iudęis.In gloſ.fi.ibi,quod ſic. no.glo. & idem tenuit
glo.in cle.ſi de beneficio.de præben.& Archi.hic. nam & exe
cutor datus a Papa ſuper beneficijs cõferendis poſſit illa be-
neficia cõferre,vt in d.cle. ſi de bñficio. & ibi in glo. antepen.
Alij verò legati hoc non pñt, cũ tex. hic indiſtinctè prohibeat
eis ponendo vl'em negatiuã, ſm Io.An. dicẽtẽ,ꝙ curia hẽt hoc
pro dubio,ẽt in legatis Cardinalibus.Ideo eſt,ꝙ Papa aliq͂n cõ
mittit legatis Cardinalibus hoc ſpecialiter in eorum literis le
gationis.de quo in c.pe.j.e.& ita tranſit hic Do.in fi. & Pet.de
7 Anch.†Et aduerte vlterius an legatus [a] de latere poſſit cõfer-
a re bñficia reſeruata?de quo vide notabiliter per Rotã in deci.
119.quæ incipit, Item ꝙ legatus. & qđ no.in c.cum dilectus.ſ.
de iure pa.Item aduerte,an legatus de latere cõferre poſſit be-
neficia patronata ſpectantia ad laicos vel clericos,inuitis pro-
nis,de quo plenè no.in d.cum dilectus.& in c.dilectus.ſ.eo.ti.
Et an poſſit cõferre hoſpitalia?dic ſi ſunt ſolita ꝯferri in titulũ,
vt tenet Io.An.in c.fi.j.e.& vide per gl.in cle.per literas de prę
ben.De eccleſijs verò collegiatis, & canonicatibus, dicetur j.
e.c.pen.Et ſcias ꝙ legatus põt cõferre bñficia ſuę prouincię,ẽt
8 ſi ipſe ſit extra prouinciam ſuę legationis,vt in c.poſt electio-
b nẽ,in parte deciſa.ſ.de cõceſ.ꝑben.ſm Arch.in d. c.fi.†In ea.gl.
rum esse dn̄os, & habere ipsorū proprietatem q̃tum ad fidelē
& debitā dispensationem sibi & suis faciendam.31.di.omnino.
& 50.dist.studeat.in fi.& 85.distin.non satis. Et etiam pauperi-
bus.12.q.j.quia tua.in fi.14.q.j.§.quia ergo.vbi dicitur, ꝙ clerici
vtuntur ad dispensandum.& sic loquitur c.j.j̃.de cler.non resi.
s̃m Archi.in d.§.assessorem.& ita refert Io.An. hic qui dictam
opi.tenere videtur.& sequitur ēt hic Pe.de Anc.& Dom.dicen
tes prædicta esse vera,& optime probari per iura allega.per Ar
chi. quia iura dicunt ꝙ non sunt domini, sed procuratores. sic
s̃.de dona. c.2. & 12. q.j. clericus. in fi. & c. episcopus.ibi dum
dicit,hn̄s victum & vestitum,his cōtentus ero. Ad idem etiam
facit tex.44.dist.in prin.in ver. tibi o sacerdos. vbi dicit Hiero.
tibi o sacerdos de altari viuere permissum est,nō luxuriari.Vn̄
concludit ibi Arc.& sequitur Io. de Ligna. in cle.gratia. de re-
scri.ꝙ si beneficiatus expendit de redditibus beneficij sui volu
ptuosè,tenetur ad restitutionem:quia clerici non habent libe-
ram administrationem fructuum beneficij, nisi in bene dispē
sando.facit 16.q.j.quoniā quicquid.vbi dicitur, ꝙ quicquid hn̄t
clerici,pauperum est.Et cum hac opi.glo.hic quò ad istam par
7 tem transeunt omnes Doc. † Circa secundam partem glo.hic
tenet,ꝙ in vita,& in morte comparētur vsufructuario,& ꝙ fa-
cit fructus suos in vita,tamen si decedit sine testō succedit ec-
d clesia.Sed aduerte quia quando canonicus[d] decedit sine testō
quis tunc succedat?dic vt s̃.est dictū in glo.præcedēti.Sed quo
ad hoc an talis faciat fructus suos in vita? glos.hic tenuit ꝙ sic.
Sed alij Doc. omnes, de quibus s̃. tenent contrarium in locis
s̃.alleg.Ita etiam tenet do.Nico.in c. nouū genus.s̃. de decim.
quod

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde , an beneficij appellatione veniant præceptorię, & prioratus &c.vide Cor.in consi.66.per totum,lib.3. & quando plura beneficia curata possit per vnum clericum teneri.Signo.de Homodeis consi. 112.

b Nic.Supe. Possint testari.Adde Rotam decisi.87.in nouis.Barb.in tractatu de Cardinalibus.

c Nic.Sup. Aequiparentur vsuarijs.Adde glo.in c.cum olim.de rerum permu.& ibi Abb.glo.in c.2.& ibi Ab.de pecu Ab.in c.ex literis.de proba. Inno.in c.in decorum. de æta.& quali. Ho.in c.requisisti.de test.

d Vin.God. Adde,quòd si canonicus est etiam capellanus in ecclesia cathedrali,quando celebrat vt capellanus, non debet habere quotidianas distributiones quas caperet vt canonicus.Fed.de Sen.consi.138 quæ allegat An. Sic.in c.olim.col.2. de re iu.

quod eodẽ modo canonici seculares non faciant fructus suos. & idem tenet Inno.ibi.& faciunt iura alle.s. Non ob. qđ dicit gl.hic,quia nõ probat iure.Et c. requisisti hic all.super quo gl. se fundat si bene ponderetur,facit contra hanc glo.nam ibi solum dicitur, ꝙ si aliquid relinquitur non habenti administrationem,sed simpliciter beneficiato,præsumitur relictũ intuitu personæ, & non ecclesiæ:ideo acquiritur personæ. vnde nihil ibi dr̃ de verè acquisitis intuitu ecclesię,& sic de fructibus:imo cùm tex.ibi fundet se super præsumptione,ergo si constaret ꝙ intuitu beneficij sit relictum, illud accederet ecclesiæ, & non personæ,& sic nõ posset de his disponere ad libitum.Idẽ ergo dicendum in redditibus prouenientibus ex beneficio, & alijs intuitu ecclesiæ acquisitis. & ita est de iure tenendum contra hanc glo.in hac parte.& ita tenet d.Nico. in d. c. fi. s. de pecu. clerico.Et ita etiam tenet Rota in deci.182.quæ incipit,Item ꝙ probabilis.& facit glo.fi.in c.quia nos.s. de testa. Et hanc partem sequitur etiam do.Pe.de Peru.in d.c.relatum. quia minorem potestatem debet habere clericus non habẽs administrationem,quàm alius habens administrationẽ.vnde dicit do.Pe. quòd ipse non videt rationem quare in quæsitis per ecclesiam sit magis fauendum simplici clerico, & administrationem nõ habenti,vt dicit glo.hic, quàm dignitatem & administrationẽ habenti.& respondet ad d.c.requisisti,prout s.Et sic concluditur quòd de iure sit verior opi.Innoc.& Archi.prout etiam tenet do.Anto. in d.c. requisisti,in pen.char. dicunt tamen quòd de consuetudine seruatur determinatio huius glo. licèt d. Flo. in c.peruenit.de fideiuss.teneat quòd omnis beneficiatus æquiparetur vsufructuario in vita, hinc est ꝙ possunt fructus beneficij capi in causam iudicati pro debito proprio ipsius clerici. de quo tamen ibi plenius per Docto. & per do.Flo. in d.clem.
8 gratiæ. † Super tertio articulo an consuetudo in prædictis aliquid operetur,videtur quòd sic per hunc tex. prout est dictum s.in vltimo no.ideo dicebat Imo.in d.c.fi.ꝙ ex quo determinatio huius gl.ſm Doc.procedit de consuetudine,sequitur ꝙ salua consciẽtia clericus non habens administrationem, sed simpliciter & personaliter beneficiatus poterit de fructibus beneficij libere disponere, vel de quæsitis ex ipsis:secus in clerico habente administrationem,quia non posset donare aliteri in magna quantitate,ſm Imo.ibi.facit etiam ad hoc tex.in c.cum tibi.s.de verb. signi. vbi secundum vnum intellectum videtur probari quòd valeat consuetudo in partibus Francię,quòd clerico decedenti ab intestato, consanguinei succedant in fructibus & alijs redditibus ecclesiæ, & quòd in his possit clericus
9 liberè disponere.†Sed aduerte, quia dubium facit quòd in prædictis non valeat consuetudo concedens ampliorem potestatem quam in iure inueniatur expressum. quòd licèt in c. cæterum.s.de dona.dicatur,quòd valeat consuetudo,vt prælati etiã regulares possint in vita donare de redditibus ecclesiæ, tamen illud verum quando moderatè & in parua quantitate, vt ibi dicitur.& hic in glo.Et ita est de mente Hug.12.q.5. si episcopus. dicens valere consuetudinem tribuens prælatis facultatem testandi de aliquibus mobilibus ecclesiæ, & sic in parua quantitate.Ideo Ioan.An.in c.ad hæc.s.de testa. dicebat quòd licèt valeat consuetudo,ꝙ possunt clerici disponere de mobilibus ecclesiæ in modica quantitate, tamẽ non valeret ꝙ possint disponere de omnib.mobilib.ecclesiæ,vt ibi per eum.qđ tene menti,imò videtur probari in d.c. relatum. ꝙ solum valeat consuetudo,vt de mobilib.possint conferri pauperib. & religiosis locis,& alijs qui contulerunt seruitia. ita quòd iuxta seruitij merita talis donatio est permissa.facit d.c.ad hæc.Ergo in alijs casib.consuetudo videtur reprobata quæ concederet indistinctè liberam facultatem.& ita etiam videtur esse de mente Io. An. hic referendo Host.dicentem,quòd valeret consuetudo,vel statutum ecclesiæ : ex quo tamen non nimis grauetur ecclesia ꝙ̃ clerici sæculares possint de redditib.ecclesię testari & disponere.vnde si ecclesia nimis grauetur,vult Ioan.An.quòd consuetudo non valeret, sicut esset quando permitteret liberè, quia talis consuetudo tanquam onerosa ipsis ecclesijs non videtur valere,vt in c.j.s.de consuetudine.& videtur probari in d. c.relatum.per locum a speciali,& ꝯrio sensu.& ita tenet d.Ni.in c. cum in officijs.de test.Non ob.tex.hic,& alia addncta s. in vltimo no. quia debent intelligi ſm moderationem.§.porrò.j.eo. ita quòd talis consuetudo non permittit liberè. & silr non obstat quod dicit Io.An.in d.reg.nemo potest.quia loquitur in canonicis, cũ talis ꝯsuetudo potius p̃iudicet canonico successori ꝙ̃ ecclesiæ. In cathedralib.tñ regularib.& collegiatis ecclesijs est clare expeditum, quòd ꝯsuetudo vel statutũ nihil inducere
10 põt,& nõ valeret,vt d.c.quia sæpe.†Circa quartũ & vltimũ cõclude,ꝙ regulares nullo modo p̃nt testari de fructibus vel alijs ex quo carẽt ꝓprio,vt in auth.ingressi.C.de sacrosan.ecclesijs. & in c.2.de testa.Nec valeret consuetudo in contrarium, vt in d.c.2.& tenet Bal.in d.auth.ingressi.Io.An.in d.reg.nemo põt, & per Imo.in d.c.cæterum vbi vide per eum.Sed in clericis secularibus conclude,ꝙ de bonis quęsitis ante clericatũ vel post non occasione clericatus, possunt testari,vt in d. c. quia nos. s.de test.Sed in quęsitis postea si clericus non est beneficiatus tamen aliqua quæsiuit pro missis & orationibus dicendis, vel vt cappellanus, & de his poterit testari, vt in l. sacrosanctæ.C. de sacrosan.ec.secundum Pe.de Anch.hic. Sed si est beneficiatus,& administrationem habet,nõ poterit testari de fructibus & obuentionibus ecclesiæ,vt hic in glo.& in d.c.ad hæc.Si verò est beneficiatus simpliciter & personaliter, tunc tenet hic glo.ꝙ possit de redditibus & obuẽtionibus ecclesiæ testari.cõtra quam glo.facit d.c. relatum,qđ loquitur in canonico.12.q.j. §.fi.cum c.sequen. Ideo intelligit Do.hanc glo. procedere tribus concurrentib. Primò quòd beneficiatus non habeat administrationem ecclesiæ.Scđò quòd beneficium sit simplex.Tertiò quòd fructus sint sibi concessi ratione stipendij personalis, alias testari non poterit. vnde si canonicus haberet præbendã distinctam,non poterit testari de fructibus talis præbendæ, vt in d.c.relatum.& per Inno. in c.nouũ genus.& ita procedat dictũ Spec.in d.ver.58.Sed bene poterit testari de quotidianis distributionibus, ex quo dãtur pro stipendio personali, vt no.in d.c.j.vbi ita tenet Do.in §.qui verò.& per Guil.in d. extrauag. suscepti.& no.in cle.fi.de præben.& ita posset procedere hæc glo.& quod no.in d.c.j.& per Old.in suo consi.97.ſm Do.inferentem etiam ex his, quòd habẽtes capellanias in certis ecclesijs reuocabiles & non in titulum,& pro labore annuatim suscipiunt certum stipendium, poterũt de eo testari, & similiter clerici,qui in certis ecclesijs conuenissent ad celebrandum,& locassent operas suas spirituales,quod est licitum vt per Inno. in c.quoniam.s.ne prel.vices suas.poterunt de tali reditu & lucro testari,ex quo datur pro labore & ratione seruitij personalis.& ita posset procedere hæc glo.ſm Dom.& ita tenuit Pau. in quadam sua q. vt hic per Domi. ita etiam tenet Imo. & alij Doct.in d.c.quia nos.& do.Nico.in d.c.cum in officijs.tenens idem esse in his quæ conferuntur sacerdotibus ratione dignitatis vel officij, puta pro missis & orationibus dicendis, secus tñ esset in quęsitis per sacerdotem a parochianis ratione parochię,iniũgendo pęnitẽtias per parochiã,vel alr̃, quia dicuntur acquisita intuitu ecclesiæ,secundum Inno.in c.cum inter.s.de ver.signi.& in d.c.requisisti.in fi.vbi do.Ant. concludit prædicta procedere in eo qui erat principalis rector ecclesiæ : secus si erat cappellanus,quia tũc videntur quęsita intuitu personę, & de talibus reditibus poterit testari vt s. Et ex prædictis etiã infert hic Do.ꝙ si in ecclesia non sunt pręb endæ distinctę,sed distribuuntur redditus pro rata, non poterit canonicus de his testari,quia tales portiones quæ dantur in ecclesijs non numeratis,succedũt loco præbendæ,ſm Inno.in c.dilectus.s.de præben.& in c. ex parte.s.de conces.præben.& tales portiones appellantur præbendæ,vt in c. olim.s.de ver. signi. & per glo.in d.c.j.ideo de tali præbenda non debet posse testari.Et quia fructus qui recipiuntur in ecclesia non numerata, dicuntur beneficium & intuitu tituli beneficialis recepti, vt in c. de cætero. s.de cleri.non resid. ergo de his testari non poterit, vt d.c.quia nos.Et ita videtur sentire Inno.& glo.in d.c.relatum. vt idem sit quando præbendæ non sunt distinctæ,ſm Domin. & tenet do.Nico.in d.c.relatum.Et ita est tenẽdum de iure,licèt d.Ant. in d.c.relatum.dicat quòd de consuetudine seruetur opi.huius glo. & ita etiam videtur sequi ibi Imo.in 8. & 9.col. super quo tamen an consuetudo in his aliquid operet̃,dic vt s.Et per do.
11 Nico. in d.c.cum in officijs.& in d.c.relatum.† In ea.glo.in fi. dicebat Host.quòd inter ecclesiam & successores clerici debẽt diuidi fructus vltimi anni pro rata temporis,sicut dicitur in viro & vxore soluto matrimonio,vt in l.diuortio.ff. solu.mat.de quo per Io.And. in c.2.s.de fideiu.& ibi Host.finaliter tenet ꝙ dicit glo.hic.& per l.si fur.ff.de vsufru. & l. si vsufructuarius.ff. quib.mo.vsusfru.amit.& ita residet hic Ioan.An.remittens ad Inno.per eum,in d.c.si propter.& ad Spec.in tit.de fructib.& interesse.§.j.in prin.& ibi per Ioan.An.in addi.Sed aduerte,quia in d.l.si vsufructuarius. ſm verum intellectum, nõ probatur ꝙ sit necesse,quòd fructus sint in horreo recõditi. prout dicit gl. hic,sed est dicendum quòd sicut bonæ fidei possessor facit fructus suos statim quòd sunt a solo separati,quamuis non sint recõditi,ita & vsufructuarius, licèt inter bonæ fidei possessorem & vsufructuarium in hoc sit differentia, quia fructus efficiunt bonæ

bonæ fidei possessoris per quemcunq; sint a solo separati: sed vsufructuarius tūc demum facit suos, cum per ipsum vel alium eius nomine sunt separati. & iste est verus intellectus in d. l. si vsufructuarius. ꝓut voluit ibi Bar. & Cy. in l. certū. C. de rei vē. ex quo sequit̄ ꝙ hoc male dixerit glo. hic. & ita sequit̄ Imo. & d. Flo. in d. c. fi. s̄. de peculio clerici. de quo in l. ex diuerso. & in l. fructus. ff. solu. matri. & idem sequitur Ang. in d. l. si fur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona dicuntur deducto ære alieno, expensis, & oneribus.*
2 *Expensæ factæ pro seruitoribus & ministris ecclesiæ, dicuntur factæ intuitu & pro vtilitate ecclesiæ.*
3 *Consuetudo quæ permittit canonicis testari de fructibus præbendarum suarum percipiendis post mortem vsq; ad annum, an valeat.*
4 *Clericus nouus possessor beneficij an sit conueniendus pro pensionibus præteritis, an verò antiquus possessor qui poßidebat tempore, quo pensio debebat solui.*

1 Porrò. † No. j. bona intelliguntur deductis expēsis, & onerib. siue debitis. & ratio est, quia verbū, bona, profertur hic in statutis, consuetudinibus, vel priuilegijs, cōtra ius cōmune disponentib. ideo fit stricta interpretatio, sicut etiam fit in contractib. quia intelligitur deducto ære alieno, vt l. mulier. C. de iure do. Sed in alijs priuilegijs, & vltimis voluntatibus fit larga interpretatio vt veniant debita & credita, vt in l. Princeps bona. & ibi per glo. & Bar. & in l. bonorū. & in l. sub signatum. §. bona. ff. de ver. sig. & pro ratione differentiæ facit, quia in contractib. plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoque plenissima interpretatio est facienda, vt in c. cum dile-
2 ctus. in fi. s̄. de dona. † Secundò no. & ita alleg. ꝙ necessariæ expensæ pro seruitorib. & ministris ecclesiæ, dicuntur esse factæ intuitu ecclesiæ. & sic facit ꝙ expensæ pro victu & vestimentis monachorum vel clericorum ecclesiæ, dicuntur in vtilitatem ecclesiæ factæ. facit quod no. Bal. in auth. hoc ius porrectum. de sacrosan. eccl. in pen. col. ideo successor in beneficio soluere arctatur huiusmodi expensas. de quo hic in glo. Vltimò no. ꝙ fructus & redditus ecclesię censentur deputati pro necessarijs expensis, & oneribus incumbentibus ecclesię toto anno vsq; ad nouos redditus seu fructus, non tamen haberet locum iste tex.
3 in præbendis. † Ideo determinat Io. An. in reg. nemo pōt plus. j̄. eo. lib. valere consuetudinem, qua permittitur canonicis testari de fructibus præbendarum suarum, percipiēdis post mortem vsq; ad annum, quia per talem consuetudinem non pręiudicat̄ ecclesiæ, sed successori. viuat ergo successor de quotidianis distributionibus, vt in c. j. j̄. de cle. non resi. vel etiam de proprio, & ecclesiæ seruiat, quia reseruatio quæ hic fit pro necessarijs expensis & ministris ecclesiæ, non habet locum in præbendis, s̄m Io. And. ibi. habet ergo locum iste tex. in alijs ecclesijs. vnde refert hic Domi. se pluries consuluisse, ꝙ si vno anno esset imposita collecta ecclesiæ, & rector qui percepit fructus illius anni non soluit, tunc si alio anno promoueat̄ ad aliud beneficiū, remanet obligatus ꝓ collectis illius anni, pro quo fructus recepit, ex quo fructus per eū recepti illo anno erāt deputati pro oneribus ecclesiæ vsque ad nouos fructus. qđ tene mēti. & facit ad not. in l. fructus. ff. sol. mat. & p Bal. in l. j. C. de fru.
a & lit. expen. Et aduerte in practica, quia talis collecta[a] vel decima papalis est debitum reale: & sic obligat possessorem, vt 16. q. j. si quis laicus. vnde nouus possessor beneficij erit conueniēdus vt debita soluat. s̄. de solu. c. j. & facit l. Imperator. ff. de publica. Ipse tamē nouus possessor, & sic successor in beneficio poterit conuenire ipsum prędecessorē, ex quo debebat de fructibus soluere onera incumbentia illo anno, vt hic in tex. sed tamen per ipsum creditorem possessor beneficij esset conueniendus, vt in d. c. si quis laicus. & de pignoribus. ex literis. & ff. de dona. ad eum. §. j. cum simi. & ita determinat Ioan. An. in
4 hac q. in reg. non est in mora. j̄. eo. li. † Et ex prædictis etiam patet decisio, an pro censu præterito vel pro pensionibus præteritis sit conueniendus nouus possessor beneficij, an verò antiquus possessor qui possedit illo tempore quo census vel pensio debebat solui, & vide quod no. in c. prohibemus. s̄. de censibus. In glo. j. in fi. vide etiam per Host. & Io. And. in c. dilecti. in prin. s̄. de arbitris. & in c. cum inter. s̄. de verb. signi. super 3. glo. In glo. in ver. debitis. in fi. & prædicta faciunt ad quæstionem quam refert hic Io. An. si Papa datis executoribus mandat per hospitalarios exemptos prouideri cuidam militi de centum, ꝙ tales hospitalarij non teneantur vltra q̃ facere possint, si ponderatis expensis familiæ, & pauperum infirmorum, & expositos, quos solēt alere, non possent dicta centum soluere, nec teneantur vendere possessiones propter hoc, cum tale mandatum, vt fiat prouisio, intelligatur iuxta facultates hospitalis, vt s̄. de rescrip. c. si quando. secundum Ioan. And. In glo. fin. in fi. vide rationem in dicto c. quia sæpe. in glo. j. & ibi est dictum.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adde, quòd collecta est onus mixtum. Cor. consi. 164. videtur litera g. & consi. 268. In hac. litera a. lib. 4.

De maioritate & obedientia. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulū, sede vacante episcopali, succedit in ipsa iurisdictione episcopali.*
2 *Capitulum, sede vacante, potest absoluere ab excommunicatione a qua episcopus poterat absoluere.*
3 *Capitulum in quibus casibus succedit in potestate episcopi, & in quib. non, vide hic late. & in quibus dubitatur. & nu. 4. & 5.*
9 *Capitulum an succedat in iurisdictione episcopi delegata a iure.*
Et an in cognitione feudi? ibidem.
7 *Capitulum, sede episcopali vacante, an poßit facere statuta.*
8 *Et an poßit reuocare constitutiones episcopales, & statuta.*
9 *Et an succedat in potestate præsentandi, vel eligendi in qua spectant ad prælatum.*
10 *Et an capitulum succedat in administratione, quando bona capituli & episcopi sunt diuisa.*

C A P. I.



1 Piscopali. † No. j. vnam regulam ꝙ c. vacante sede succedit in ipsa iurisditione episcopali: quia capl̄m est capax iurisdōnis. facit c. irrefragabili. s̄. de of. ord. Scđò no. ibi iurisdictio. ꝙ absolutio ab excommunicatione dicit̄ pendere ex potestate iurisdictionis, & non ordinis. & idem videtur de potestate excōmunicandi, cum ptās absoluendi & ligandi regulantur a pari, vt de pœ. dist. j. verbum. & per glo. in c. transmissam. s̄. de ele. Absolutio tamen in foro pn̄iali dicitur dependere ab ordine. de quo per glo. & ibi dixi, & in c. canonici. de sen. excom. Et per prædicta est dicendum, ꝙ sicut capitulum vacante sede succedit in po-
a testate[a] absoluendi ab excommunicatione, ita & in potestate excommunicandi. & ita tenet Imo. in c. his quę. s̄. eo. in vlt. col. vbi post gl. & Host. concludit ꝙ capitulum uacante sede succedit in potestate iurisdictionali, etiam quò ad potestatem excōmunicandi, absoluendi, interdicendi, & corrigendi, etiam iudicialiter sententiando, licèt Inno. ibi referat alios tenere cōtra-
2 rium, & non bene. † Vltimò no. ꝙ sede vacante potest capitulū absoluere ab omni excōmunicatione, a qua ipse episcopus poterat. & quid sit in alijs dependentibus ab ordine, j̄. patebit. & loquitur tex. hic de capitulo ecclesiæ cathedralis. quid autem in capitulo ecclesiæ inferioris vacante sede per mortem prælati. Pau. & Domi. hic tenent idem esse, dummodo eius pręlatus habeat potestatem excōmunicandi & absoluendi. de quo in c. cùm in ecclesijs. s̄. eo. tit. & in c. cùm ecclesiarum. s̄. de offi. or. Sed Archi. cōtra in c. 2. j̄. de testa. dicens ꝙ monasterio vacanti nō succedit capl̄m, sed debet dari administrator per episcopū. & alle. Inno. in c. cū dilectus. s̄. de consue. Pro quo videtur tex. in c. fi. s̄. de statu mo. Ideo Ioā. An. ibi, s̄m vnam solutionem dicit solum capitulum ecclesiæ cathedralis succedere in administrationem sede vacante, secus in c. ecclesiarum regularium, vt in d. c. fi. vel secundò soluit illud procedere, quando abbas deponitur propter culpā. quo casu est præsumptio ꝯ capitulū, s̄m Io. An. in c. cum dilecti. s̄. de accu. vnde ꝯcludit, ꝙ qn̄ aliter vacaret monasterium q̃ propter depositionem abbatis, succedit capl̄m in administratione. pro quo facit qđ hr̄ in cle. ne in agro. de sta. mo. & in c. fi. j̄. de regula. & per Inno. in c. j. s̄. vt ecclesiasti. benefi. vnde cōclude, ꝙ etiam in prælatis inferiorib. habeat locum iste tex. vt capl̄m succedat vacante sede, vt est tex. & gl. fi. in d. c. his quæ. & ita sequitur ibi d. Nico. in 2. colum. In glos. j. ibi, his quæ. ibi non loquiturin episcopo, sed in Cardinali. facit tamen ad hoc, quia Cardinales in suis ecclesijs hn̄t ius episcopale, secundū Io. An. & no. in c. dilectus. s̄. de cappellis mona. si ergo ecclesia Cardinalis vacat, poterit tunc capl̄m, vel is ad quem eius iurisdictio tunc tēporis pertinet absoluere, cum & in his locum habeat tex. hic. In glo. in ver. hominis, in fi. de quo ibi per Io. An. in vlt. glo. volentem ꝙ episcopus possit absoluere excōmunicatos ab inferiorib. prælatis in defectum eorum. Sed excōicatum ab archidiacono potest episcopus indistinctè absoluere, cū archidiaconus sit vicarius episcopi, vt no. 9. q. 3.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. In potestate absoluendi. Adde Do. in c. statuimus. eo. ti. in antiquis. Car. Zab. in c. ex parte decani. in j. no. de rescrip.
Vinc. God. Adde an capitulum sede vacante dicatur ordinarius collator beneficiorum, Fely. in c. eam te. col. 16. ver. si Papa scribit. de rescrip.

9.q.3.nullus primas.& j̃.de sen.excom.venerabili.§.vbi autem.
Ergo idem poterit facere capitulum sede episcopali vacante,
ſm Io.An.hic referentem fuisse terminatum de archipresbyte
ro excõmunicante canonicum suum,quia non residebat in ec
clesia, posse illum absoluere etiam si canonicatui renũciauit,
per d.c.cum ab ecclesiarum.& hoc ex iure præuentionis, vt in
c.pen.s̃.de fo.compe.& in l.si quis postea.ff.de iudi. Teneret ẽt
absolutio si episcopus illũ absolueret,vt no. in d.c. cùm ab ec-
clesiarum.Et idem esset in c.vacante sede,ſm Ioã.An.vt hic.In
glo.in ver.impartiri.ibi,ad abolendam.dixit hic Io.Mo.ꝙ in ca
su illius c. & in quolibet alio casu, in quo episcopus habet iu-
risdictionem a iure delegatam generalem in illa succedit capi
tulum.facit c.j.in fi.j̃.de præb.de quo per Io. An.in d.c. ad abo-
lendam,super vlti.glo.de hoc j̃.dicetur. In glo. fi.j̃.ibi, non cre-
3 do.idem Archi.† Extra glo.Io.And. hic enumerat primò casus
in quibus certum est,capitulum succedere vacante sede.Secũ-
dò casus in quibus est certum non succedere.Et tertiò casus de
quibus dubitatur.Circa primum dicit esse casum hic in tex.sci
licet de potestate absoluendi.Secundò in c.pen. & fi.s̃. de sup.
neg.quia capitulum administrat temporalia & spiritualia,siue
sedes vacet,vel quasi.Tertiò in c.cum olim.s̃.e. quia confirmat
electiones,seu electos.Quartò in cle.j.& 2.de hære.quia dat in
quisitores hæresis.Quintò in d.c.ad abolendam.in prin. vbi iu
dicat contra hæreticos.Sextò in c.cum nullus.s̃.de tempo.ord.
eo.lib.vbi dat literas cõmendatitias ad ordines.Septimò in c.j.
j̃.de insti.quia instituit præsentatos.Octauò in c.j.§. si verò.j̃.de
clerico ægro.vbi dat coadiutorem. & dixit Bal.in l. quæsitum.
ff.de tute.ꝙ licèt episcopo propter senium,vel dementiam,vel
alia simili causa sit datus coadiutor,etiam de consensu capitu-
li, tamẽ mortuo episcopo expirat officium coadiutoris,& suc-
cedit capitulum in administratione,sicut succedit ipso episco-
po mortuo sine coadiutore. Nonò quia confert beneficia spe-
ctẽtia ad collationẽ episcopi & capituli,vt no.in c.j.circa prin.
j̃.ne sede vacante. Decimò quia compellit executores testa-
mentorum qui illud officium susceperunt, vt per Ioan. And.
in c.Ioannes.s̃.de cleri.non residẽ.seu in titu.de testa. Vndeci-
mò quia succedit capitulũ in potestate dispensandi cum recto
re parochialis eccl'ę intra septenniũ,vt rõne studij non teneat
promoueri ad sacerdotium,ſm Io.An.in c.cum ex eo.s̃.de ele.
eo.lib.& Fede.in suo ↄsilio 29. Quid autem sit in alijs dispensa
tionibus,j̃.dicetur.Circa secundum verò, scilicet de casibus in
quibus est certum, capitulum non succedere, refert hic.primo
Io.An.ꝙ non confert beneficia spectantia ad solum episcopũ,
vt in c.2.ne se.va.& j̃.e.ti.c.j.& idem si episcopus haberet colla
tionẽ cum alio,vt ibi no.& tenet d.Nico.in d. c. cum olim. in
pe.col.Secundo quia non succedit in dando cõsilio,qđ ab epo
requiri debet,vt in d.c.j.§.fi.j̃.ne sede vacan.Tertiò quia nõ alie
nat immobilia cum nec idem faciat administrator datus a Pa-
pa,vt in c.is cui.s̃. de ele.eod.lib. Quod tamen limitat d. Nico.
in d.c.cum olim.quia hoc procedit quando vellet alienare bo-
na episcopatus:sed si iferior ecclesia alienaret,bene posset ca-
pitulũ consentire,sicut po terat episcopus, cũ sit iurisdictionis
episcopalis.& ita etiam fuit de mente Fede.de Senis in suo cõ
si.29.de quo tamen articulo,an capitulũ succedat in ptãte alie-
nandi,plene per Doc.in c.j.s̃.ne sede vacan. & ibi per Imo. in
3. & 4. charta. Quarto quia non succedit in immunitatibus,
vel priuilegijs cõcessis episcopali dignitati,de quibus in c.fi.j̃.
de priuileg.secundum Io An.Ex quo infert hic Pe. de Ancha.
male fuisse disputatũ, & determinatum,ꝙ vacante sede episco
pali succedat capitulũ in potestate examinãdi vel doctorandi
scholares,ex quo hoc competit ipsi episcopo ex priuilegio.gl.
in c.scriptum.s̃.de ele.circa prin. secus si talis potestas cõpete-
ret episcopo de iure cõmuni, secundũ opi. quam sentit Host.
vt no. glo.in c.2. de magistris. tunc enim succederet capitulũ,
4 secundum do.Nico.in d.c.cum olim. in fi.† Et idem dicẽdum
videtur in potestate legitimandi concessa epo ex priuilegio,
vt nõ succedat capitulũ.hinc est ꝙ nõ succedit in ptãte cogno
scendi de feudo,vt in c.verum.s̃.de fo.compet.vbi Doct.idem
tenent de dicta ptãte legitimandi,intelligentes prædicta vera
nisi tale priuilegium esset concessum episcopo & capitulo si-
mul,quia tunc succederet capitulũ, per no.in c.j.j̃.ne sede vac.
Sit ergo ↄclusio, ꝙ capitulum nõ succedit in iurisdictione epi
quam habet iure spãli.ita est de mente Inno.in d.c.ad abolen-
dam, vbi dicit ꝙ capitulum succedit in his quę exercet episco
pus iure suo.& idem voluit Federi. in d.consi.30.vbi dicit ꝙ ca
a pitulum[a] non succedit in iurisdictione delegata episcopo,vel
ex alio iure spãli.faci. c.pastoralis.§.præterea.de offic.ordi.vbi
mortuo episcopo delegato expectatur successor, & non recur
ritur ad capitulum.& ex his limita tex. huius deci. vt capitulũ
succedat in iurisdictione episcopi.s. competente sibi iure ordi
nario,non in delegato vel de iure speciali.& ita tenet do. Nic.
in d.c.cum olim.in 6.col.de quo j̃.Si tamen episcopus quęsiuit
sibi iurisdictionem ex consuetudine,vel aliud ius,puta interes
sendi in electione,vel aliter, ex quo talis iurisdictio cõpetit epi
scopo,vt episcopo, bene transiret in capitulum, per hunc tex.
& facit l.etiam.& ibi Bal.C.de iure do.& sequitur do. Nico.in
d.c.cum olim.in vlti.col.in prin. vbi etiam tenet, ꝙ regula hu-
ius tex. ꝙ capitulum succedat in iurisdictione epali, procedat
generaliter,siue contentiosa,siue voluntaria,quia hic loquitur
generaliter de iurisdictione; ergo de vtraq; debet intelligi, cũ
b genus[b] verificetur in qualibet specie.ff.de dona.l.filiusfa.& in
c.auditis.iuncta glo.de præscri.Quintò vltra Io.An.non succe-
dit in iurisdictione deponẽdi abbates vel clericos,vt no.89.dis.
5 nullus episcopus.& per Doct.in c.j.de pęnitẽ. † Circa tertium
quæ sint illa in quib. dubitatur an capitulum succedat sede va-
c cante.refert hic primò Io.An.dubium esse an visitare,[c] & pro-
curationem recipere possit,vt per gl. or.in ver. capituli.in cle.
j.de hære. vbi dixit hoc egere declaratione, videtur tunc tene-
re ꝙ generalem visitationem diœcesis facere nõ possit,sed spe-
cialem cõtra certas personas vel ecclesias sic.& ita videtur hic
sequi Pau.& Pet.de Anch.Imo.tamen & Domi.hic concludũt
indistinctè tenendum esse, vt capitulum succedat in hac pote-
state,cum sit iurisdictionis. & idem tenet Archi. in c.pen.s̃.de
sup.neg.eo.lib.& Io.Mo.in c.fi.eo.tit.& lib.& ita sequitur do.
Nic.in d.c.cum olim.col.5.quod tamen limitat hic Lap.nisi es-
sent monasteria monialium exempta,quia nõ poterit,licet ip-
se eps illa visitare possit,vt in cle. attendentes.de sta. reg.& ita
transit hic Domi.potest esse ratio, quia id dr̃ cõpetere epo po-
tius de iure spãli, & ex priuilegio, & in priuilegijs nõ succedit
capitulum,vt s̃.& sequit do.Nico.in c.cum olim.in 5.col.Scdò
d dubitat an[d] permutationes beneficiorũ facere possit.gl.in cle.
j.de rerum permu.tenuit ꝙ sic.& idẽ tenet Pau.in cle.j.de hæ-
reti.sequitur Fede.in d.ↄsi.30.de quo plenius per Doct.in dicta
e cle.j.Tertiò an dare possit literas[e] indulgentiarum,de quo per
Io.An.in c.accedentibus.s̃. de exces.præla.vbi videtur tenere,
ꝙ non.& idem Lap.hic, & in c.j.j̃. de pęnit.& idem ibi Archi.
& Pau.in cle.j.de hære.& ibi per glo.in ver.capituli. & sequit
Domi.in d.c.j.Et hæc opi.fundat tenendo, ꝙ sit ordinis episco
palis: sed tenendo quòd dare literas indulgentiarum sit iuri-
dictionis episcopalis prout tenuit Io.Cal. in d.c.accedentibus
referendo Beatum Tho.idem tenere,tunc capitulum succede
ret in tali iurisdictione voluntaria,dum iste tex. generaliter lo
quatur de iurisdictione,vt s̃.& ita residet do.Nico. in d.c. cum
olim.in vlt.col.Quartò dubitatur an possit subdito dare licen-
tiam transeundi ad aliam ecclesiam? de quo est dictum in c. si
abbatem.s̃.de elec.eo.li.Archi.tenet ꝙ non in c.si is cui.de ele.
eo.lib.& idem glo.in d.c.cum olim.& idem glo.71.dist. frater-
nitatem.sed Io.Mona.& Io.An.in c.si abbatem. tenent ꝙ pos-
sit.& ita tenet Rota in deci.6.quæ inci.Item fuit dubitatum,se-
cundum qđ refert Domi.hic.idem etiam sequitur Imo. in d.c.
cum olim.in 2.col.& do.Nico.ibi 4.col.Nec. obst.ꝙ non pos-
sit fieri alienatio rerum, vt s̃. quia tale ar. nõ procedit.Nam in
alienatione personæ non requiritur illa solẽnitas,vt patet in c.
6 si religiosi.de ele.eod.lib.†Quintò an succedat in iurisdictione
episcopali delegata a iure?de quo per Io.An.in d.c.ad abolen-
dam.super vlt.gl.vbi tenet ꝙ nõ:licet Io.Mo. hic cõtra. de quo
plene per Paul.in d.cle.j. de hæret. Domi. hic tñ sequitur opi.
Ioan.An.quia capitulum vacante sede suppleat viam episcopi
in casibus expressis in iure,vt c.j.s̃.de sup.negligen.& in c.2.s̃.
ne sede va.vnde isto casu non suppleret viam epi,sed Papę,cũ
vice Papæ episcopus cognoscat ſm glo.in d. c. ad abolendam.
vbi Do.ita cõiter sequuntur opi.Io.An.ibi & ita est tenendum
prout s̃.est dictum.& vide per Fede.in suo cosi.16.quod incip.
Capitulum ecclesiæ. Sextò an possit dispensare in casu c. cum
ex eo.s̃.de ele.eo.lib.vbi Io.And. tenet quòd possit. & dic vt s̃.
Septimò

ADDITIONES.

a Nic.Su. Capitulũ nõ succedit. Adde Fran. Priui. in trac.de ptãte ca.se. vacan.

b Nic.Sup. Genus verificatur. Adde l.si quis sic stipulatur.ff.sol. mat. Vinc.God. Genus non minus operatur quo ad omnia, quàm species quo ad speciem.Ruy.cons.51.nu.4.lib.2.

c Nic.Sup. An visitare & procurationem recipere. Adde Car.in cle. attendentes.in 4.q. de statu regu.

d Nic.Sup. Permutationes beneficiorum. Adde Fede.de Senis in trac.permutationum,q.36.

e Nic.Sup. Literas indulgentiarum. Adde Do. in c.j.de pę.& remissio.lib.6.Io. de Imo in cle.j. de priui.

Septimò an poſſit facere alias diſpenſationes ꝑmiſſas epiſco-
pis?& videtur ꝙ ſic,vt in c.ex inſinuatione.ſ.de ſimo.ibi tñ nõ
dicitur, ꝙ vacaret ſedes, ſm Ioã.An.hic. Dixit tñ in c.j.ſ.de fil.
presby.eo.lib.ꝙ hoc egeret declaratione. & ideo Imo. hic te-
net ꝙ capł̃m ſuccedat.& idem tenet Fede.in d.conſil.29. & fa-
cit glo.16.q.j.eccleſiæ.vbi tenet,ꝙ capitulũ ſuccedit in poteſta-
te diſpenſandi , ſicut ipſe epiſcopus poterat. & idem tenet do.
Nic.in d.c.cum olim.col.7.in prin. & do.Flo. & Imo.in c.illa.
in fi.ſ.ne ſede va.idem do.Ni.in c.at ſi clerici.ſ.de adult.col.13.
vbi plenè vide.de quo per Spe.in titu.de inſtru.edit.§.nunc ali-
a qua.in vlti. colum. Octauò an [a] ſuccedat in cognitione feudi.
de quo per Io.An.in d.c. verum.in j. gloſ. vbi videtur tenere ꝙ
non.ita ſequunt̃ ibi Doct.Nono an ſuccedat in cõferendis be
neficijs deuolutis ad epiſcopum? per Ioã. An.in c.quáquam.ſ.
de ele.eo.lib.ſuper glo. penul.ibi tenet ꝙ ſuccedat. & ita tenet
Imo.in c.cum in cunctis.in fi.de elec. & Imo. ibi in d. c. cum
olim,in fi.licet ibi dominus Nic. in 3. colum. teneat contrariũ
per regu.c.2.ſ.ne ſede vacan.ſed in dicto c.2.tenet ſe cum Ioã.
7 And.& adducit rationẽ notabilem.† Decimò an [b] poſſit facere
b ſtatuta?ſuper quo Ioã. An.refert hoc fuiſſe Peruſij diſputatũ ꝑ
magnæ ſcientiæ virum do.Fede.de Senis,tenentem ꝙ ſic cùm
capitulũ ſuccedat in iuriſdictione,a qua cauſatur ius ſtatuendi,
vt in c.2.de conſti.eo.lib.ideo cõcludit valere tale ſtatutum,&
durare in tempus epiſcopi poſtea creati niſi id poſtea reuocet:
ꝙ facere poſſet, vt d.c.ſi qua de rebus. & facit qđ no. in c.licet
canon.ſ.de elec.eo.lib.ſuper glo.pe.ſecundum Ioan. And. De
iſta tamen q.vide per Fede. in ſuo conſi.16. vbi tenet, qđ dicit
Ioan.And.hic.& ita ſequitur d.Nic.in d.c.cum olim, in pe.col.
& Imo.in d.c.illa.in fi.licet in ꝯrium faciat qđ not. idẽ Io. An.
poſt Inno.& Hoſt.in c.cũ oẽs.ſ. de ꝯſti. de quo j̃.in proxi.q.in
gl.ante capł̃m in fi.ꝙ vacãte ſede nõ poſſit capł̃m reuocare ſta
tuta epi̅ : & tñ dependet a iuriſdõne, de quo j̃.q.14. Vndecimò
c an [c] ſuccedat in officio executoris teſtamẽtorũ:ĩtellige quò ad
poteſtatem exequend i,non autẽ in poteſtate cogendi, de qua
eſt dictum ſupra.de quo vide per Spec.in titu. de inſtru.edi. in
§.nunc verò aliqua.ver.item circa.& ibi dicit melius eſſe tene
re,ꝙ capitulum ſuccedat quò ad poteſtatem exequendi. Sicut
etiam ſuccederet capitulum in poteſtate cogendi executores
ad rationes reddẽdas: & ſicut poterat epiſcopus, vt in cle.j.de
teſt.& ita tenet ibi Imo. in 5. col. Duodecimò an ſuccedat in
electione quæ competit epiſcopo iure priuato : de quo in c.
ſcriptum.ſ.de ele.ſuper gl.hoc ideo.& ibi dicitur ꝙ non, ſecũ-
dum Lapum hic. Decimotertiò an ſuccedat in poteſtate vniẽ-
di beneficia. Lap.hic ꝙ ſic, ſicut ſuccedit in poteſtate permu-
tandi , dũmodo iuri ipſius epiſcopi aliquid non depereat. de
8 quo in cle.2.de rebus eccleſiæ.†Decimoquartò, an poſſit reuo
care conſtitutiones epiſcopales & ſtatuta.Ioã.An. in d.c.cum
oẽs.videtur tenere ꝙ non,vt ſ. contrarium tamen Lap. hic re-
fert fuiſſe Bononiæ diſputando cõcluſum: quia ſtatuere eſt iu-
riſdictionis,& ſic facere ſtatutum contrarium , vt d. c.2. & no.
in d.c.cũ oẽs.& capitulũ ſuccedit in his quæ ſunt iuriſdictio-
nis,vt hic,& d.c.cum olim.& c.his quæ.ſm Lap. Decimoquin
d tò , an poſſit imponere charitatiuum [d] ſubſidium clerico pro
euidenti neceſſitate eccleſiæ? glo.in ver.aliunde, in c. cupien-
tes.§.ad hæc.ſ.de ele.eo.li.tenet ꝙ ſic.& ibi vide. Decimoſextò
an ſuccedat in poteſtate commendandi beneficia ſpectantia
ad collationẽ ſolius epiſcopi? Io. And.ꝙ ſic in c. illa.ſ. ne ſede
vac.& in c.j.j̃.ne ſede vacante.quando habet onus annexum,
per c.ſignificatum.ſ. de præben. licet qñ collatio ſpectaret ad
ſolum prælatum,tunc conferre non poſſet,vt in c.j.ne ſede va
can.ſm Lap.de quo per Arch.in c.j.j̃.de inſti.& 24.diſt.c. preſ-
by.& ita tenet d.Nic.in d.c.cum olim.in vlt. col. & in d.c. illa.
9 †Decimoſeptimò an ſuccedat in poteſtate præſentãdi, [e] vel eli
e gendi in his quę ſpectant ad prælatum? Doc.in d.c.illa.ꝙ non.
& idem Archi.in c.j.j̃.de inſti.& Spec.in ti. ne ſe.vac.circa me-
dium:quod intelligit hic Lap.niſi ad vtrunque ſimul ſpectaret
præſentatio,vel electio.de quo per Archi.in d.c.presby. & fa-
cit d.c.j.j̃. ne ſe. vacã. Decimooctauò an ſuccedat in poteſtate
committendi ſacramentalia alteri epiſcopo ſede vacante? de
quo per Archi.7.q.j. pontifices. & videretur ꝙ non , quia licet
capitulũ ſuccedat in his quæ ſunt iuriſdictionis,non tamen in
his quæ ſunt ordinis , etiam quò ad poteſtatem committendi
alteri epiſcopo,& ita ſentit Io.An.in c. aqua.ſ. de conſecr. ec-
cle.volens,ꝙ capitulum non ſuccedat in poteſtate conſecran-
di eccleſias vel reconciliandi . Sed in contrarium facit d. c. is
cui,vt ſic capitulum poſſit committere alteri ea , quæ ſunt or-
dinis,ex quo habet liberam adminiſtrationem in ſpirituali-
bus,vt in d.cap.3.ſupra de ſup.neg.præla. Et aduerte quia gl.in
c.dilectus.ſ.de offi.ordi.& Imo.in c.j.de ſta.mo.volunt ꝙ col-
latio ordinum,conſecratio virginũ,& eccleſiarũ ſunt de lege
iuriſdictionis.& licet tex.in d.c. aqua.dicat ꝙ iſta ſit ordinis,ta
mẽ illud debet intelligi quò ad effectus iſtorũ ſacramentorũ,
quia nõ pñt cõferri,niſi per epm̃,ſed quatenus poteſtas ꝯferen
di applicatur perſonæ,eſt iuriſdictionis,quia non poſſunt cõ-
ferri niſi perſonis & locis de iuriſdictione epiſcopi: & ſubditi
tenentur ab eo recipere,& non ab alio,vt in c.veniens.de pręſ-
ſcri.& propter hoc videretur,ꝙ cum capitulum ſuccedat in iu
riſdictione epiſcopi,ꝙ poſſit committere iſta ſacramẽtalia , &
ea quæ ſunt ordinis,ſicut epiſcopus poterat,vt d.c. aqua.cũ ca-
pitulum habeat liberam adminiſtrationẽ ſpũalium,vt d.c.3.&
poſſit cõmittere alteri epiſcopo , vt ibi.& pro hac parte facit
glo.fi.in d.c. his quæ. dicens quòd capitulum ſuccedit in his
quę ſunt iuriſdictionis,& ordinis,& ea quę ſunt iuriſdictionis
poſſit exercere per ſe,& per aliũ non epiſcopũ.ſed ea quę ſunt
ordinis debet exercere per aliũ epm̃,pro quo ẽt d.c. cũ nullus.
de temp. or. eo. lib.vbi capitulũ ſuccedit in danda licentia ad
ordines recipiẽdos.facit ẽt c.ſuffraganei.de ele. vbi electus in
archiepiſcopũ,& confirmatus põt per aliũ ſuos ſuffraganeos
facere cõſecrari,licet per ſe nõ poſſit,q̃a habet in hoc iuriſdõ-
nem,vt ſubditi ſui ab alio ordinẽtur,& ita cõmittere. ita ergo
capitulũ ſuccedat in tali iuriſdictione,& ptãte alteri cõmitten
di.& ita reſidet d. Nic. in d.c.his q̃.in vlt. col.vbi ẽt cõcludit,ꝙ
capitulũ poſſit dare cõfeſſorẽ ſeu pniariũ, vt abſoluat ẽt in caſi
bus reſeruatis epõ,de q̃bus per glo.or.in c.2.j̃.de pęnitẽ. & ita
eſt tex.in hoc c.quia excõicatio eſt caſus reſeruatus epõ, & tñ
capitulũ ſuccedit in hac ptãte, vt hic dr̃. Decimononò an det
licentiã ꝯſecrandi ſuffraganeos, eccleſia metropolitana vacan
te? gl.tenet ꝙ ſic.64.diſt.cũ ꝓuinciales.& vide qđ no.ſ. de ele.
in c.ſuffraganeis,& facit qđ eſt nunc ſ. proxi.dictũ. Vigeſimò
an capitulũ metropolitanæ eccleſiæ ſuccedat in hoc vt ſuffra-
ganeus debeat corã ſe præſentare intra duos mẽſes poſt cõſe-
crationẽ? ſuper quo Arch.65.diſt.ſi quis.tenet ꝙ ſic. Vigeſimo
primò an ſuccedat in poteſtate dãdi licentiã ædificandi eccle-
ſias ad finẽ,vt ipſe ædificãs acquirat ius patronatus, ſuper quo
Gaſpar de Cal.in conſi.3.de iure patro.tenet ꝙ ſic, ex quo hoc
eſt iuriſdictionis,& non ordinis,vt ibi plenius per eum.& hic
per Do.Vigeſimoſecundò an poſſit tranſigere ſuper rebus ec
cleſiæ vacantis?& dicendũ eſt ꝙ non,vt in c.contingit.ſ. de trã
ſa. Vigeſimotertiò an poſſit recipere ſimplicem renunciatio-
nẽ beneficij ſpectantis ad collationẽ epiſcopi.Rota in deci.311.
quæ inci.Item fuit dubitatum vtrum capitulũ. videtur tenere
ꝙ ſic,cũ ſit iuriſdictionis,& debeat fieri in manibus illius, qui
poteſt inuitũ deſtituere,vt eſt capitulũ,licet nõ habeat poteſta
tẽ conferendi,vt no.in c.admonet.& c.qđ in dubijs.ſ.de renũ.
de quo in extrauag.Io.22.execrabilis. in §. qui verò. Et ita reſi-
det do.Nic.in d.c.cum olim.in 6.col.ex quibus not. ꝙ ex cau-
ſa capitulum vacante ſede poteſt priuare & deſtituere a bene-
ficijs. Vigeſimoquartò an capitulum vacante ſede poſſit præ-
ſcribere iura & priuilegia ad ipſum epiſcopum tantum perti-
nẽtia? Et videretur ꝙ ſic,per nota.in d.c. irrefragabili.§. exceſ-
ſus.Sed Rota in deciſ.312.quæ incip.Ex hoc inſurrexit.determi
nat ꝙ non,quia vacãte eccleſia nõ poteſt currere præſcriptio,
nec incipere, nec mediare , ex quo caret legitimo defenſore.
arg.eorum quæ no. in cap.j.& c.de quarta.ſupra de præſcri.&
per glo.in c.ſicut nobis.ſupra de ſimo.& ita ſequitur do. Nic.
in dicto cap.cum olim.in 7.colum. Vigeſimoquintò an ſucce-
dat in poteſtate ſoluendi aduocatis eccleſiæ? Paul. in clemen.
ſtatutum.de elect.tenet quòd ſic.& idem Domi. hic. † Vltimò
dubitatur quando bona prælati & capituli ſunt diuiſa,an capi
tulum ſuccedat tunc in adminiſtratione? Hoſtien.Ioan.And.
do. Anto.in c.j.infra ne ſede vacan.tenent ꝙ non,licet ſecus ſi
non ſint diuiſa, quia adminiſtratio ſpectaret ad capitulum, vt
voluit do.An.in d.c.j.& idem videtur hic velle Io. An. in d.c.j.
infra

ADDITIONES.

a Nic. Sup. An ſuccedat in cognitione feudi. Adde Fran. Pau. in tract. de po. ca.ſe.vac.in d.q.j.partis.

b Nic.Sup. An poſſit facere ſtatuta. Adde Doc.in c.cum omnes.de conſti. Vinc.G. Not ꝙ capitulum poteſt facere ſtatuta in concernentibus facta capituli tantum,non in concernentibus ſtatum eccleſiæ. Abbas poſt glo.7. in c.1.de his quæ fiunt a maio.par.cap.& Inno.in c.conſuetudinis. de conſu.

c Nic. Sup. An ſuccedat in officio executoris teſtamentorum. Adde Frã. Paul. in tract.de po.ca.ſę.vac. in 7.q.2.partis.

d Nic.Su. Charitatiuum ſubſidium. Adde Dom.in c.cum apoſtolus.de cenſi. Vinc.G.Nota,ꝙ charitatiuum ſubſidium debetur Papæ ex cauſis notatis per Oldra.in conſi.104.citra propoſitam quæſtionem &c.Domino a vaſallis in caſu neceſſitatis. Iaſ.in l.admonendi.col.64.ff.de iureiur.

e Nic.Sup. Præſentandi,vel eligendi. Adde Fran.Paui.in tract.de pot.ſe.vac.

j.ne sede vacan.sed Imo.in d.c.j.in 5.charta.videtur tenere contrarium,ꝙ etiam in pertinentibus ad prælatum tantum,capitulum succedat in administratione,quia succedit in iurisditione spectante ad prælatum tantum,vt in c.ad abolendam.de hęre. & in c.cum olim.s.de maior. & obe. ergo idem in administra. & quia capitulum succedit in administratione temporalium & spiritualium vacante sede,vt in d.c.3.s. de sup. neg. præla.e. li.nec fit ibi distinctio qñ bona sũt diuisa.vnde debet indistincte intelligi.19.distin.si Romanorũ.Non obst.ꝙ non cõfert beneficia spectantia ad prælatum tm̃,vt d.c.illa.& collatio beneficij computatur inter fructus,& bona prelaturæ,vt per gl.no. in d.c. cum olim. Nam dici potest ꝙ stant hæc simul, ꝙ habeat quis administrationem temporaliũ & spũalium, & tñ beneficia spectantia ad collationẽ solius prælati conferre nõ põt, vt in c.fi.s.de sup. neg. præla.eo. lib. & speciale est in collatione beneficij, quia ibi gratia exercetur:secus ergo in administratione aliorum iurium, in quibus non datur potius necessitas

De pactis. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum ab una ecclesia parochiali ne recipiat ad sepulturam parochianos alterius ecclesiæ debet seruari.& nume. 2.*
3 *Recipere ad sepulturam consistit in libera voluntate.*
4 *Priuilegium subsequens vel superueniens non præiudicat pacto præcedẽti.*


CAP. I.

1 PActum.† No. primo valere pactũ factũ ab ecclesia parochiali cum alia ecclesia,vt ipsa non possit recipere parochianos ad sepulturã, & licet hic loquatur qñ vna ecclesia est parochialis,& altera non,tñ idem in duabus ecclesijs parochialibus adinuicem paciscentibus,ſm Inno.in c.j.s.de sepul. & licet etiam hic loquatur de pacto facto cum ecclesijs regularibus,tamẽ idem fit cum secularibus ecclesijs,ſm Archi.& Io.An. An autẽ per pactum factum inter ipsas ecclesias præiudicetur volentibus eligere sepulturam,patebit j. Secundò no.ꝙ religiosi possunt renunciare eorum apostolico priuilegio si continet fauorẽ tm̃ ipsorũ priuilegiatorũ. facit c. si de terra. & c. accedentibus. de priuile.secus si concerneret fauorem Papæ, vt no.in c. cũ tpe.
2 s.de arbi.ſm Io.An.†In glo.in ver.liberam,in prin. per priuilegiũ ergo liberæ sepulturę non possunt sepelire illos de quibus in pacto est conuentum, sicut ẽt non possent sepelire illos q debent carere ecclesiastica sepultura.de quibus per gl. in c. ex parte.s.de sepul.ſm Archi.per no.in c.vt priuilegia.s. de priui. Sicut etiam per priuilegium liberæ sepulturę alicui cõcessum non præiudicatur priori priuilegio,quo concessum fuerat monachis,ꝙ eis inconsultis vel contradicẽtibus nullus posset eorum parochianos sepelire,pro quo facit iste tex. & glo.24.q.5. in summa.in fi.secundũ Ioan.An. de quo etiam per eum in c.j. j.de priui.in ver.apostolico priuilegio. Operatur tamen priuilegium liberę sepulturæ, vt ecclesijs habentibus tale priuilegium competat ius sepeliendi vbi aliàs non haberent. facit quod no.in c.certificari.s.de sepul.secundũ Archi. & Io. And. Nulla enim ecclesia habet ius funerandi, nisi per episcopũ sit concessum,ſm Host.in sum.de sepul.§.2.& 3.& facit de consecra.dist.i.nemo.& s.de sepul.fraternitatẽ, ſm Archi. Quælibet tñ ecclesia parochialis de iure cõi habet cęmiteriũ & ius funerãdi eos qui sunt de parochia, ſm Arch.13.q.j.ecclesijs.vbi hoc est expressum. facit glo. 2. in cle.dudũ.§.huiusmodi.de sepul.& ibi plene de hoc.& in d.c.j.ſm Lap.& Do. de quo hic plene p
3 Io.An.† In glo.in ver.elegerunt,in prin.idẽ Archi.& licet alias pactũ inter ecclesias non nocet alijs non paciscentibus, & sic ad præiudicium tertij,vt habetur s. de transa.c. veniens. & l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.tamen hoc ideo nocet,quia recipere ad sepulturam cõsistit in libera voluntate recipientis, cũ nõ ꝯpellat̃ ecclesia recipere ad sepulturã:meritò põt pacisci,vt ipsa ecclesia nõ recipiat.qđ ꝓcedit in istis ecclesijs nõ hñtibus de iure cõi ius funerãdi,sed ex priuilegio. Ideo in istis fieri põt pactum vt non recipiant, & nocet tale pactũ alijs.& licet vbicunque sit liberum eligere sepulturam quò velit, vt in c. cum liberum.& c.de vxore.s.de sep. tamen si eligitur apud ecclesiã non parochialem,non cogitur recipere. & ita fit text. hic.Sed ipsa ecclesia parochiales non videtur, ꝙ posset pacisci de non recipiendo ad sepulturã eos qui sunt de sua parochia,& nõ valeret pactũ in præiudiciũ parochianorũ:ex quo enim ecclia parochialis de iure cõi tenet̃ ad ius funerandi parochianos, & so lum in certis casibus põt denegari sepultura, vt d. c. ex parte. non posset ipsa ecclesia parochialis præiudicare parochianis ex suo pacto.facit qđ no.in c.abolendæ.s.de sepul. imo si moriatur parochianus, nõ electa sepultura, in dubio debet in sua parochiali ecclesia sepeliri,vt j.de sepul. c. si quis.vnde per suũ pactum ecclesia parochialis non posset præiudicare parochianis : quę rõ cessat in alijs ecclesijs nõ parochialibus.Et ꝯcludit hic Do.post Lap.ꝙ pcm̃ de quo hic in tex.est ꝑpetuũ ex parte istorũ religiosorũ, etiã si nõ interuenerit autoritas superioris. facit c.fi.j.e.& quia renunciat̃ priuilegio , cui facilius renũciat̃ quam iuri competenti de iure cõi,per no.per Hosti.s.de priui. in c.si de terra.& c.accedentibus.& in d.c.cũ tpe.& in sum.in ti.de his quæ fiunt a præla.vers.ex hoc no. & per tale pactũ res redijt ad suã naturã,vt 35.distin.ab exordio. imo ẽt ex parte ipsorum,non competeret restitutio in integ. ex læsione talis pacti,quasi istud pactum iuris auctoritate firmetur. arg.l.j.C. de his qui ve.æta. secundum Ioan. And. Ex parte autem rectoris ecclesiæ tale pactum eodem modo erit perpetuum,& durabit etiam in euentum successoris, & si non interuenit autoritas superioris, ex quo agitur de fauore ipsius ecclesiæ, prout est hic: quo casu nulla autoritas superioris requiritur, & erit reale, & perpetuum, vt sentit hic Ioã.And. in prin. & tenet Imo. & Do. hic in fi. & facit quod no. in ca. 2. supra. de restitu. in integ.& in l.non eò minus.C.de in integ. restitu. & per Inno. in c.j. supra de his quæ fi. a præla. licet Lap. hic aliud velit, & non bene.nam eius dictum procederet vbi de præiudicio ecclesiæ parochialis ageretur : quo casu requireretur autoritas
4 superioris,vt obligaret successorem, vt in d.c. veniens.†In gl. fi.in fi.no.ex glo.ꝙ priuilegium subsequens, seu superueniens non præiudicat pacto & conuentioni præcedenti, nisi fiat mẽtio in priuilegio. & vide in clem. dudum. circa fi. de sepul. & dicit hic Ioan.An.ꝙ cum idem sit, siue pactum sit posterius,siue prius,quòd idem erit dicẽdum si dubitetur, an sit prius vel posterius.facit quod no. in c. veniens.in fi. & c. si diligenti. supra de præscri. & quod idem Ioan. And. dixit in c. omnis. in princi. supra de pœniten. ex quo dicto no. ꝙ probatio dubia, quæ tamen est conclusiua in quolibet intellectu quò ad intentionem probantis, prodest probanti,vt pro eo sit ferenda sententia,quod tene menti ad c.in præsentia. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Filia a patre potest se dicere contentam dote,& sic si filia non esset cõgruẽ dotata posset agere ad supplementum.*
2 *Filia contrahens cum patre non præsumitur in dubio per metum patris cõtrahere vel renunciare nisi de hoc constet.*
3 *Iuramentum firmat pactum,vel contractum.*
4 *Filia renuncians bonis paternis mediante dote quã recipit,si est minor 25. annis potest petere absolutionem a iuramento , & petere restitutionem in integrum,si est enormiter læsa.*
5 *Et an sit necesse ꝙ filia sit certiorata aliter.*
6 *Pactũ de succedendo,vel non succedẽdo quãdo,& in quibus casibus valet.*
7 *Pactum de non succedẽdo regulariter non valet. fallit multis modis,nisi si in tali pacto sit appositum iuramentum.Et alijs modis, vt hic.*
8 *Filia quando recipit dotem,renunciatio habet æquitatem, quia dos succedit loco legitimæ.*
9 *Filia si promittat cum iuramento non plus petere , si non est congrue dotata, an possit agere ad supplementum.*
10 *Pactum filiæ factum patri de non succedendo cum iuramento, intelligitur contra voluntatem patris,secus si ei aliquid sponte relinqueret.*
11 *Pactum de diuidenda hæreditate certo modo,qualiter valeat,vel non.*
12 *Iuramentum quod vergit in detrimentum animæ , non modo non est seruandum,sed etiam illud quod vergit in modicum animæ damnum.*
13 *Iuramentum interpositum super pacto,facit pactũ valere non tantum quò ad ipsum iurantem,sed etiam quò ad eius hæredes.*
14 *Renunciatio facta per filiã de successione patris,an noceat nepotibus, idest filijs ipsius filiæ renunciantis.*
15 *Renunciatio seu donatio quam facit filia in casu huius ca. scilicet quando dotatus an reuocetur per superuenientiam filiorum.*

CAP. II.



in ver.25.in fi.dicit Io.An.ꝙ ideo minores hic habent legitimā
personam in rebus ecclesiæ,& non in rebus proprijs,quia Papa,cuius authoritate minor habet beneficiū, statuit minorem
oīa posse facere,quæ in hoc tex.continentur, vel potuit esse ratio fm Do. ꝙ ex quo ius approbat personas talium minorum,
vt sint capaces spūalium & beneficialium,& ea possint tractare extraiudicialiter,cēsentur eodem modo habilitati iudicialiter per se,vel alios. Scias tñ quod licet isti minores possint prędicta tractare,& sint habiles ac si esset minores,& habeāt legitimam personam, ratione tamen lęsionis poterūt restitutionē
petere,prout alij minores,secundum glo.no.in l.j. C.si de momenta.pos.& in d.c.ex parte.fm Pe.de Anch.hic. vide tamē ꝑ
glo.in l.exigendi,in fi.C.de procu.& ibi per Bar. & Bal.

ADDITIO.

a Nic.Sup. In causis spūalibus.Adde Abb.in c.non est.de spon.,in j. not. Paul.de Cast.in l.infanti.in vlt.col.C.de iure delibe.
Vinc.G. Adde,quòd minor 25.ann.& maior 20. pōt contrahere sine curatore,& sine solemnitate statuti. Pau.Ca.consi.106. lib.2. & Bar.Soz.consi.225. Visa.ver.45.confirmatur.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Infra,hæc dictio potest denotare actum immediatè sequentem post terminum cui adiungitur,& actum distantem multo tempore.*
2 *Minores quatuordecim annis possunt habere titulum in beneficijs.*
3 *Pupillus cum quocunque litiget,debet sibi dari curator in spiritualibus, licèt aliter sit de iure ciuili.*
4 *Et circa hæc debet iudex ecclesiasticus interponere autoritatem, & non secularis. & nu.5.*
6 *Minor an possit cum authoritate curatoris constituere procuratorem in spiritualibus.*

1 SI verò. No. j. de dictione, [a] infra? ꝙ dictio,infra, potest
a denotare actum immediatè sequentem post terminum cui adiungitur, & actum distantem multo tēpore. qđ
inducit Dom.ad testes,si vnus testis dicit aliquid actum infra
decem annos,& alter j.7.cum ista dictio, infra, possit referri ad
quamlibet partem termini cui adiungitur,vt hic in tex.ꝑ quo
2 glo.no.in ver.infra dictum,in cle.2.de app.†Secundò tene menb ti,quòd licer minores [b] 14.an.possint habere titulum in beneficijs,,vt per glo. ordi.in c. si eo. tempore,supra de rescri.eo.lib.
tamen pro ipsis beneficialibus,vel spiritualibus non possunt
esse in iudicio de per se,sine curatore: & iudicium esset nullū
ipso iure,& non possunt nec agere, nec conueniri. & ita determinat Lap.per hunc tex.in sua alleg.112. dicens, ꝙ non valeret excōicatio lata ꝯ minorem 14. an. propter contumaciā.
de quo ēt per glo.in c.ex rōne.s. de æta. & quali. vbi habetur,
quòd

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Dictione,infra.Adde c.inter dilectos.de fide instr.Io.Mo.in c.pia.de exce.lib.6.Bar.in l.Gallus.in §.idem credendum.ff.de lib.& posthu.
Vinc.G. Dictio infra,quid significet?plene per Old.in consi.49.
b Nic.Sup. Minores quatuordecim annis.Adde c. super inordinata. de præben.& in cle.fi.iuncta gl.de æta.& qualita.

ꝙ licet Papa dispenset cũ eo qui est minoris ætatis quò ad be-
neficium, nõ tñ intelligitur dispẽsasse in libera ipsius admini
stratione.& idẽ no.in c.indecorũ.eo.ti.vnde indiget curatore,
3 vt hic dicitur. † Vltimò no. sing. ꝙ licet de iure ciuili, si pupil-
lus vult litigare cum tutore, debeat sibi dari curator, & si cum
alio, debeat sibi dari tutor, vt l.3.§.si pupillus.& deniq;.ff.de tu
telis.tñ de iure canonico in beneficialibus, & spiritualibus cũ
quocunque litiget, debet dari curator: & licet etiam curator
ad lites non possit dari minori infanti, vt d.§.si pupillus. tñ de
iure canonico põt etiam infanti & minori dari curator in spi-
ritualibus & beneficialibus, licet vt pupillus possit cõstituere
curatorẽ, requiritur ꝙ sit maior infante. & de his omnibus est
est tex.hic & tenuit Ang.in l.j.C.qui pe.tuto.& vide per Ioan.
An.in ti.de primo decreto.§.restat. ver.quid si non reperiatur.
in addi.Spe.In glo.in ver.eiusdem, in fi.no. ex.glo.primò, ꝙ in
causis spũalibus, & beneficialibus, & dependẽtibus ab eis, &
pertinentibus ad filiumfa. nõ requiritur autoritas patris: ope-
ratũ eius autoritas non sufficiat, & ad eũ nihil ptinet.de quo
4 p Spe.in ti.de actore.§.j.ver.sed cũ clericorũ.† Scd'ò tene mẽti
ex glo. iuncto tex. ꝙ quando in prædictis causis requiritur au-
toritas: & alias non valeret. & sic facit ꝙ tutor, vel curator da-
tus a iudice seculari, non possit spiritualia vel beneficialia ad-
ministrare, nec super his agere, vel conueniri. & ita sequit̃ hic
Pe.de Anch. dicẽs, ꝙ licet tutor vel curator simpl'r datus pos-
sit administrare, etiã bona diuersi territorij, & vbique, vt in l.
propter lit.in fi.ff.de excu.tut.& per Doct.in d.l.j.& in l.illud.
§.quæri potest.ff. de reb. eorum.tñ quilibet tutor vel curator,
siue testamentarius, siue legitimus, vel datiuus, etiã si esset cle
ricus de causis beneficialibus & spũalibus & dependentibus
ab eisdẽ, se intromittere nõ poterit, sicut etiã posset pater hñs
filiũ in potestate, etiã si ipse pater esset clericus, vt tenet Ioan.
5 An.j.super ver. non hẽat.† In glo.in ver. huiusmodi, in fi. tene
menti ex glo. ꝙ vbi agitur de dãdo curatore clericis, debet adi
ri iudex ecclesiasticus. facit l.j.ff.de tuto.& cura. da. quod sine
dubio procedit in spũalibus vel beneficialibus. Quid aũt sit su
per rebus tpalibus? gl. ista idẽ tenet. Sed aduerte quia posset
procedere gl. de tutore vel curatore gñali de quo tamẽ p Bal.
in l.generaliter, in fi.C.de epis.& cler. Sed si detur curator ad
litem, refert hic Do.Rotã in deci.204. quæ incip. Clericus. te-
nentẽ, ꝙ iudex secularis possit dare curatorem clerico mino-
ri 25. annis ad litem, quam clericus mouet contra laicũ coram
ipso iudice seculari.& facit tex.j.§.proxi.& quod not. Bal. in l.
solemus.§.latrũculator.ff.de iu.de quo plenè dicetur j.§.proxi.
In tutore autẽ legitimo, vel testamentario ipsius clerici pupil
li non esset dubitatio, ꝙ posset confirmari, & cogi per iudicẽ
secularem, vt per Bal.in d.l.generaliter. intellige super rebus
tpalibus, non autẽ in spũalibus vel beneficialibus, vt s.in glo.
præcedenti. Et ad prædicta vide etiã per Rotã in deci.178. quæ
incip. Item q emancipatio. vbi determinatur ꝙ si pater velit
emancipare filium clericũ, ꝙ poterit eum emancipare tã co-
ram iudice ecclesiastico q̃ seculari. de quo vide ibi per Rotã,
& hic plene per Domi.per Cy.in l.si prædiũ.C. de prædijs mi.
& per Inno.in c.ꝙ in dubij.s. de renun. & in c. pastoralis. s.de
priuile.& quod not.in c.j.de rebus eccle.In glo.in ver.infante.
a ibi vsure.not. ex gl.ꝙ causa [a] vsurarum est spũalis. idem voluit
glo.in d.c.ex literis.quod intelligit Ioã. An.largo modo, quia
est ecclesiastici fori, vt no.per gl.in ver.vsuris, in cle. dispẽdio-
sam.e.ti.de quo ibi no.& per Doct.in d.c.ex literis. & per Ioã.
An.in c.j.j.de vsuris.& per Lap. in all.80.In ea. glo. in fi.posset
etiam exemplificari in maiore septẽnio, qñ intraret religio-
6 nẽ, & ordinaretur ad clericalem tonsurã, & litigaretur de eius
ingressu, vel super iurepatronatus, vt est dictum s.§.proxi.† In
gl.in ver. alterius.in fi.intellige de officiali generali nõ de fo-
roneo, per no.in c.Romana.in prin.j.de app.s'm Io. An.posset
etiã minor cum auctoritate curatoris dati ad litem cõstituere
procuratorem, etiam ant lit.contest. vt d.l. neque, s'm Ioã. An.
facit quod no.in c.accedens.s.de procu.& in Spe. in ti.de acto
re vniuersitatis.§.porro actor. & ita videt̃ tenere Cy. & Bal. in
d.l.neque.vbi dicit, ꝙ minor cum auctoritate curatoris dati ad
litem, poterit in illa lite procuratorem constituere. quod pro-
cedit tam in causis ecclesiasticis q̃ in alijs, in quibus quando
minor, etiam pupillus non habens tutorem vel curatorem, po
terit tunc cum auctoritate iudicis constituere procuratorem,
secundum Bald. in d.l.neque. ar. textus hic, quod tene menti,
quia tex.hic optimè probat.

ADDITIO.

[a] Nic.Sup. Causa vsurarum est spũalis Adde Doct.in c. cum sit generale, de fo.
to.mpe.& per Doc.in c.1.de vsuris.infra eo.li.Doc in cle.1.eo.tit.

Vinc.G.Adde, quòd vsura hodie est vtroque iure prohibita.Mar.Soz. consi.2.
sequendo ordinem.ver.circa tertiam quæstionem, iuxta principium, lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ, & eius subdelegatus possunt dare curatorem ad litem, & interponere auctoritatem.*
2 *Subdelegatus habet eandem potestatem, sicut delegatus in causa sibi subdelegata.*
3 *Et an delegatus ab ordinario hoc possit.*
4 *Curator potest dari in testatamento de iure canonico, licèt secus sit de iure ciuili.*

1 Delegatus. † Not.j.ꝙ delegatus Papæ, & eius subde-
legatus potest dare curatorem ad litem,
& auctoritatem interponere.quod ergo dicit Inno. in c. peti-
tio.s.de procu.volens, ꝙ curator solum possit dari per ordina-
rium, debet intelligi de generali curatore, quẽ dare nõ potest
delegatus, etiam Papæ, sed bene dat curatorem solum ad illas
lites tantum, quæ coram eo mouentur. & eodem modo non
posset auctoritatem interponere super alijs, vt hic in tex. vn-
de non posset ad alias lites.& sic terminata est quæstio Specu.
in ti.de curatore.§. vlti.ver. quid si volens, ꝙ delegatus solum
dare possit curatorẽ ad litem corã eo motã, s'm Io. An.imo cõ
cludit hic Domi.ꝙ datio curatoris facta per delegatum, vel au
2 ctoritas præstita expirabit, illis litibus finitis. † Secundo no.ꝙ
subdelegatus in causa sibi commissa habet eandẽ potestatem
quam habet delegatus.facit quod not.in c. ex literis. s. de offi.
deleg. Vltimò not. ꝙ si agatur de curatore dando ad lites, vel
auctoritate super ea interponenda, & de constituendo procu
ratotem auctoritate iudicis, ille est iudex competens coram
quo est causa tractanda.quod intellige, & limita, vt est dictum
3 s.§.proxi.†.In glo.in ver.ab eo, in princ. tenet glo. ꝙ delegatus
ab ordinario hoc nõ possit, & idẽ in delegato legati de latere,
ex quo legatus est ordinarius, s'm Arch.& ita Lapus hic sequi
tur glo.& Archi.vt etiã delegatus legati de latere nõ possit.ar-
gumento tex.hic a contrario sensu. Aduerte tñ, quia Ioan.An.
hic tenet contrarium in delegato legati de latere.pro quo tex.
in l.fi.§.j. C. de admi. tu. qui simpliciter & indistinctè videtur
probare, ꝙ quilibet iudex coram quo vertitur causa, possit da-
re curatorem ad litem corã eo agitandam. & ita est de mente
Doct.ibi, & dominorũ de Rota in decisi. 204. quę incip. cleri-
cus.& dicebat Bald. in l.solemus.§.latrũculator. ff.de iudi. per
tex.in d.§. j. ꝙ iudex maleficiorũ potest dare spãlem curatorẽ
ad litem criminalem corã eo, non aũt generalem. Sed Pe. de
Anc.hic dicit, ꝙ tex.in d.§.j.non probat de iudice delegato, q̃a
ibi dicitur, in competenti iudicio: & sic corã iudice competen
ti, vt dr̃ hic in §.si verò. Fallit corãm delegato Papæ, & eius de-
legato, vt hic in tex.quod ergo dicitur in d.§.j.cura & prouisio
ne &c.notatur diligentia ipsius iudicis, quia ad eius officium
pertinet, ꝙ persona sit legitima, ne aliàs iudicium sit elusoriũ,
vt dr̃ in c.causam.s.de iudi.Quare Io.de Fan.tenet, ꝙ de iure ci
uili procedat quod dicit glos.hic: quia de illo iure causę meri,
& mixti imperij non delegantur, vt hic in gl. quæ ita intelligi
debet, s'm Imo.& Do. Sed de iure canonico si fuit expresse cõ
missum delegato ab inferiore à Papa, ꝙ curatorẽ dare possit,
& poterit, vt no. in c.ꝙ sedem. s de offi. ordi. secus si non fuit
expresse cõmissum.& ita procedat contrarius sensus huius c.
s'm Domi. Sed certe dubiũ facit, quia per tex.in d. §. j. qui sim-
pliciter, & indistinctè loquitur, & non debet restringi ad iudi-
cẽ ordinariũ, cum ratio illius tex. sit generalis in omni iudice
etiã delegato, s'm Doct.ibi. Nec ob.ꝙ hoc non possit delegari.
primo, quia hoc non est indistinctè verũ, vt patet ex not. in l.
nec mãdante.ff.de tuto. & cura. da. & in l.cognitio.ff. de offi.
eius cui mãdata.& tenuit Spe.in ti.de iuris.om.iu.§.j. uers. quę
aũt.& ver.hic aũt.& ver.q.d. Secundo, quia talis non est delega
tio hoĩs, sed legis, q̃a lex ipsa confert iudici, & ꝓmittit hãc pote
statem. & facit ratio c. præterea.s.de offi.dele.& l.2.ff.de iuris.
om.iu.& qđ no.in l.fi.C. vbi.& apud quẽ.& in c.pe.s.de restit.
in integ. quæ datio istius curatoris venit incidenter ad ipsam
litem. Ergo delegatus hoc possit, vt in iuribus s.alle.& facit qđ
no.Io.An.j.in glo.super verbo, ventilãdæ. quia dr̃ pertinere ad
cãm delegatã, ꝙ persona legitima sit in cã. Ergo põt delegatus
id, per qđ peruenit ad illud, vt in l.ad legatũ.ff. de pcu. s'm Io.
4 An.ibi.† In glo.in ver.curatorẽ, in fi.vide hic per Arch.& Ioã.
An. tenentes, ꝙ licet de iure ciuili curator nõ possit dari in te
stõ, licet si detur, debeat confirmari, vt Insti.de cura.§.j.tñ secũ
dum canones, qui tales subtilitates non curant, curator pote-
rit dari indistinctè in testõ, & erit testamentarius.21.q.3.c.3.Sed
Bal.hic contra, cũ hoc sit contra d.§.j. & tex.in d.c.3.nõ probat
hoc, & quia curator non põt dari, nisi peteti, vt in l.hęc autẽ.ff

quibus

quibus ex cau.in pos.eatur. & ibi per Bar.ergo nõ põt dari in
testõ. & ita sequitur hic Pet. de Ancha. & ita ẽt videtur esse de
mente Ioã.An. & Archi.j̃. dũ dicunt, ꝙ curator debeat dari tm̃
petenti quem velit, licèt possit cogi ad aliquem petendum.de
quo per Doc.in l.3.§.si pupillus.& §.denique.ff. de tutelis.& in
l.j.C.qui pe.tuto.& per Bar.in d.l. hæc autẽ.& hic per Io.And.
dicentẽ etiã,post Archi.ꝙ si indistinctè, & simpliciter detur cu
rator per ordinarium, videtur dari ad omnes lites, vt d.§.si pu-
pillus.& §.denique.& not.in l.curatorem.ff.de cura.bonis dã.
Intellige tñ ad præsentes lites tantum,non autẽ ad futuras, vt
p Inno.in d.c.petitio,in prin.& p Doc. in l.qđ dr̃.ff.de tutelis.
& in l.oĩum.ff.de pcu. & per Rotã in deci.413.quæ inci.Itẽ fuit
dubitatũ vtrũ procurator. Et dicit hic Io. de Fan.ꝙ curator nõ
põt dari nisi sit præsens,vt d.§. si pupillus.& ibi per Bar.& not.
in l.illud.ff.de tut. & cura.dã.& in d.l.3. & ibi no.an possit dari
curator inuitus.de quo per Spe. in tit.de cura.§.vlti. ver.sed nũ
quid inuitus.& per Cy.in l.j.C.qui pe.tu.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, licèt promoueatur ad beneficia, tamen non propter hoc liberat a patria potestate, sicut nec quãdo promouetur ad sacros ordines.*

2 *Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine consensu patris, neque agendo, neque conueniendo: alias iudicium est ipso iure nullum. Et hoc intelligitur in aduentitijs, secus in spiritualibus. & nu. 3. & 4.*

5 *Filiusfamilias potest stare in iudicio sine cõsensu patris, si pater est absens.*

1 In huiusmodi. † No.j. ꝙ licèt filiusfa. promoueatur
ad beneficia, & sit capax spiritualiũ,
tamen non liberatur a ptãte patris, sicut nõ liberatur si promo
ueatur ad sacros ordines, quia nullus sacer ordo liberat filium
à patria ptãte quò ad bona profectitia. Sed bene liberat quò ad
aduentitia, vel alia bona quęsita post clericatum, vt l.sacrosan-
cta.& auth. præsbyteros, C. de epis.& cle.& de his per Inn.&
Host.in c.indecorum.s̃. de ætate & quali.& per Spec. in ti. de
actore.§.j. ver.sed cum clericorum. Fallit tñ nisi filius promo-
a ueatur [a] ad episcopatũ, vt in auth.sed dignitas.C.de epis.& cle.
& per Inno.in c.indecorum.vel nisi promoueatur ad cardina-
latum, vt no.in extrau ag.execrabilis.ver.sublimatum. Item li-
b beratur filius a ptãte pr̃is per monachatum, [b] & sic si transit
ad religionem, secundũ glo. in l.si ex cã.§.Papi.ff.de minori.&
tenet Spec.in ti.de statu mo.ver.12.Et idem in canonicis regu-
laribus, secundũ Bal.in d.l.sacrosancta.retinet tamẽ filius mo-
nachus, vel canonicus regularis iura suitatis, & succedit, vt in
l.fi.C.de epis.& cler.Limita tñ quia tunc p ingressum religio-
nis filius liberatur a potestate pr̃is, quando filius qui ingredit̃
est maior 14. annorum. secus si minor, quia remanet sub eius
ptãte, & posset extrahi per patrem de religione, vt not.in c.2.
2 s̃.de regula.& per glo.in c.j.20.q.2.† Secundò tene mẽti ex hoc
c tex.& ita illeg. ꝙ sine ꝯsensu patris regulariter filiusfa.nõ[c] põt
esse in iudicio, tam in agendo, quam in conueniendo,& iudi-
cium est ipso iure nullũ, vt hic,& l.fi.§. necessitatem. C.de bo
d nis quę libe.& tenet Spe.in ti.de actore.§.j.ver.sed & filiusfa.[d]
& quia requirit̃ consensus pr̃is, dicit hic Io. An.ꝙ nõ sufficeret
sola scientia, quę differt a cõsensu, vt in reg. qui tacet.j̃.eo.lib.
imo dicit Bal. in d.§. necessitatẽ ꝙ nõ sufficeret præsentia pr̃is
in iudicio, quia nõ intelligitur cõsentire, nisi appareãt indicia
cõsensus, vt quia pr̃ duceret aduocatos, vel instrueret cãm, ſm
eum ibi. Et posset consensus præstari per nuncium, vel ep̃lam
vt in l.honores, circa fin.ff.de mu. & ho. & tenent Doc.in d.§.
necessitatem. Potest etiam talis consensus præstari filio per pa
trem generaliter ad omnes causas ipsius filij, vt per glo. in l.si
3 longius.§.si filius.ff.de iudi. † Vltimò not.ꝙ in beneficialibus,
sp̃ualibus, & depẽdentibus ab eisdẽ spectãtibus ad filiũ, pater
nullo mõ se intromittit, & nihil iuris habet, & administratio
residet penes filiũ, & põt esse in iudicio, vt hic dr̃.& per Spe.
in d. §. sed cũ clericorum. qđ procedit nõ solum si pr̃ sit laicus
sed etiã si sit clericus, ſm Io.An.& sic in prędictis filius liberat̃
a patris potestate. Dicit tamen Bal.in d.§.necessitatem, in prin.
ꝙ licet pr̃ meus sit abbas vel episcopus, tamen in bonis meis
aduẽtitijs habebit vsumfru. & retinet patriam potestatẽ, quia
licet pater sit ep̃s vel abbas, tñ filius propter hoc nõ liberatur a
4 patria potestate, qđ no.† In glo.pe.ibi.l.cũ nõ solum, ꝙ sine du
bio procedit in aduentitijs, in quibus patri querit̃ vsusfru. vel
in his in quibus nõ quæritur, eo quia pr̃ nõ vult, vt in d.§.ne-
cessitatẽ.sed in his in quibus patri nõ queritur vsusfru. eo quia
nõ põt queri, vt in casibus no.in auth.excipitur, cum seq. C.de
bonis quę libe.& in his, an filius possit esse in iudicio sine cõ-
sensu patris, fuerunt opi. Nam.glo. in d.auth. excipitur,& in l.
3.§. si filio.ff.cõmodati. tenuit, ꝙ possit cũ in his in q̃bus patri
nõ q̃rit̃ vsusfru.non sit legitimus administrator filij.& hãc opi.
sequitur Cy.& Bar.per plures rationes in d.l.cum non solum.
§.necessitatem. Et primò, q̃a in talibus per iura antiqua filius
poterat esse in iudicio sine cõsensu patris, vt in l.si noxali.ff.de
noxa.& Insti. eo.ti.§. fi. & sic cum per iura C. conditio filiorũ
sit meliorata, ergo non requirit̃ consensus patris eo casu quo
per iura antiqua non requirebatur, cum legũ correctio sit eui-
tanda, vt in c. cum expediat. de elect. eo. lib. Secundo videtur
casus in l.cum non solum.§. sin aũt.vbi quãdo filius est minor,
& patri nõ quæritur vsusfructus, datur filio curator q̃ supplet
defectũ ætatis: sed si esset verũ ꝙ filiusfa. non esset integer ho-
mo, requireretur consensus curatoris, qui suppleret defectum
ætatis,& consensus patris, vt reintegraretur persona filij dimi
nuta per patriam potestatẽ: & tamen hoc est falsum cum suf-
ficiat consensus solius curatoris. Tertiò pro hoc videtur casus
in Auct.vt liceat matri & auiæ, in prin. Item pro quo videt̃ de
his tex. hic, ibi, se intromittere non hẽat. quia in istis est cer-
tum, ꝙ patri nõ quæritur vsusfructus.ideo potest filius esse in
iudicio sine eius ꝯsensu.& facit tex. in auct.qđ locũ. C.de col-
la.vbi Bal.in prin. dicit hæc satis procedere ex proprio intel-
lectu iuriũ, sed ꝙ generalis consuetudo talem interpretationẽ
non sequitur.& ideo gl.magna in d.§.necessitatem. in fi.sequi
tur ꝯ̃riam opi.vt etiam in aduentitijs, in quibus patri non po-
test queri vsusfru.sit iudicium nullum sine patris consensu. &
hoc per tex.in d.§.necessitatem.vbi simpliciter dicitur, ꝙ iudi
cium cum filiofami. non subsistit in aduentitijs, & talis con-
sensus requiritur ad integrandã personam filij, qui in iudicijs
nõ est integer homo, ſm gl.ibi.& sequit̃ ibi Bald. dicens, ꝙ ista
opi.est hodie approbata per tex.hic. vbi dicit, ꝙ regulariter re-
quiritur consensus patris. Et a dicta regula excipiuntur causæ
sp̃uales,& beneficiales, cũ in his censeatur filius sui iuris: vnde
cũ excipiat cãs beneficiales, ex quibus patri non quæritur vsus
fru.nec queri potest, dat̃ intelligi, ꝙ regula iuris, de qua hic fit
mentio, loquatur etiam de his de quibus patri non quæritur
vsusfru.quia non potest quæri: alias exceptio non esset sub re
gula, prout esse debet, ſm glo.in rubri.j̃. de reg. iur. & est text.
nota.in l.nam quod liquide.ff.de penu le. vbi, etiam dicitur, ꝙ
exceptio declarat regulam non habere locum in casibus ex-
ceptis,& in alijs casibus non exceptis ipsa exceptio habet fir-
mare regulam, vt in c.2. s̃.de coniug.lepro.ergo sequitur, ꝙ in
alijs casibus non exceptis, in quibus patri non potest q̃ri vsus-
fru. filius non possit esse in iudicio sine consensu patris. arg.
tex.hic, vbi ponitur sp̃ãlitas, ergo in alijs ius cõe sit in contra-
riũ, vt in l.j.ff.ad munici.& hunc intellectum sentit gl.hic, quæ
tantũ excipit castrensia, vel quasi. & videtur etiã sequi Bar. in
d.§.si filius.& ideo idem Bar.in d.§.necessitatem.in fi. cõsulit,
ꝙ semper debeat quis habere cõsensum patris, quãdo haberi
potest, cũ satis sit tutus, vt patet ex prædictis. In ea.gl.ibi, lex Iu
lia.idẽ in omnibus publicis iudicijs, vt in l. inter liberas.§.si fi-
lius.ff.de adul. an in criminalibus filius possit esse indistinctè
sine consensu patris? de quo per gl.& Bal.in d.§.necessitatem.
& per Spe.in d.§.j.ver.alij dicunt.in ea.gl.ibi, ſm canones. ad-
uerte quia Domi. intelligit hoc verum in casibus permissis a
iure, non aũt in omnibus casibus, & maximè cum hoc sit hic
prohibitum,& legum correctio sit euitanda, vt d.c. cum expe
diat.& ita tenet do.Anto.in c.nõ est.hic allega. & plene no. in
5 c.ex parte.s̃.de restit.spo.† In ea.gl.ibi, l.si longius. ibi dicitur,
e ꝙ filius potest esse in iudicio quando pater [e] est absens. quod
tamen fallit, nisi pater dimiserit procuratorem, vt ibi, vel nisi
eius p̃sentia possit de facili haberi, q̃a tũc deberet expectari,
ſm Bal.in d.§.necessitatem. In ea.glo.in fi. vide per Spe. in d.§.
j.ver.item ꝙ est filiusfa.& in d.c. ex parte.& ibi per gl. Et vltra
gl.adde alios casus. Primo, quia quãdo est suspicio de fuga de-
bitoris, potest filius esse in iudicio sine consensu patris, vt d.l.
si longius.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Promoueatur ad episcopatum. Adde §. illud.in Auct.constitu.quę de digni.& Pau.de Cast. in l.si vxorem.in fi.C.de condi.inser.

b Nic.Sup. Per monachatum. Adde l. Deo nobis.C.de epis.& cler.

c Nic.Sup. Filiusfa.non potest esse in iudicio. Adde an talis possit esse in causis summarijs & executiuis? vide per Bal.in l.nec quicquam, in §. de plano.ff. de off.proconsul.& Bal.in l.3.in §.sed vtrũ.ff. de mino. & per Alexã.de Imo. cons.lix.incip.viso processu causæ.in j.colum.in 2.vol.

d Vinc. G. Filiusfamilias quis dicatur,& quando possit se obligare, vide late p Petr.de Vnzo.in trac. Pract.notar.dictum est supra sub nu. 1. & plurib.numeris, quod habetur in lib.12.tract.fol.211.& 212.

e Nico.Sup. Quando pater est absens.Adde Car.Zaba.in c.cum dilecta.in 13. oppositione.de rescr.

Vinc.G. Nota, quando filius liberatur a patria potestate propter patris monachationem, si tamen pater ipse restituatur ad seculum authoritate summi Pontificis, reuertatur in patriam potestatem. Thom.Gram decis.54.nu.10.

si longius.& ibi per gl.Secundò pōt filia esse in iudicio in causa dotis aduentitiæ, vt in d.auth.quod locum. Tertiò pōt filius esse in iudicio in præparatorijs iudicij vsque ad lit. contest.exclusiuè, vt in l.si cum dotē.§.eo aūt tꝑe.ff.sol.mat. Ideo valeret productio libelli, & oīs interlocutoria, & omnis actus vsq; ad lit.cōtest.& posset filius interrumpere prescriptionē eo casu, quo interrūpitur ꝑ citationē, & pōt filius ꝓducere testīn, vel donationē aīo insinuādi, & petere sibi dari curatorē liti qñ est minor.& ita tenet Bald. in d.§.necessitatem. & Rota in decis. 175.quæ incip.Item ꝙ commissio.vbi ēt determinatur, ꝙ filius sine cōsensu patris possit impetrare rescripta ad lites.Item habet filius legitimam personam in iudicio in his, quæ extraordinario iudicis officio explicantur, vt in l.cum filius.ff. si cert. peta.& per glo. in l.j.C. qui admitti. Vltimò scias glo. nor. in l.hæredes.ff.de acqui.hære. volentē ꝙ quilibet præsumatur in dubio filiusfa.per quam glo.dicit Ang.ibi esse cautelam, ꝙ in fine iudicij dicatur iudicium nullum, eo quia qui gessit, erat filiusfa. Est enim præsumptio iuris pro isto ita allegante, & illa sufficit ad victoriam reportandam, vt in l. omnes.§. Lucius.ff. quæ in frau.credi.vnde si aduersario non suppeteret tēpus probandi contrarium succumberet in causa, secundum Ang.ibi.

De foro competenti. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui non potest adiri nisi per uiam appellationis, non potest cognoscere de causa principali, etiam partibus consentientibus, nisi primò cognoscat de articulo appellationis an sit admittendus uel non.*
2 *Delegatus Papæ an poßit iudicare de causa principali, omisso articulo appellationis?*
3 *Clerici possunt compromittere sine consensu episcopi in patrimonialibus: secus in rebus ecclesiasticis.*

CAP. I.



1 ROmana. De causis subditorum suffraganei, etiam eis consentientibus nō pōt archiepiscopus cognoscere ꝑ viā querelę, vel omisso appellationis art. h.d. vsq; ad §.neque.†No.j.ꝙ ēt partibus consentientibus non posset iudex, qui nō pōt adiri nisi per viā appellationis, cognoscere de causa principali: nisi primò cognoscat de articulo appellationis, an sit admittenda vel nō. ex quo enim habet iurisdictionē limitatā, debet primò cognoscere, an sit in causa in qua iurisdictionē habeat. facit c.prouida.s̃. de elec.eo.li.& per Inno.in c. cū sit generale.s̃. de fo. cōpe.vbi dixit in cā principali sufficere, ꝙ allegetᷣ cā vel qualitas tribuēs iurisdictionem, vt iudex cognoscere possit in principali, sed in cā appellationis secus, vt hic, quia ante omnia debet ꝓbari de articulo appellationis.de quo in c.si clericus. s̃.eo. & in c.cordi.j̃.de ap.Vltimò no.a ɔ̃rio sensu, ꝙ pōt per subditos suffraganeorū adiri archiepiscopus super cā principali, omisso appellationis arti.vel per viā querelæ cōsentiente tñ suffraganeo. & ratio ponitur hic in glo.super ver.de facto.ex quo infertur ꝙ si suffraganeus detulisset appellationi, bene poterit cognosci de principali, omisso appellationis art.quasi suffraganeus hoc velit, vt j̃.de app.cū appellationibus, fm Ioā.An. dicentem, ꝙ ex quo tex.hic requirit consensum suffraganeorū, non sufficeret ɔ̃sensus officialiū ipsorū, cū eorū officiū nō extēdat se ad hoc, nisi specialiter cōmittatur, vt s̃.de offic.vic.c.fi.& de tēpo. ord. cum nullus.§.j.eo.li.& ita voluit glo.in simili, in ver. diœcesa-
2 nis.in cle.j.eo.ti.†In glo.j.in fi.idem Host.& Arch. & Ioā. An. sed Domi.ɔ̃ per no.in c. proposuisti.s̃.eo.ti. & in c. vt debitus. hic alle.& per Io.An.in c.pastoralis.in j.gl.s̃.de offi.ordi. & facit c.ꝑuenit.11.q.1.de quo dicetᷣ in d.c.cordi. Sed an d.c. habeat locū in delegato Papæ, vt possit coram eo procedi in cā principali, omisso app.articulo de voluntate partiū? Io.de Fan. hic ꝙ non, quia eius iurisdictio sine cōsensu diœcesani ꝓrogari nō pōt.s̃.eo.significasti.& facit d.c.peruenit.Sed Inno.& Io.And. hic ɔ̃, quorū opi.procedit, si Papa delegat cām appellationis, & principalē, ex quo tūc delegatus in illa cā habet illā iurisdictionē, quā habet Papa.s̃.de offi. deleg.sanè.el 2. vnde pōt eius iurisdictio prorogari, & ipsę partes possunt renunciare appellationis arti.vt d.c. cordi. secus si Papa solū delegauit articulū appellationis, q̄a tunc ēt de consensu partiū nō posset cognoscere de causa prin.quia finito illo art.non posset delegatus se intromittere in causa prin.vt no.Io.An.in c.fi.s̃.de iud.& in d. c.vt debitus.In gl.in ver.clericorū, in prin. qđ ꝓcedit, fm Hostiē.in temporalibus, secus in spūalibus, vt in c.oīs. de pœnitē. de quo per Io.An.in c.P.& G.s̃.de off.del.in fi.Et aduerte, quia posset ꝓcedere iste tex.ēt in laicis qñ sumus in causa appellationis, ex quo in causa prin.iurisdictio fuit præuenta per suffraganeū.vnde nō pōt archiepiscopus de ipsa cognoscere, omisso app.art.per no.in d. c.ꝓposuisti. & d. c. significasti. secus si ipsi laici vellent principaliter adire archiepiscopū, qui nō esset ꝑuentus iurisdictione, quia tūc possent sine cōsensu suffraganei, vt hic in gl. & rō diuersitatis inter laicos & clericos est, quia clerici ratione ordinis & beneficij sunt magis astricti eorum prælatis. vnde sine eorum consensu in alium iurisdictionē prorogare nō possunt, vt d.c.significasti. secus in laicis. de quo in c.significasti.& c.cæterum.s̃.de iu.& per Bar. in l.j.§. &
3 post.ff.de no.ope.nun.& in l.2.ff.de iudi.†In gl. in ver. iudices, in fi.vide quod no.in c.si diligenti.s̃.eo.tit.in fi. primæ glo. Et
a no.ex glo.prima, ꝙ clerici[a] possunt compromittere absq; consensu episcopi:intellige in patrimonialibus, secus in ecclesiasticis, vt per Io.An.in c.peruenit.s̃.de arbi.in gl.fi.& per Bal. in l.præses.C.de transa.Secundò no.ex gl.ꝙ licet arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt in l.j.C.de arbi. tamen appellatione iudicum non veniunt arbitri. glos. tamen in ver.iudicis. in c.j.infra de confes.eo.li.tenuit contrarium, de quo ibi. & in c.ab arbitris.s̃.de offi.dele.eo.lib.

ADDITIO.

a Vinc.G. Clerici pro bonis patrimonialibus acquisitis nouiter, tenentur soluere gabellas, & collectas perpetuas.Ruyn. consi.117.nume.1.3.& 9.lib.4. & consi.112.nu.6.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non potest cogi suscipere delegationem, nisi sit de iurisdictione delegantis. Similiter de testibus dicendum est, nu. 2.*

1 Neque.†No.j.quòd licèt quis possit cogi suscipere delegationem, vt per glo. in l.eum qui. ff. de iurisd. om.iudi.tamen illud verum in eo qui est sub iurisdictione delegantis: aliàs secus, vt hic, & idem in Doctore qui potest cogi ad consulendum vel aduocandum, vt in l. sancimus. C. de
2 aduo.diuerso.iudi.†Secundò no.iudicem non posse compellere testes ad testificandū, nisi sint suę iurisdictioni subiecti:valeret tñ ɔ̃suetudo in ɔ̃riū, vt hic dr̃.pro quo ēt in l.3.in fi.ff. de testi.vbi rōne ɔ̃suetudinis pōt iudex cōpellere & citare testes nō subditos, & etiam in alieno territorio.de quo ibi per Bal. Sed an sicut ɔ̃suetudo tribuit iurisdōnē in tribus casib. hic expressis, ita ēt tribuat in duobus casibus, s̃.in prin.huius c. tex. hic a cōtrario sensu, dum dicit, in his tribus, facit ꝙ non, cū tm̃ in his tribus casibus expressis de cōsuetudine.& quia alias iurisdictio suffraganeorū posset totaliter euacuari fm Archi.& Ioan.An. Sed Domi.hic cōtra, cū ɔ̃suetudo possit tribuere iurisdictionē ordinariā, etiam priuatæ personæ, vt est tex.sing.in c.cū cōtingat.s̃.de fo.cōpe.Nec.ob.ꝙ iurisdictio suffraganeorū posset totaliter impediri: quia talis consuetudo restringitur ad casum qñ partes spōte litigāt, vt s̃.in tex. de quo hic ꝑlene per Do.In glo.in ver.suscipere.ibi, mādabit suffraganeo.qui si id non fecerit intra terminum ad hoc assignatū ipse archieps̄ faciet, per no.in c.Romana.s̃.de sup.neg.præla.eo.lib.fm Host. Sed Arc. cōtra, quia licet tūc posset cōpellere suffraganeū, nō tñ poterit cōpellere eius subditū, & ita residet Io.An.licet Imo.hic dicit, ꝙ forte opi.Host.est melior, per no.in d.c. Romana. vt hic per eum.de quo ibi, & in cle.in plerisque.de elec.In ea.gl.in fi.Nō ob.s̃.de offi.delega.prudentiam.§.pe.& fi.quia loquitur in delegato Papæ, secundum Io.An.volentem, ꝙ ideo delegatus Papæ possit procedere, quia in causa sibi commissa habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum, vt d.c.Romana.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus licèt non possit pacisci de quota litis, potest tamen vendere patrocinium suum.*
2 *Contrahens, si in loco contractus habet aliquam mansionem, potest ibi cōueniri: secus tamen est in contrahente ibidem vt aduena. hæc limitatur multis modis, nisi scilicet aduena postea ibi cōuersaretur assiduè. Alias septē habes ibidē: quæ limitationes sunt valde vtiles. & nu. 3. 4. & 5.*
6 *Contractus non dicitur celebratus, vbi est factus per verba, vel vbi est factum instrumentum, sed vbi est destinata solutio.*

Nec etiam. Archiepiscopus nō est iudex competens cōtra officiales vel prelatos suffraganeorum, nisi consuetudo aliud disponat, nec cōtra subditos suffraganeorum super salarijs aduocatorū & procuratorū causarum sui fori.h.d.In tex.ibi, querelantibus.s.ipsis aduocatis, vel procuratoribus.& eadem rōne idem de fideiussoribus si quos dedissent, fm Ioā.An.ex quo no. ꝙ licet ad officiū iudicis spectet dare aduocatos, vt in c.j.s̃. de offi.iud.tamen non potest archi-

episcopus

epiſcopus cogere ſubditos ſuffraganeorũ ſuper ſalarijs ipſorũ
aduocatorũ,vel procuratorũ cauſarũ ſui fori. de quo.j̃.in gl.qđ
tñ limitat hoc Pe.de Ancha. niſi ipſe cognoſceret de cã in dio
ceſi ſuffraganei,quia tunc forte poſſet, ſm no.in c.vt litigãtes.
s̃.de offi.or.eo.lib.In gl.in ver.ſalarijs,in fi.vide per Cy.& Bal.
in l.j.hic alleg.& per Io.An.in regula cõtractus.j̃.eo.lib. & per
1 Spe.in tit.de ſalarijs.§.2.& 3.† In gl.in ver.procuratorũ,in prin.
a aduocatus tamen nõ põt [a] paciſci, ſed licitè vendit patrociniũ
ſuum,vt 11.q.3.nõ licet.ſm Archi.& Io.An.dicentẽ poſt Hoſti.
b ꝙ aduocati [b] tenẽtur iurare de calũnia,ſm formam l.rẽ nõ no-
uam.C.de iudi.nec valeret conſuetudo in cõtrariũ, quia indu-
ceret periculũ aĩæ.In ea.glo.in fi.intellige ſi detur ſalariũ pro-
curatori,nõ præcedẽte pacto:alias eſſet locatio, nõ mãdatũ, vt
l.j.in fi.ff.mã.ſm Io.An.& vide in l.ſumptus.ff.de arbi.& 3.q.7.
§.tria.verſi.arctentur.In glo.in ver.in cauſis.in fi.dic,ꝙ illa lex
cõcordat,quia nõ intromittit ſe archiepſ de cauſis ſalariorum
& ſic propter illas lis nõ protelabit, ſed mãdabit ordinario vt
2 illas expediat,ſm Archi.& Io.An.† In glo.in ver.rñdere.ibi,vt
viator.tenementi,ꝙ licet cõtrahẽs,vel quaſi,non vt viator vel
aduena,ſed vt ibi permãſurus,ꝙ in dubio pręſumitur,ſi ibi ha-
bet aliquam manſionẽ,poſſit in eo loco conueniri,vt l.hr̃s.§.j.
hoc all.& j̃.§.proxi. tñ ſecus eſt in cõtrahẽte vt aduena vel via-
tore,quia ibi cõueniri non poterit,ẽt ſi inde diſcedit & poſtea
reuertatᷣ,vt tenuit gl.no.hic.Quã limita primò,niſi talis adue-
na vel viator eſſet vagabundus, quia poterit non ſolũ ibi, ſed
vbi quæ cõueniri,vt tenuit glo. in d.§.j.& ibi.per Bart. in l.4.§.
prætor.ait.ff.de dã.infec.& per glo.& Bal.in l.j.C.vbi de crimi
ne.& vide per glo. in d.§.prætor.dicentẽ, ꝙ dr̃ vagabũdus ille
qui nõ habet certã mãſionẽ.Scđò limita, niſi in tali loco. eſſet
deſtinata ſolutio,quia tunc ibi dicetur factus contractus,& ibi
3 poſſet cõueniri,vt j̃.in glo.† Tertiò limita,niſi talis cõtrahẽs vt
c viator,[c] vel aduena cõuerſaretur poſtea ibi aſſiduè, rõne cuius
aſſiduæ cõuerſationis ſortiť forũ,& ibi conueniri poterit, ſm
Inno.in c.ex parte.s̃.eo.per tex.in l.2.C. vbi ſenato. ꝙ intelli-
git Pe.de Anch.j̃.§.proxi.qñ ꝯuerſatio eſſet aſſidua ꝑ x. annos,
vt in l.2.C.de incolis.lib.10.Sed certè illo modo ꝓhitur forũ ra-
tione incolatus,vt per gl.in d.§.j.ſed ratione aſſiduæ conuerſa-
tionis eſt diuerſus modus,& nõ requiriť decenniũ. vnde dice-
bat gl.in l.fi.C.vbi de crimine. & Bart. ibi, ꝙ ſcholaris poterit
ꝯueniri in loco ſtudij, ẽt pro debitis alibi ꝯctis. de quo per eũ
in d.l.2.& per Spe.in ti.de cõpe.iudi.adi.§.j.ver. quid ſi aliquis.
& Io.And.ibi,in addi. dicẽtẽ, ꝙ ratione aſſiduę cõuerſationis
poterit quis ibi cõueniri de ꝯctibus alibi geſtis.& ſequitur do.
Ant.in c.fi.& in c.qđ clericis.s̃.eo.& do.Nic.ibi.licet Ioã.An.
ibi cõtrarium teneat.& in d.c.ex parte.vt ſola aſſidua cõuerſa-
tio non ſufficiat,prout ẽt tenuit Bal.in d.l.2.cum tex. ibi loqua
tur copulatiuè, ſcilicet de aſſidua conuerſatione, & ꝙ habeat
quis ibi maiorem partẽ bonorũ.& ita ẽt ſequitur Bald.in d.l.fi.
& inclinat in hanc partem Imo. in d.c. ex parte. pro quo facit
quod idem Bart.dixit in tractatu repreſaliarum,in 5.q.prin. ꝓ-
pè fi.ꝙ ſcholaris non poſſit ante decennium in loco ſtudij cõ-
ueniri ex contractibus alibi geſtis: Imo in l. lex Cornelia. §.
demum.ff.de iniurijs.dixit, ꝙ etiam ſi per mille annos ſtaret
ſcholaris in ſtudio,animo tamen recedẽdi de quo apparet, nõ
contraheret domicilium,vt per gl.in d.l.2.C.de incolis. de qua
tamen materia vide plenius per Doc.in d.c.fi. & c.ex parte. &
4 c.qđ clericis.†Quartò limita, niſi conueniatur ad id quod ve-
nit ex natura contractus immediatè expediendi in illo loco,
vt ſi viator emit librũ, vel equũ, poterit ibi conueniri ad pre-
tium,quia de natura contractus eſt vt pretium ſoluatur? & ita
in dubio præſumitur de mente contrahẽtium,niſi aliud appa-
reat, vt in l.3.ff.de pigno. act. nec præſumitur habita fides de
pretio in rebus,in quibus conſueuit ſtatim pretium ſolui,vt in
rebus quæ venduntur in nundinis.& ita determinat Bald.in l.
ſi non donationis.C. de contrahen. empt. Secus tamen eſſet
ſi ageretur ad illa, quæ licèt veniant ex natura contractus, tñ
non veniunt ad executionem contractus immediatè,vt ſi aga-
tur de euictione,vel petuntur fideiuſſores, vt determinat Bar.
in d.§.j.& Imo.hic,quod tu intellige,niſi euictio veniret in li-
mine contractus, & ſic incontinenti. arg.l. ſi poſt perfectum.
5 C.de euic.†Quintò limita, niſi contrahens cum illo ignoraue
rit eũ aduenã,vel viatorem,quia tunc poterit ibi conueniri, vt
d.§.j.& ibi per Bart.& do.Anto.in d.c.fin. intellige ratione il-
lius contractus,non autem alia de cauſa.Sextò limita,niſi con
trahens vt aduena vel viator haberet ibi originem, ratione cu
ius originis poſſit quis conueniri in loco, vt in l. incola. & l.
aſſumptio.ff.ad municipa.quod intellige niſi locus originis ſit
alteratus per contrariam cõſuetudinẽ, vt no. in l.j.§.beſtias.ff.
de poſtu.vbi dicebat Bart.ꝙ repræſalię ſunt cõceſſæ hic contra
Florentinos: tamen non intelligitur de Florẽtinis qui diu ha-
bitaſſent in iſta ciuitate,licèt originaliter eſſent Florentini.Itẽ
ſecundò intellige,niſi ipſa origo ſit repentina,vt no.in l.huiuſ
modi.§.legatum.ff.de leg.j. ſecũdum Bal.hic,puta ſi eſſet quis
natus in vna ciuitate,dum mater eſſet in fuga vel peregrinatio
ne,quia non dicitur ciuis illius ciuitatis,licet Imo.in d.§. lega-
tum.velit contrarium.de quo ibi.Septimò limita. niſi talis via-
tor intenderet relinquere, vel decipere cõtrahentem, vt ſi vel-
let recedere cum re ſibi vendita,vel cum re aliena,vt ff.de iudi.
l.non aliter.& l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff. quæ in frau.credi.
ſecundum Bald. in d.§. j. Octauò limita niſi eſſet talis cauſa ex
qua eſſet alicui leue reſpõdere: puta ſi vendidiſſet equũ mor-
boſum,vt in d.l.hæres abſens. in ver. duriſſimum. a contrario
6 ſenſu,ſecundum Bal.in d.c.qđ clericis.† In ea.glo. ibi, contra-
xiſſe videtur. no. ꝙ contractus non dicitur celebratus in loco
verborũ contractus,ſed vbi negotiũ eſt geſtum,ſeu inſtrumen
tum celebratũ: ſed dicitur celebratus in loco vbi eſt deſtinata
ſolutio,ſecundum glo.hic,& in d.l.hæres abſens.§.fi.& ita te-
net Bal.& Ang.ibi.& Inno.in c.j.s̃.de plus peti.intelligendo,ꝙ
non poſſit quis conueniri in loco verborum contractus, etiã
vt fiat ſolutio in loco deſtinatæ ſolutionis: licet glo. contrariũ
uelit in l.eum qui.§.j.ff.de conſti.pecu.Et ſic not. ꝙ licet in his
quæ reſpiciunt ſolẽnitatem contractus, debeat attendi conſue
tudo loci vbi contractus agitatur, vt in l.ſi fundus venierit. ff.
de euictio.tamen ſecus quò ad ſortiendum forum: quia inſpi-
citur locus deſtinatæ ſolutionis, ſecundum gloſ. hic. quam li-
mita eſſe veram quando locus deſtinatæ ſolutionis fuit appo-
ſitus a prin.tempore cõtractus: ſecus ſi ex interuallo, quia tũc
poterit conueniri in vtroque loco ſcilicet in loco celebrati cõ
tractus, & in loco deſtinatæ ſolutionis, ſecundum do.Anto.
in d.c.fi.de quo dicetur.j̃.§. proxi.& vide per glo. & Doct. in l.
exigere dotem.ff.de iudi.

ADDITIONES.

a Nico.Supe. Non poteſt paciſci.Adde gl.in l.j.in §.ait prætor.ff. de poſt.l. ſi qs aduocatorũ.& ibi Cy.C.de poſtul.Spe.in ti.de ſalarijs.& in §. ſequitur. ver. perſonæ. & ibi Ioan.An.in Addi.

b Nico.Supe. Aduocati tenentur iurare. Adde Hoſti. in c.cæterum. de iura.calum.& Specu. in tit. de aduocato. in § j. ver. item quod eſt procura. & ibi Ioan.And.in addi.

Vinc. G. Adde dictum vulgatum In cauſa propria aduocatum quære. Quoniam Cicero,& Demoſtenes cum citarentur ad ſe ipſos defendẽdum, vnus vili animo coram iudicibus timuit, alter aufugit, vt meminit Appianus Alexandrinus in lib 2.Bellorum ciuilium.

c Vinc.G. Nota,ꝙ viatores ſemper ſunt ſuſpecti de receſſu. Franc.Cur.in trac. de ſeq.q.6.nu.31.quod habetur in lib.4.tract.fol.149.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes reperti in loco contractus poſſunt citari,non ſolum verbaliter, ſed etiam realiter.*
2 *Actor poteſt eligere coram quo iudice conueniat reum, ſi ipſe reus habet plures iudices.*
3 *Occultans ſe,vel impediens ne ad eum citatio perueniat,debet pati miſſionem in poſſeſſionem.*
4 *Index nõ põt exequi ſententiã alterius iudicis, niſi per ipsũ ſit requiſitus.*
5 *Contrahens in loco,ſi habet ibi per regulam,poteſt ibi tanquam permanſurus conueniri.*
6 *Statutum ſi dicat quòd ſuper iniuria ſtetur ſacramento alicuius, ſi forenſis accuſatur,& dicit ſe nullam iniuriam commiſiſſe, pro quo debeat ibidem conueniri, an hoc veniat probandum ante litẽ conteſtatã vel poſt.*
7 *Contrahens inuentus in loco contractus qualiter poſſit inuitus trahi ad iudicium.*
8 *Captio perſonæ in ciuilibus non habet locum de iure ciuili, niſi facta excuſſione bonorum.*
9 *Remiſſio poteſt fieri dupliciter.*
10 *Exiſtens extra territorium iudicis qualiter poteſt ad eius tribunal citari.*
11 *Et an poſſit fieri citatio realis,vt quis capiatur extra territorium iudicis, & ad eum ducatur.*
12 *Citatio facta per nuntium vel epiſtolam,an diſtringat exiſtẽtem extra territorium.*
13 *Citari an poſſit exiſtens extra territorium ad audiendam ſententiam per quam imponatur pœna corporis afflictiua. vide hic diſtinctionẽ cum quibuſdam limitationibus.& num.14.*

Contrahentes. Nõ cõpellit archiepſ perſonas aliarum diœceſum cõtrahentes in ſua propria diœceſi coram ſe inuitas reſpondere, niſi ibi inueniantur. Si tamen citati nolũt cõparere, vel malitioſè ſe occultant, ne citentur,põt miſſionẽ facere in bonis ſuę diœceſis, vel alibi ſitis decernere, faciendã per ordinarios locorũ.h.d.ſm Domi. Et primò ponit regulam,ſcđò ibi.licèt,annectit prouiſionẽ.tertiò

tio ibi,vel ipsum,ampliat.quartò ibi,sed tunc, prouidet executori.

1 †Nota primò,ꝙ ꝯhentes reperti in loco ꝯctus pnt citari & trahi inuiti ad iudicium,non solùm verbaliter, sed etiam realiter: sed si ꝯhentes non reperiuntur in loco ꝯctus non possunt inuiti trahi ad illum locum. ex quo infertur ꝙ in ꝯctib. non fit remissio de loco ad locum ipsius ꝯctus, vt probat tex. no. hic, de quo j.

2 †Scd̃ò no.ibi,licèt alibi &c.ꝙ electio iudicis est ipsius actoris, non rei, eo casu quo ipse reus potest in pluribus locis conueniri.facit l.cum clericis.C.de epi.& cleri.& Bal.ibi.& in l.3.§.qui Stichum.ff.de eo quod cer.lo.fallit tamen in scholaribus qui possunt iudicem declinare, ex quo habẽt tres iudices, vt in auth. habita.C. ne filius pro patre. Tertiò no.ibi,citati.ꝙ iudex vnius territorij, & loci ipsius ꝯctus, ratione ꝯctus in dicto loco celebrati potest citare ipsos ꝯhentes existẽtes in alio territorio, & ipsos citatos in contumacia cõstituere quò ad effectum missionis in possessionem rerum existentium in loco ꝯctus. licèt ergo citatio extra territorium nõ possit astringere personam ad comparendum tñ potest astringere quò ad effectum disiungendi res ipsius citati existentes in territorio citantis.de quo j.in glo.

3 †Quartò no.ibi,vel malitiosè.ꝙ ꝯ malitiosè occultantẽ, a vel impediẽtem ne citatio ad eum perueniat, potest fieri missio in possessionem.facit c.qm̃.§.porrò.s. vt lite non contesta.& licèt Host.hic dicat,ꝙ vtroq; casu debeat proponi edictũ in ecclesia cathedrali loci vbi sunt bona, vt in cle. causam.& cle.quamuis.de elec.tamen illud verum,qñ manifestè non appareret de impedimento vel malitia: aliàs si de hoc appareret, non esset necessaria citatio,ſm Ioan.And. quia impediens ne citatio ad eum perueniat,si hoc constat,habẽt pro legitimè citato.de quo in d.§.porrò.Quintò no.ibi,in alia.ꝙ potest iudex decernere missionem faciendam in bonis extra suũ territorium,non solum pronũciando diffinitiuè,sed etiam interlocutoriè,vt hic in tex.ſm Io.An.& ita tenuit Bar.in l.cum vnus.§ pe.ff.de bo.auto.iu.pos.vbi dixit de hoc esse casum hic: requirit tñ ꝙ iudex faciat expressam mentionem de bonis extra suum territorium, quia si generaliter decerneret, aduersarium esse mittendum in possessionem bonorum, intelligeretur de bonis sui territorij,vt est tex. in d.§.pen. & tenet hic Io.

4 And.† Vltimò no.ꝙ iudex non potest exequi sententiam alterius iudicis diffinitiuam,vel interlocutoriam,nisi ad requisitionem iudicis sententiantis.de quo plenè no. in l.a Diuo. §.sententiam.ff.de re iu.nec potest iudex,qui habet potestatem pronunciandi ꝯ personam respectu bonorum existentium in suo territorio,facere executionem in bonis alterius territorij: sed ad eius requisitionem iudex,in cuius territorio sunt bona, debet facere executionem:& debet iudex requisitus executionẽ facere, & poterit cogi per iudicem requirentem si est suus superior,vt no.in c.j.s̃.de offi.ordi.aliàs par in parem non posset præcipere,vt s̃.§.prox.& s̃.de rescrip.c.fi.eo.lib.& sic sęcularis non posset cogere ecclesiasticum,vt j̃.de excep.c.fi. ſm Io.An. Debet tamen tunc adiri superior illius iudicis, vt eum cogat, vt in Authẽ. vt differentes iudices.§.j. & tenetur talis iudex sic requisitus ad interesse parti,vt no.in l.si iudex.ff. de varijs cog.

5 ſm Ioan.Mona.& no.in d.§.sententiam.† In glo.j.in fi. vult gl. ꝙ ꝯ̃hens in loco vt ibi permansurus, ꝙ in dubio præsumitur,si habet ibi pergulam vel armarium, potest cogi in ipso loco inuitus rñdere:intellige coram iudice competẽti, & qñ ibi inuenit,& constet eum ibi ꝯxisse.Quid aũt si citatus hoc neget?cõcludit hic Lap.& Domi. ꝙ si simpliciter excipit de ꝯctu nõ inito,& poterit cogi ibi rñdere,intantum ꝙ si postea appareat de ꝯctu, etiam in alio loco celebrato, condemnabit per iudicem: quia sic excipiendo videt̃ prorogasse iurisdictionem si est laicus:secus si clericus, vt in c.significasti.s̃.e. intellige nisi iudex pronunciaret se competentem, quia tunc fieret præiudicium etiam clerico,nisi a tali sententia appellet̃,ſm no.in c.fi.j̃.de appella. Sed si reus non excipit simpliciter de ꝯctu, sed declinat forum,negando se in dicto loco ꝯxisse,& tunc si hoc non obstante iudex in cã procedat,valeret processus.quia per processum ad vlteriora vr̃ tacitè pronunciare se ꝯpetentem, ſm gl.in l.2.§.si dubitet̃.ff.de iudi.& no.in c.2.s̃. de dilatio.& in c. super literis.s̃.de rescri.ideo est necessaria appellatio,vt d.c.fi.nisi notoriè appareret ex ꝯctu,vel aliter, ꝙ in alio loco sit celebratus, per no.in d.c.2.& c.super literis& in c.ex parte.el j.s̃.de ver.signi.& in c.venerabili.s̃.de censi. Et dicebat hic Inno. & Ioan. And.ꝙ non coget̃ citatus respondere libello super principali, nisi prius summariè constet ꝯctum in dicto loco esse celebratum, quo constito iudex pronunciabit se competẽtem in principali: aliàs secus, & condemnabit tunc agens in expensis,ſm Do.facit d.c.super literis.in fi.& ibi per Ioan. An.& per Spec. in ti.de ꝯpe.iudi.adi.§.j.ver.sed pone.& ibi de accusato,qui negat se in territorio deliquisse.& facit quod no.s̃.eo.ti.in c.si clericus.Et ex his no.hic Domi. ꝙ quando agitur de fundanda iurisdictione iudicis respectu alicuius principaliter deducti, respectu cuius allegatur iurisdictio, sufficit summaria cognitio: quod ideo est, quia iterato debet de illo cognosci, vt in c. veniens.el 2.s̃. de testib. aĺs deberet plenariè cognosci,vt hic per

6 eum. † Et ex prædictis refert hic Ioan. And.fuisse disputatum, an si statutum dicat quòd super iniuria stet̃ sacramẽto alicuius, si forensis accusetur,qui forum declinando dicat se nullam iniuriam intulisse,de qua possit ibi accusari, an ante vel post lit. contesta.veniat hoc probandum,& an in hoc stetur sacramento accusantis? & fuit determinatum, quòd accusans debet probare accusatum ibi deliquisse, per l.fi. C.de exhib. reis.& debet plenè probari,& non per iuramentũ: quia tale statutũ dẽt intelligi super negotio principali,qñ agit̃ coram eo,quem constat esse iudicem: non autem sufficit talis probatio per iuramẽtum ad iurisdictionem firmandam, de qua primò debet ꝯstare q̃ super principali probatio recipiat̃. & per hunc modum statutũ prædictũ non extendet̃,cum sit ꝯ ius cõe,ſm Io.An.sentiẽtẽ,ꝙ tale statutũ solũ locũ habeat inter subditos proprios,non aũt accidentaliter rõne delicti, ſm Do.sed certe Io. An. vult ꝙ dũmodo ꝯstet illũ deliquisse in dicto loco, statutũ habebit locũ in forensib. ibi delinquentib. postq̃ de delicto ꝯstiterit. de

b quo tñ an b statutũ liget forenses,per Doct.in l.j.C.de sum.tri. & per Spec.in tit.de consti.ante finem.Et aduerte,quia licèt ipse disputans,& Io. An. post eum velit, ꝙ requiratur plena probatio ad fundandam iurisdictionem,tamen videt̃, ꝙ licèt in dicto casu non sufficiat iuramentum,sufficiat tamen summa cognitio,& semiplena probatio,vt s̃.tenuit Innoc. & Io.An.nec est verum,ꝙ ad fundãdam iurisdictionem sufficiat allegare tale quid, quod si sit verum tribuat iurisdictionẽ absq; alia causæ cognitio.per no.in l.cum quidam.ff.de iur.om.iud. & per Bar. in l.2.ff.si quis in ius voc.& per Inno.in c.cum sit.s̃. de fo.compe.nam imo requiritur summa causæ cognitio,vt s̃.tenuit Ioã. An.hic post Inno.& in d.c.super literis.& in d.c.2. ſm Do.hic. Et ita etiam tenuit Cyn.& Bal.in l. præscriptione.C. si contra ius. & Lap. in sua alleg. 10.ver.3. disputat. & in alleg.59.& do. Anto.& Imo.in d.c.si clericus.vbi plenè de hoc.& facit tex.in d.l.2.& in d.§.si dubitetur.& in l.non ignorat.C.qui accus.non pos.Si ergo agitur de paruo præiudicio,puta ad fundandam iurisdictionem in probãdo id, quod iterum in dicta causa debet plenè probari:& tunc sufficiat semiplena probatio, & summa causæ cognitio.Sed si ageretur de magno præiudicio, vt in casu quo non esset iterum plenè probandum,vt in materia quãdo staretur iuramento super causa principali ex forma statuti: tunc ipse agens debet plenè probare,cum hoc iterum non veniat plenè probandum.ad hoc quod no.in d.c. quoniã.§. quòd si super.& ita procedant dicta Io.An.hic ſm Do.ex quib. limitatur quod dixit Bar.in l.solent.ff.de alim.le.dicẽtis,ꝙ si ex forma statuti in causis damnorum datorum statur iuramẽto damnum passi, tunc stabitur iuramento, non solum supęr æstimatione damni,sed etiam super omnibus incidentib. in illa causa, & super possessione & dñio rerum, in qua dr̃ damnum datũ.& idem sequit̃ Bal.in l.j.C.de reb.credi. quia illud procedit, nisi forẽsis ad damnum ꝯuentus neget se dedisse damnũ, cùm tunc ad fundandam iurisdõnem non sufficiant iuramenta,vt s̃.

7 & vide aliam limitationem per Bal.in d.l.j.†In glo.in ver.inuitos,in prin. qualiter autem inuentus in loco ꝯctus possit trahi inuitus,hic per Io.An.dicentem,post Host.ꝙ aut talis conuentus est in domo sua, nec præbet aditum ad se,& non potest ca

c pi, c nec verbo citari,vt l. pleriq;.ff. de in ius vocan.poterit tamen citari publicè ante domum,vt s̃.de dolo & contu.c.fi. ſm Ioan.And.Si verò ad se præbet aditum, tunc verbo poterit citari, non etiam capi, vt in l.nemo. & in l.sed si his.ff. de in ius vocã. Aut est extra domum suam,vt dicit̃ domus sua non solũ pro-

ADDITIONES.

a Vin.God.Adde,ꝙ occultans aliquid ne veritas appareat incidit in falsũm.Alex. in l.Paulus.ff de fal.de occultate verò inst rm,q.d'Idẽ Ale.i l.q accusaſe.C.de edẽ.& occultãs debitorẽ alicuius qũo teneat̃. Alex. in l.cuiusq;.ad l.Iul.ma.

b Ni.Su.An statutũ liget forẽses.Adde Inn.in ru.de ꝯsue.gl.Inn.& Ho.in c.a nobis.de senten.excom. Pet.de Ancha.in repe.c.canonum statuta. de constitu. Vin.G.Statuta forensib.non prosunt,sicut nec nocent.Ruy.cõs.119.nu.11.li.j. & statutũ circa personas nõ extendit̃,nec porrigit̃ ad forẽses,ẽt ꝙ bona sint sita in loco statuti:secus si disponat in rem.Idem Ruy.consi.48.nu 4.lib.3.

c Ni.Su.Non põt capi.Adde optima cautela,ꝙ debitor possit inuitus de domo extrahi.per Feli.in c.si.col.pe.ver.limita ẽt.de iudi.& illam ponit in terminis Tho. Ferratius, in suo trac.caute.22.incip.solennis Doct. Bar. Cæp o.

propria,ſed ēt cōducta,vt l.lex Cornelia.§.damnū.ff. de iniur.
& tunc licet ſit in vinea,vel aliàs in re ſua, poterit trahi ad iu-
dicium re & verbo, vt l.ſatis.cum ſeq.ff.de in ius voc. Fallit pri
mò,qn̄ aliquis eſſet paratus illum defendere. Secūdò, ſi cū ad-
uerſario de re illa compoſuiſſet. Tertiò, ſi paratus ſit ſoluere.
Quartò,ſi ſatiſdet,ſm̄ Ioan.And.& idē quādo quis eſſet impu-
bes,vt l.neq;.ff.de in ius voc.Et idem in mulieribus, quæ per-
ſonaliter in iudicio trahi non poſſunt,vt in c.2.ſ̄.de iudi.eo.lib.
Et idem in clericis,vt no.in c.ſi clericus.j̄.de ſen.excom.Ratio
ne tamen ſuſpitionis fugæ poſſet incipi a captura perſonę, ēt
in ciuilibus,tā in laicis,vt in l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ
in frau.credi.q̄ in clericis,vt per Inno.in c.vt famæ. de ſenten.
8 excommu.†De iure tñ cōi nō poteſt deueniri ad capturā per-
ſonæ in ciuilibus,niſi primò facta excuſſione bonorum,vt per
gl.in l.3.§.tutores.ff.de ſuſpe.tu. In criminalibus verò pōt quis
realiter citari,& ſic capi,vt in c.j.ſ̄.de iud.eo. lib. etiā in domo
propria, vt in Auth. vt nulli iudicum.§.ſi quis verò.& per gl.in
l. ſed ſi his.ff. de in ius voc. & per Bald. in l. cum ex eo. §.La
beo.ff.ad l.Iul.pecula.Qđ procedit etiam in mulieribus, vt in
auth.ſed nouo iure.C.de cuſto.reorum.Et idem in clericis in-
tellige,vt no.in d.c.ſi clericos.& per Bart.in l.j.de cuſto.reorū.
Imo dixit Bal.in d.l.ſed ſi his.ꝙ mulier in pœna pecuniaria, ēt
ſine fideiuſſore pręſtando tamen iuramentū de ſtādo iuri erit
9 relaxanda,vt no.in d. auth. ſed nouo iure. † In ea.glo.in fi. ad-
uerte,quia remiſſio poteſt fieri verbo,& re ipſa, vt no. in c.j.§.
neque.j̄.de priuile.Verbo ſit per iudicem,in cuius territorio in
uentus vocatur ad iudicium,mandando illi vt cōpareat coram
iudice contractus vel delicti:& imo practica bona eſt ꝙ iudex
ipſius citati requirat iudicē,in cuius territorio ipſe citatus mo-
ratur,vt eum citet,& verbo remittat,vt patet ex no.in c.paſto-
ralis.de re iudi.& pōt fieri nō ſolum in delictis, ſed ēt in ciuili-
bus,vt d.§.neque.& per Bal.in l. omnes.§. ſi verò apparitor.C.
de epiſ.& cle. Sed ſi agitur de remiſſione quæ fit re ipſa, vt per
ſonam capiendo,& remittendo,& in delictis regulariter locū
habet,vt hic in glo. intellige ſi agatur criminaliter: ſecus ſi ci-
uiliter.ar.c.tue. ſ̄. de procu.ſecundū Ioā.An.Secūdò intellige,
niſi delicta ſint leuia,quia tunc remiſſio locum nō habet,vt in
§.ſi quis.hic alle.in glo. ſm̄ Ioā.An. & tenet Rota in deci.462.
quæ incipit. Itē ſi quæritur. & gl. in c.j. ſ̄. de raptoribus. & ibi
per Doc.ſecus ſi ſunt grauia, quia eſt locus remiſſioni , ſm̄ Io.
An.de cōſuetudine tamē non ſeruatur , niſi in locis quæ ſunt
ſub eodē dn̄o,ſm̄ Bal. in l.executorē. C.de execu. rei iudi.& in
l.j.C.vbi de crimine.& per gl.in ver.de more.in d.c.paſtoralis.
& ibi plenè per Doc.& in c.fi.ſ̄.eo.& in l. hæres abſens. §.j. ff.
de iudi.& per Bal.in d.§.ſi verò.& per Bar.in d.l. ſi cui. Si verò
loquimur in ɔ̄ctibus,& in ciuilibus,& regulariter remiſſio lo-
cum non habet,vt hic in text. ꝙ procedit ēt ſi agatur ciuiliter
de crimine,ſecundum Ioan.Fallit primò in cauſa ſtatus , vt in
l.j.C.vbi cauſa ſtatus . Secundò in debitis fiſcalibus , vt in l. 2.
C.vbi de curiali . Tertiò in caſu dictę l. 2. Quartò pro reddēda
rōne adminiſtrationis publicę ſeu priuatæ,vt in l.1.& 2. C. vbi
de ratiocin. vbi dicitur,ꝙ perſona debet præſentialiter adeſ-
ſe, & intantum requiritur præſentia perſonæ pro reddenda
adminiſtratione etiam priuata , quòd debet differri executio
mortis ipſius, quouſque ratio reddatur per eum, ſecundū Bal.
& Doct.in l.ſi ſeruus.ff.de lega.j.Quintò in caſu §.neceſſitatis.
Authen. vt iudi. ſine quoq. ſuffra. vbi eſt vnus caſus ſpecialis,
ſecundum Ioan.And.Sextò quando quis iuraſſet ſiſtere in iu-
dicio,& demum fugiſſet,ſecūdum Angel.in d. l. heres. & hoc
per tex.in §.ſi verò.in Auth. de exhiben.reis. Septimò quando
ɔ̄hens in certo loco renunciauit priuilegio fori, vt voluit glo.
no.in l.j.ff.ſi quis in ius voc.ſed Angel.in d.l.hæres.non ſequi-
tur illam glo.& ideo vide per Doct.in d.l.j.Octauò quādo quis
doloſè ſe abſentaſſet,quia promiſit ſtare in iudicio,& inde nō
diſcedere.arg.gl.in d.l.j.vt ſentit Bal.hic. & d.l. hæres. & facit
quod no.Innoc. in c.dilecti.ſ̄.eod.& Rota in d. deci. Sed certè
hoc videtur contra iſtum tex.quia non habet locum remiſſio
quò ad perſonam,licet Bart.in d.l.hæres. videatur ſentire con-
trarium,& non bene,per hunc tex.& Bald.etiam dicebat in l.
conſentaneū.C.quomodo & quādo iudex,quòd ex nimia con
tumacia eſt locus remiſſioni in ɔ̄ctibus, qđ forte poſſet proce
dere qn̄ fuit latitatio in loco ɔ̄ctus,& hac ratione eſt locus re-
miſſioni.de hac latitatione non loquitur tex.hic,ſed qn̄ quis la
titat in alijs locis q̄ in loco cōtractus, cogita tamen . Nonò in
hypothecaria eſt locus remiſſioni,ſm̄ Bal.in d.§. ſi verò appari
tor.qđ videtur debere intelligi, non vt perſona aſtringatur &
remittatur,ſed ꝙ fiat miſſio in illa re, licèt ibi non inueniatur.
10 & vide per Bald.in l.2.in fi.C.man.†In glo.in ver.noſcatur, in

fi.vide hic plene per Io.And.ponentem, an & quando exiſtēs
extra territorium iudicis citantis poſſit ad iudicium citari ad
eius tribunal?& dic,ſm̄ eum,ꝙ citatio habet duo extrema,ſci-
licet cōmiſſionem iudicis,& notificationem. quo ad primum
commiſſio citationis,cùm ſit ſententia interlocutoria,& eſt iu
riſdictionis, vt in l.cum clericis.C.de epiſ.& cleri. non poteſt
fieri extra territoriū.ſ̄.de conſti.c.2.eod.lib.& tenet Paul. in d.
clem.paſtoralis.& Bald.in d.§. ſi verò apparitor. fallit tamen in
caſu c.j. eo. ti. Scđò fallit ſm̄ Domi. in prima citatione in qua
non requiritur cauſæ cognitio,ſm̄ Inn.in c.licet.ſ̄.de accu.Sed
certe hoc nō procedit,cū nulla citatio poſſit ɔmitti, niſi iudice
ſedēte ꝓ tribunali,vt no.in c.fi.ſ̄.de ferijs. & eſt de actis cauſæ,
11 vt in c. quoniā cōtra.ſ̄.de proba.& no.in d.c.cū clericis.†Circa
notificationem citationis, ſeu executionem,aduerte,quia cita
tio realis vt quis capiatur ex mandato iudicis extra territoriū,
& ad eum ducatur,hoc fieri non poteſt, vt eſt tex.hic, quia in-
uitus trahi non poteſt,& tenuit Bal.in d.§. ſi vero. & in l.2.C.
de ſer.fugi.vbi dixit,ꝙ captus per familiam in alterius territo-
rio debet relaxari & reponi in priſtinum ſtatū. Si verò quærit
de notificatione,ſeu executione verbali, & tūc ſi fieret ꝑ ipſū
iudicem, & nō poteſt extra territoriū quia hoc deſignaret eū
habere ibi iuriſditionem.& ita tenet Bal.in d.§.ſi verò.& Pau.
in d.cle. paſtoralis. cum talis citatio, quæ ſit per iudicē habeat
vim perēptorij,ſm̄ glo.no. in c.ɔſuluit.ſ̄.de offi. deleg.& idē ſi
citatio fieret per edicta, vel per præconē cum tuba,qn̄ talia fie
rent extra territoriū quia eſſet ſignum iuriſditionis ibi , vt te-
net Pau.in d.cle. paſtoralis.Si verò citatio fiat intra territoriū,
& tūnc an cōſtituat in cōtumacia exiſtentem extra?dic ꝙ ſic,ſi
ſit per edicta,vt in auth. ſi verò criminis.C.de adult.ibi,legiti-
mis edictis.& iō Bal.in l. executorem.in fi.C. de exce. rei iud.
vbi ponit multa de iniuſtitia d. clemē.paſtoralis.dicit,ꝙ illa ci
tatio emanauit per edicta Piſis propoſita. & illo modo potuit
Rex Robertus ab Imperatore , cū nihil fieret extra territoriū
imperij.hinc eſt ꝙ Ang.in d.auth.ſi verò.exclamat contra Pa-
pam , quia citatio fuit facta per edicta , quæ arctat exiſtentem
extra territorium,vt ibi.Nec procedit reſponſio,ꝙ in d. cle.pa
ſtoralis.citatio incitetur propter locum non tutum,nam Papa
ibi ſciuit,ꝙ citatio emanauit per edicta & tamen expreſsè ibi
dicit,ꝙ non valuit quia extra territorium, vt patet ibi,citatum
extra imperium conſtitutum arctauit,videtur indiſtinctè ergo
tenendum ꝙ citatio per edictum cōſtituat in cōtumacia exiſtē
tem extra territorium.pro quo tex.in c.ex tuæ.ſ̄.de cleri.nō re
ſiden. q̄cquid aliter ſcripſerit Bar.in l.j.ff.de requi.reis.& in ex
12 trauagan.ad reprimen.in verſi.per edictum.† De citatione ve-
rò per nuncium vel epiſtolam, an arctat citatum exiſtētem ex-
tra territorium .dic ꝙ , aut ſit citatio a iudice ratione originis,
vel domicilij , & tūc ſine dubio poſſit citare exiſtentem extra
territorium.& ita procedant rationes Ioan. An. hic, non ſolū
ſi citatio fiat ad diſtringendum bona,ſed etiam vt feratur ſen-
tentia abdicatiua rei a perſona, vt ſi citatur clericus ad ſenten
tiam ex qua priuatur beneficio, vt in dicto c.ex tuæ. Sed quid
de ſentētia in qua venit imponenda pęna corporis afflictiua,
vt ſi citatur ad ſententiam ferendam ſuper delicto, ex quo ori-
tur infamia ipſo facto,vt 3.q.7.§.porrò.& videretur,ꝙ poſſit, ex
quo talis pœna venit in ɔſequentiā. Sed an poſſit imponi prin
cipaliter pęna ꝑſonalis. videret̄ qđ nō,ſi ſnīa trahit ſecū execu
tionē,& ſic vt nō poſſit citari nec ſnīa ferri, ſicut non poſſet a-
ctualiter exequi,vt ſ̄.eo.poſtulaſti.& tenet Pau.in d. cle. paſto
ralis. dicēs, ꝙ nō poſſet exiſtens extra territoriū excōicari per
ſnīam,ſicut nō poſſet eū excōicare ꝑ ɔſtitutionē, vt in c.2.ſ̄.de
ɔſti.eo.li. qđ limitat Rota in d.deci. niſi talis latitaret extra do
miciliū,quia tunc valet citatio, & ſnīa quò ad afficiendū perſo
nā. Sed aduerte quia ſiue latitet ſiue nō,in omni caſu iudex do
micilij pro delicto cōmiſſo in domicilio poteſt ferre ſentētiā,
etiam quò ad afficiendum perſonam , & teneret excommuni-
catio,licèt ille ſit extra territoriū.pro quo d.c.ex tuæ. & tenuit
Io.An.in d.c.2.licet Inn. in fi. referat opiniones, tamen d.Ant.
ibi,& glo.9.q.2.epiſcopum.& d.Flo.& Imo.in dicta cle.paſto-
ralis.ita ſequuntur. & facit tex. in c. cum ſit Romana.ſ̄. de ap-
pel.qđ intelligit do.Ant.in d.c.fi.quādo excommunicatio fer-
tur ex cauſa commiſſa in loco domicilij:ſecus ſi extra,quia tūc
non poſſet , vt eſt tex.in d. c. 2. Et per prædicta poteſt reſpon
deri , ad dictam clem. paſtoralis. quòd ideo ibi non tenuit ci-
tatio , quia Imperator non erat iudex domicilij illius regis:
alias ſecus eſſet. & tunc non haberet locum d. clemen. quæ
vt exorbitans non eſt extendenda extra caſum ſententię,vt in
regu.quę a iure j̄.eo.lib. Si verò loquimur in iudice,contrarius
eſt tex.hic,ꝙ poteſt citare extra territorium,etiam nō requirē-
do iu-

do iudicem illius, vt citet, vt patet ibi, ſi eorum autoritate citati &c. & talis citatus conſtituerit in cōtumacia quò ad effectū diſtringendi bona, non perſonam: ideo hic dicitur, ꝙ inuitus non poſſet trahi, ſm Io. An. hic dicentem, ꝙ iudex ratione cōtractus non poſſet excommunicare, quia aliàs poſſet compelli ad comparēdum, cùm aliter abſolutionem obtinere nō poſſet, ſecundū Ioā. Mo. & de hoc per Inno. in d. c. fi. quod limita, niſi iudex prius præueniſſet illum per citationem antequā exiret eius territorium, quia tunc teneret excōicatio cōtra exiſtētem extra territorium, & ratione contumaciæ commiſſæ in territorio, tenet Inno. & Ioan. An. in c. præterea. ſ. de dilatio.
13 †Si verò quæritur de iudice loci delicti, & tunc ſi eſt tale delictum in quo non poſſet procedi ad ſententiam contra abſentem, & tunc non teneret citatio extra territorium, nec ſententia lata, vt no. in c. veritatis. de dolo & contuma. Sed ſi poſſet procedi contra abſentem, voluit hic Io. An. ꝙ iudex loci delicti non poſſit citare delinquentem extra territorium, & ita intelligit d. cle. paſtoralis. quia citatio ratione delicti ſit principaliter ad afficiendum perſonam, & effectus reſpicit perſonam. & ideo iudex delicti debet requirere iudicem illius delinquētis, vt eum citet, ſecundum Io. An. Sed Bar. in d. l. j. aliter intelligit d. cle. paſtoralis. dicendo, ꝙ aut territoria ſunt diuerſa, tamen ſub vna vniuerſali iuriſdictione: & tunc poterit fieri citatio, etiam quò ad afficiendum perſonam. & ita procedat d. §. ſi verò apparitor. & d. auth. ſi verò. quia licèt ſint diuerſæ prouinciæ, omnes ſunt ſub iuriſdictione Imperatoris. Et idem quādo eſſent ſub iuriſdictione Papæ, vel quando vnus epiſcopus vellet citare in diœceſi alterius epiſcopi: ſecus quando territoria non ſunt ſub vna vniuerſali iuriſdictione. & ideo Imperator non poſſet citare in terris eccleſiæ. & ita procedit d. clemen. paſtoralis. ſed debet requiri iudex illus loci. & ita procedit qđ dixit Bald. in l. in tempus. ff. de hæredi. inſti. quod tamen fal-
a lit in Papa, qui cùm ſit vicarius[a] Chriſti, cuius eſt vniuerſus orbis, vt in c. tua. de decimis. poterit citare in terris Imperij, ſecū dum Bar. in d. l. j. & in d. ver. per edictum. & facit qđ no. in cle. j. de iudi. Et prædicta limitat Bal. in d. §. ſi verò. primò ꝙ ſi iudex prohiberet citationem fieri in ſuo territorio, tunc per iudicē alterius territorij fieri non poſſet. & ita poſſet intelligi d. cle. paſtoralis. ſecūdum vnum intellectum, quia Papa inhibuerat
14 Imperatori, vt non citaret.† Secundò limita vt tunc valeat citatio extra territorium, quādo fieret perſonaliter: ſecus ſi ad domum, quia tunc arctaret, ſecūdum Bal. in l. inſtar. C. de iure fiſci. lib. 10. Sed Rota in d. deciſi. tenet contrariū, cū poſſit fieri ad domum vel eccleſiam, vt d. c. ex tuæ. Quantum verò ad effectum bonorum ibi exiſtentium, tenuit d. Ant. & Imo. in c. fi. ſ. eod. ꝙ iudex delicti poterit indiſtincte citare exiſtentem extra territorium. & facit tex. hic, de quo ibi plene per eos.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. Vicarius Chriſti. Adde c. quanto. de transla. præla. c. ego Ludouicus. 63. diſt. c. non quales. j. q. j. & in cle. j. de iureiuran. Vinc. G. Papa eſt Chriſti vicarius ad quem Regum ſtatus & omnium fideliū diſponere pertinet, qui ſuper gentes & regna a domino conſtitutus eſt, vt euellat, ædificet, & plantet. Io. Lup. in tract. de conf. prin. in primo memb. nume. 13. quod habetur in lib. 6. trac. fol. 208.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius an poſſit conficere inſtrumenta extra territorium illius a quo fuit conſtitutus.*
2 *Et an talia inſtrumenta fidem faciant extra territorium.*
3 *Excommunicatio eſt ipſo iure nulla, quando quis citatur à non ſuo iudice.*

1 Nec clericos. † No primo ibi, coram ipſis. argumentum, ꝙ notarius non poſſit conficere inſtrumenta extra territorium illius a quo fuit cōſtitutus, ſm Ioan. An. de quo per glo. in ver. cenſeretur. in c. abbate. in fi. j. de re iudi. & per Spe. in titu. de inſtru. edit. §. reſtat. ver. & not. tabellio. & ver. ego credo. vbi concludit, ꝙ tabellio ꝯſtitutus a Papa, vel Imperatore, vel habente priuilegiū ab altero ipſorū, pōt vbicunq; inſtrumenta conficere. ar. c. cūcta. 9. q. 3. niſi in priuilegio aliud contineatur, quia ſemper tenor priuilegij debet attendi, vt in c. porro. ſ. de priuilegijs. Sed ſi tabellio ſit cōſtitutus ab inferiore a Papa vel Imperatore, & tunc non poſſet extra territoriū cōſtituentis ſicut eſſet in conſtituto a Rege Angliæ vel Aragoniæ, ſm Bal. hic & in l. omnes. §. legatum. ff. de offi. proconſul. vbi ex hoc dicit, ꝙ tabellio cōſtitutus ex forma ſtatuti non poteſt inſtrumenta cōficere extra territorium ſta-
2 tuentiū.† Inſtrumenta tamē ibi cōfecta ab eis ꝓbāt, & fidē faciunt ēt extra, & in cura Romana, & vbiq;, vt determinat Rota in deci. 291. quę incip. item ꝙ inſtrumenta. pro quo eſt text. notabilis. ſ. de fide inſtru. cū dilectus. vbi inſtrumēta confecta ſecundum conſuetudinē loci, vel ab eo qui in loco reputat̄ habere autoritatem cōficiendi inſtrumenta, probant extra territoriū, & in vtroque foro tā eccleſiaſtico quā ſeculari: licet Io. An. in c. ſicut. ſ. ne cle. vel mo. velit, ꝙ de iure cōi tabellio cōſtitutus a laico nō poſſit cōficere inſtrumēta in eccleſiaſticis vel ſpiritualibus, licet de cōſuetudine nō ſeruetur. & idem Ioan. An. vr̄ apertè voluiſſe contrarium j. c. proxi. de quo per Doct. in d. c. ſicut. ponentes, ꝙ notarius cōſtitutus ab Imperatore vel habēte priuilegiū ab eo poſſit conficere inſtrumenta in terris eccleſiæ, vel ecōtra. & ita ēt tenet d. Anto. in c. per venerabilē.
3 ſ. qui filij ſint legi. & Bar. & Bald. in l. j. C. de ſum. tri. † Vltimò no. vnū caſum, in quo excōicatio eſt ipſo iure nulla, qñ. ſ. quis citatur a nō ſuo iudice, quia tūc nō tenet̄ cōparere, nec pōt excōicari ſi nō cōparet, eſto ꝙ aliquo caſu poſſet eſſe ſuus iudex. qđ intelligit Io. An. niſi in citatione exprimatur cauſa, ex qua ſit iudex, quia tūc teneretur cōparere, & poſſet excōicari ſi nō ꝯpareret, vt no. in c. paſtoralis. ſ. de offi. ordi. & vide no. in c. j. ſ. de iudi. eo. lib. & per gl. in c. veniens. ſ. de accu. in fi. & alios caſus in qbus excōicatio eſt nulla, ꝑ glo. ordi. in c. præ ſenti. j. de ſen. excō. In gl. in ver. hmōi, in fi. & ratio eſt ſm Inn. & Io. An. quia ſi fierēt ꝯtractus extra diœceſim, ēt corā ipſis archiepiſcopis nō ſortirent̄ ꝯtrahētes eorū forū, licet ſortiant̄ forū coram quocūq; fiāt in diœceſi in qua fiunt. & facit qđ no. Pau. in cle. dudū. de ſepul. in ver. extra ciuitatē. In gl. fi. in fi. intelligit Ioā. An. qñ peccant extra officialatū: alias archiepiſcopus haberet tunc iuriſdictionē, & eos punire pōt. de quo in c. j. ſ. de off. vica. e. lib. in 3. gl. & an epiſcopus vel alius officialis poſſit cognoſcere de delictis ſuorū officialiū, vel contra officiales commiſſa, vide per Bar. in l. ſi forte. ff. de pęnis. §. ſi quos. & per Bal. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. & per Doc. in c. j. ſ. de maledi.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecularis iuriſdictionem nullam habet in clericos etiam ſuper executione debiti liquidi.*
2 *Probationes factæ inter clericum & laicum coram quocunque iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari in omni foro, probant, dummodo ſint factæ coram iudice eccleſiaſtico.*
3 *Conſuetudo licet non porrigatur extra territorium, porrigitur tamen ad alium forum in eodem territorio. nu. 4.*
5 *Sequeſtrum factum per iudicem laicum in bonis clericorum non ualet.*

C A P. II.

1 SEculares. † No. j. & ita allegat̄, ꝙ ſecularis iudex nullam habet iuriſdictionē cōtra perſonā eccleſiaſticā, etiā ſuper executione debiti liquidi, & ēt ſi de debito ꝯſtaret per literas manu ꝓpria factas. & ratio eſt quia probatio facta corā iudice incōpetenti nihil operatur, etiā ſi ſit confeſſio, vt hic, & ſ. de iudi. at ſi clerici. Si tñ literæ ꝓpria manu factę ꝓducerent̄ coram iudice cōpetenti, facerēt fidem ꝯ ſcribentē, ēt ſi ſit perſona eccleſiaſtica, & ēt ꝯ eccleſiam, vt in c. 2. & ibi no. ſ. de ſolutio. ſicut aliàs dr̄ de ſcriptura tutoris, quæ facit fidem ꝯ pupillū, vt in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admi. tuto. Dixit ēt hic no. Ioan. And. ꝙ in locis in quibus non eſt vſus tabellionum, ſed fiunt ꝯctus, quorū probatio ex conſuetudine fit per ſigilla iudicum ſecularium, tales literæ ſigillatæ ita probant ꝯctum corā iudice cōpetenti, & ꝯ clericos, ſicut inſtrumenta laicorum tabellionū, vt ſ. de fide inſtru. cum dilectus. non tamē per tales literas, vel ſigillū competit iuriſdictio ſigillantibus ſuper clericū aliter q̄ de iure cōi caueatur, ſm Io. An. Ex cuius dicto tene menti primò, ꝙ literæ ſigillatæ ſm cōſuetudinē populi, ꝓbant ꝯ clericū in curia eccleſiaſtica, & ēt corā iudice ſeculari, eo caſu quo foret ꝯpetēs, puta ſi clericus cōueniſſet laicū, vt in c. cū ſit genera
2 le. ſ. eo. † Secūdò no. ex dicto Io. An. ꝙ probationes factæ inter clericū, & laicū corā quocūq; iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari, ꝓbāt in omni foro, dūmodo factæ fuerint corā iudice cōpetenti. & ideo teſtes examinati corā iudice laico inter clericum & laicū eo caſu quo eſſet iudex ꝯpetens, probarēt corā eccleſiaſtico, ſm no. in c. cauſam quæ. ſ. de teſtibus. & in c. fi. j. de exce.
3 & vide qđ no. j. de ſen. excō. ſi iudex laicus. † Tertiò no. ex dicto ipſius Io. An. ꝙ licet conſuetudo nō porrigatur extra territorium, cū ſit localis, vt in c. j. ſ. de conſti. & l. de quibus. ff. de legi. tamen porrigitur ad alium forum, in eodē tamē territorio. & ita voluit Bal. in l. ex ea. ff. de poſtu. & ibi per gl. qđ ſine dubio ꝓcedit in his quæ cōſiſterēt circa fidē & autoritatē inſtru-
a mētorū cū inſtrumēta[a] cōfecta ſm ꝯſuetudinē laicorū ꝓbēt ꝯ clericos

A D D I T I O.

a Vinc. G. Nota, quòd inſtrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata, non probanda. Thom. Gram. deciſ. 45. nu. 9. & deciſ. 103. nu. 1.

clericos in omni foro, dūmodo detur cōpetentia iudicis, vt s̄.
per Ioā.An.imo instrumēta cōfecta, ſm cōsuetudinē loci,pro-
bant vbiq;, & inter qualcunq; personas,ēt vbi esset diuersa cō
suetudo,vt in d.c.cū dilectus.in alijs verò, an statutū & cōsue-
tudo laicorum astringat clericos, vide per Doc.in c.eccle.s̄.de
consti.& in c.ꝙ clericis.s̄.de foro compe.& ibi per gl. Vltimo
no.ibi, per locorum ordinarios. ꝙ iudex ecclesiasticus potest
ex officio per censurā ecclesiasticam compellere iudicem se-
cularem,ne contra clericum procedat in causa ciuili: qđ ideo
est quia sic procedēdo eū molestat,& offendit, cū in fauorē to
tius ordinis clericalis sit inductum tale priuilegiū fori.s̄. eo.in
c.si diligenti,ſm Pe.de Anch.hic.facit qđ no.Bar. in l.ne quid.
ff.de incen.ruina & nau.& Io.An.in c.2.s̄. de consti.eod.lib.li-
cet dominus bene possit subditū suū defendere,& cōtra mole
stantē agere,ſm no.in c.aucto. de priuilegijs. & in c. dilectus.
4 de appel.& in l.de iure.ff.ad municip. † In gl. in ver.ecclesiasti
cus,in fi.no.iuncto tex. ꝙ iudex laicus non potest compellere
clericos ad soluendum debita, etiam liquida, etiam si sint cle-
rici primæ tonsuræ,secundum Pe.de Ancha.imo nec alias per
sonas ecclesiasticas nullum ordinem habentes,vt hic in gl.&
intellige prædicta, nisi in clericis coniugatis,ſm no.in c.j.j.de
cle.coniug.ſm Io.An. intellige si incedūt in habitu & tōsura,
vt ibi no. dummodo non sint bigami, vt in c.j. supra de biga-
mis. eo. lib.haberet tamen locum tex. hic, etiam si clerici es-
sent degradati verbaliter,non actualiter, vt in c. degradatio.
infra de penis,secundum Pe.de Anch.In glos.in ver. compel-
lunt. ibi, de facto.puta captis pignoribus vel bonis sequestra-
5 tis, secundum Ioan. And.ex quo no. ꝙ non valet sequestrum
factū de bonis clericorū per iudicē laicū, cū autoritate iudicis
secularis nulla executio possit fieri in bonis clericorū, vt hic
patet.& voluit no.Bal.in l.quotiens.circa fi.C. de iudi. vide tñ
Butr.in c.postulasti.de foro cōpe.& Imo.in c.fi.in fi.de mutuis
peti. quia videtur tenere contrarium in bonis ipsorū clerico-
rum.Sed certè bona clericorum gaudent eodem priuilegio in
bonis ecclesiæ quò ad forum.16.q.j.c.si clericus. eo.tit. Doc.in
c.cum sit generale.s̄.eo.ti.si tamen distringeretur persona cle-
rici,esset tūc iudex laicus excōmunicatus ipso facto, vt 17.q.4.
si quis suadente.In ea.glo.in fi.vide per Ioan.An.in c. cum cau
sa.s̄.de re iudi.in glo.2.tale tñ statutum fuit reuocatum,& non
valebat,vt d.c.ecclesia.Si tñ statutū nō disponeret expresè de
personis ecclesiasticis,sed tacitè, & indirecte, vt puta si gene-
raliter dicat, ꝙ declinans iurisdictionem potestatis incidit in
certā penā,tunc si clericus citatus corā eo cōpareat, & alleget
ꝙ coram ipso litigare non pōt,quia clericus non incidit in pe-
nā,cū ipse non declinet,ſm canones,& aliud est nolle,& aliud
non posse, vt in l.hæc conditio.de cōdi.& demon. & tenet hic
Pet.de Anch.& Bald.in auth.statuimus.C.de epis.& cler. vbi
idem dicit,quando episcopus ex officio eū repelleret vt decli-
naret.& ita etiam dicit Bart.in l.pen.§.ad crimen.ff. de pub.iu-
di.s.quòd cautela est,ꝙ ipse clericus non declinet, sed eius præ
latus vel superior. pro quo facit tex.hic in fi. imo etiam si ipse
clericus declinaret non incideret in pœnam, quia aut statutū
facit mentionem de clericis,& non valet,vt supra:aut genera-
liter loquitur, & non includit clericos, cum esset contra li-
bertatem ecclesiasticam, quia efficerentur tunc clerici timi-
diores.ar.l.j.§. quæ honorando. ff. quarum rerum act. non da-
tur,ſm Pet.de Anch.& quod tenuit Lap.in alleg.30. & Io. An.
& do.Anto.in c.si diligenti. supra eo.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum non vitiatur,licèt in ipso non ponatur nomen proprium exten sè scriptum, sed tantum prima litera nominis proprij.*
2 *Fideiussor debet seruari indemnis, licet illud non exprimatur.*
3 *Hæres iurantis an possit conueniri coram iudice ecclesiastico ratione iuramenti, sicut suus prædecessor qui iurauit?*
4 *Statutum si dicat,quòd quis possit capi pro debito ciuili,an hæres debitoris possit capi vigore illius statuti.*
5 *Exceptio, tu iurasti, repellit ab agendo.*
6 *Fideiussor qui repetit quod soluit pro debitore principali, an habeat executionem paratam.*
7 *Iudex ecclesiasticus,licet posit audire conquerentem de iuramento cōtra laicū,non tamē potest inquirere ex officio ad utilitatem priuatam.*
8 *Iudex secularis an posit cognoscere de sacrilegio, hæresi, adulterio, & vsuris.*
9 *Forus an mutetur ratione iuramenti.*
10 *Iudex secularis an illo casu possit cognoscere de iuramento.*
11 *Iudex ecclesiasticus an posit ex officio inquirere contra laicum non seruantem iuramentum.*

C A P. III.

1 Vm c.laicus. † No.argu.ꝙ non vitietur re-
scriptum,licet in eo nō expri
matur extensè proprium nomen,sed ponatur pri-
ma lr̄a ipsius noīs.Sed Spe. contra in ti. de rescrip.
pñtatione.§.j.ver.qñ.& ver.circa.& idē Io.An..in c. cū accessis-
sent.s̄. de consti. quia debet extensè exprimi propriū nomen.
dixit tñ Inno.in c.significante.s̄.de rescrip.& sequitur Rota in
deci.333.quæ incipit, Item ꝙ error.ꝙ error nominis vel cogno-
minis eius,contra quē impetratur rescriptū, nō vitiaret rescri-
ptum vel processum, dūmodo alias ꝑ circūstātias probari pos
sit,ꝙ illa sit talis ꝑsona de qua in cōmissione narratur.facit In-
sti.de leg.§.si quis in nomine.& plene not. in c.significante.&
2 ibi,q.d de errore diœcesis,vel ciuitatis.†Scđò nota ibi,indēnē,
ꝙ de natura fideiussionis est, ꝙ fideiussor ꝯseruetur indemnis
a fideiussione quantūcūq; hoc non fuerit expresè promissum
fideiussori,cum tacite intelligatur,etiam si fideiussor sit cleri-
cus,vt hic,vt s̄.de fideiu.peruenit.& per Bal.in l. constitutioni
a bus,ī prin.C.de vsuris.an tñ ipse fideiussor [a] possit expresse pe
tere cōseruationē indemnitatis a reo prin.per Bald. in l.3.in fi.
C.de verb.sig. Et quid importet conseruatio indēnitatis, dixit
Bar.in l.j.C.de sen. quę pro eo. ꝙ debet resarciri nō solū dānū
emergēs,sed etiam lucrū cessans, vt l.apud Iul. cū l.quia pote-
3 rat.ff.ad Treb.qđ tene menti.† Tertiò no.ibi,a se præstitū.ꝙ so
lum rōne iuramēti a se pręstiti pōt quis cōueniri corā ecclesia-
stico : secus ergo in hærede ipsius iurātis,qui nō posset ꝯueni-
ri corā ecclesiastico pro obseruātia iuramenti præstiti per de-
functum,ſm Io.An.hic, & s̄. de sepul.c.fi.& ratio est quia iura
mentū ex parte iurātis est personale, vt in c. veritatis,per Inn.
& Io.An.s̄.de iureiu.ideo est ꝙ hæres nō incidit in periuriū, li-
cet veniat cōtra iuramentū defuncti, vt ibi dr̄.& facit tex.hic a
contrario sensu, ex quo loquitur solū de iuramēto præstito a
se, licet enim quo ad validitatē cōtractus iuramentū defuncti
obliget hæredem,vt dixit glo.no. in c.2.in fi.s̄.de pa. eo.lib.&
Ioā.An.ibi,in prin.& sequitur Bal.in auth.sacramenta,in fi.C.
si aduer.vendi.& in l.id est generale.in prin.& in l.j.in fi.C.de
iureiu.iō est, ꝙ hęres tenetur stare confessioni iuratę ipsius de
functi,vt in auth.qđ obtinet, & ibi per glo.C. de probatio. tñ
secus quò ad periurium vel forū quasi filius, vel hæres ex iura-
mento defuncti nō sit periurus, & non sequeretur rōne iura-
menti factum defuncti,vt s̄.Et ex his no. infertur, ꝙ si iurās est
mortuus posset hæres venire cōtra ꝯtractū iuratū ꝑ defunctū,
aliter nō petit absolutionē a iuramēto, ſm Bal. singulariter in
auth.ad hęc.C.de vsuris.in 3.colum.in prin.& in l.3.C.plus va
lere quod agitur. ex quo ex iuramento defuncti nō ligatur ad
periuriū,cū spirituale vinculū iuramēti morte separat̄.& ita ēt
dicit,& tenet idē Bal.in l.3.C.plus valere qđ agit̄. & in auth.sa
cramenta,in fi.C.si aduer.vendi.in l.generaliter.circa prin.C.
4 de iureiur.† Et prædicta sunt notāda ad l.hęres.ff.de iud.vbi hę
res sequitur forum defuncti, etiam quò ad distinctionem per-
sonalem.Et ideo si statutum diceret, ꝙ pro debito ciuili possit
quis capi, ita astringitur persona hæredis.s. & poterit capi pro
debito defuncti, sicut poterat ipse defectus, secundum Bart.
in l. postulante.ff. ad Tre. & tamen ex iuramento defuncti nō
obligatur hæres ad forum ipsius defuncti,vt s̄.licet ipse hæres
repræsentet personam defuncti, vt in l. cum a matre.C. de rei
ven. & l. mortuo. ff. de fideius. & licet persona hæredis & ip-
sius defuncti eadē censeatur,vt in Auth.de iureiu.a mo.præsti.
post prin. tamen prædicta procedunt in temporalibus: secus
in iuramento,& quò ad periurium. vnde licet quis iuraret per
se & suos hæredes,tamen spiritualiter non potest obligare hę
redem,licet honestū sit vt in spiritualibus obligationibus fi-
lius sequatur voluntatē patris,tamen non est necessarium, vt
no.in c.j.s̄.de despō.impu.& in c.j.j.eo.ti.& in c. ex literis. el 2.
& c.veniens.de sponsalibus.Licet ratione iuramēti obligatio
quò ad tpalia trāseat ad hæredē,vt ꝑ gl.no. in d.c.2. tñ secus in
spūalibus, in quibus cū ligetur aīa:vnde sine ꝑprio cōsensu &
speciali mandato ligari nō pōt,facit c.vt circa.de elec. eo. li. &
ita sequitur Bal.in d.l.3.& Imo. & do. Nico.in d.c.veritatis. Et
aduerte ad id qđ est dictum s̄. ꝙ ratione iuramenti hæres non
sequitur forū defuncti,cum sit ꝑsonale.nam licet ita cōiter se-
quātur Doc.tñ do. Nic.in c.cū sit.s̄.e.col.14.& in d.c.fi.s̄. de se-
pul.in 2.col.intelligit ꝑdicta vera,vt actione ex eo cōtractu nō
possit

A D D I T I O.

a Vinc. G.Fideiussor quomodo repetat quod soluit, & quid si non debuit sol-
uere. Alex.consi.57 per totum,& consi.217.lib.1.

possit cogi hæres corā ecclesiastico: sed officio iudicis poterit cōueniri corā ecclesiastico, vt sic hr̄s ꝯpellat̄ satisfacere aiæ defuncti, vt d.c.fi.& in c.a nobis. el 2. in fi. de sentē. excom. Sed certe hoc dictum nihil facit quò ad iuramentum, quia nec actione ex eo contractu ratione iuramenti nunquam poterit conueniri hęres coram ecclesiastico, nec ēt officio iudicis ratione iuramenti: qn̄ aūt esset talis cā, ex qua hæres compelleret̄ satisfacere aiæ defuncti, tunc non astringit rōne iuramēti defuncti, sed rōne causę, quę pertineret ad ecclesiasticum forum: ita ꝙ remanet ꝓcsō firma, ꝙ forus ratione iuramenti sit personalis, & non
5 transeat ad hęredem, vt s̄.† Quartò no. ibi, temere veniēdo. iuncta l. eum quem temere. ff. de iu. ꝙ ista exceptio, tu iurasti, repellat ab agendo, cum non possit quis venire ꝯ iuramentum. facit c. veniens. s̄. de accu. de quo j. tit. proxi. c. j. in 2. glo. Et dixit hic Io. And. ꝙ licèt necessitas excuset a periurio, s̄. de iureiur. quere lam. tñ non excusat a foro, quia ratione illius iuramēti poterit ꝯueniri coram iudice ecclesiastico, cum ex hoc nō euitet eius forum. nam ratione iuramēti potest adiri iudex ecclesiasticus, ēt inter puros laicos. & ratione iuramenti quilibet efficiat̄ de foro ecclesiæ, vt hic est tex. no. Vltimò no. fm̄ Pet. de Ancha. ꝙ eo casu quo laicus est de foro ecclesiæ potest cōpelli per censuram ecclesiasticam, & sic non per capturam personæ, vel rerum, cum hoc non contineat̄ in censura ecclesiastica. s̄. de ver. sig. c. quærenti. & tex. hic solum dicit per censuram ecclesiasticam. ergo non per alium modū. de quo per Old. in suo ꝯs. 82. & est dictum in c. cum eps̄. s̄. de of. ord. eo. li. In glo. 2. in prin. vide
6 per Io. And. in reg. damnum. j. eo. lib.† In ea. glo. in fi. vide in l. Lucius. ff. manda. & in l. si pro ea. C. eo. titu. Et an fideiussor qui repetit habeat executionem paratam, vide in c. j. j̄. de iniurijs. & per glo. & in l. fi. C. de executione rei iudica. & in l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisda. cog. & tex. no. in l. cum vendente. C. vbi causę fiscales. qui tex. allegat̄, ꝙ qñ quis compellit̄ ad soluē dum pro aliquo officio eiusdem iudicis, potest compellere illum pro quo soluit, vt restituat. per quem tex. dixit Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ꝙ actio mandati ꝯpetēs illi qui pro carcerato fideiussit, & extrahit de carcerib. hēt paratam executionem ꝯ illum. de quo hic per Pe. de Anch. Et vide hic per Io. An. an liberans carceratum pro debito ciuili aīo repetēdi possit repetere, si carceratus ꝯdixit? refert fuisse disputatum de rigore esse tenendum, ꝙ non, per l. fi. C. de neg. gest. sed de æquitate fuit determinatū ꝯrium. Non ob. d. l. fi. quia loquit in gerente negotiū volūtarium, sed hic erat necessarium. facit quod tenuit Bal. in d. l. fi. dicens, ꝙ sicut expensa funeris repetit̄ a prohibente, vt ff. de religi. l. at si quis. §. idem Labeo. Ita ēt qñ soluit pro redimendo quem a persona, licèt eo vetante, quia non minus interest reipublicæ hoīes viuētes ꝯseruari, q̄ mortuos tumulari, vt d. §. idem Labeo. Sicut aľs dr̄ in medico qui curauit infirmum, etiā prohibentem, vt hoc non obstante, mercedem petere possit, fm̄ gl. no. 83. dis. in prin. Et quod dictū est s̄. de soluente pro carcerato: quod intelligit Io. An. qn debitum erat ita necessarium, ꝙ deficiebat oīs spes liberationis, nisi per solutionem, vt per Ioan. An. Alio & secundo modo limitat hic Bal. vt prædicta procedant, nisi ille qui soluit sit durior aduersarius, quàm primus. Item & tertiò limitat, nisi expediret carcerato potius stare in carcere, quàm soluere, vt quia fortè habet filios non habentes panem ad comedendum. de quo in l. cum cognatus. C. de captiuis. Sed certè vr̄ magis vtile ipsi carcerato exire de carcere, cum possit postea lucrari, vt in l. si defunctus. C. arbit. tut. nec finaliter posset postea durius astringi quàm ad carcerem, vt l. j. C. qui bo. cedere possunt. Et ad prædicta vide in l. si pro te. C. mandati. & Doct. in d. l. fi. & per Bart. in l. si Stichum. §. si ab alio. ff. de noua. In glo. 3. in fi. vide in au-
7 then. presente. de fideiusso. & Instit. eo. titu. §. fi.† In glo. in ver. iuramenti. in princi. dixit hic Ioan. And. ꝙ licèt hoc casu iudex ecclesiasticus audiat conquerentem, non tamen ex officio potest inquirere ad priuatam vtilitatem, fm̄ no. per Inno. in c. ad nostram. el 2. s̄. de iureiur. fallit in aliquibus casibus de quibus ibi per Innoc. & Doct. in c. quemadmodum. eo. titu. & vide ibi per Io. And. an fideiussor alicuius, qui postea iurauit pro nullo fideiubere, fit periurus, si redimat res debitoris, soluendo post ea pro ipso? & concludit ꝙ non, quia sic non fideiubet, sed a fideiussione præstita se liberat. Et an iuramētum de non fideiubendo sit licitū? Arc. 22. q. j. non est. & 11. q. j. sicut. per tex. ibi tenuit, ꝙ sic. qd̄ intelligit Io. An. in add. Spe. in ru. de iureiu. in clericis. ar. c. j. s̄. de fideiu. intellige nisi haberēt bona patrimonialia, quo casu idem esset in eis quod in laicis, fm̄ Do. in quib. laicis Io. An. ibi ꝯcludit, ꝙ si laicus pōt necessitatib. ꝓximi aľr subuenire, non dēt fideiubere, vt sic seruet iuramentum, sed si aľr non pōt subueniri, & ex obseruantia talis iuramenti periret salus proximi tp̄alis vel sp̄ualis, & tunc non obstāte tali iuramēto, dēt fideiubere, vt 22. q. 4. §. fi. ad fi. & si hoc sensit iurās fuit illicitū iur̄m: aľs non. ar. c. j. j̄. de iureiur. & s̄. eo. titu. c. q̄ to. fm̄ Io. An. in dictis addi. referentē Old. ita tenere in suo ꝯsi. 70. de quo tñ ar. vide plenè per d. Nic. in c. si verò. s̄. de iureiur. vbi indistinctè concludit, ꝙ tale iuramentum non obliget vbicunq; proximus vt reus indiget fideiussore, q̄a ex pręcepto tenemur diligere proximum. de pę. dist. 2. proximos. ergo per iuramentum non possumus nos subtrahere ab hac pietate ex necessitate fiēda, vt in c. diligenti. s̄. e. Et eodem modo dicit do. Nico. in d. c. si verò. de iuramento de non mutuando pecuniā, quia non obligat quominus possit, & debeat fieri mutuū indigētib. per no.
8 per Io. An. in c. 2. s̄. de sol.† In ea. glo. in fi. vide plene per glo. & Io. An. in c. nos inter. s̄. de purga. cano. & hic in glo. ñ. Quid de
a crimine sacrilegij, & heresis, & adulterij, & vsurarum, & quid de excōicatione, & de decimis, an iudex secularis cognoscere possit? de quo hic per Do. & per glo. & Doc. in c. cum sit. s̄. e. &
9 in c. j. s̄. de offi. ordi.† In glo. fi. in fi. tenet hic Io. Mo. & Arch. ꝙ ratione iuramenti mutet̄ forus, sed alijs videt̄ ꝙ non mutet̄, sed ꝙ iuramentum accumulet forum: licèt enim periurium sit crimen ecclesiasticum, vt per gl. 3. in d. c. cum sit. tñ non est merè, intñ ꝙ iudex secularis cognoscere non possit, & illud punire: quia imò per hoc potest, vt j̄. de iureiur. licèt. & l. si quis maior. C. de transac. vt hic per Io. An. ꝯcludentem, ꝙ in foro pęnitentiali, laicus de iuramento cognoscere non possit, vt 22. q. j. prædicandum. & per Io. An. in d. c. nos inter. in j. gl. cum laicus nullo casu habeat ptātem clauium in absoluēdo, vel ligando, fm̄ glo. in c. pastoralis. s̄. de offi. ordi. In foro verò iudiciali dicit Io. And. ꝙ aliqñ de ipso iuramento principaliter agit̄, ꝙ seruet̄, & ꝯ laicum vterq; iudex tam secularis q̄ ecclesiasticus est competens ad obseruantiam iuramenti, vt hic, & d. c. licèt. Aliqñ de ipso iuramento excipit̄, tunc tam coram ecclesiastico poterit cognosci, vt hic, q̄ etiam coram iudice seculari: debet tñ tunc iudex secularis seruare ius canonicum & poterit cōpelli ad hoc per iudicem ecclesiasticū, vt d. c. licèt. & sic practicaret̄ d. aut. sacramenta. & d. c. 2. s̄. de pact. fm̄ Io. An. dicentē, ꝙ qñ reuocaret̄ in dubiū probabile, an iuramentum esset licitum vel nō, & sic seruandum vel non, tunc debet hęc cā remitti ad ecclesiasticū, vt in c. ven. s̄. de ele. & ita pōt intelligi dictum Host. in d. c. tuā. fm̄ Io. An. & idem tenent Doc. in d. c. cū sit. & d. Nic. ibi in 12. col. & vide quod idē singulariter voluit ad hoc propositū in c. cum contingat. s̄. de iureiu. in 18. col. Et ex dictis Io. An. no. primò, ꝙ ex iuramento pōt agi ēt corā iudice seculari. & ita sentit gl. hic. quod an procedat de iure ciuili, vide per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & per Bal. in l. j. C. de reb. credi. & per Inn. & Ioā. And. in c. cum venissent. de insti. & in c. nouit. s̄. de iudi.
10 †Secundò no. ex dictis Io. And. ꝙ ex iuramento [b] possit agi co
b ram iudice seculari, etiam eo casu quo de iure ciuili ex tali iuramento agi non posset. & ita sequitur do. Anto. & do. Nico. in d. c. cùm sit. licèt Imo. ibi aliud velit, & non bene. nam cum ratione peccati debeat in omni foro seruari ius canonicum, vt per glo. in regu. possessor. j̄. eod. lib. & no. in d. c. nouit. poterit tunc cogi iudex laicus ad obseruantiam iuramenti per censurā ecclesiasticā, vt hic dr̄, & in d. c. 2. & in d. c. licet. Nullo tñ casu posset iudex laicus concedere absolutionē a iuramēto, sed debet adiri iudex ecclesiasticus, vt no. in c. j. & c. debitores. s̄. de
11 iureiu. & per glo. 15. q. 6. autoritatem.† An autem iudex ecclesiasticus possit ex officio inquirere contra laicum non seruātem iuramentum? Io. And. hic ꝙ non. quod procedit, nisi esset talis persona quæ agere non possit, vt in c. quemadmodum. s̄. de iureiuran. & l. 3. §. præterea. ff. de suspec. tut. Et refert hic Ioan. An. fuisse disputatum, ꝙ si laicus, cum quærit̄ de clerico coram suo epo, dicendo ꝙ sibi cum multitudine hoīum damna & spolia intulit, & allegat illud esse notorium, ꝙ non poterit episcopus ex officio contra tales inquirere ad restitutionem: imo debebit dari libellus, & seruari ordo iuris. facit c. olim. s̄. de iniur. & c. 2. s̄. de ordi. cogni. & s̄. de offic. deleg. consul. & 2. q. 7. lator. & quod no. 3. q. 6. offeratur. & in c. j. s̄. vt ecclesiasti. benefi. & in c. dile-

ADDITIONES.

a Nico. Supe. De crimine sacrilegij Adde Docto. in c. in primis. 2. q. j. Doct. in c. cum sit generale. de foro compe.
Vin. God. Sacrilegium est vsurpare iura eccle. Ruy. consi. 4. nu. 5. li. j. & de sacrilegio, & eius pęna, Lud. Mont de reprob. sent. Pila. in 2. dubio. nu. 5.
b Nic. Sup. Quòd ex iuramento. Adde glo. & Doc. in c. quanto. de iureiur.
Vinc. God. Adde, ꝙ iurans non reclamare a sententia arbitri, intelligitur iurare si fuerit rectè iudicatum. Ruy. consi. 149. nu. 10. lib. 4.

c.dilectus.ſ.de temporib.ordinan.eſto ꝙ ad correctionem cri
minis per viã inquiſitionis procedere poſſit,vt in c.qualiter.ſ.
de accuſa.vt hic per Ioã.And.ex cuius dictis infert Lap. hic, ꝙ
per illam clauſulam,ea quæ de bonis eccleſiæ &c.iudex dele-
gatus ꝓcedere non poteſt per viam inquiſitionis, ſed in for-
ma iudicij.& ita tenet Spe.in tit.de reſcrip.præſenta.§.ratione
formæ.ad finem.j.col.ver.item ꝙ in reſcripto. & Pau. in clem.
quia contingit.de religi.domi.Si tamen iudex datus eſſet ſu-
per moleſtijs,& iniurijs illatis monaſterio, qualiter procede-
re poſſit? dic vt not.per Fed. in ſuo conſil.210.Et aliquos caſus
in quibus iudex poteſt ex officio inquirere ad priuatam vtili-
tatem,vide plene per Io.An.& Doc.in d.c.ad noſtram. el 2.ſu-
per glo.pe.& de inſtitutio.c.cum veniſſent.

De litis conteſtatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio & defenſio qualiter differunt?*
2 *Exceptio peremptoria propoſita ante litis conteſtationem non impedit litem conteſta. ſed uenit probanda poſt litis conteſtationem.*
3 *Exceptionis peremptoriæ taciturnitas, ſi non eſt litis finitæ non inducit ſubreptionem reſcripti ad lites quominus ſaltem procedi poſſit ſecundum iuris formam.*
4 *Exceptio pacti de non petendo eſt peremptoria: & an impedit litis conteſtationem.*
5 *Adde concluſionem quam ponit infra.& nu.6.*
7 *Emologatio ſententiæ arbitri quando inducatur ex longo ſilentio.*
Et exceptio præſcriptionis poteſt opponi ante litem conteſtatam, ita vt eam impediat.
8 *Exceptiones litis finitæ poſſunt opponi dupliciter,ſcilicet in uim declinatoriæ,& in vim perẽptoriæ,et qualiter hæc fiãt,vide. Et nu.13.ad idẽ.*
9 *Lex uel ſtatutum licet diſponat admittendas eſſe certas exceptiones, tamen illæ poſſunt tolli per replicationem.*
10 *Exceptiones litis finitæ qualiter debent opponi?*
11 *Sententia diffinitiua ſicut debet eſſe conformis libello, ita ſententia ferenda ſuper exceptione debet eſſe conformis, ſecundum modũ exceptionis.*
12 *Sẽtẽtia lata ſuper exceptione an ſit diffinitiua uel ĩterlocutoria,& nu.13.*
14 *Exceptiones declinatoriæ fori debent proponi ante omnia.*
15 *Exceptio quando poteſt opponi in uim declinatorię ante litem cõteſtatã, & in vim peremptoriæ poſt litem conteſtatam?*
16 *Literæ in beneficialibus an habeantur loco tituli?*
17 *Exceptio ſi proponatur contra reſcriptum, quòd ſit ſubreptitium, cui incumbat onus probandi.*
18 *Exceptio peremptoria quæcunque ſit,ſeu defenſio tãgens ipſum negotium principale de quo agitur, non poteſt opponi ante litem conteſtatã. hæc regula limitatur multis modis,vt infra ſequitur.*
19 *Exceptio diſcuſſionis non factæ impedit litis ingreſſum,*
20 *Exceptio collationis non factæ impedit litis ingreſſum.*
21 *Idem in exceptione ſolutionis.*
22 *Item exceptio, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
23 *Item exceptio proueniens ex ſtatuto quòd quis non audiatur.*
24 *Idem in exceptione oppoſita contra agentem familiæ erciſcũdæ per quam negatur quem eſſe hæredem.*
25 *Idem in exceptione pacti, quando eſt factum cum alia perſona, uel ſuper alia re quàm in libello deducta.*

C A P. I.

1 EXceptionis. †No. primò differẽtiã in-
ter exceptionẽ, & defen-
2 ſionẽ.de quo j.in gl.†Secũdò no. ꝙ regulariter
exceptio perẽptoria ꝓpoſita ante lit. conteſt.
nõ impedit litis conte. ſed venit ꝓbanda poſt
lit.ꝯteſta. ſic j.c.ꝓxi.& ſufficit ꝙ ꝓbetur poſtq̃
actor fundauit ſuã intentionẽ,vt no.in c. de teſtib. ſ. de teſtib.
& in l.ſi q.dẽ.C.de excep.imo reus nõ cogit̃ recipere terminũ
ad probãdũ exceptiones, & defenſiones ſuas, niſi poſtq̃ actor
ꝓbauerit ſuã intẽtionẽ,& ſic nõ poſſint vtriq; termini cumu-
lari ſimul,ſm Pe.de Anc. qđ fallit in ſummarijs cauſis, vt ꝑ gl.
3 no. in ver.partes.in cle.ſæpe.§.& q.a.de verb.ſig.† Vltimò tene
mẽti,& ita allegat̃,ꝙ taciturnitas exceptionis perẽptoriæ ꝯpe-
tẽtis aduerſario,ſi nõ eſt litis finitę,nõ inducit ſubreptionẽ re-
ſcripti ad lites,quominus ſaltẽ ꝓcedatur ſm formã iuris, & ita
tenet Inno.in c.ex parte B,ſuper ver,aſſignatã. ſ.eo.& in c,ſu-
per literis.ſ.de reſcri,& Rota in deciſ.284.quæ inci.Itẽ ſi ꝑ im-
petrantẽ.de quo j.in gl.fi. Secus tñ eſt in exceptionibus decli-
a natorijs vel dilatorijs,quia taciturnitas [a] induceret ſubreptio-
nẽ reſcripti,& impediret litis cõteſt. vt hr̃ in c.cũ ordinẽ.de re-
ſcri.& in d.c.ſuper literis.& tenet Inno.ibi.& hic idẽ Arch. &
Io.An.quia ex quo reſpiciũt ꝓceſſum, & nõ cõtingunt nego-
tiũ principale,ideo examinant̃ ante lit.ꝯteſt.ſ. de re iudi. inter
mo.de coha.cleri.ſuper eo.de reſcri.dilectus.el j. nã exceptio-
nes quæ opponũtur in vim dilatoriæ,ſeu declinatoriæ debent
ꝓbari,& opponi ante lit.conteſt.& impediunt lit. ꝯteſt.vt j. in
gl.pe.& ibi Io.An.& tenet Spec.in ti.de excep.§. nunc viden-
dum.in prin.& in fi.& in ver.quia ergo.& Bar.in l.fi. ff. ꝓ ſuo.
in fi.Et vide in d.c.cùm ordinem.vbi eſt tex.no. ꝙ valet reſcri-
ptũ,nec reddit̃ ſubreptitium,licèt non faciat mentionẽ de pri-
uilegio aduerſarij: quia ex priuilegio cauſatur exceptio perẽ-
ptoria, dũmodo tamen tale priuilegiũ non habeat clauſulam
derogatoriam ad reſcripta,ſeu illis det formam, quia tunc ſe-
cus eſſet,vt ibi per Imo. Et limita hunc tex. vt procedat in re-
ſcriptis ad lites:ſecus in reſcriptis ad beneficia,in quibus taci-
turnitas exceptionis perẽptoriæ induceret ſubreptionem, &
vitiaret reſcriptum ipſo iure,vt hic in glo.& patet in c. cõſtitu
tus.ſ.de reſc.ſecundum Lap.hic,& tenet Inno.in d.c.conſtitu
tus:& in d.c.ſuper literis.& intellige in reſcriptis ad beneficia
gratioſis: ſecus autẽ in reſcriptis iuſtitiæ ad beneficia, quia tũc
taciturnitas iuris peremptorij nõ vitiaret literas ad beneficia,
nec talis ſubreptio ſeu exceptio poterit tunc opponi contra li-
teras vel proceſſum : ſed ſolum ad merita cauſæ, ſicut dicitur
hic in reſcriptis ad lites.& ita tenet notabiliter Io.An.& ſequi
4 tur ibi Imo.& do.Anto. in c. poſtulaſti.ſ.de reſcri. qđ not.† In
glo.2. ibi, de non petendo. tenet glo. ꝙ exceptio pacti de non
petendo,ſit peremptoria, & nõ impediat litis conteſt.& ita ẽt
tenet Barto.in l.ſi tibi.§.pactus ne peteret.ff. de pac. Sed exce-
ptio pacti de non agendo impediat lit.conteſt.ſm Inno.& ita
tranſit Archi.& Io.An. hic. ponentes ſuper hoc rationẽ diuer
ſitatis, & cõcludentes etiam ꝙ exceptio pacti de nõ agẽdo de
bet opponi ante lit. conteſt. & poſtea opponi nõ poſſit, cũ ſit
declinatoria.de quo hic per Domi.& per Bal.in d.l.perempto
rias.C.ſentẽtiã reſcin.non poſ. in 8.colum. & in l.poſtquã liti.
C.de pac.Et aduerte,quia Bal.hic voluit,ꝙ in hoc vltimo inter
hæc non ſit differentia,cum agere reſpiciat, non ſolũ exordiũ
litis,ſed etiam quẽlibet actum:& maxime poſt lit.cõteſt.vt l.ſi
ꝓcurator.ff.de excep.doli.& l.q. ꝓcuratorẽ dat.ff.de ꝓcu.facit
l.j.C.de lit.ꝯteſt. vnde quò ad iudiciũ nõ eſt differẽtia:licèt pa-
ctũ de nõ petẽdo ſit magis gñale, cũ petere dicat̃ ẽt extra iudi
ciũ,ſed nõ dr̃ tũc agere,vt in l.amplius nõ peti.ff.rẽ ratã habe.
vnde vr̃ tenendũ,ꝙ exceptio pacti de nõ agẽdo poſſit opponi,
nõ ſolũ ante lit.ꝯteſt.& eã impediat,vt tenet ſ.Inn.& Io.An.&
Bal.in d.l.perẽptorias.& in d.l.poſtq̃ liti. ſed ẽt poſt lit. cõteſt.
cũ ẽt ſit perẽptoria.& tenet Bal.in d.l.poſtq̃ liti.in q.nta oppo.
& ſequit̃ do.Ant.in c.ꝯſtitutis.ſ.de reſcr. licet Imo.ibi ĩ vltima
carta,in princ.videat̃ velle, ꝙ exceptio pacti de nõ agendo vel
de nõ ꝯueniẽdo poſſit ſolũ opponi ad ꝓceſſum : & ſic nõ poſt
lit.ꝯteſt.de quo ibi ꝑ eũ.Qñ tñ pactũ de nõ petẽdo eſſet iuratũ,
5 tunc bene impediret litis conteſta. ſm Inno. de quo j.† In ead.
gl.in fi.cõclude,ꝙ ſiue ſit pactũ iuratũ de nõ petẽdo,ſiue de nõ
agẽdo, ſiue ſimplex iuramẽtũ de nõ petendo,omni caſu exce-
ptio ex iuramẽto deſcẽdẽs impedit lit.ꝯteſt. & poteſt opponi
ante lit.conteſt.& ad reſcriptũ,& proceſſum,vt ſic periurium
euitetur,ſm Inn.Arch.& Io.An.facit tex.in c. veniẽs. hic alle.
& eſt dictũ ĩ c.fi.ſ.tit.proxi.vbi enim ex admiſſione ad iudiciũ
quis incurreret periurium,quia venit contra iuramentum,ta-
lis exceptio impedit litis ingreſſum , & repellit̃ ille talis, quia
temerariè agit, vt in c.fi.ſ.ti.ꝓxi. & facit l. eũ quẽ temere.ff.
de iudi.licet qñ ex alia de cauſa quis eſſet periurus, ex hoc nõ
repellatur a ꝓſecutione iuris ſui.& ita procedat glo. in c.dile-
cti.ſ.de excep.& qđ not.Archi.4.q.6.omnibus.& Ioan. An.in
reg.quod ſemel.j.eo.lib.& glo.in c.fi.ſ.de procur. eod. li. & in
c.2.j.de iureiuran. & Inno. in c. dilecto.ſ. de præben. Aduerte
tamen,quia Ioan.And.j.ſuper glo. in ver.finita.intelligit præ-
dicta vera, quando iuramentum de nõ agendo vel accuſando
interceſſit poſt litem motam,quia tunc dicitur lis finita, & op
poni poſſet ante lit.conteſt. & eam impediret, ſicut aliæ exce
ptiones litis finitę. & ita intelligit d. c. veniens.ſecus quando
ante litem motam interceſſit iuramentum de nõ agendo, vel
accuſando,quia tunc exceptio ex eo deſcẽdens eſt perẽptoria
& litis ꝯteſt.nõ impediret.Sʒ certe oĩ caſu exceptio ꝓueniens
ex iuramẽto opponi põt ante lit. cõteſt.& eam impedit,& di-
citur exceptio rei finitæ.Et ita tenet Bar.in l.cũ quęrebat̃.in fi.
ff.iudi. ſolui.per text. in l.nã poſtea. in prin.ff.de iureiuran.ita
etiam

A D D I T I O.

a Vinc.G. Taciturnitas quando habeatur pro cõſenſu,quando non? Alex.conſil.84.nume.5.lib.7.& conſi.180.eo.lib, Soz.in conſi.46.& conſi.148. nu.37. lib.2.& vide in deciſ. Neapo.58.

ipsius rei conuenti obstet agenti possessorio recuperandæ, & idem esse si opponatur exceptio notoria defectus proprietatis ipsius agentis, licèt non fundet ius excipientis, per no. per Inn. & Io. An. in d.c. constitutus. de quo dic, vt s̃. in glo. est dictum. Ad c. cum ecclesia. de cau. pos. ibi, conscribat de non iure agentis. patet, quia fertur sñia in petitorio contra eum, & tamen in possessorio fit restitutio. nec obstat ꝙ ibi fertur absolutoria in petitorio, quia non fuit probatũ, quia certe pro parte canonicorum satis erat probatũ præsumptiuè, cùm de iure cõi ad eos spectaret electio, & sufficit probatio præsumptiua. glo. & Docto. in c. illud. de cle. excõ. & illa erat p̃scriptio iuris q̃ sufficit ad condemnatoriã. l. si quis adulterij. C. de adul. & sic ibi constabat, & fuit tñ lata sñia in possessorio. nec obstat ꝙ ibi debebat dari sñia, quia de qua re iudex agnouerit rei, quia certe poterat ferri sñia, tñ absolutoria non condemnatoria in possessorio. Et conclude breuiter ex prædictis, an agenti possessorio recuperãdæ obstet exceptio dñij seu proprietatis notorię, ꝙ aliqñ est notorium dispositionis, quia ius sic disponitur & admittit̃. & ita est tex. no. hic, adeo ꝙ si circa factum requiritur aliqua ꝓbatio, debet admitti, vt hic patet. & sequitur Imo. in d. cle. j. ad fi. vide tñ dicta s̃. in gl. in ver. asserunt. Aliqñ opponitur exceptio notoria facti permanentis per euidentiã facti, & debet admitti, vt in d.c. significasti. vbi probatur esse idem si allegetur notorium facti trãseuntis, quia exceptio adulterij notoria admittitur, & tñ est facti trãseũtis. & dato ꝙ aliqua probatio summaria vel extraiudicialis requireretur ad ꝓbationẽ notorij, tñ admitteretur, vt dicit no. Inn. in d.c. significasti. Aliqñ opponitur exceptio notoria probationis, & tunc si fit confessio ex qua resultat notorium, vt d.c. fi. & debet admitti. & ita potest procedere tex. hic, vt s̃. in glo. in ver. asserunt. & idem cõstaret per sñiam, quia ex sñia resultat notorium, vt d.c. fi. & l. emptorem. in prin. ff. de act. emp. Et idem si ex alijs probationibus factis coram eodem iudice vel diuerso, dummodo faciant fidem in isto iudicio, fm no. in c. causam. el j. s̃. de testi. nam ex probationibus factis in iudicio resultat notoriũ iuris, vt s̃. de ver. sig. cũ olim. el i. & talis exceptio sic probanda debet admitti, vt dicit Inno. in d.c. in literis. & in d. constitutus. & s̃. de renunc. super hoc. & tenet La. in alle. 24. & Rota in deci. 437. & est tex. no. in d.c. si constiterit. de proba. facit corã alio iudice. non ob. c. porrò. s̃. de diuor. quia potest dici, quòd ibi in veritate non erat notorium. qđ innuitur ex dictione, ẽt, ibi posita: vel loquitur in restõne quæ fit ex officio iudicis ad peccatũ euitandũ quæ nõ impeditur ex obiectu defectus ꝓprietatis notorię. Aliqñ opponitur exceptio ꝓprietatis seu dñij, quæ non est notoria, sed indiget probatione, & tunc non debet admitti ẽt si posset incontinenti probari, vt per glo. in c. 1. s̃. eo. Sed spoliatus est ante oĩa restituendus, vt d.c. in literis. si tñ fuit admissa probatio per iudicẽ, uel quia pars non ꝯdixit, vel aliter ex tali ꝓbatione cõstet de non iure agentis, tunc bene obstabit exceptio dñij, fm Inn. in d.c. cõstitutus. & sic petit glo. hic in fi. & facit qđ habetur in c. fi. s̃. eo. vnde si iudex admitteret ꝓbationes sup̃ dominio vel super alio quã possessorio, dẽt tunc appellari: aliàs valeret sñia & probatio facta, ut est tex. no. in l. j. C. de app. pro quo ẽt tex. in c. 1. s̃. eo. vbi agenti possessorio recuperandæ põt opponi exceptio dñij, & de eo probari si ipse agens cõsentiat. facit ẽt ad p̃dicta, q̃a licèt aĺs ꝯ p̃scriptionẽ iuris, & de iure non admittat̃ ꝓbatio in ꝯrium, s̃. de spon. is qui. tñ si fuit admissa, valet & tenet probatio, fm Inn. in c. cum Bertoldus. s̃. de re iudi. & de his plenius vide per Imo. in d. cle. j. de cau. pos. in ultima charta. & per Do. in d.c. in literis. quòd agenti possessorio obstet exceptio iuramenti, per Rot. in deci. 401. quæ incip. Item si agenti. item obstat exceptio pacti de non petendo. item renũciatio in deci. 293. quæ incipit, Item si A. circa finem. Item obstet exceptio violentiæ notoriæ, puta si per vim possessionẽ fuisset ingressus, secundum Rotam ibi in fine. Item obstat exceptio reseruationis papalis, vt in decisi. 16. quæ incip. Item si cõtra. & per Lap. in alle. 23.

De dolo & contu. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1 *Actor qui fecit citari, debet comparere in termino, sicut citatus: postea debet recedere de licentia iudicis.*
2 *Expensæ quales solui debent propter contumaciam in non comparendo.*
3 *Impedimentum excusat a contumacia, & pęna ipsius.*
4 *Expensarum condemnatio, an possit fieri sine citatione.*
5 *Cautionis verbo licèt alias contineatur simplex promißio, si tamen opponatur verbum, idoneè, debet caueri cum fidoiussore.*

C A P. I.

1 ACtor qui ad. † No. j. ꝙ non solum citatus debet comparere in termino, sed ẽt ille qui fecit citari: & debet postea de licentia iudicis recedere, vt in c. 1. s̃. de iudi. fm Ioan. An. contumaciam non comparentis legitimè accusare, ut l. properandum. in prin. C. de iudi. aĺs vno ex istis deficiente, est circunducta citatio tam in citatione actoris quàm rei, ut per Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & no. in ca. consuluit. s̃. de offic. delega. & ibi per Innocen. et in cap. calumniam. ff. de pę. per Doct. in d.c. 1. Secundo no. ꝙ ita dicitur cõtumax actor qui facit citare si non comparuit, sicut & ipse citatus: immo maior dicitur contumacia actoris quàm rei, ut hic dicitur in glo. secũ
2 da. & patet hic in textu. † Vltimo no. & tene menti, ꝙ licèt aĺs
expensæ aduocatorum & procuratorum veniant reficiendæ,
vt per glo. Innocen. in c. in nostra. de iureiuran. & in l. nõ ignorat. C. de fru. & li. expen. tamen propter contumaciam in non comparendo & in termino veniunt solum expensæ quas fecit comparens ex sua comparitione & ratione illius cõtumacię. facit quod no. per glo. 2. q̃. 1. in primis. & 4. quæstio. 5. in summa. & in l. sancimus. C. de iudi. & ibi per Cyn. & Bald. quid de lucro perdito per comparentem, de quo etiam no. in c. finem litibus. s̃. de dolo & contu. In glo. 2. in princ. & procedit etiam iste tex. siue in principio causæ, siue in processu assignetur terminus, uel fiat citatio, & sic in quolibet termino habebit locũ tex. hic, secundum Ioan. An. In ead. glos. ibi, excommunicari. vel missionem in possessionem bonorum pati, vt in c. quoniã.
3 §. in alijs. s̃. vt lite non contesta. secundum Ioan. An. † In glo.
a in uer. curauit, in princip. ideo est, quòd impedimẽtum [a] excu-
sat a contumacia, & eius pęna, prout etiam tenet glo. hic in fi. & idem in qualibet alia iusta causa, quæ qualiter probetur, an per testes uel iuramentum, uel an sufficiat semiplena probatio, hic per Archidia. & Ioan. An. concludentes arbitrio iudicis relinquendum, quia considerata qualitate personarum vel impedimenti, & aliæ iustæ causæ, quandoque exiget iuramentum & quandoque plenam probationem, de quo per glo. 86. distin. tanta. et per glo. in uer. fidem. & in uer. impedimento. et in c. cupientes. §. quòd si per viginti. s̃. de elec. eod. lib. et plene per Imol. in l. quæsitum. ff. de re iudi. et per Spec. in titu. de appel. §. nunc breuiter. uer. quid ergo. et in titu. de dila. §. fina. uer. in summa. In glo. in uersi. uenienti, in prin. et tunc est circumducta citatio, ut no. in d.c. consuluit. et in l. et post edictũ. ff. de iudi. et hoc in citatione speciali ad certum actum: secus in citatione generali ad totam causam, quia licèt quò ad terminum in quo neuter comparuit sit circumducta citatio, non tamen quò ad totam causam et alios actus, ut tenet Rota in deci. 345. quæ incip. Item licèt impetratos, de quo plenius per Docto. in d. ca. 1. In ead. glo. in fi. et ibi in glo. fi. vbi Ioan. An. tenet, quòd hoc casu actor uel reus non dicetur contumax, de quo
4 ibi per Imo. † In glo. in uer. legitimè, in fi. an condemnatio ex-
b pensarum [b] possit fieri sine alia citatione, per Innocen. in d.c.
calumniam. et per Bart. in l. 3. §. si ad diem. ff. de re mili. et per Bald. in l. j. ff. si quis ius dicen. In glo. in uer. admittendus. et punietur etiam in alio, quia reus comparens poterit petere se absolui ab instantia iudicij, sed requiretur tunc citatio. de quo per Inno. et Io. An. in d.c. consuluit. et per Spec. in tit. de cõtu. §. j. ver. fi. et per Rot. in d. deci. et in deci. 69. quæ incip. Item ꝙ actore. et an possit tũc reus diffinitiuè absolui a petitione actoris, uide plene per Rotam in deci. 402. quæ incip. Item si actor.
5 † In glo. in uer. sufficienter, in fi. et debet cauere cum pœna,
secundum Innocen. et sic tene menti, quòd licèt aliàs appellatione citationis intelligatur de simplici ꝓmissione, ut l. sancimus. C. de uer. si. tñ si apponeret verbum, idoneè, uel sufficienter, intelligat̃ ut debeat caueri cũ fideiussore, uel pignore, ut in l. si mandato. hic alle. & tũc si propter paupertatẽ, uel aliam iustã cãm nõ possit dari fideiussor vel pignus, sufficit iuratoria cautio,

A D D I T I O N E S.

a V.G. Impedimentum excusat. Adde quæ sunt iusta impedimenta, in c. peruenit. 18. distin. & Doc. in c. quia propter. §. illud. de elec. & in l. 2. ff. si quis caut. Nic. Sup. Tu adde, ꝙ impedimentum iustum excusat debitorem a mora, sed non liberat ad obligatione in genere. Ruy. consi. 15. nu. 2. lib. 4.

b Nic. Sup. Expensarum. Adde Io. An. in c. finem litibus. de do. & contu. Cyn. in l. sancimus. in 13. q. C. de iudi.

V.G. Adde quando fieri possit contra victum in vno capitulo tantum, Fely. in c. significauerunt col. 4. de excep. & in c. ad audientiam. el 2. 12. col. cogitabam etiam. de rescrip.

cautio,& dēt tunc ꝑmittere pęnã,vt dicit Inn.& idē voluit gl.
& Bart.in l. niſi,§.q̄ vis. ff. ſi cui pluſq̄ per le.falci.imò debebit
tunc obligare & ſe & omnia bona ſua, & ſic facere cautionē
ſibi poſſibilē,ſm Bal.in l.oēs.§.in hac.ff.de epi.& cle.In glo.fi.
in fi.no.ex glo. iuncto tex. ꝙ qui ſemel fuit in iudicio ſi poſtea
non cōpareat, præſumitur tunc malitioſè abeſſe, ideo dixit In
no.in c.fi.s̄.de eo,qui mit. in poſ. ꝙ contra eum poterit proce-
di ex citatione ad domum, tanquam contra malitioſè contu-
macem.& Idem voluit glo.in l.Fulcinius. §.quid ſit latitare.ff.
ex qui.cau.in poſſ.ea.& ibi per Bar.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſi ſibi conſtet, quòd alter ex litigatoribus nolit comparere, non tenetur eum amplius citare.*
2 *Appellatio ut ualeat debet eſſe ſpontanea.*
3 *Pars an ſemper ſit citanda in executione ſententiæ.*
4 *Appellationi renunciari poteſt expreſsè & tacitè.*
5 *Actus ſequens ſi habet connexitatem cum præcedenti, an ſit neceſſaria citatio.*
6 *Executio venit acceſſoriè ad ſententiam, & diſcordans in ſententia videtur diſcordare in executione.*

C A P. II.

1 CVm qui. † No.j. ꝙ recedens a iudice appellan
do eo ipſo recuſare vr̄ coram illo iu-
dice cōparere, ex quo infertur, ꝙ ſi conſtat iudici
ꝑſumptiuè, ꝙ alter ex litigatoribus nolit cōpare-
re,non eſt neceſſe ꝙ amplius iſtum citet, & valet proceſſus ſi-
ne citatione, vt hic dr̄ & in cle.j.eo.tit.Secūdo no.ibi, ad ſnīam
audiendã.iuncta glo.ꝙ in citatione debet cōtineri expreſsè ad
ſnīam audiendã,nec ſufficerēt verba æquipollētia,puta ad au-
diendū voluntatē iudicis,& hoc tam in ordinarijs iudicijs q̄ ēt
in ſummarijs,ſm glo.no.in verſi.ad idem.in cle. ſæpe.de verb.
ſigni.& ita ēt tenet Rota in deci. 342. quæ incip. Item retento.
2 quod tene menti. † Vlti. no. ibi, ſponte, à ↄ̄rio ſenſu ſecus fo-
ret,qn̄ coactè & per metum, quia appellatio vt valeat in præiu
dicium appellantis,dēt eſſe ſpontanea:aliàs appellans eſſet ci-
tandus,cum metus non iuuet alium q̄ metum paſſum, ſm Io.
An.de quo hic per Lap.& Dn̄i.In glo.2.in fi.intellige in caſib.
in quibus appellatio non impedit executionē, de quibus j̄. de
3 appel.Romana.§.ſinautem. ſm Io. An. † Et tene menti ex glo.
limitã. ꝙ licèt in executione ſnīæ requiratur citatio partis, vt
dicit gl.hic,& no.in c.qa vt.s̄.de iud.& Inn.in c.ex rōe.s̄.de ap
pel.per Imo.& per Bar. in l.a Diuo.§. in venditione.ff.de re iu
di,tn̄ illud eſt verum,niſi pars appellauerit a ſnīa,cum tunc nō
ſit vlterius citanda in executione:quod no.In glo.in ver.appel
lans,in prin.quod intelligit Archi.in c.fi.j̄.de appel.qn̄ appella
tur ab interlocutoria,vel grauamen quod parit præiudiciū ne-
gotio prin.vel reddit iudicium nullum: aliàs ſecus eſſet. & ita
ſequitur hic Lapus, & Dn̄i.licèt Io. An. in c.ſuper eo.el j.s̄.de
appel.aliud velit. de quo ibi per Doct. & vide in c.ad hæc.s̄.de
appel.Qn̄ tamen iudex detuliſſet appellationi, tunc appellans
non eſſet contumax, quantūcunque fruſtratoriè appellaſſet,
vt no.in cle.j.de ap.& j̄. de ap.in c.cū appellãs. Et idē ſi iudex a
quo denegaſſet apoſtolos,vel fuiſſet ei inhibitum, vt c.ab eo.
4 & c.non ſolum.& c.vt ſuper.s̄.de appel. † In glo.in ver. renun
ciet, in fi.no. ꝙ pōt renunciari appellationi expreſsè & tacitè,
& valet talis renunciatio non ſolum in præiudicium renunciã
tis,ſed ēt in eius cōmodum, cum de cętero erit audiendus, vt
hic in tex.& hoc in tacita renunciatione per modum, de quo
hic in glo.ſed ſi induceretur talis tacita renunciatio per negli-
gentiam,puta non petendo apoſtolos intra tp̄s, vt j̄. de appel.
in d.c.ab eo.vel appellationē non proſequendo intra tp̄s iuris,
vel aſſignatum a iudice, vt in c. cùm ſit. & c.perſonas.s̄.de ap-
pella.tunc talis tacitè renuncians non erit de neceſſitate citan
dus ad id quod reſtat de proceſſu, licèt quodammodo inuitus
renunciare dr̄,de quo hic per Io.An.& per.glo.in d.c.cùm cau
ſam.vbi idem tenet d.Nic.in pe.col.In gl. in ver. item teneris,
in prin.uide per Ioan.An.in c.conſuluit.s̄. de offi. dele.& in c.
5 accedens.hic alleg.†In ea.glo.in fi.idem voluit Inn.in c.eccle-
ſia.el 2.s̄.de ele.in prin.& uide per Arch.in c.2.j̄.de confeſ.Et te
ne menti hanc glo. & ſemper alle. quam limitat hic Dn̄i. pri-
mo niſi actus ſubſequens haberet dependentiã vel connexita
tem cum præcedenti, nã tunc nō erit neceſſaria citatio, vt eſt
tex.ſm vnum intellectū.j̄.de cōceſ.ꝑben.ſi capitulo, in fi. Sed
certe glo.fi.hic facit in ↄ̄rium.ideo vide in d.c. ſi capitulo. & ꝑ
Ro.in deci.320.quæ inci.Item licet in beneficialibus. Scd̄o li-
mitat Domi.niſi citatus ad vnum actum dixerit ſe nunq̄ ven-
turum,tunc non ſit amplius citandus, ut ſentit glo. hic. & te-
net Bar.in l.ex cōſenſu.§.fi.ff.de appel.ſi aūt ſimplr̄ dixit nolle
venire, tunc debebit iteratò citari ad alios articulos cauſæ, ut
hic in glo.& in c.venerabilibus.§.ſecus.& ibi per Ioã.An.j̄.de
ſen.excom.& tenet Imo.in d.cle.j.in 15.col. vide per Bald. in l.
tres denunciationes.C.qūo & qn̄ iu. & in l.fi. & ibi per Bar.ff.
de in inte.reſt.& ibi per glo.& per Innoc.in c.ad peti. de accu.
Tertio limitat Dn̄i.glo.hic procedere in citatione facta ad vnū
actum vel articulum,ſecus in citatione generali ad totam cau
ſam, quia tunc poterit procedi abſque alia citatione etiam ad
ſnīam,ſm Inno.in c.auditis.de procur.in d.c.conſuluit.vbi Ho
ſtien.hoc intelligit qn̄ iudex in citatione comminatur ſe pro-
cedere in cauſa vſque ad finem incluſiuè. Sed Ioã. An.in addi.
Specu.in ti.de cita.§.j.ver.item licèt in die. dicit hoc verum qn̄
citatus non comparuit:aliàs ſi comparuiſſet per ſe vel per pro
curatorem ad alios actus cauſæ, tūc bene poſtea requireretur
noua citatio.& idem tenet Fede.in ſuo conſi.166.& d.Anto.&
Imo.in c.licèt cauſam.s̄.de proba.in j. glo. & facit auth. ei qui.
C.de bo.aut.iud.poſ.Qn̄ verò citatio eſſet facta largiſſimè,pu-
ta ut ueniant reſponſuri ſuper tali negotio, & ad procedendū
in tali cauſa,prout iuris fuerit vſque ad finem, tunc comparen
do ad vnum actum & recedendo non ſatisfacit citationi, niſi
ſtet vſque in finem,non tn̄ tenetur ſemper ſtare coram iudice,
ſed ſufficit ꝙ ſtet in ciuitate, & ſufficit tūc citatio per præconē
miſſum per ciuitatem,ut poſſit contra eum procedi ſi non cō-
pareat,ut l.ſi eo tpe.& ibi per Bar.C.de remiſ.pig.Pro cuius di
cto facit c.ſi poſtq̄.iuncto c.ſi poſtq̄.s̄.de ele.eo.lib.ſm Dn̄i.&
uide quod no.in c.2.s̄.de teſtib.eo. & per Rotã in d.deci.& per
Bar.in extraua.ad reprimen. ſuper ver. per edictū, & per Imo.
in l.qui ante Kalendas.circa fi.de ver.ob. Et ibi per Doc. qn̄ ſit
ꝙ valeat dicta generalis citatio ad totam cauſam,de quo etiam
per Do.in d.c.conſuluit.& in d.c.auditis.& per Io.An.in dictis
addi. dicentem valere qn̄ citatus eſſet in loco valde remoto a
loco iudicij,ut patet in Romana curia, & in legato quò ad pro
uincias ſibi cōmiſſas,& in archiepiſcopo quò ad cauſas ſibi de
latas de prouincia.et ita loquuntur iura hanc citationē permit
tentia.ſ.d.c.auditis.et in c.cū ex literis.s̄.de reſti.in inte.Si verò
locus eſſet propinquus, tunc eſſet graue et nimis iniquum, ꝙ
ex vna citatione inferri poſſet tm̄ præiudicium, ſm Domi.de
quo hic per eum.et per Bal.in l.conſentaneum.C. qūo et quã-
do iu.et uide tex.in c.fi.et c.cum dilecti.et c.cū olim.s̄.de do.et
6 contu.et in c.cum parti.s̄.de app.†In glo.fi.in fi.idem Ioã.Mo.
et Io.And.Sed Pe.de Anc.contra, quia executio venit acceſſo
riè ad ſnīam. et idem vr̄ ſequi Imo. quia diſcordãs in ſnīa vr̄ in
conſequentiam diſcordare in executione quæ ab illa depen-
det:ſecus in alijs actibus particularibus et ſeparatis. dicit tn̄ ꝙ
in practica ſeruaretur vltima opi.huius gl.quæ ſine dubio pro
cederet quando in executione ſententiæ requiritur cauſæ co-
gnitio:aliàs ſecus,ex quo tunc conſiſtit in facto, ſicut in ſimili
dr̄ per Inn.s̄.de reſcri.eam te.ſm Domi.vbi dicit Inn.et Io.An.
ꝙ qn̄ receptio canonici conſiſtit in iure,tunc requiritur ↄſen-
ſus capituli:ſed qn̄ receptio eſt facti, tunc quilibet facere pōt.

De eo qui mit. in poſſ. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1 *Contumax contra quem eſt facta miſſio in poſſeſſionem, an poſsit compelli a iudice ut recuperet poſſeſsionem ſuam intra annum.*
2 *Lis ſi ſit ſuper tribus, & propter contumaciam fit miſſio in poſſeſsionem, qua pendente partes tranſigunt ſuper duobus, poſtea reus volens recuperare poſſeſsionem offert ſoluere expenſas pro rata illius tertiæ, quæritur quid iuris de eo.*

1 † Quærit Archi.ſuper rub.an ille contra quem facta eſt immiſ-
ſio in poſſeſſionem propter contumaciam poſsit a iudice cō-
pelli intra annum vt poſſeſsionē recuperet? et tenet quòd ſic.
ar.l.2.ff.de re iudi.et l.qui legati.ff.ut in poſſ.leg.et idem tenuit
2.quæſtio.6.ſunt quorum. ſuper glo. quia licèt iura concedant
annum, tamen non negant quin prius ad id cogi poſſit. facit
glo.antepenul.in c.licèt canon.s̄.de electio.eod.lib. non tamē
poſſet iudex imponere ſibi talem pęnam, quòd immiſſus effi-
ciatur verus poſſeſſor ante lapſum anni, quia quò ad hoc de-
bet de neceſſitate expectari annus. per l.ſi quis emptionis.§.j.
C.de pręſcrip.30. ann. ſecundum Ioan. An. hic, et in additio.
Specu.in titu.j.de j.et 2.decre.§.2.uer.porrò. Pau.uerò hic con-
cludit, quòd ſi iudex non obſtante immiſsione vellet com-
pellere reum ut releuet, et non poteſt intra annum, cum di-
latio ſit inducta in fauorem rei. et idem Bald.hic, cum ſit lici-
tum reo ſuam poſſeſsionem ſpernere, et ſe non defendere,
ut l. prætor. §. hoc edictum. ff. de dam. infec. Sed bene pote-
rit

rit compellere reum,vt in causa procedat excõicando eum &
mulctando,ſm Bal.hic.& in l.j.C.de li.conte. & in l.j. §.j. si qs
ius dicen.& ita sequitur hic Do.& sic interim non debẽt cessa
re remedia ꝯ contumacẽ prodita quæ sunt multa, vt per Inno.
in c.dilecto.de ver.signi.& vide in c.qm̃.§.in alijs.s̃. vt lite non
2 contesta. † Secundo quæritur si litigatur super pluribus , puta
tribus,& ꝓpter rei cõtumaciã fit missio in possessionẽ,qua pẽ-
dente partes trãsigunt super duobus:deinde reus vult recupe-
rare possessionẽ,& soluere expensas cõtumaciæ pro rata illius
tertiæ,super qua non est transactũ,an possit? Io. An.refert hic
Io.de Deo disputando tenuisse,ꝙ oẽs expensæ debeantur,nisi
& super ipsis expensis sit transactũ, cum aliud sit transigere su
per principali,& aliud super expensis.s̃.de iniu.in nostra.facit
c.cum olim.el 2.s̃.de priuileg.de quo hic per Io.An.& Do. idẽ
tenentẽ.Sed in ꝯ̃rium facit l.terminato.C.de fructi. & li. expẽ.
vbi post negotiũ transactũ & finitũ non est quęrendũ de expẽ
sis.ad idem l.2.post prin.ff.si quis cau.vbi per transactio. pœna
iam cõmissa tollitur . Nam transacto negotio intelligitur etiã
& de pęna transactum , nisi spãliter ꝯ̃rium partibus placuerit,
vt ibi.Quare ꝯcludit Pe.de Anch. ꝙ expensæ quæ veniunt iudi
cis officio non possint peti finito negotio per sñiam,vt l.4. C.
de positi.vel per transactionẽ , vt l.terminato . & d.l.2.secus in
expensis quæ petuntur rõne cõtumaciæ,vt in q.prædicta,quia
cum petantur actione in factum ex illo edicto.ff. si quis ius di-
centi.in l.j.§.fi.possunt peti ẽt finito negotio , vt in l.si mulier.
§.si rem.ff.de leg.3.Sed Bal. hic ꝯ̃, cum actio ex illo edicto locũ
non hẽat,nisi sit vera ꝯtumacia,ſm gl.sing.in d.§.fi.& illa actio
proponi non põt lite finita.facit l.2.post prin.ff.eo.titu. Quare
procedere põt qđ dicit Io.An.per viã exceptionis, vt volẽs re-
cuperare possessionẽ non audiatur,nisi satisfactis expensis, vt
s̃.vt li.nõ ꝯte.qm̃. §.in alijs. cum facilius ꝯcedat alicui exceptio
q̃ actio, ſm no.in reg.qui ad agendũ.j.e. lib. Et ex p̃dictis seq-
tur ꝙ iure actionis tales expensæ peti non pñt finito negotio
principali:intellige prout habetur in d.l. terminato . & cogita
qũo procedat glo.in d.§.si rem.& in l.non solum.ff.de rei ven.

S V M M A R I V M.

1 *Missio in possessionem non fit in beneficialibus propter contumaciam.*
2 *Agens possessorio recuperandæ ad beneficia non est restituendus, nisi probata possessione saltem colorata.*
3 *Iudex potest procedere ad receptionem testium & sententiam diffinitiuã lite non contestata, quando de remedio possessionis non est prouisum contra contumacem.*
4 *Missio quando possit fieri in possessionem in beneficialibus propter contumaciam, uel non.*
5 *Clementina, dispendiosam, de iudi. locum habet siue agatur de beneficio obtinendo, siue iam obtento recuperando.*
6 *Missio in possessionem dicitur remedium extraordinarium.*
7 *Causa dicitur spiritualis quando agitur de proprietate ecclesiæ.*
8 *Iudex quando possit adiudicare per sententiam beneficium, de quo coram eo litigatur, uide hic distinctionem bonam. Adde ad idem.nu.9.*

1 C A P. I.

a EVm qui. †Tene menti.& ita alle.ꝙ si agiẽ
de beneficio ecclesiastico , tunc
propter cõtumaciã rei cõuenti non fit missio a
in pos. ipsius beneficij.& idẽ in fructibus ipso
rum beneficiorũ,cum sint accessorij ad benefi
cium,vt in reg.accessoriũ. j̃.eo.li. nec fiet eorũ
sequestratio eadẽ rõne.& hoc nisi in casu cle.j.de seqstra. poss.
ſm Arch.& Io. An.& nota.plene de his in reg.locupletari.j̃. e.
lib.vbi vide:quod intelligit hic Bal.in fructibus pendentibus:
secus in separatis a solo qui non cẽsentur tunc esse vt fructus,
sed vt proprietas de per se distincta a beneficio.arg.l.pe.§.fi.ff.
de his quæ in fraudem credi.& no.in c.pñti.s̃.de off.or.de quo
tñ in c.olim.s̃.de rescrip.in glo.2. & in c.ex literis.s̃.de dolo &
2 cõtuma.& ibi per D.Nic.†Secundo no.ibi,ne per hoc &c.rõ-
nem quare sit ꝙ in beneficialibus non fit missio in poss.ꝓpter
cõtumaciã rei cõuenti . Et ꝑ ꝑ hanc eandem rõnem tenet hic
Arch.ꝙ agens possessorio recuperandę ad bñficia non fit resti
tuendus , nisi primo ꝓbata colorata possessione ex tit. de quo
hic per eum,& plenius per Lap.& Do.& est dictũ in c. ad deci
3 mas.s̃.de resti.spo.& no.plene in c.in literis.eo. tit.†Tertio no.
ex tex.ar.ꝙ vbi de remedio missionis in pos.non est prouisum
cõtra contumacẽ absentẽ , põt tunc procedi ad receptionẽ tę-
stium & diffinitiuã sñiam lite non ꝯtestata.& ita indistinctè in
oĩbus casibus tenet Bar.in auth.qui semel.C. qũo & qñ iudex.
& in auth. si oẽs. C. si vt se ab hæredi .ab. de quo tñ vide ple-
ne per Imo.in c.tuæ.& ca.1.s̃. vt lite non contesta. Vltimo no.
vnam regulam,ꝙ ubi põt deueniri ad diffinitiuã lite non con-
testata,põt tunc iudex supplere de facto pro absente adducen
do ꝓbationes, ut hic in ver. diligẽter examinato.ita ẽt probat
tex.in d.auth.qui semel.facit glo.in l.ampliorem. C. de ap.ubi
Bar.idem tenet . Regulariter verò ad priuatã vtilitatẽ iudex nõ
supplet in his quæ sunt facti, vt no.in l.j. C.vt quæ desunt.& ꝑ
Inno.in c.ad nostram.el j.de iureiuran.& per glo.in c.bonæ.el
j.s̃.de postu.præla.In beneficialibus tñ. & vbi vertitur pericu-
lum animæ iudex semper ex officio supplere debet , ut hic. &
c.cum nobis olim.s̃.de electio.In gl.2.in prin. & sic in magno
& minimo beneficio,ſm Io.An.& idem in hospitalibus si cõ-
ferũtur in titulum,ut tenuit Lapus in tractatu de xenodochijs,
in q.78.al̃s secus esset.facit glo.in cle. per literas. de præben. &
in cle.quia contingit.de religiosis domibus.& no.in cle. dispẽ
diosam.de iudi.& uide per Do.in c.j.§. hæc autem. de elec.eo.
lib.In glo.in ver.ecclesiastico,in fi.intellige ſm Io. And.si ali-
cui benemerito ecclesia dedisset possessiones ad vitam. 16.q.j.
possessiones.vel in feudum,ut in c.2.s̃.de feu. In ead. glo.in fi.
Io.An.in c.contingit.s̃.eo.in vltima glo. concludit , ꝙ tex. hic
locum non habeat si agatur per epm̃ de iure epali vel de iure
incorporali,puta de cura vel administratione sacramẽtorum,
cum tunc fiat immissio.Et idem si agatur de proprietate eccle
siarum,ut s̃.de dolo & contuma. ex literis. & j̃. in glo.Secus si
agatur de dignitate seculari laicorum : quo casu proceditur ad
diffinitiuam lite non contesta. cum non expediat reipublicæ
esse sine rectore,ſm Spe.in titu. de primo & secundo decreto.
§.nunc videndum.& ver.quid si electus.de his per Bal.in auth.
ei qui.C.de bo.auto.iudi.& per Bar.in l.si prius. ff. de no.ope.
nuncia. & ibi qualiter procedatur qñ petuntur incorporalia,
4 & qualiter fiat immissio. † In gl.in ver.obtinendis. vbi Docto
res sic tenent,ut est Inno.Io.Mo.& Host.& Spe.in tit. de con-
tumacia.§.sequitur.ver.illud autem. vbi refert Clementẽ quar
tum,& omnes auditores concordasse in hoc . & idem Comp.
s̃.de rescri.in c.capitulum, in fi. fatetur tñ probabile esse quod
sequitur hic in glo.ſm Io.An.tenentem tamen se cum cõi opi
nione,ut patet ex dictis suis hic.& ita seruaretur in practica se
cundũ Domi.Dicit tñ ꝙ pro eo quod dicit glo.in fi. posset ad-
duci,quia istud ius est exorbitans a iure cõi, vt patet s̃. in glo.j.
Iõ debet intelligi, ut sic minus q̃ potest lædat ius cõe,ut in re-
gu.quæ a iure.j̃.eo. lib. & sic strictè in obtinendis prout loqui-
tur , & non in obtentis,& maximè , quia ratio expressa hic in
tex.non ita concludit in obtentis , sicut qñ agitur de obtinen-
dis,ex quo semel fuit approbatus per superiorem,& possessio
tradita non est tanta præsumptio ꝙ ingressus sit vitiosus, cum
pro facto iudicis præsumatur etiam in beneficialibus , ut in c.
nisi essent.s̃.de præben.& s̃.de renunc. in pręsentia. item quia
fortius dicitur ius in re quod habet agens pro beneficio obtẽ
to q̃ ius ad rem qđ intentat agens de obtinendo.ut in c.fi.j̃.de
conces.p̃ben.& sic nõ est eadẽ rõ,de quo hic per Domi. & Pe.
de Ancha.concludit tñ hic Pe.de Ancha. ꝙ spoliatione ꝓbata
habeat locũ missio in possessionẽ propter contumaciã . & ita
procedat glo.hic in fi.Sed certe tunc esset potius restitutio rõ
ne victoriæ q̃ missio in possessionẽ propter contumaciam,de
qua loquitur glo.hic,cũ spoliatus probata spoliatione & pos-
sessione sit restituendus,ut s̃.de offi.deleg.consul. Et ideo con
clude ꝙ si quęratur de immissione quę fit pro executione sen
tentiæ latę facta probatione,& talis missio fieri põt , siue aga-
tur de bñficio iam obtento recuperando , siue adipiscendo,ut
no.j̃.de prębẽ.licèt eps.& l.qui restituere.ff.de rei uen.Sed im-
missio quæ fit rõne ꝯtumacię aduersarij, tunc si fuit facta semi
plena probatio,patebit j̃.Sed si immissio fit mere ꝓpter cõtu-
maciã cã rei seruandę,ut dicitur hic in tex. & talis fieri nõ põt,
siue agat̃ de bñficijs obtinendis, siue de obtentis recuperãdis,
vel adipiscendis,ut tenent cõiter Docto. cũ & in eis hẽat locũ
rõ istius tex.cũ daret̃ vitiosus ingressus,ex quo fieret immissio
nõ constito de iure agẽtis.Pro hoc ẽt facit tex. hic loquens qñ
agitur de bñficio ꝯ possessorẽ,& sic de bñficio in quo agẽti cõ
petebat ius in ipso beneficio , cũ aliàs non contra possessorẽ,
sed contra habentem conferre esset agendum , ut conferat se-
cundũ no.in c.dilectus.el 3.s̃.de pręben.& in c.si soli.s̃. de con
ces.pręben.Nec ob.si dicatur,ꝙ tunc non agitur de beneficijs
obtinendis, quia imò de beneficijs obtinendis quò ad posses-
sionẽ & detentationem,ut dicit glo. hic, cùm agens non sit in
possessione,& ita capitur hic,vt patere põt ex alijs verbis hu-
ius c.

A D D I T I O.

a V.G.Adde,ꝙ missus in possessione inordinatè per iudicem non facit fructus suos.Thom.Gram.decis.79.nu.12.

5 ius cap. † Et no. primo ex hac glo. iunctis dictis Io. An. ꝙ dispo
sitio cle. dispendiosam. de iudi. locum habet, siue agatur de be
neficio obtinendo siue de iam obtento recuperando, & sic qñ
6 ageretur possessorio recuperandæ. † Secundo no. glo. ꝙ missio
in possessionẽ dr̃ esse remediũ extraordinariũ, ex quo infertur
ꝙ in casibus in quibus põt procedi ad sñiam lite non ꝯtestata,
de quibus in cle. dispendiosam, cesset tunc missio in possessio
nem tanq̃ remediũ extraordinariũ. quod procedit in benefi-
cialibus & matrimonialibus propter rõnem huius tex. & d.c.
qm̃ frequenter. §. porrò. in alijs verò casibus, secus esset, vt pa-
tet in l. consentaneũ. C. quo. & quan. iud. vbi hẽt locũ missio, ẽt
qñ ad sñiam posset peruenire, ſm Pe. de Anch. Nec vr̃ verum
ꝙ missio in possessionẽ sit remediũ extraordinariũ, quia Ioan.
An. in reg. locupletari. j̃. eo. li. tenet, ꝙ sit ordinariũ. vide ibi di-
cta circa fi. Tertio no. ex glo. ꝙ non vr̃ agi de beneficijs obtinẽ
dis, qñ iam præcessit collatio, vel confirmatio, sed tunc qñ ipsa
collatio vel confirmatio non præcessit, ſm Domi. & Compo.
in d.c. capitulum. quod procedit quo ad ius, sed quo ad posses-
sionẽ dr̃ agi de beneficio obtinẽdo, ẽt si præcessit collatio vel
confirmatio, si agens non est in possessione, vt hic in glo. & vi
de in c. super hoc. s̃. de accusatio. In glo. in ver. possessorem, in
fi. idem Ioan. Mona. & idem esset si ageretur de obediẽtia sub-
ditorum quam nullus possidet, ſm Hostien. sed Innoc. contra.
Quare Ioan. And. concludit, quòd si est quæstio solum de obe-
dientia, vt quia is quem constat esse Archidiaconũ vel pleba-
num dicit certos clericos debere sibi obedire, & eos vocari fa-
cit ad iudicium, & si sunt contumaces fiet immissio, nec habe-
ret locũ, tunc tex. hic, ſm Host. dicentẽ, ꝙ excutor isto casu de-
bet sequi formam rescripti conferendo siue installando, vel ꝑ
censuram ecclesiasticam compellendo, prout in eo continet?
& vide qđ no. in c. pro illorum. s̃. de præben. & in ca. cum no-
7 stris. s̃. de conces. preben. † In glo. in ver. vitiosus, in fi. & idem
si agatur de iure patronatus, ſm Do. Nec ob. c. quãto. s̃. de iudi.
nam causa dicitur spiritualis, cum agitur de proprietate eccle-
siæ, vt s̃. de decimis. dudum. & de iuramento calum. in c. 2. & ta
men missio in possessionẽ locum hẽt, vt hic in glo. nec tex. hic
excipit causas spirituales, sed beneficiales ſm Io. And. ex quo
no. ꝙ in causis spiritualibus non habet locum tex. hic, quia est
locus missioni, dummodo non sint beneficiales. facit qđ no.
8 in c. 2. s̃. de dolo & contu. † In glo. fi. in fi. aduerte, quia aut actor
& reus ambo sunt præsentes, & tunc actore non probãte, aut
semiplene probante reus debet absolui, vt in c. fi. de iureiurã.
& in c. inter dilectos. de fide instru. quod procedit etiam in be
neficialibus, quantumcunq; constaret possidentẽ non habere
ius, & sic de iustitia ipsius rei, tñ debet absolui, ſm glo. hic. & te
net Rota in deci. 120. quæ incipit, Item actor. & in deci. 160. quę
incipit, Item ꝙ reus. & tradit Bal. in l. lapilli. ff. de rerum diuisi.
Si verò reus est contumax & actor semiplene probauit, vr̃ idẽ
dicendum vt reus absoluatur, quia actore non probãte &c. vt
s̃. & ita vult glo. hic. Sed Hostien. cum quo vr̃ residere Io. An.
tenet, ꝙ talis sit locus missioni in possessionem, non causa rei
seruandæ prout loquitur tex. hic, sed de ea quæ facit verum
possessorẽ, vt in d.c. qm̃. §. pen. & talis poterit omnia facere si-
cut verus possessor, vt s̃. de iure patro. consul. & absoluere & li
gare, vt hic per Io. An. & cum iste tex. exorbitet a iure cõi de-
bet stricte intelligi in casu suo, vt in reg. quæ a iure. j̃. eo. li. Sed
Do. hic tenet, ꝙ dicto casu non possit procedi ad missionẽ, q̃a
si nõ potest fieri missio ex primo decreto, vt hic, multo minus
poterit ex illa, quæ facit verum possessorem, & vtrobique ha-
bet locum ratio huius tex. debet ergo tunc reus absolui, vt d.
c. fi. cum debeat iudex pronunciare, sicut si reus esset præsens
& supplere eius absentiam, vt hic in tex. & ita est de eius men
te tex. hic volentis, ꝙ lis sine debito terminetur ac si reus es-
set præsens eius contumacia nõ obstante, & sic diffinitiue, nõ
autem per missionem quæ locum non hẽt si reus non est præ-
sens. Nec ob. ꝙ eius contumacia non debet prodesse reo, quia
non prodest, cum sibi propter hoc nõ adiudicetur aliquid, sed
tm̃ absoluetur ſm Domi. dicentem, ꝙ bene posset reum excõi
care, vt d.c. tuæ. & hoc modo punire eius contumaciã, eo casu
quo nollet ferre sñiam diffinitiuã pro reo. & vide ꝑ Rot. in di-
9 ctis decisionibus. † Quid aũt si inter duos [a] litigatur de benefi-
a cio, quorũ neuter sit actor vel reus, ut q̃a simul impetrauerũt,
& de cõi cõsensu fuit cã cõmissa, s̃. de rescr. cæterum. & neuter
probat plenè, sed semiplene, cui erit beneficium adiudicandũ,
& qualiter pronunciandũ? per Host. & Io. An. cõcludentes, tũc
non esse locum diuisioni. s̃. de præben. vt maioribus, nec sorti
bus. s̃. de sortile. c. fi. nec gratificationi, nisi fieret per Papã, &
alius non posset, de quo tamen in c. duobus. s̃. de rescrip. eo. li.

& finaliter concludunt, ꝙ si negotium est commissum per Pa
pam debet remitti ad eum, vt ipse determinat s̃. de senten. ex-
com. inter alia. aliàs recurri debet ad ordinarium, qui neutro
plene probante de iure suo ordinabit ecclesiam de alio. & de
his vide plene per Rotam in deci. 15. quæ inci. Item si in causa.
refert tñ Host. & Arch. hic quosdã dicere ꝙ in causis beneficia
libus possit deferri iur̃m in defectum probationis, facit quod
no. per Azo. in summa, in titu. de rebus credi. §. idem in cã mo-
nachatus. & quod no. in c. vidua. s̃. de regula. & vr̃ satis expres-
sum in c. ex insinuatione. s̃. de procur. & ita vr̃ hic residere Io.
An. & facit quod no. in c. mulieri. in princ. s̃. de iureiuran. Sed
Spec. in tit. de iura. delatio. §. j. ver. si verò tñ, tenet ꝯrium. & idẽ
Bal. hic. de quo tamen vide per Doc. in d.c. fi. & in l. admonen-
di. ff. de iureiuran. & quod non possit deferri iuramentũ facit,
quia confessio in causa beneficiali per reum prodest actori ali-
ter non probanti de iure suo q̃ per confessionem, quia titulus
debet probari per institutionem canonicã, vt s̃. de instit. ex fre
quentibus. & non per confessionẽ, sicut dr̃ in matrimonio car
nali in c. super eo. s̃. de eo qui cognouit. ſm Ioan. An. & idem
tenet post Archi. in c. 2. in ver. ꝯfessio. j̃. de confes. & idem tenet
Rota in decisi. 421. quæ incipit, Item fuit dubitatum vtrum con
fessio. minus ergo debet posse probari titulus per iuramentũ
partis. Et aduerte, quia id quod dr̃, ꝙ titulus in beneficialibus
non possit probari per cõfessionem partis, licèt regulariter sit
uerum: tamen Ro. in decisi. 421. & 404. limitat primo prædicta
procedere quò ad effectum adiudicationis & probationis ip-
sius tituli: secus quò ad colorandam possessionem ex titulo qñ
agitur possessorio recuperandę, cùm tunc sufficiat cõfessio ip-
sius rei, & ita sequitur hic Domi. de quo plene per do. Anto. in
c. in literis. s̃. de restitu. spolia. & ibi per Imo. Secundo limita
prædicta procedere qñ actor uellet ex toto probare titulum
per confessionem, quia tunc non potest, sed bene potest sup-
pleri & coadiuuari dubia probatio facta super titulo per con-
fessionem ipsius aduersarij, & sic põt quis ius suum coadiuua-
re per confessionẽ aduersarij in titulo beneficij, ut uoluit glo.
no. in uer. si uerò. in c. pe. s̃. de rescrip. eo. li. Tertio limita, ut nõ
stetur confessioni super titulo bñficij quò ad ipsum fundandũ
& probandũ: secus quò ad præiudiciũ ipsius cõfitentis, quo ca-
su stabitur tali cõfessioni, ſm Specu. in tit. de positione. §. nono.
uer. uerum. ibi, secus puto. ut refert Domi. idem tenens. & Bal.
hic dicens, ꝙ licèt non stetur ꝯfessioni quò ad hoc ut possit be-
neficiũ adiudicari actori, nisi aliter ꝓbetur de titulo, tñ statur
quò ad hoc ut possit reus cõpelli desistere à ꝯdictione uel ob-
staculo. ar. l. postq̃ liti. C. de pac. & in c. cũ pridẽ. s̃. de pac. & ita
posset intelligi gl. j. circa fi. & in c. j. j̃. de ꝯfes. uolens, ꝙ in bene-
ficialibus possint fieri positiones & ꝙ ꝯfessio p̃iudicet, de quo
dicẽt in ca. 2. j̃. de ꝯfes. in tertio notabili. Quarto limita, quia in
præiudicium matrimonij carnalis statur confessioni pro ma-
trimonio spirituali, ut in c. cum causam. s̃. de rapto.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Si inter duos litigatur. Adde reg. cancellariæ quæ est elegans in ista materia.

V.G. Duo si iurant cõtraria, videlicet vnus vno modo & alius alio modo, & cõtrario licet alter ipsorum sit periurus omnino, tamen ex quo quis sit periurus ignoratur, neuter ipsorum poterit de periurio puniri. Thom. Gram. decis. 60. nume. 2.

Vt lite pendente. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Electus potest renunciare iuri suo expresse, & tacite etiam si consenserit suæ electioni.*

2 *Et an istud c. habeat locum in postulationibus, & in præsentationibus patronorum.*

3 *Laicus patronus accumulare non potest, siue sit elapsum quadrimestre, siue non, lite pendente inter ipsos præsentatos.*

4 *Capitulum, ex parte. supra de arbi. an sit correctum per hoc c. dispendijs.*

5 *Litis pendentia sola impedit aliquid fieri vel impetrari in præiudicium litigantium absque alia probatione iuris ipsius litigatoris, in cuius præiudicium est aliquid attentatum.*

CAP. I.

1 DIspendijs. † No. primo, quòd potest electus renunciare suo iuri exp̃sse, ut hic in tex. & tacitè, ut hic in gl. & procedunt prædicta etiam postquàm electus consenserit suæ electioni, quia poterit renunciare sine consensu superioris, secundum glo. ordi. in uer renunciat. in c. si electio. s̃. de elec. eo. lib. & ratio est, quia ꝑ solã electionẽ non vr̃ bñficiũ esse suũ: imò dr̃ quodam modo

modo vacare ante ɔfirmationẽ,ſm gl.no.in ver.caſſato.in cle.
j.e.ti.vbi ꝑ hanc rõnẽ notabl̃r voluit, ꝙ ſi electus nõ ɔfirmatus
moriat̃ in curia,nõ dicat̃ beneficiũ vacare in curia ẽt ſi ibidem
ſuper electione vel ɔfirmatione litiget̃:nam durat vacatio vſq;
ad ɔfirmationem,ſm gl.ibi,& bene facit tex.hic,vbi prohibet̃
alia electio durante lite.ea ergo finita vr̃ hic permitti,ꝙ poſſit
fieri noua electio : & ſic nõ dicat̃ vacatio in curia, licèt electus
ibi ſuper electione litiget & moriatur. Et procedunt prædicta
a etiam in electo in epiſcopum,vt ante ɔfirmationem poſſit [a] li-
berè renunciare:ſecus ſi poſt,vt in c.2.s̃.de tranſla. prælato.ſm
Io.An.& plenè no.in d.c. ſi electio. Vltimò no.ꝙ licèt per mor
tem,renunciationem, vel aliter, modo inſtantia iudicij finiat̃,
quò ad ipſum, tñ durat quò ad alium cuius ius non extinguit̃.
de quo in l.poſtq̃ liti.C.de pac. & j̃.in glo. limita tñ tex. hic.&
j.c.proxi.procedere,niſi lis ſit mota in fraudem inter duos, pu-
ta ſi neutri eorum competebat ius,maximè ſi hoc ſit notoriũ,
cùm notorium in iudicio deduci non poſſit,vt in c.qm̃.s̃.de fi-
lijs presby.& de purg.cano.c.pen.non poteſt tunc dici lis pen
dere ſuper hoc.facit j̃.de ver. ſigni.c.ſicut. de quo hic per Lap.
& Domi.& j̃.in glo.fi.In glo.j.in fi.& per Specu.in titu.de ap-
2 pel.§.pen.ver.verum.ſm Io.An.† In glo.in ver.ſtatuimus, in fi.
habebit tamen locum iſte tex.in poſtulationibus,& in pręſen
tationibus patronorum,ſaltem clericorum quibus clericis ac-
cumulare non licebit lite pendente. & idem in laicis poſt tem
pus quadrimeſtre,ſm Ioan.And.per no.in d.c.ſi electio.in glo.
antepen.& in c.fi.eo.tit.& lib.in glo.2.Et ꝙ iſte tex.habeat lo-
cum in præſentationibus,probatur j̃.c.proxi. in ver.præſente-
tur.& idem tenuit Lap.in ſua alleg.22.quę incipit,An ſufficiat.
vt ſic facta præſentatione de vno, & lite pendente ille renun-
ciet, vel moriatur, nõ poſſit fieri præſentatio de alio etiam per
patronos laicos,vt ibi per eum. Et ex his hic dictis per Io. An.
no.ꝙ patronus laicus nõ poteſt accumulare alium elapſo qua-
drimeſtri, etiam ſi lis pendeat per dictum tempus ſolum inter
ipſos præſentatos. & ſic inferri videtur, ꝙ lite pendente ſuper
pręſentatione currit tempus quadrimeſtre pręfixum patronis
laicis ad præſentandũ,vt ſentit hic Io.An. Sed ɔ̃rium voluit in
3 c.cùm vos.s̃.de offi.ordi.†In glo.no.ꝙ.& in c.3.s̃.de iure patro.
ſm Lapum hic,concludentem ꝙ lite pendente etiam inter ip-
ſos præſentatos,ſiue ſit elapſum quadrimeſtre,ſiue non,laicus
accumulare non põt.argu.huius tex. quod eſt notandum ad c.
cum autem.s̃.de iurepa. quia licèt ibi permittat̃ patrono laico
præſentare plures,tñ illud procedit, niſi lis pendeat ſuper præ
ſentationib.iam factis,ſm Lap.& Domi.aſſignantes ad hoc rõ
nem per iſtũ tex.vt hic per eos.& bene facit tex.j̃.c.proxi.licèt
Doc.in d.c.3.faciant drĩam inter ius eligendi, vel præſentandi.
In glo.in ver.litigantib.in prin.no.primò,ꝙ vitium litigioſi ha
4 bet locum etiam in beneficialib.† Secundò no.ex glo.quando
b dicatur res litigioſa [b].de quo per glo.11.q.j.c.fi.& in c. eccleſia.
el j.s̃.eo.titu.& in c.j.s̃.de confirma.vtili.In glo.in ver.mori,in
fi.nec per hunc tex.& j̃.c.proxi.eſt correctum c.ex parte.hic al
leg.cum ibi non eſſet quęſtio inter electos,ſed inter electores,
ſm Io.An.vel ibi loquitur in petitore, & contradictore, & tali
qui nititur ɔ̃ ius cõmune,ſed hic in duob. competitorib. quib.
maior fauor debetur,ſm Archi.& Io.And. Item poſſet intelli-
gi text.hic, etiam qñ eſſet quæſtio inter ipſos electores,puta ſi
quælibet pars eligẽtium petit electionẽ per ſe factam ɔfirma-
ri,quod fieri põt vt per Inno.in c.dudum.el 2.s̃. de ele. ſm Lap.
dicentem idem eſſe a paritate rõnis in collatorib. & prouiſori
bus,vt refert hic Domi.de quo j̃.c.proxi. & vide per Hoſtiẽ.&
Imo.in d.c.ex parte.volentem ꝙ tex.hic j̃.c.proxi.locũ habeat
non ſolum quãdo lis penderet coram ordinario vel iudice de-
legato,ſed etiam quando coram arbi.quod no.ad l.ſi quis rem.
ff.de arbi.In glo.in ver.ſuperſtitis electi.in fi. Imo etiã propter
eligentes ferenda eſt ſentẽtia, vt ſciatur penes quos remaneat
electio,vel an ſit deuoluta ad ſuperiorem,vt s̃.de electione.eo.
lib.c.quamquam.& per hanc glo.tenet Rota in deciſi.224.quæ
incipit, Item ꝙ in cauſa beneficiali mortuo. ꝙ mortuo reo de-
bet procedi ad vlteriora ad inſtantiam actoris ɔtra omnes quo
rum intereſt ad effectum adiudicationis fiendæ actori, & pro-
pter fructus ſequeſtratos obtinendos,ex quo illos obtinere de
bet qui finalem victoriam cõſequitur, vt in cle.j. de ſequeſtra.
poſſeſ.Et dicit hic Archi.ꝙ electus petens cõfirmationem im-
plorat officium iudicis. cõtrarium voluit Inno. in c.ſuper his.
s̃.de accuſa.dicens ꝙ petens confirmationem dicitur agere, &
debet offerre libellum: ſed hodie ſecus per cle. diſpendioſam.
5 de iudicijs.ſm Ioan.And.de quo tamen hic per Imo.& Domi.
intelligentem prædicta ſm notata in c.2.s̃.de offi.iudi.†In glo.
fi.ibi,non firmatur.quod procedit vt vult gl.non ſolum quan-
do tꝑe electionis ſeu prouiſionis factę lite pendente ſuperſtes
habebat ius,ſed ẽt qñ non habebat, quod tñ nõ apparebat, ſed
poſtea apparuit.vnde ɔcludit hic Lap.ex hoc text. & j̃.c.proxi.
& s̃.eo.tit.c.fi.& j̃.de appel.c.non ſolum.ꝙ ſola litis pendentia
impedit aliquid fieri vel impetrari,in pręiudiciũ litigãtiũ abſq;
alia probatione iuris ipſius litigatoris, in cuius præiudiciũ eſt
aliquid attentatũ vel impetratũ : ita ꝙ nõ obſtante attẽtato vel
impetrato fiet & ſortiet̃ effectum id de quo litigabat̃,& atten-
tata reuocabunt̃,& impetratio non valebit. Et hoc qñ non ap
paret de iniuſtitia litigantis, vel litigantium:ſed ſi appareret de
iniuſtitia illius ɔ̃ quem attentat̃ vel impetratur, tunc non im-
pediet̃ fieri vel attentari, nec reuocabit factum vel impetratũ.
facit quod no.in c.cùm in illis.in prin.& in c.pen.j̃.de pręben.
& ita ſequitur Do. cogita tamen, quia text.hic inducit nullita-
tem ipſo iure, & vult ꝙ donec lis ſit finita, non debet aliquid
innouari. & ſic videtur ꝙ litis pendentia inducat nullitatem :
nec curetur an conſtet vel non de iure agentis,cùm non tolla-
tur litis pendentia propter hoc.debet ergo lis finiri per ſentẽ-
tiam, & maximè quia etiam in notorijs requiritur ſententia,
vt in c.porrò.s̃.de diuortijs. Et vide hic per Lap. & Do. quid ſi
fuit facta reuocatio attentatorum lite pendente antequàm cõ
ſtaret de iniuſtitia, an duret talis reuocatio ſi poſtea appareat
de iniuſtitia? & concludunt ꝙ ſi fuit facta reuocatio per viam
iuſtitiæ & iuris communis,tunc duret,vt d.c.non ſolum.& ita
vult glo. hic. Sed ſi fuit facta per viam gratiæ, diſtinguitur an
fuit facta motu proprio, vel ad inſtantiam alterius, vt per Lap.
& Domini. In eadem glo. in fine. intellige niſi electio redda-
tur nulla vitio perſonæ etiam introducto per hoc ius, vt puta
ſi electus lite pendente ſcienter acceptauit, vel ſe immiſcuit,
quia licèt hoc non ſit cauſa caſſationis primæ electionis, quæ
a principio fuerat nulla, hæc tamen culpa incidens in facto iu-
ſtè faciet caſſari ſecundam,vt j̃.de præben. ſi beneficia. ſecun-
dum Ioan.And.Sed Dom.contra,vt non debeat iſte puniri du
plici pęna,ſcilicet quòd electio ſua non valeat, & quòd ipſe ſit
intelligibilis.debet ergo glo. iſta ſimpliciter intelligi, & talis
poterit de nouo eligi,quod poſſet procedere lite poſtea finita:
ſed ea pendente etiam vno ex litigatoribus mortuo vel renun
ciante,ſuperſtes de nouo non poſſet eligi,& electio non vale-
ret, vt hic in text.cum dicatur alia electio fieri, etiam ſi fiat de
eadem perſona,vt s̃.de elec.vt quis duas.ſecundum Ioan.And.
cuius limitatio ad hanc gl.tenenda videtur,quicquid dicat hic
Dom.& vide quod dicetur j̃.c.proxi.in glo.penul.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Poſſit liberè renunciare.Adde gl.in c.2.de reſti.in inte.quam no.ibi omnes Do.glo.in c.cum inter.de elect.Anto.de Butr. & Ioan.de Imo.in c.in noſtra.de reſcrip.
Vinc.God. Adde ꝙ liberè dicitur aliquid ad alium pertinere, qñ actum poteſt exercere ſine conſenſu vel conſilio alterius.Cur.Iun.conſi.2.nu.3.& inſuper liberè dr̃ ſine diſpoſitione.Iaſ.in l.j.circa med.col.pe.C.de ſacroſan.eccle.
b Nic.Tup.Quando dicatur res litigioſa.Adde glo.in c.relatum.de offi.delega. Inno.in c.ex parte.in glo.ſua.de arbi.
Vin.God. Adde in quibus caſibus litigioſa res alienari poſſit.Alex.in l.quamquam.§.Iulia.de aqua plu.arce.& Fely.in c.venerabilis.in fine.de offi.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio vera cadit in beneficialibus reſpectu tituli, ſicut reſpectu proprietatis.*
2 *Lite pendente in beneficialibus non poteſt alius ſubrogari in locum, vel in ius moeientis vel renunciantis.*
3 *Ordinarius non poteſt conferre beneficium litigioſum, licèt poſsit conferre beneficium per alium poſſeſſum.*
4 *Qui admittitur pro ſuo intereſſe ad litem per alium cœptam, debet admitti in ſtatu in quo eſt cauſa de præſenti.*
5 *Lis finita non dicitur niſi ſententia tranſiuerit in rem iudicatam.*
6 *Lite pendente quando poßit fieri noua electio vel non, vide bonam diſtinctionem hic.*

CAP. II.

1 SI hi contra quos. † Nota primò ibi,poſſi
dent, quòd in benefi-
cialibus cadit vera poſſeſſio reſpectu tituli,ſicut &
reſpectu proprietatis. ideo eſt quòd ſunt ĩtroducta
iudicia poſſeſſoria, ſicut & in alijs reb. prophanis, vt patet in
clement.j.de cauſa poſ. & in c.in litteris.s̃. de reſtitu.ſpoliato.
Et dixit Innocen.in c.cùm olim.el 2.ſuper glo.in verbo, dede-
rat, in fi.s̃. de priuile. quòd ea quæ quis detinet ſemper præſu-
mitur poſſidere,niſi contrarium probetur.18.q.j.c.j.ſecundum
Ioan.And.& ita tenet Rota in deciſi.161.quæ inci.Item ꝙ reus.
2 †Scd̃ò no.ibi,ſubrogant̃.& ita allegat̃, ꝙ lite pendente non ſo-

lum est prohibitum deueniri ad aliam collationem vel electio
nem,sed etiam non potest alius subrogari in locum, vel in ius
morientis vel renunciantis : solus tñ Papa bene posset hoc fa-
cere,vt determinat Rota in deci.411.quæ incipit, Item si lite pē
dente.& in deci.274. quæ incipit, Item ꝙ sic. vbi determinat ꝙ
talis subrogatio habet vim collationis . Et ideo est necesse vt
fiat mentio de beneficijs, quæ obtinet ipse subrogatus, & de
tali litis pendentia:aliàs subrogatio esset subreptitia, vt de his
3 ibi notabiliter per Rotam. † Tertio no.ibi,cōferantur , ꝙ licèt
ordinarius ꝯferre possit beneficiū per alium possessum, vt in
c.licèt eps.s̃.de p̃ben. secus tñ est si beneficium sit litigiosum,
quia tunc per nullum & quocunq; modo ꝯferri poterit, vt hic
fm Archi.& Io.And.intellige Papa excepto,vt s̃. & facit cle.j.
eo.tit.in fi. Et procedunt prædicta qñ principaliter litigatur su
per tali beneficio : secus si accessoriè, vt agenti super electio-
ne opponatur pluralitas beneficiorū,vt s̃.de elec. dudum.el 2.
tunc enim propter tale litigium non impedietur collatio ordi
narij,fm Archi.& Io.An.de quo per eum in d.c.dudum.& hic
4 per Lapum & Domi.†Vltimo no.& ita alleg.ꝙ qui admittitur
pro suo interesse in lite per alium cępta , debet solum admitti
in illo statu in quo causa est de præsenti, & sic ad actus fiēdos.
& idem in eo qui subrogaretur per Papam ad ius quod defun
cto competebat,vt determinat Rota in deci.438.quæ incip. Itē
si agens.vbi dicit, ꝙ alius subrogatus poterit, & debebit cau-
sam ꝯtinuare cum procuratore rei superstitis : debebit tñ talis
subrogatio sibi intimari cum termino si velit eam impugna-
re,& poterit procurator petere terminum & dari debebit ad
dñm cōsulendū,vt in c.dilectus.s̃. de procu. Et ratio prædicto-
rum est, quia subrogatus vel qui admittitur pro suo interesse,
tenetur prosequi cām in eo statu in quo est cum superstite vel
eius ꝓcuratore.& ita est tenendū,licèt Rota in decisi.170 quæ
incipit,Item si A.voluerit, ꝙ procurator superstitis non possit
sine nouo mādato prosequi cām cum eo qui admittit pro suo
interesse,& ꝙ processus esset nullus, qđ non vr̃ procedere per
5 tex.hic.& ꝯrium vr̃ tenere Rota in alia deci.vt s̃. † In gl.in ver.
hmōi.no.ex glo.de hac dictione,hmōi,quæ restringit dispōnē
sequentē ad ꝑcedentia tm̃.& vide glo.in ver. hmōi.s̃. in proę-
mio huius lib.In glo.in ver.finita.ibi,post sniam.intellige quę
transiuit in rem iudicatā,al's non diceretur lis finita,vt l.j.ff. de
re iudi.fm Io.And.dicentem,ꝙ si post litē finitā ordinarius cō
ferat alteri ecclesiam adiudicatā non vitiabitur talis collatio,
per tex.hic, ex quo lis est finita:poterit tñ ex alio defectu esse
nulla dicta collatio, & talis collator vel p̃sentator vel instituēs
qui scienter id faceret tenebitur superstiti ad interesse, fm Io.
An.de quo plene in c.pastoralis.s̃.de iure pa. An aūt snia lata ꝯ
superstitē,quæ transiuit in rem iudicatā, possit vti per alium q
nō fuit in iudicio cōtra superstitē,vel ecōtra?Lapus hic ꝙ non,
per no.per Spec.in ti.de snia.§.nunc de effectu.ver.item pone.
facit s̃.de excepti.cum ecclesia.in fi.glos.& quia res inter alios
acta &c.In ꝯrium facit quod no.Inn.& Io.And.in c. in nostra.
s̃.de procura.in gl.fi.in ver.quid si feratur snia.& qđ no.in cle.
2.de re iudica.qđ vltimum procedit,fm Imo.hic,qñ esset alius
tertius prætendens interesse principaliter, cui tñ præiudicaret
si fuit sciens,fm no.in d.c.q̃uis.& in cle.constitutioné.de elec.
& in c.cupientes.§.cæterum.eo.titu.& lib.In ea.glo.ibi,extin-
guitur morte . quid aūt si talis clericus deponatur & appellet?
vide quod no.in c.non solum. super fi.vltimæ gl.j. de appella.
In ea.glo. in fi. Et idem si super eodem beneficio lis penderet
inter tres uel quatuor,& vnus moreretur,vt in cle.j.j.eo. ti.fm
Lap.Et idem qñ alter litigantiū interpretatiuè decedit.s.ciuili-
ter,vt quia transfertur ad aliud beneficiū,cum rō istius tex.tūc
fortius locū habeat,fm Arch.quod dictum licèt hēat equitatē,
tñ ista constitutio non debet extendi vltra casum suum,cū fun
detur super æquitate ꝯ rigorē iuris, fm Ioā.And.vt dicetur j.in
glo. fi. quod intelligit Do.nisi translatio fuisset procurata ma-
litiosè,& ita procedat dictū Archi. Sed Pe.de Ancha.intelligit
indistinctè,ēt qñ malitiosè,cum ratio istius tex. quæ cōsistit in
indemnitate ecclesiarū substinētiū defectū ꝑ nouos posses-
sores habeat locum in subrogato loco possessionis ipsius mo-
rientis interpretatiuè,sicut & in vere moriente, ut no.in d.c.si
postq̃.& facit glo.in cle.j.de elec. Et prædicta procedunt cedē
te vel decedente verè vel interpretatiuè vno ex litigātibus su-
per beneficio,qđ possidet, vt hic in tex. secus si decederet vel
cederet petitor , q̃a ipsius loco poterit alius subrogari. & tex.
hic locum non haberet,fm Io.An.intelligentem hic, qñ mor-
tuo petitore nulla lis penderet,al's secus, puta qñ superstes vel
is,cuius interest causam prosequeretur,quia tunc tali lite pen-
dente haberet locum tex.hic,vt in cle.j.§.si verò.eo. titu. Non
tñ haberet locū qñ ꝯ impetrantem a Papa sibi prouideri de p̃-
benda , capitulum opponit se & appellat ab executoribus , &
postea confert p̃bendam , quia tenebit collatio si præbēda im
petranti non debebatur,& poterit talis prouisus noīe capituli
cām assumere in eo statu in quo erat . Et si velit agere suo noīe
poterit de nouo incipere,ut hic plene per Ioā. An.& idē tenet
Lap.hic adducens no.per Inn.in c.Romana,in gl.& hoc loco.
ver.si cām.j.de appel.fm Domi. Ex quibus infertur ꝙ penden-
te lite inter prouisum,& illū ad quē spectat prouidere, poterit
ista lite pendente alteri fieri collatio , & non habebit locum
6 tex.hic. † Et ex prædictis omnibus conclude sic materiā istius
deci.ꝙ aliqñ est qō inter eligentes super electionibus per eos
factis,vel est qō inter ipsos præsentatos vel electos seu postula
tos,& tunc altero cedente vel decedente vel altero excluso do
nec lis pendet super iure eligendi , & tunc an ea pendēte pos-
sit noua electio fieri?vide no.in d.c.ex parte.& in c.2.s̃.de resti.
in integ. Aliqñ est quæstio inter eligentes super electionibus
per eos factis,vel est qō inter ipsos præsentatos,vel electos seu
præsentatos,& tunc altero cedente vel decedēte vel aliter ex-
cluso donec lis pendeat cum superstite,noua prouisio fieri nō
poterit, vt s̃.c. proxi. Aliquando est quæstio inter electum seu
prouisum,& eos ad quos spectat ius eligendi uel prouidendi,
& tunc tali lite pendente si aliud non obstat,electio vel proui
sio nō impedietur,vt est dictum s̃. Aliqñ est qō inter duos quo
rum vnus est petitor,alter verò est possessor , & tunc cedente,
vel decedente petitore,si nulla quæstio remansit cum supersti
te vel eo cuius interest,& poterit electio vel ꝓuisio fieri : aliàs
secus,ut d.§.si verò . ibi , interim &c. Si verò cedit vel decedit
possessor , & tunc si petitor petebat eum tm̃ amoueri, non si-
bi assignari,tunc eo mortuo,cùm lis non remaneat,poterit fie
ri electio vel prouisio,ut hic in glo. Sed si petitor petebat sibi
assignari tanquàm ad eum pertinens , & tunc alia electio uel
collatio fieri non poterit donec lis pendeat , ut hic in glo. fi.
immo nec poterit tūc possessio illa tradi , & si tradetur potest
peti reuocari per viam attentati . Et uide no.per Rotam in di-
cta decisi.411.& ibi plene ad materiam huius decretalis.In glo.
pen.ibi,contulerunt,scilicet eidem,sed talis collatio , præsen-
tatio,uel electio facta eidem cedenti non videtur valere , ut s̃.
c.proxi.nisi forte dicatur,quòd aliud sit ibi vbi prohibetur alia
electio,& aliud hic ubi prohibetur alteri conferri vel prouide
ri:non autem prohibetur eidem cōferri uel eundem eligi vel
præsentari , cum tunc cesset ratio huius c.propter nouos pos-
sessores. cogita tamen . In glos. fina.ibi , incępi. non enim ex
iure primi , sed ex noua collatione secundus sibi ius vendicat:
vnde licèt in beneficijs sit successio , tamen non est hæredita-
ria , & sic non ob.l.tam ex contractibus. ff. de iudi. secundum
Ioan.An. In ead.glo.ibi , finis liti. & hac de causa ut obuietur
calumnijs de æquitate,& non de rigore processit prouisio hu-
ius deci.secundum Archi. In ead. glo.in fi.facit l.si quis a mul-
tis.§.fi.cum l.seq.ff.de noxa.secundum Ioan.And.

De confessis. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Positio licèt sit formata per verba negatiua, & licèt non sit probabilis,potest tamen per iudicem admitti,& quis respondere cogitur.*
2 *Confeßio est species probationis.*
3 *Negatiua quæ per negantem probari non potest, non semper trāsfert onus probandi in ipsum negantem.*
4 *L. vbicunque . ff. de interroga. act. habet locum etiam si sit in causa conclusum.*
5 *Positiones,& interrogationes , & positiones , & articulationes qualiter differunt . Et an terminus datus ad articulandum , uideatur datus ad ponendum.*
6 *Positiones si sint admittendæ uel non,super hoc debent audiri aduocati.*
7 *Positiones fiunt ut quis releuetur ab onere probandi.*
8 *Iudex debet admittere positiones cum illa clausula , saluo iure impertinentium,uel non admittendorum .*
9 *Respondere per verbum,credit,an sit idem quod confiteri in iudicio.*
10 *Respondens positionibus, an possit respondere per verbum,dubito .*
11 *Positiones faciens videtur omnia quę ponit confiteri : eodemque modo respondens.*
12 *Statutū si dicat,quòd positionibus debeat simpliciter respōderi,quid iuris.*
13 *Responsio talis facta ad positiones , credo prout in tali instrumento continetur,an valeat.*
14 *Interrogari an quis poßit pluries de eadem re.*
15 *Negans semel positionem, an quis poßit eam postea confiteri.*
16 *Tantum,hæc dictio apposita in oratione affirmatiua includit implicitè negatiuam.*

17 *Arbiter*

17 *Arbiter venit etiam appellatione iudicis.*
18 *Clausula, si uiderit expedire, relata ad iudicem importat, ut iudice male arbitrante possit appellari.*

C A P. I.

1 STatuimus. † No. & ita allega. ꝙ quantumcūque positio sit formata per verba negatiua, & quantumcunque nō sit probabilis, nisi per confessionē aduersarij, tñ pōt admitti per iudicem, & cogitur quis respondere. ex quo infertur, ꝙ non refert an positio formetur per verba negatiua, vel affirmatiua, vt tenet Io. An. in c. bonæ. el j. s̄. de elec. de quo per glo. & Doc. in l. fi. in fi. ff. de excep. doli. Pōt ergo mera negatiua probari per confessionē, vt hic: & ēt per iurm, vt in c. attestationes. in fi. s̄. de despon. impub. Per testes verò mera negatiua probari non pōt, nec crederetur ipsis testibus, vt in c. cum ecclesia. s̄. de cau. poss. secus si esset coarctata loco vel tempore, vt d. ca. bonæ. & in l. optimam. C. de contrah. stipul. & tunc ita crederetur testibus negantibus, sicut affirmantibus, vt est tex. no. in c. cum in tua. s̄. de testibus. & tenet Bal. in l. cū hi. §. in causa. ff. de transa. aliàs secus esset, s̄m glo. notabilem in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arb. dicentem ꝙ plus creditur duobus affirmantibus q̄ mille negantibus. de quo in d. c. bonæ. & per Innocen. & Ioā. An. in c. super hoc. s̄. de renuncia. & per glo. no. in c. fi. j̄. de præscri.
2 † Secundo no. ꝙ confessio [a] est species probationis. Et ideo dixit glo. sing. in l. sed & si possessori. §. sed cum de credulitate. ff. de iureiur. ꝙ ex nullo genere probationis oritur actio, nisi ex iuro & confessione iudiciali: proprie tñ confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, vt in l. eum qui. ff. de iureiuran. de quo per Bal. in rub. C. de proba. Tertio no. ibi, equitate. pro eo quod voluit Ioan. An. in c. 2. eo. titu. dicens, ꝙ deficiente equitate non sunt admittendæ positiones, sicut ēt non sunt tunc admittēdæ interrogationes, vt l. vbicunque. ff. de interro. act. vbi dr̄, ꝙ vbicunque equitas mouet iudicem, possunt
3 fieri interrogationes. & idē in positionibus, vt hic in tex. † Vltimo no. ꝙ non semper negatiua quæ per negātem probari nō potest, transfert onus probandi in ipsum negantem: aliàs inutile esset remedium huius tex. s̄m Ioā. An. de quo articulo cui incumbit onus probandi negatiuam, vide per Ioā. An. in reg. sine possessione. j̄. eo. lib. in mercurialibus. in fi. & per Inno. in c. super his. de accu. & per Bart. in l. hoc iure. ff. de verb. obli. In glo. j. in prin. tene menti totam hanc glo. ordinariā, circa mate
4 riam positionum & articulorum. † In ea. glo. ibi, etiam si sit cōclusum. tene menti ex glo. ꝙ d. l. vbicunque, locum habet etiā post cōclusum in causa. intellige qñ interrogationes fiunt ex officio iudicis, vt in c. cum Ioan. hic alleg. & ibi per glo. sed ad instantiam partis post conclusum in cā fieri nō posset, s̄m gl. ibi. & Ioan. An. in addi. Spe. in ti. de positione. §. 3. ver. regulariter. intellige in ordinarijs iudicijs: sed in summarijs iudicijs poterit hoc fieri etiam ad petitionem partis, vt uoluit glo. singu. in ver. interrogabit. in cle. sæpe. de ver. sig. & vide per Do. Ant. in c. penul. s̄. de iura. cal. In ea. glo. ibi, potest describi. vide hic per Io. And. & per Bal. in l. 2. §. ꝙ obseruari. C. de iuramen. cal.
5 † In ea. glo. ibi, differunt. no. gl. de differentia inter positiones, & interrogationes: & quæ sit drīa inter positiones, & articulationes, & an terminus datus ad articulandū, videatur datus ad opponendum, vel econtra, vide per Bal. in l. generaliter. §. j. C. de iureiuran. & sic vult glo. positiones fiendas esse a partibus per verba assertiua, sed interrogationes fiunt a iudice per verba interrogatiua, & sic sequitur ꝙ interrogans nihil cōfitetur vel affirmat, sed ponens dispositiuè omnia quæ ponit intelligitur confiteri, vt in hac glo. in fi. & ex hoc determinat Rot. in deci. 31. quæ incipit, Item voluerunt. quòd prædicta procedūt in interrogatorijs, & in præparatorijs iudicij, sed in alijs decisoriis de stylo curiæ non possit pars cogi ad respondendū, nisi dentur tales interrogationes dispositiuè in scriptis per modū positionum. & ita voluit glo. ordina. 30. q. vltima, iudicantem. & sequitur Bal. in l. proxime. ff. de his quæ in testam. delentur. circa fi. & ratio est, quia sicut vult actor releuari per confessionem & responsionē rei, ita econtra cōueniens est, ꝙ actor interrogans dispositiue loquatur, ut sic reus releuetur per cōfessionem actoris. arg. c. non licet. j̄. eo. lib. & sic potest pars petere, ꝙ interrogationes dentur dispositiue per modum positionum, & aliter non cogitur respondere. Si tñ sponte responderet, præiudicaret sibi sua confessio, s̄m glo. in c. cum causam. s̄. de iuram. calum. & uide ibi per Doct. facit l. si fine. ff. de inter. acti. & per Rotam in d. decisio. & per glo. in c. fi. j̄. de iureiurā.
6 † In eadem glo. ibi, aduocatos expellere. tene menti glo. & idē intelligas de procuratoribus. Si tamen dubitaretur an positiones essent admittendæ vel non, super hoc bene audirentur aduocati, s̄m Ioan. An. in c. pastoralis. s̄. de iudicijs. & uide qđ no. in l. clarum. C. de auto. præstā. & in l. maritus. §. qōni. ff. de adulterijs. In eadem glo. ibi, animam perdes. tene menti glo. quam tamen limita, vt per glo. notabi. in uer. malignantium. in c. cupientes. in principio. s̄. de electio. eo. lib. & per Specu. in tit. de
7 actore, in fi. de exceptio. §. penul. circa fi. † In ea. gl. ibi, ad cuius releuationem fiunt positiones. no. gl. ꝙ positiones fiunt, ut releuetur quis ab onere probandi, & possunt fieri ante litis con testatio. & post, & omni casu quo essent necessariæ probationes, s̄m glo. imò fieri possunt positiones, etiam si probatio fieri non posset, nisi per confessionem partis, ut hic in tex. & sic infertur ex glo. quòd post conclusum in causa non fiant positiones, ex quo non admittuntur probationes etiam per instrumenta, vt s̄. de fide instrumen. cum dilectus. Et idem si sit lapsus terminus ad probandum, quo casu iudex ad instantiā partis tunc interrogare non posset, s̄m Specu. in tit. de dila. §. uidendum ver. itē quid si datus. & in titulo de positione. §. 3. ver. sed si. & in §. 4. ver. regulariter. Quod intelligit Rota in deci. 30. quæ incipit, Item fuit dubitatum & per me locum habere in causis prophanis ordinarijs: secus in summarijs, quo casu etiā post terminū admitterentur. Sed Rota in decisio. 101. quæ inci. Item si omnes. tenet ꝙ de æquitate & stylo curiæ in causis ciuilibus etiam ordinarijs admittantur articuli [b] post terminū, dummodo ante conclusionem in causa. Sed aduerte, quia prædicta possent procedere qñ fierent positiones ad finem habēdi responsionē partis tantum, vt sic releuetur per confessionē, vt hic in tex. Sed si fierent ad finem inducendi probationes super eis, tunc dicendum uidetur, ꝙ omni casu quo admittuntur probationes post terminum, de quo in c. licèt causam. s̄. de proba. admittantur etiam positiones, cum admittantur omni casu quo sunt necessariæ probationes, ut hic in glo. & uide glo. no. in uer. productos. in c. præsentium. j̄. de testibus. volentem, ꝙ positiones fieri possint & debeāt admitti etiam post factas probationes, etiam super eodem super quo testes essent examinati, licèt Specu. in titu. de positione. §. 2. in fi. dixerit, ꝙ prius sit fienda positio quàm deueniat̄ ad aliquod genus probationis. In ead. glo. ibi, excōicatus est, an debeat responderi positioni de excommunicatione. Innocen. et Ioan. And. in ca. 2. s̄. eod. videntur velle quod sic, si est excommunicatio iuris: secus si hominis, de quo per Specu. in titu. de positione. §. septimo. ver. 19. aliàs 29. Et quid de alijs positionibus criminosis? hic per Ioan. An. de quo j̄. c. proxi. In eadem glo. ibi, scire debes. no. ex glo. super quo formari debeant positiones. de quo in Spec. in titu. de positione. §. 5. uer. & nota. & per Doc. in d. §. quòd obseruari. in d. clemen. sæpe. In eadem glo. ibi, ad factum alterius. intellige quando tale factum non faceret ad causam: aliàs deberet responderi dato sibi termino ad deliberandum, cum in facto alieno sit probabilis ignorātia, ut in l. fi. hic alle. et in ca. ab excommunicato, de rescrip. et ita videtur esse de mente Ioan. And. in additio. Spe. in d. §. 7. versi. quarto. facit glo. in d. c. pen. et in dicto c. præsentium. uer. quid sciat. et tenet do. Ant. in c. in pertractandis. s̄. de iuramen. calum. et Domi. hic. et Barto. in d. §. quod obseruari. quod intelligit Bald. ibi, quando esset tale factum super quo posset quis se informare et deliberare, aliàs
8 nō cogeretur respōdere. † In ea. gl. ibi, in actis. no. gl. ad practicā. et uide per Specu. in d. §. 5. uer. item no. et dicit glo. notab. in c. cum contingat. s̄. de offi. delega. et in clemen. constitutionē in fi. de elec. quòd iudex debet admittere positiones cum illa clausula, saluo iure impertinentium, uel non admittendorū. Et donec disputatur, an positiones sint admittēdæ, uel nō, uel donec pendet terminus ad respondendū, nō currit terminus datus ad probandum, s̄m glo. no. in uer. post dationem. in d. cle. sæpe. et tenuit Bar. in l. quandiu. ff. de acquiren. hęre. Bald. in l. qui interrogatus. ff. de interroga. act. et in l. j. C. de iuramen. calum.

ADDITIONES.

a V. G. Adde, ꝙ confessio sola est sufficiens probatio absque eo ꝙ secus conuincatur alijs probationibus seu argumentis. Thom. Gram. decis. 148. nume. 7. & dum dicitur confessioni soli non esse standum, intelligi debet de confessione in tormentis facta, quæ non sufficit, nisi data perseuerantia in ea, saltē quando legitime tortus fuisset. ibidem nu. 10. si quidem talis posset suam cōfessionem reuocare, ut idem Thom. Gram. quæst. 3. nu. 8.

b Vinc. G. Articuli an debeant admitti uel nondum prætenduntur impertinentes, ita ꝙ ubi est dubium ne processus retardetur posset tunc iudex admittere illos cum protestatione impertinentium huiusmodi cautela non seruatur Romę Thom. Gram. decis. 45. nu. 5.

lum.& vide notabiliter per Bal.in l.ſi cum ipſe.ff.de excuſa.tu-
to.& glo.in ver.videbitur.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti.ſ.de
elect.eo.lib.In ea.glo.ibi,de veritate vel credulitate.no.gl.qua
liter debeat reſponderi.de quo eſt tex.notabilis in d.c.præſen
tium.& per Bal.in l.j.C.de confeſ. circa fi.licèt ergo nemo co-
gatur edere inſtrumenta vel probationes contra ſe,vt l.qui ac-
cuſare. ff.de eden. & no.in c.j.ſ.de proba.tamen bene cogitur
reus reſpondere poſitionibus,per quam reſponſionem proba
tur interdum intentio ipſius actoris. facit d.l.vbicunque.& ibi
glo.& ratio eſt,ſm Io.And.quia reſponſio rei non eſt in pote-
ſtate actoris,ſicut habere inſtrumenta & alias probationes. &
fuit hoc inductum ex æquitate, vt hic in tex. & per Ioan.And.
9 ſ.eo.c.2.† In eadem glo.ibi,credit vel non credit. no.glo.paria
eſſe confiteri,vel reſpondere per verbum, credit.quod intelli-
git Bald. in d.§. quod obſeruari. & Domini. hic quò ad hoc, vt
quis releuetur ab onere probandi:non autem vt habeatur per
inde ac ſi vera confeſſio eſſet facta in iudicio:& ſic ex tali con
feſſione nō orietur actio, nec habebit executionem paratam,
ſicut vera confeſſio in iudicio facta, ſm glo. in d.§. ſed cùm de
hæredi.cogita tamen,quia Bald.ibi hoc non firmat. & glo.no.
in d.c. ex literis.ſ. de iureiur. voluit quòd reſpondens per ver-
10 bum,credit,habeatur perinde ac ſi verè eſſet confeſſus.†In ea.
glo. ibi, dubito.glo. in d.c. penul.tenet quòd reſpondens non
poſſit dicere, dubito : intellige ſi interrogetur ſuper facto pro-
prio in quo ignorantia eſt tolerabilis, vt in d. c. ab excommu-
nicato. nec deberet tunc dari terminus ad deliberatè reſpon-
dendum: intellige niſi ſit factum multum antiquum vel intri-
catum,ſecundum Barto. in l.ſi quis delegauerit. ff. de noua. &
in l.2.& penul. ff. de confeſ. Sed in facto alieno poterit dicere,
dubito,& habebit terminum ad deliberatè reſpondendum, vt
ſ.& vide per Specu. in d.§.6.ver.ſed nunquid. & per Docto.in
d.c.penul.& in d.c.pręſentium.& in d.§.quod obſeruari.& ibi
per glo.& in l.qui interrogatus.ff.de interroga.act. & per Ioā.
And. in c.ex tenore.ſ. de teſtibus. & vide plene per Docto. in
c.penul.de iuramen.calum. & ibi Imo.& Do.Anto. & Panor
11 mi. plenè. † In ea. glo. in fi. no. & tene menti ſingulariter ex
gloſ. quòd ponens videtur omnia quæ ponit confiteri : & eo-
dem modo reſpōdens. Nam qui ſimpliciter confitetur,negat,
vel iurat,totum videtur confiteri,negare,vel iurare,ſecundum
Bal.in l.j.cir.fi.C.de ædil.edic.de quo dicetur j̃.c.proxi.Sed quę
rit primò, q̃d ſi actor ponit ꝙ reus debet ſibi cētum,& reus re
ſpondet ſe conditionaliter promiſiſſe: concludit Archid.ꝙ ex
tali reſponſione actor ſuam intentionem fundare non poſſit,
quia talis reſponſio eſt vnica,& non poteſt pro parte accepta-
ri, & pro parte non, vt 19. diſtin.c.j. ſecus ſi ſunt plura capitula
ſeparata,vt eſt tex.notab. in l.Publia. ff.depoſiti.& no. in l.qui
dam.§.nūmularios.ff.de edendo. Dicit tamen Arch.ꝙ cogetur
ſim pliciter reſpondere, ſicut ſimpliciter fit poſitio. de quo ta-
men per Cy.in d.l.j.& in l.ſi quidem.C.de excep. & per Spec.
in titulo de poſitione.§.fi.ver.pen.& antepe.ſecūdum Io.And.
dicentem tamen, quòd iuſtè poterit reus cogere actorē decla-
rare, an ponat promiſiſſe purè vel ſub conditione. Et ſic ceſſet
omne dubium,ſm Ioan.And.& ſic ſequitur,quòd non cogitur
reus reſpondere poſitioni generali,ſed debet eſſe certa & qua
lificata, & ex qua cauſa.de quō j̃. c. proximo. & tunc ipſe reus
cogetur ſimpliciter reſpondere,vt ſ. per Archid. & no.in d.l.j.
& per Spe.in d.§.fi.imo reus conditionaliter reſpondens, vide
ret negare poſitionem pure conceptam,ſm Bal. hic,per no.in
12 l.2.C.de donatio.ante nup.& tenet Arch.in d.l.ſi quidē.† Quid
autem ſi ſtatutum dicit, ꝙ poſitionibus debeat ſimpliciter re-
ſponderi? vide per Docto.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.
obli.& per Bal.in l.j.C.de ædi. edic. Secundò quæritur,an poſ-
ſit quis ſe fundare ex reſponſione conditionali ? dicit hic Do-
mi.quòd non,quando ſit vno cōſtructu verborum:ſecus ſi con-
feſſio fiat de per ſe pure,& poſtea adijciat̄ conditio,tunc enim
confeſſio poterit acceptari pro parte, & reſpondens tenetur
probare conditionem, vt eſt tex.& glo. in c.dudum.el 2.§.tan-
dem.ſ.de elect.Et idem quando eſſet præſumptio contra con-
fitentem, puta ſi dicat quis ſe feciſſe homicidium, tamē ad ſui
defenſionem,ſm Bar.in l.Aurelius.§.idem quęſijt.ff.de libe.le-
ga.vbi plenè de hoc.& per Bal.in d.l.j.circa fi.& per Lap.in ſua
allega.94.Et quando dicantur eſſe vnum vel plura capitula vel
ſeparata? hic per Pet. de Anchar.& Imo. referentem Barto.in
13 d.§.idem quæſijt. † Tertiò quæritur,an admittatur talis reſpon
ſio,credo prout in tali inſtrumento continetur? Specu. in titu.
de teſte. §. qualiter.ver. quid ergo. & ver. cæterum. dicit quòd
ſic, ſi in poſitione fiat mentio de inſtrumento : aliàs ſecus. &
ſequitur Bald. in d.§.quod obſeruari. in fi. Et cenſetur tunc fa-
cta negatio,vel poſitio prout in inſtrumento continetur, ſecū
dum Bal. in l.2.C. de erro.aduocat. Quartò quæritur, quid ſi in
reſponſione facta per partem poſitionibus reſultet contrarie-
tas, qualiter debeant tunc interpretari ipſæ contrariæ reſpon-
ſiones? dicetur in c.fi.j̃.de iureiuran.& vide per Bald. in l.cum
14 falſa.in fi.C.de iur.& fac.ignoran. † Quintò quæritur,an poſſit
quis pluries de eodem interrogari? Domini. hic refert glo. te-
nentem , quòd non,in dicto §. quod obſeruari . & hoc niſi ex
noua cauſa interrogetur.quod eſſe poteſt, ſecundum Domin.
a quando reſponſio fuit facta per verbum ,[a] credit, vel non cre-
dit:quo caſu poſſet ſępius interrogari,ex quo poſſet hodie cre
dere, quod olim non credebat. argu.l.2.ff. quis ordo in bono.
poſ.ſerue.& ita videtur velle Specu.in d.titu. de poſitione.§.6.
ver.j.de quo etiam per glo. & ibi no. in l.de tutela. C.de in in-
teg.reſti.mino.& vide etiam per glo.no.in c.fraternitatis.ſ. dę
frigidis. an reſpondens per verbum, credit, vel non credit, ſit
periurus, ſi veritas in contrarium appareat ? de quo dicetur in
d.c.fi.& per Bald.in d.§.quod obſeruari.in princi.& in l.j. in fi.
C.de confeſſis. Sextò quæritur, an poſſit quis iuuare ſe contra
ponentem ex poſitione quam ipſe negauit.Ioan.And. referen
do Archidia. concludit , quòd non : nec ipſe ponens poteſt ſe
fundare, ſeu iuuare ex illa negatione : & hoc niſi probetur er-
ror,vt in c.per tuas.ſ.de proba. quod eſt menti tenendum. pro
quo facit quod no. Bald. in l.cum precum. C.de libe. cauſa. &
in reg.ex eo quod.j̃.eo.lib.de quo per Specu.in titu. de poſitio
ne.§.8.poſt princi.& per Innocen.& Ioan.And.in c.cum vene
rabilis.ſ.de excep.& per Barto.in l.poſt legatum.ff. de his qui.
vt indi.& per Bald.in d.l.j. & hic dicentem,quòd bene poterit
quis ſe iuuare ex probationibus factis ſuper tali poſitione ne-
gata, vt not. in c.mulieri.ſ. de iureiuran. & idem tenuit in l. ſi
quis intentione. ff.de iudic.& in dicta regu.ex eo quod.& per
Imol. in l. qui Romæ. §.Seia.ff.de verb. obliga. vide notabili-
ter per Barto.in l.2.§.creditum.ff.ſi cert.peta. & facit in argu.l.
ſi duo.§. Marcellus.ff.de iureiuran. De poſitione negatiua, vi-
de dicta in c.fi.j̃.de iureiuran.& per Bald.in l.edita.C.de eden.
circa fi. & in l.cum precum. C. de li. cauſa. & in l.ſi magnum.
C.qui accuſa.non poſſunt.& in l.alia cauſa.C.de his qui. vt in-
dig.& per Bart.in d.l.poſt legatum.& per Bal.& Imo.l.ſi dubi-
15 tetur. ff. de fideiuſ. † Septimò quæritur, an poſt quam quis ſe-
mel negauit poſitionem,poſſit poſtea eam confiteri? vide per
Bar.in d.l.poſt legatum.& in l.j.ff.de eo.per quem factum erit.
Et per Bal.in l.error.circa finem.C.de iur.& fac. ignorā.dicen-
tem,quòd qui ſemel negauit, nunquam poteſt poſtea confitē-
do habere beneficium ſtatuti.de quo per eum in l.j.C. de con-
feſ.in 6. colum. Barto.in l.j.ff. de eo per quem factum erit. An
autem ſit neceſſe,quòd confeſſio,ſeu reſponſio ſit expreſſe ac
ceptata,vel ſufficiat quòd non ſit negata? per Bald. in l.penul.
in princi.C.de repu.hære.& in l. cum precum.C. de libe.cau-
ſa.& vide dicta in c.fi.j̃. de iureiuran. Reliqua ad materiam,vi-
16 de in dicto c.fi. † In glo. in ver. negatiuas.in fi. nota ex glo.de
b dictione,[b] tantum,quę appoſita in oratione affirmatiua inclu
dit ſimpliciter negatiuam. & idem ſi apponatur dictio, abſq;
vt ſi dicatur fuit,& eſt,abſq; eo &c.vt per Ioan.And.in d.c.bo-
næ. & per Bald. in d.§. quod obſeruari. In glo. in ver.non poſ-
ſunt,in fi.habet ergo locum tex.hic,ſiue negatiua poſſit aliter
probari quàm per confeſ.ſiue aliter probari non poſſit,ſm Io.
17 And. † In glo. in ver. iudices, in fi.& C. de arbi.l.pen.in fi.ſm
Hoſt.& Ioan.And. Et no.ex glo. ꝙ appellatione iudicis, venit
etiam arbiter, quod eſt notandum pro ſtatutis,ſm Do. Sed gl.
in c.j.in prin.in ver.iudices.de fo.compe.eo.lib.tenuit contra
rium. & dic vt ibi eſt dictum. & per glo. in c.j. §.j.j̃. dę re iudi.
18 † In glo.fi.in fi. tene menti ex glo. iuncto tex. ꝙ clauſula,ſi vi-
derit expedire,relata ad iudicem, importat vt iudice male arbi
trante poſſit appellari:ſed contrarium voluit Ioan. And.in c.2.
ſ.de iuram.calum.eo.lib.ideo dic vt ibi dictum fuit,& per glo.
hic.facit quod dixit Inn.in c.cum ſpeciali.ſ.de appel.ꝙ d.l.vbi-
cunq;.volens,ꝙ vbicunq; æquitas mouet iudicē, debeat rñde-
ri,ſicut

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Verbum, credit. Adde ꝙ verbum dubitatiuum, regulariter non
probat, ſm glo.& Doct.in l.teſtium.C. de teſt.gl.& Doct. in c.quotiens.de
teſti.Card.Zaba.in c.ſacris,in 6.no.quod me.cau.
Vin.G. De iſto verbo vide Fely.in c.quoties. de teſti.& ſcias ꝙ nemini de faci
li eſt credendum,qm̄ qui cito credit leuis eſt corde. Troyl.Malue. in trac.de
canonizat.Sanctorum.q.4.nu.3.quod habetur in lib.9.trac.fol.131.
b Nic.Sup. De dictione,tantum.Adde gl.in c.cum aduer.96.diſt.Car.Alexan.in
c.non eſt.in notabilibus.j.diſt.Io.de Imo.in l.ſi quem.C.de præſcrip.
Vin.God. De iſta dictione vide D.Anto.Archi. Flo.in trac. de vſu.in 3.§.nu.9.
quod habetur in lib.9.trac.fol.268.nu.9.

ri,sicut hic in tex.dicitur, ꝙ æquitate suadente tenetur iudex admittere positionem negatiuam. nam si iudex dixit se moueri æquitate vbi in vero non est, vel econtra, dicit, ꝙ æquitas non est vbi in vero esset æquitas, his casibus poterit appellari, ſm Inno.ibi.pro quo est gl.hic,iuncto tex.& vide per Io. And. in d.c.2.& quod ibi dictũ fuit.& per gl.in c.super his.de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Responsio fienda ad positiones, debet fieri præcedente iuramento calumniç.*
2 *Interrogatio super positionibus debet fieri per iudicem, & non per partē.*
3 *Respondere denegans positionibus habetur pro confesso. quod regulariter secus esset. Et sic non posset ferri sententia contra contumacem, nisi iudicialiter constet de veritate causæ.*
4 *Iuramentum si sit præstitum ante litem contestatam, an debeat iurari super positionibus.*
5 *Contumax respondendo quando habeatur pro confesso, vel non, vide hic distinctionem breuem & bonam.*
6 *Contumacia procuratoris post litem contestatam nocet domino.*
7 *Citatus per nuncium vt veniat responsurus positionibus, si non veniat, an habeatur pro confesso.*
8 *Quid si in citatione fuerit insertus tenor positionũ, an hoc modo sufficiat simplex citatio.*
9 *Quid si in citatione tali fiat comminatio iudicis, quòd nisi comparuerit habeatur pro confesso.*
10 *Respondere regulariter quis tenetur positionibus, nisi in certis casibus hic in glo.expressis.*
11 *Positionibus impertinentibus quando quis respondere teneatur, vel non. & nume.12.*
13 *Positio incerta de ratione ponentis, non habet locum etiam si non apponatur, licèt secus sit de libello.*
14 *Positio si sit indebita, vel impertinens in parte, an possit tota negari.*
15 *Positioni quæ plura continet, an pars respondere teneatur.*
16 *Positioni iuris an quis respondere teneatur. Et de quo iure intelligatur. & nume.17.*
18 *Positionibus respondere quis primò teneatur, actor, an reus?*
19 *Positioni nolens respondere habetur pro confesso.*
20 *Contumax in respondendo habetur pro confesso, vel pro negante prout sibi erit deterius.*
21 *Contumas in non respondendo, an possit diffinitiuè condemnari, vel non.*

CAP. II.

1 SI post. †No.j.ꝙ sicut positiones debēt fieri prçcedente iuramento calumniç, vel veritatis, vt per gl.s̃.c.prox.ita & eodem modo responsio
2 debet sequi præcedente iuramento. † Secundò no. ibi, a iudice. ꝙ interrogatio super positionibus debet fieri per iudicem, & non per partem. ad hoc gl.s̃.c.proxi. valeret tamē spontanea responsio si fieret ad instantiam aduersarij, iudice non præcipiēte, vt in l.si fine.ff.de inter.act.& per glo.& Doc. s̃.de dolo & contu.in c.prout.& tenent hic Arch. & Io.An. & Rota in deci.31.quæ inci.Item voluerunt.& vide glo. no.30. q. vlt.interrogandum. Tertiò no.ibi, contumaciter.ꝙ sufficit nolle respōdere ad mandatum iudicis, vel post eius iussum contumaciter se absentare, & ex his duobus vel altero eorum habetur pro confesso. talis tamen confessio in beneficialibus non iuuaret ponentem, qui aliter nõ probaret de titulo, ne per cõclusionem daretur vitiosus ingressus, vt in c.j.supra ti.2. eo. li. ſm Archi.& Ioan.And.Sed in contrarium facit glo. s̃. c. proxi. circa fi.vbi voluit, ꝙ etiam in beneficialibus fiant positiones, & confessio præiudicat.potest dici, ꝙ glos.ibi procedat vt valeat confessio in præiudicium ꝯfitentis, vt sic possit quis amoueri a beneficio, sed non quò ad hoc, vt per talem confessionē fundetur & probetur titulus, vt per talem confessionem fiat adiudicatio ponenti, & ita procedat quod dicit Ioan. And. &
3 idem voluit in addi. Spec.in ti.de positione.§.9.ver.verum.ibi, secus puto.& ita tenet hic Lap.de quo est dictũ in d.c.j.†Quarto no.ibi, pro confesso.quòd cum sit speciale, vt cõtumax isto casu habeatur pro cõfesso, quod regulariter secus esset. & sic sequitur, ꝙ nisi iudicialiter liqueret de causa non posset contra contumacem ferri sententia diffinitiua: qđ procedit tam in ciuilibus q̃ in criminalibus, vt l.properandũ.§. & si quidem. C. de iudi.& l.absentem.ff.de pœnis.& no.in c.veritatis.s̃. de dolo & contu.& ita sequitur hic Pet.de Anch.& Bald. in l.j. ff. si quis ius dicenti.vbi notabiliter dixit, ꝙ non poterit iudex citādo cõminari, vel interloqui, ꝙ eũ habebit pro cõfesso; licèt ratione contumaciæ aliam pœnā imponere possit. de quo j̃. In glo.2.in fi.no.quia vbi aduersatiua ponitur inter diuersa, quorum vtrũq; est necessarium ad vsum, de quo quęritur, tũc accipitur pro coniuncta.facit gl.in ver.figura. in clemen. sæpe. de

4 verb.signi.†In glo.in ver.iuramentum, in fi. vult gl. ꝙ etiam si ante lit.contesta.fuerit iuratum, & fiant positiones, tamen habebit locũ dispositio huius text. & ita videtur esse de mente Ioan.And.hic, & sequitur Domi. sed non haberet locum tex. hic, nisi post præstitum iuramētum calumniæ, vel veritatis, vt hic in prin.tex.vbi ita tenet Io.An. Bal.tamē in l. 2.§.ꝙ si actor. circa fi.C.de iuramen.calum.refert contrarium fuisse consultum in ciuitate Florentiæ, vt sic tex.hic procedat etiam anteq̃ sit præstitum iuramentum, quia non minor est cõtumacia nolentis iurare & respõdere q̃ eius qui post iuramentũ non respondet.& ita sequitur Bal.ibi per illum tex. ibi enim nõ erat iuratum, & tamen nolens iurare habetur pro cõfesso. Pro quo ē̃t facit gl.hic, & sequens.& ita etiam transit hic Pet. de Anch. Sed Domi.contra.nec ob.d.§.ꝙ si actor. quia loquitur in nolēte iurare, & tunc habetur pro confesso, sed hic loquitur in nolēte respōdere positionibus, quo casu solũ post iuramentũ prę stitum habetur pro confesso, vt hic in tex.qui cum sit pœnalis nõ debet extēdi, vt in reg.in pœnis.j̃.eo.li.& no. in c. si postq̃. s̃.de elec.eo.lib. Sed certè ex ista ratione esset falsum qđ dicit glo.hic, & sequens, & tamen illam sequitur Io.An.& alij Doc. vnde eadem ratio videtur in dictis casibus. Nam contumax in non respondendo positionibus, videtur etiam cõtumax in nolendo iurare, cùm positionibus debeat respõderi præmisso iuramento, vt hic, & per glos. supra c. proxi. & sic debet haberi pro confesso, vt d.§.ꝙ si actor. vide tamen per Bal. in l.si filius.
5 la j.ff.de interroga. actio.† Et conclude sic, quòd aliquādo quis est cõtumax in respondendo interrogationibus, quæ fiunt ad præparationem iudicij: & tunc habetur pro confesso, vel negante, prout sibi magis nocet, etiam si non fuisset iuratum, vt l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro. act. Aliquando quis est cõtumax in respondendo libello, vel in litis contestatione, & nõ habetur pro cõfesso, ſm Bal. in d.§. ꝙ si actor.& no. ꝑ do. Ant. in c.penul.s̃.de iuramen.calũ.& facit gl.in auct. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Aliquando quis est contumax in iurando de calumnia: & tunc habetur pro confesso in illo articulo ĩ quo iurare recusat, vt d.§. ꝙ si actor. Limita tamē nisi prius fuisset præstitum iuramentum super tota causa, quo casu si iterato recuset iurare non habetur pro confesso, ſm Bal. in auct.hoc sacramentũ.C. de iuram.calũ. Aliquando quis est contumax in respondendo positionibus: & tũc indistinctè videtur tenendum, ꝙ habeatur pro confesso, siue ante li.cõtest. siue post, & siue sit iuratum, siue non, vt s̃.dũmodo alia requisita hic in tex.concurrant.de quo j̃.& vide notabiliter per Bal. in d.l.si filius.In glo.in ver.reus.ibi, sed idē est, scilicet ꝙ habeť pro confesso, secundum Ioā.An.tam in actore quam reo, cum sit eadem ratio, & quia reus in ponendo censetur actor, vt in l. j.ff.de excep. & sic no. ex glo. ꝙ cõstitutio pęnalis loquens in reo, locum habet in actore, vel e contra quando esset eadē ratio. Pro quo facit, quia ista sunt correlatiua.de quo in l.fi.C.de indic.vidui.& vide per glo.in l.j.C. de pœna iudi. in cle.j.de rescri.in ver.præsidentes.& glo. ordi.in ver. Italiæ.in c.j.s̃. de tē̃po.ordi.In glo.in ver.procurator, in fi.no.iuncto tex.ꝙ positionibus potest responderi per procuratorem.& vide in c.pręsen
6 tium.j̃.de testib.de quo in c.j.s̃.de iudi.eo.li.† Secũdò no. ꝙ cõ
a tumacia [a] procuratoris post lit. cõtesta. nocet domino. Idem Io.Mo.& Archi.hic, argu.l.si procurator.ff.de excep.doli.& tenet Inno.in c. j.hic alleg. nunquā tamen noceret domino quò ad excõmunicationem, cum excõicatio requirat propriā cõtumaciā.11.q.3.nemo.& no.Inno.& Doct. in d.c.j.Ante litē verò contestatā si procurator esset contumax in respondendo positionibus, non nocet dño.& ita tex.hic loquens in procuratore intelligi debet. pro quo facit hæc glo. & sequitur Lap. & Do. per no.in d.c.j.imo dicit hic Io.An.probari, ꝙ etiam taciturnitas procuratoris post litem cõte.noceret dño.facit l.nõ solum. in prin.ff.de procu. & qđ no.Spe. in ti. de petitorio, post prin. Licèt Bar.in l.j.§.si procurator.ff.si quis ius dicē.tenuerit, ꝙ nullo mõ cõtumacia procuratoris noceret dño.& non bene, quia est contra tex.hic. An tñ dēat fieri differentia ante lit. contest. vel post? Doct.in d.c.j.hic alleg.non faciunt, sed simpliciter tenent

ADDITIO.

a Nico. Supe. Contumacia procuratoris. Adde an contumacia procuratoris tollit beneficium appellandi, vide in l.2.in §.fi.cum ibi no.ff.quando appellādum sit. & per Pau.de Ca.in l. properandũ.in §.cũ autē ermodicũ C.de iu. Vinc. God. Contumacia procuratoris non nocet domino, vt pœna priuationis incurrat.Ruy.cõsi.50.nu.11.lib.1.& ibi nu. 23. quando dicatur procuratoris cõtumacia.Nec facit ꝙ dominus teneatur parti aduersæ, nisi in expensis & damnis.idem Ruy. consi.21.nu.4.lib.4.

nent,ꝙ contumacia procuratoris in nõ rñdendo poſitionibus
noceat dño:& non vr̃ fienda talis differentia, quia ex quo tex.
hic habet locum etiam ante lit.cõte.eo caſu quo eſſent neceſ-
ſariæ probationes,& poſitiones,vt eſt dictum s̃. in glo.3. ergo
eodem modo indiſtinctè debet habere locum in procuratore
ante lit.conte. Ex quo text.hic etiam de procuratore loquitur
& maxime quia in reſpicientibus proceſſum contumacia pro
curatoris nocet domino,vt d.l.non ſolum. & vide ibi per gloſ.
an fiat differentia ante lit.conteſta.vel poſt.& per Bal.in l.3.C.
de procu. vbi ex ſuis dictis poſſet argui, ꝙ non.& per Doct.in
d.c.j.Tene tñ menti,ꝙ licet confeſſio dñi noceat ſibi in quocũ
que alio iudicio,etiã vbi acta in iſto alio iudicio non nocerent
tñ confeſſio procuratoris in vno iudicio nõ nocet dño in alio
vt no.per Ioã.An.in c.per inquiſitionem.s̃. de elec. In caſu tñ
huius c.quia confeſſio inducta per iſtud c.eſt ficta,& non vera
etiã ſi eſſet ipſius dñi, non noceret ſibi in alia cauſa,vt no.Bar.
in l.eius qui delatorẽ.ff.de iure fiſci. quod dicit perpetuo mẽti
tenendum.& de iſta cõfeſſione habetur hic, & s̃.de iura. calũ.
c.fi.& in auth.ſed nouo iure.C.de pęna iudicis qui male iudi.
7 ſecundũ Pet.de Ancha.hic,cuius ſunt iſta verba.† In gl.in ver.
iuſſus.in fi.tene menti glo.volentem iſtum tex.non habere lo
cum in citato per nuncium vel epiſtolã & idem Archi. hic. &
Dy.in reg. contra eum.j̃.eod.lib. & Spec.in d.§.9.ver.licet.vbi
hoc limitat, niſi citatus dixerit nolle reſpondere vel venire,
quia ex quo eſt tunc vere contumax,ſm no.per glo.in c.vene
rabilibus.§. ſecus.j̃. de ſen.excom. eod. lib. poterit tunc iudex
abſque alia citatione declarare eum haberi pro confeſſo.facit
gl.mag.in fi.in l.j.§.fi.ff.ſi quis ius dicenti.Scd̃ò limitat,niſi iu-
dex in citatione cõminatus fuerit,ꝙ niſi cõpareat habebit po-
ſitiones pro confeſſatis, quia tunc illo non cõparente poterit
iudex pronunciare eum haberi pro confeſſo.de quo j̃.& ſic in
telligit Spe. ibi in cõtumace iterum citato cum cõminatione.
Sed in prima citatione nõ poſſet iudex etiam cõminando im-
ponere talem pęnam,vt ſentit d.glo.vt s̃.de quo tñ an dictæ li-
8 mitationes procedant,j̃.patebit.† Sed quæritur primò,quid qñ
in citatione eſſet inſertus tenor poſitionum vel interrogatio-
nũ, an tũc ſufficeret ſimplex citatio,vt eo nolẽte rñdere habea
tur pro cõfeſſo?tenet Iaco.Butri.ꝙ ſic, in d.§. ꝙ ſi actor.& facit
in ar.c.mulieres.in fi.s̃. de ſen.excom. qđ dictum procedit de
rigore,ſed in practica ſeruaretur opi.huius gloſ.ſecundũ Imo.
imo etiam de iure procederet iſta glo.ſm Pet.de Anch.& Do.
quia licèt mittatur copia poſitionum, tñ tunc iudex non inter
rogat,nec iubet prout requirit tex.hic volẽs,ꝙ iudice pñte fiat
interrogat io,& eſt etiam in dicto caſu ratio diuerſa cũ ſit ma-
ior cõtumacia non reſpondentis ad verbum iudicis,q̃ quando
per nuncium vel epiſtolam,vt in l.2.C.quomodo & qñ iudex.
& hic in gl.& ita videtur ſentire Bal.in d.§.ꝙ ſi actor. & in d.l
ſi filius.Pro quo facit quod dicitur infra in proxi.qõne. Secun.
dò quæritur, an habeatur quis pro cõfeſſo ſi eſſet iuſſus vel in-
terrogatus a notario ex commiſſione iudicis? refert hic Do. ali
quos tenere,ꝙ non,cum text. hic requirat ꝙ a iudice & in eius
præſentia.vnde cum ſit pœnalis, non debet extendi extra ca-
ſum ſuum,vt in c.ſtatutũ.s̃.de elect.eo. lib. & ita ſequitur Do-
mi.quod tu intellige niſi notarius hoc faceret in pñtia iudicis,
& ex eius cõmiſſione, quo caſu bene haberet locũ tex.hic, ex
quo iudex eſt præſens,& cõmittens,ar.l.omniũ.C. de teſta. &
9 per Bald.in l.nemo.C.de ſenten. †Tertiò quęritur quid ſi in ci-
tatione facta per nuncium,vel epiſtolam,vel ſit inſertus tenor
poſitionum, vel interrogationum cum cõminatione iudicis,
ꝙ niſi comparuerit habeatur pro confeſſo, an tunc his ſimul
iunctis contumax habebitur pro confeſſo? do. Anto. & Imo.
in c.pe.s̃.de iuram.calum.tenent ꝙ ſic,dicentes idem eſſe in ci
tatione facta ad reſpondendum libello ſi eſſet inſertus eius te
nor cũ cõminatione, ꝙ niſi compareat iudex habebit eũ pro
confeſſo: quo caſu contumax tunc habebitur pro cõfeſſo. qđ
tene mẽti.Sed d.Nic.in d.c.pe.in vlt.charta,in prin.tenet con-
trariũ,cũ iſte tex. requirat, ꝙ ſit iuſſus & interrogatus per iudi
cem, & ſic interrogatio debet fieri in iudicio coram iudice.l.j.
& ibi glo.& l.voluit.& l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de inter.actio.
meritò ergo non debet ſufficere interrogatio quę fit extra iu-
dicium,miſſa copia poſitionum.& hanc etiam partem viden-
tur ſequi Bart.& Bal. in d.§.ſi acta. nam dicit Bal.ꝙ tria debent
concurrere,vt habeat locum iſte tex.primò,ꝙ ſit iuſſus per iu-
dicem in præſentia, & non per nuncium.de quo eſt dictũ ſu-
pra.Secundò,ꝙ contumax non poſſit ſuam contumaciam ex-
cuſare.de quo infra. Tertiò, ꝙ poſitiones ſint lectæ & datæ in-
telligi.pro quo facit tex. hic, interrogatus &c. Adverte tamẽ,
quia ſi antequàm legantur,recuſaret quis ad iuſſum iudicis re-
ſpondere, vel nollet audire,& recederet,videtur ꝙ habeat lo-
cum text.hic argu. reg.cum ſtat.j̃.eod.lib. & ſatis eſt de mente
10 huius tex.& facit c.2.ſupra de dolo & contu. eo. lib.† In glo.
a in ver.rationabilis.no.glo.ordi. ponẽtem caſus [a] in quibus nõ
teneatur quis reſpondere poſitionibus. de quo etiam per glo.
in d.§.quod obſeruari.& ſic no.quòd regulariter cuilibet poſi-
tioni eſt reſpondendum, niſi in caſibus vbi in iure contrariũ
reperiretur expreſſum. In ea.gl.ibi,ſuperflua.no.ꝙ ad cauilla-
tiones aduocatorum quando eaſdem poſitiones ſæpius repe-
tunt,non cogitur quis niſi ſemel reſpondere. facit quod dicit
11 glo.j̃.quando poſitio eſt captioſa.† In ea. glo.ibi, impertinens.
no.glo.quam limita,niſi poſitio eſſet pertinens iuris præſum-
ptione,vt cum pono me olim dominũ fuiſſe. nã qui olim do-
minus,hodie præſumitur dominus,vt habetur in l. ſiue poſſi-
detis.s̃.de proba.ſecundum Bal. in d.§.quod obſeruari.de iure
enim præſumptio poteſt fieri poſitio, & debet ei reſponderi,
ſecundũ Bal. in l.clarum.in prin.C.de fideicom. Secundò limi
ta in omnino impertinentibus: ſecus ſi facerent ad cauſam cõ
ſequenter vel contingẽter: hinc eſt ꝙ in poſſeſſorio articulus
de proprietate non eſt impertinens, quia cæteris paribus prę-
fertur in poſſeſſorio qui eſt dominus,ſecundũ Bar.in l.natura-
liter.§.nihil cõmune.ff.de acquir.poſſeſ.& no.in c. licèt cãm.s̃.
de proba.& vide de hoc per Spec.in tit.de teſte.§. nunc viden-
dum,in princ.in ver.ſed pone. ideo dixit no. Bal. in d.§. quod
obſeruari.ꝙ omnis poſitio dicitur pertinens,quæ fundat cãm,
vel cum alia poſitione per indirectum facit ad cauſam: imo ſi
poſitio parum facit ad factum,tñ pertinens iudicatur,dummo
do faciat ad rationem per ſe,ſiue cum adiuncto,ſm Bal. in vlt.
12 col. in l.clarũ.in prin.quod tene mẽti.†Tertiò limita,quãdo eſ-
ſet certum ꝙ ſit impertinens, de dubio debet tunc admitti cũ
illa clauſula,ſaluo iure impertinentium: de quo per glo.& In-
no.in d.c.cùm contingat. & ita ſeruaretur in practica, ſm Ioã.
And.hic,& in c.bonæ.el j.s̃.de ele.& ideo cauti iudices prote-
ſtantur,ꝙ in poſitionibus impertinentibus habeatur pro non
reſponſo.& ita etiam partes debent proteſtari, & talis prote-
ſtatio eſt vtilis & neceſſaria. arg. glo.j.in fi. s̃. in prin. huius li-
bri,ſecundũ Imo. & Do. quia alias reſpondens poſitionibus
impertinentibus,vel quibus non deberet reſpondere, ſibi prę
iudicat.ar.l.qui interrogatus.& l.ſi ſine.ff.de interro.act.& ibi
per Bal.Et idem etiam tenet Spe.in tit. de poſitione.§.6. verſi.
hoc autem ſcias.& per Do. in c. prout.s̃. de dolo & contu. Et
quid operetur talis reſeruatio facta per iudicẽ,vide per Bart.in
l. ille a quo.§.ſi de teſtamẽto.ff.ad Treb. Et quid ſi actor inſtat,
ꝙ iudex primò declaret, an poſitiones ſint impertinentes vel
non, & non vult quòd admittatur cum illa clauſula, ſaluo iu-
re impertinentium, an iudex poſſit ad hoc cogi. Specu. in tit.
de poſitione.§.6.ante medium.in verſicu. & no. quòd cum in-
terrogatorium rei: videtur velle ꝙ non. & vide not.per Imol.
in d.§.ſi de teſtamẽto.Quartò limita,q̃a ſi aliquis eſſet receſſu-
rus de curia, vel aliter cogitur rñdere poſitionibus impertinẽ-
tibus, dummodo tamen poſſint eſſe pertinẽtes in futurum, vt
in d.tit.& hoc ne probationis copia pereat.s̃. vt lite non con-
te.quoniam frequẽter.& ita tenet Rota in deci.394. quæ incip.
13 Item ſuſpenſo.† In ea.glo.ibi, generalis.intellige niſi declare-
tur, & licèt libellus generalis procedat ſi non opponatur, vt l.
fi.C.de annali exce.& per glo.in l. j.§. ſi quis argentum.ff.de-
poſiti.tamen poſitio de ſe incerta ratione ponentis nõ proce-
dit,etiam ſi non opponatur,ſecundum Bal.in d.§.quod obſer-
uari.& in l.j.C.ſi plures vna ſentẽtia. vbi no.dixit,ꝙ vbi in po
ſitione ponitur factum ſine tempore, dicitur tunc poſitio in-
certa, & contumax non haberetur pro confeſſo. Quid autem
ſit de poſitione alternatiua,vel diſiunctiua? vide per Inn. in c.
ex parte.s̃.de reſcriptis.tenentem,ꝙ debet admitti quando eſt
de alieno facto in quo eſt tolerabilis ignorantia,vt in c.ab ex-
communicato.de reſcriptis.alias ſecus.& hoc niſi quando quę
libet pars alternatiua concludit ad intentum articulantis, vel
ponentis,tunc bene admitteretur articulus vel poſitio alterna
tiua,vt in d.c.ex parte,ſecundum Imo.ibi in 2. colum. vide per
14 Bar.in l.j.§.j.ff.quorum legatorum.† In eadem glo.ibi, poſitio
nem negare, vult gloſ. ꝙ ratione partis indebite poſſit totum
negari.idem Specu.in tit.de poſitione.§.7.vbi plene de his. &
ſequitur Bal.in d.§.qđ obſeruari.de quo his per Do. & dicetur
in c.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Caſus in quibus. Adde Spec.ti.de poſitionibus.
Vinc G. Adde, quando reſponſio rei ſecundum intentionem actoris ſit intel
ligenda. Ruyn.conſi.141.nu.19.lib.5.& nota, quod reſponſio habet relatio
nem ad interrogationem.idem Ruy.conſi.169.nu.9.lib.2.

15 in c.præſentium.j̃.de teſtibus. ſuper glo. in ver. ſigillatim. † In
ea.glo.ibi,non enim ponit vt debet.vult glo.ꝙ poſitioni plura
continenti non teneatur pars reſpondere, etiam ſi dicatur, ꝙ
ponit coiunctim vel diuiſim. & ita ſequitur Bal. in l.precibus.
in prin.C.de impube.& alijs ſubſti.& in d.§.qđ obſeruari.per
hanc glo.& ſi eſſet contumax,non haberetur tunc pro confeſ
ſo.Sed certe tex.in d.c. præſentium. loquitur de poſitione im-
plicita & plura continente,& tamẽ cogitur quis ſigillatim re-
ſpondere.de quo per Doc.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.
obliga.& per Imo.& do.Anto.in c. dilecta.s̃. de maio. & obe.
& dicetur in d.c.præſentium. Aduerte tamen,quia ſi quis ſim
pliciter reſponderet poſitioni multiplici, videtur ad totum re
ſpondiſſe: & ſic totum videtur negare vel confiteri, vt dixit
Bal.in l.non alienum.ff.de interro. act. per illum text. & idem
etiam voluit in l.j.in fi.C.de ædil.edic.dubium tamen facit qđ
no.Spe. in d. ver. 11. volens ꝙ reſponſio reficiatur ſolum ad id
ſuper quo principaliter ſit quæſtio ſeu poſitio,puta ſi volo pro
bare ꝙ mutuaui centum Petro defuncto, & pono ꝙ mutuaui
centum Petro,cuius tu es hæres, ſi illud ſimpliciter confitea-
ris, videris ſolum de mutuo confiteri, non autem ꝙ ſis hæres.
Sed certè quia confeſſio debet interpretari contra confitentẽ,
vt in c.cũ dilecti.s̃.de accuſa.& tenet do.Ant. & Imo. in c. pe.
s̃.de iura.calum.in glo.fi.in fi.fortè cõtrarium eſſet tenendum
per prædicta.cogita tamẽ quia quotidianum.& vide per Spec.
in tit.de poſitione.§.9.in fi. & in §.10.verſi.item ſi actor.vbi de
his.Si verò quis reſponderet affirmatiuè ſuper parte poſitio-
nis,videtur reliquum negare. & idem econtra ſi negatiuè re-
ſpondet ſuper parte,videtur reliquum confiteri,in c.nonne.s̃.
de præſumpt.& in l.j. C. de diuer. reſcri. vbi ita tenet Bald. &
no.in l.& ſi ſine.§.ſed ꝙ.ff.de minoribus, ꝙ tene menti.vide ta,
16 men.†In ea.glo.ibi,non cogitur reſpondere. & ſi reſponderet
aliter quam ius diſponat,confeſſio non præiudicat,vt eſt text.
in l.ornamẽtorum. ff.de auro & argen.lega. & ibi per Bart. &
diceretur etiam poſitio iuris vbicunque apponitur verbum,
canonicè, legitimè, vel ſolenniter, vel ſimilia verba, vt tenet
Spec.in d.§.7.ver.13. & Bald.in d.§.quod obſeruari. & in l.j. C.
de confeſ.limita tamen prædicta,niſi fieret poſitio de extraua
gantibus,quia tunc admittitur & cogetur quis reſpondere, vt
no.in c.paſtoralis.ſupra de fide inſtru. & per Ioan. And.in ad-
di.Spec.in d.ver. 13. Et idem ſi fieret poſitio de conſuetudine,
ex quo eſt facti, vt in c.j.s̃. de conſtitu.eo. lib. & qui eam alle-
gat,debet eam probare,vt in c.cum dilectus.s̃.de conſue.& ita
tenet Ioan. And.in c. fin. ſupra de conſue.& Bald. in d.§.quod
obſeruari.Et idem ſi fieret poſitio ad probandum ſtatutum, vt
tenet hic Lap.& Do.& Oldra.in conſi.243.quod intelligit Pe.
de Ancha.ſupra c.proxi. quando fieret poſitio de ſtatuto alte-
rius loci,quia tunc eſt neceſſe ꝙ probetur, vt no.in d. c.j. & in
l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. ſecus ſi eſſet ſtatutum eiuſ-
dem loci,quia tunc habetur pro iure communi in dicto loco.
& ita ſequitur Bal.in d.§.quod obſeruari.& in l.j. C. vt quę de-
ſunt.Et eodem modo admitteretur poſitio, & eſſet idẽ reſpon
dendum,quando eſſet mixta continens in parte quod eſt iu-
ris,& in parte ꝙ eſt facti,vt ſi aduocatus petat ſalarium, & po-
nit ꝙ de tali aduocatione meruit decem, vt tenet Spec. in d.§.
17 7.ver.ſed pone procurator.†Et licet poſitioni iuris non tenea-
tur quis reſpondere,vt hic in glo.tamen illud verum in iure di
ſponente: ſecus de iure diſpoſito,vt ſi pono ꝙ habeam ius ſer
uitutis,vel ius eligendi.arg.l.quidam in iure.ff.de dona. In ea.
glo.ibi,ſuper cauſam.idem Bald.in l.j.poſt medium.C.quomo
do & quando iudex.& in l.j.C.de pœna iudi. & de his hic ple
ne per Domi.& per Innoc.in c.dudum.el 2. de elec.& per Spe
cu.in dicto §.7.verſi.9.& per Doct.in l.Marcellus,ff. rerũ amo-
ta.& pleniſſime per Bald.in §.quod obſeruari.& per Archi.50.
diſtinct.ex pœnitentibus.& ca.fratrum. & per Imo. in c. licèt
cauſam.ſupra de proba. & per Bart. & Angel. in d.l.Marcel-
lus.& per Bald.in l.2.C.de eden.in 3.colum.& in l.2. circa finẽ.
4 bandũ.vide dicta in c.j.ſ.tit.proxi. † Et quærit primò, an in admiſſione articulorum, vel repulſione ſit pars citanda,Rota in deciſ.10. videtur velle, ꝙ ſic. & idem in productione articulorũ,vt tenuit domi.Anto.& Imo.in c.2.ſ.de teſtibus.de quo etiã per Rotam in deci.903. quæ inci. Item ſi iudex. & per Spec. in tit.de poſitione.§.10. & per do.Nic.in d.c.2.Secundò quȩritur, an ab admiſſione articulorũ, vel repulſione poſſit appellari. Rota in deciſ. 94. quæ incipit, Itẽ ſi iudex admittendo.videtur velle,quòd ſic & idem in deciſ.312. quæ incipit, Item ſi auditor. vbi etiam notabiliter determinat, quòd iudex recipiendo teſtes, vel inſtrumenta, vel alias probationes ſuper articulis eo ipſo videtur tacitè articulos admittere, nec eſt neceſſe,ꝙ iudex expreſsè ꝓnunciet articulos admittẽdos.& idem tenet Rota deciſ.105.quæ incipit, Itẽ quod valet. Tertiò quæritur, an de ipſis articulis, vel poſitionibus ſit de neceſſitate fienda copia parti, contra quam producuntur. Bald. in l.2. circa finem. C.vt lite pendente.videtur velle, quòd ſic poſt reſponſionem, ſed ante non, de quo ibi per eum, & per Specu. in titu. de teſte.§.qualiter.verſi.deinde.& §.nunc dicendum.verſicu.ſciendum.quod maximè procedit, vt poſſit facere interrogatoria,
5 vt per glo.infra.†In glo.in verſi.nomina in fi. idem Archi. qđ inducit Domi. cõtra id, quod tenuit maior pars dominorum de Rota deciſ.389. volentium, quòd ſi Papa committit examinatoribus,vt recipiant teſtes,& inſtrumenta, quæ vtraq; pars duxerit producenda,quòd poſſunt recipere confeſſiones partium, & confeſſio coram eis facta, vt iudicialis, valebit, cum nomine inſtrumentorum veniant omnia, ex quibus ipſa cauſa poteſt inſtrui, vt l.j.ff.de fide inſtrumen.Facit etiam quod tenuit Rota in deciſ.248.quæ incipit, Item quando.ꝙ ſi detur remiſſio pro teſtibus, poterunt etiam inſtrumenta produci, cũ appellatione teſtium veniant inſtrumenta, vt ſupra de teſtib. cogen.peruenit.& ſupra de fide inſtrumentorũ.in exercẽdis. licet aliàs pro ſolis inſtrumentis nõ fiat remiſſio,ſecundũ Rotam.Glo.hic,in fi.facit contra formam mandatorũ, & quia de ſtricta ſignificatione vocabuli appellatione inſtrumentorum non veniunt teſtes, vel econtra,vt per glo.in d.l.j.& per Arch. 12.q.2.ſi quis de clericis.Prout eſt in caſibus prædictis.cum forma mandati ſit diligenter ſeruanda, vt hic in gl.Et facit glo.7. q.j.peruenit.& 32.q.j.ſi homo. & text.hic in princi.c. vbi Papa mandat expreſsè,ꝙ recipiat confeſſiones.ergo in generali mãdato non veniret. Pro quo facit etiam d. cap. ſuper quæſtionum.§.j.ſupra de offic. deleg.& glo.3. & quod ibi no. per Ioã. And. in c.ſolet.infra de ſenten.excõ.ſm Do. Sed certè tex. hic poſſet adduci in contrarium, cum enim Papa hic reſcribat de iure cõi. Ergo ſequit,ꝙ iudex cui eſſet facta dicta ꝯmiſſio,poterit ꝯfeſſiones recipere,& alia facere,quȩ hic ꝯtinent, dato ꝙ nõ ſint aliter expreſſa,quia iſta veniũt de iure cõi.Ad idẽ ẽt faciat c.fi.ſ.de reſti.ſpol.vbi licet forma mãdati debeat obſeruari,tñ valet ꝯfeſſio,licet in reliquis ꝓceſſus nõ valeret ꝓpter formã nõ ſeruatã.vnde tenendũ vr̃,ꝙ tenet Rota ſ. In glo. in ver. Kalendas.in fi.No.glo.& idem ſequitur Hoſt. Arch. & Io.An.
6 In glo.in ver.interrogatoria ibi,ſi cognoſcit.no. argumẽtũ teſtes debere cognoſcere partes, aliàs eorũ dictum non valeat, de quo per glo.in c.cum cauſam.ſ.de teſtib.& per Bald.in rub. C.de fide inſtru.& in l.fin.§. ſinautem duobus. C. de iure deliberandi. In eadem glo.ibi non daretur parti aduerſȩ.tene mẽti ſingulariter glo.& idem voluit Innoc.in c. per tuas.ſ. eo. In eadẽ glo.in fi.tene menti totam hanc glo.ponentem practicam interrogatoriorum,& in dubio iudex debet ſemper interpreta-
b ri,quod interrogatoria [b] non ſint ſuperflua, ſecundũ Doct. in d.c.per tuas.& eſt de mente Ioan.And.hic dicentis, quòd ſi iudex

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Quod exceptiones. Adde Spec.in tit.de excep. in §.viſo.ver.ſed nunquid iudex.& per Bart.in l.j.ff.de exce.

b Vincen.G. Nota,quòd interrogatoria a partibus fieri poſſunt in 11. caſibus quos ponit glo.in l.1.ff.de interrog.act.

dex doloſe, vel negligenter omittit aliquid de interrogatorijs, poterit nō obſtante publicatione teſtium iterum fieri examinatio, vt d.c. per tuas. ꝙ ſecus foret ſi non fuiſſet factum interrogatorium, ſecundum Ioan. And. dicentem, quòd licet interrogatoria non dentur iudici, tamē ipſe iudex ex officio debet interrogare. Pro quo gl. no. & Bald. ibi in l.j.§. ſi curatores. ff. de magiſtra. cōue. De quo per Doct. in c. cum cauſam. ſupra
7 eod. † In gloſ. in verbo ſpecificatione in fi. ideo non ſufficeret excipere contra teſtem, quòd eſt periurus, vel adulter, ſecundū Innocen. Sed debet exprimi locus, tempus commiſſi criminis ſicut & in accuſationibus. vt l. libellorum. ff. de accu. canonizata. 2. q. 8. vt tenet Archidi. & Hoſti. hic per hunc tex. Sed Ioan. And. hic contra dicens, quòd hic ſpecificatio mandatur fieri poſt exceptiones ꝓpoſitas, & in articulis ſuper eis formatis. ergo probatur hic, quòd exceptio ſine doli mali expreſſione admittitur. ſed bene probat iſte tex. quòd ſpecificatio in exceptione non facta debet fieri ante receptionem teſtium ſiue facta non fuerit, ſiue non plenè, vt. s̃. in gloſ. in ver. nomine. Nec obſt. text. j̃. in ver. ſimili, quia debet intelli. vt ſupra. nam erit ſimilis, ſi fiat ante receptionem teſtium, licèt nō fiat in forma exceptionis, ſecundum Ioā. And. hic, & in c. fi. ſupra de purg. canoni. & idē tenet Paul. in cle. conſtitutionem. de electione. in ver. circunſtantiarum, dicens per text. hic, quòd ille, cui eſt datus terminus ad opponendum crimina, vel defectus ſufficit quòd inde terminatè opponat. & ſi petatur declaratio, poterit fieri poſt terminum, arg. l. hæredes palam. §. j. ff. de teſtamētis & ſupra de appella. vt noſtrum. & idem Lap. hic dicens, quòd talis exceptio pendet ex futuro euentu, quia ante exceptionē requiritur declaratio, quæ ſi non fieret, non releuaret. & ita tenet hic Pe. de. Ancha. & Domi. & ita etiam eſt de mente Rotæ in deci. quinquageſimaprima. quæ incipit, item ſufficit. idem etiam tenet Ang. in l. j. §. prætor edixit. ff. de iniurijs. & videtur
8 tenere Bald. in repetitione. l. edita. C. de edendo. in princ. † Sed aduerte, quia Bart. in d. §. prætor. tenet idem, quod Hoſtien. & Archidi. s̃. idem Bal. in auth. ſi dicatur. in fi. C. de teſtibus. dicens, ꝙ ille, qui nō ſpecificauit exceptiones, quando opponit, non poterit ſpecificare in probando ſicut in ſimili not. in c. vt circa. de elec. eod. lib. & etiam videtur tenere Rota in deciſio. 252. quæ incipit, item licèt ſit. & in deciſi. 255. quæ incipit, item licèt in materia. vbi etiā dicit, ꝙ licet materia obiectiua requirat exactam ſpecificationē videlicet loci, & temporis, & aliarum circunſtantiarum, tamen non requirit expreſſionem diei & menſis, & hoc niſi dies, vel hora eſſent de ſubſtantia materiæ in dicta cauſa, vt ibi per Rotam, & vide per Doc. in clemen tina, cōſtitutionē. de electione. Quid aūt ſit in actione iniuriarum, quando agitur ciuiliter, quæ ſpecificatio requiratur. per Rotam in deciſio. 39. quæ incipit, item in actione. & in deciſ. 36. Et ſcias, ꝙ in exceptione excōicationis requiritur ſpecificatio, vt patet in c. pia. j̃. de exceptio. Et ſcias, ꝙ in aliquibus caſibus certum eſt, ꝙ requiratur ſpecificatio circūſtātiarum. Et primò de exceptione excōicationis, vt patet in c. pia. j̃. de excep. Scd̃ò in exceptione recuſationis iudicis, vt in c. cū ſpecialis. s̃. de appella. Tertiò quando exceptio criminis opponitur in beneficialibus, vt d.c. vt circa. & d. cle. conſtitutionem. Quartò in exceptione ſubreptionis, vt videtur velle Inno. in c. ſuper eo. el. j. s̃. de appella. ſecundum Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. Quintò quando eſſet talis exceptio ſuper qua ſententia lata infamaret vt no. in d. l. prætor. Sextò, & vltimo in exceptione, ex qua actor veniret ita puniendus, ſicut ſi procederetur per viam accuſationis, prout nō. in ca. j. s̃. de exceptio. & per Bald. Et aduerte, quia licèt eo caſu, quo admittitur exceptio generalis, & indeterminata debeat ſine dubio ad petitionem iudicis, vel partis declarari. argu. l. fin. C. de annali excep. tamen ſi hoc non peteretur, debet declarari, antequam recipiantur teſtes, vt ſupra per Ioan. And. licet Bal. in d. l. edita. teneat, quòd ex quo admittit exceptio generalis, ſufficiat, quòd per teſtes ipſa exceptio generalis probetur ſine loco, vel tempore. Sed certè text. hic prout ſupra inducitur per Ioan. And. licèt non requirat ſpecificationem in exceptione, tamen requirit, quòd fiat antequam ipſi teſtes recipiatur, vnde videtur, quòd in articulis debeat fieri declaratiò, ſi tamen talis ſpecificatio non ſit facta dummodo teſtes probent cum expreſſione loci, & temporis, videtur, ꝙ ſufficiat, vt voluit glo. not. in ſimili in l. j. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. Sequitur. §. ſi verò.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes ſunt producēdi corā iudice: oīs enim ꝓbatio debet fieri corā iudice.*
2 *Receptio, & examinatio teſtium qualiter, & in quibus differant.*
3 *Iudex poteſt aſſignare diuerſos terminos ſucceſſiuè ſuper diuerſis.*
4 *Iudex poteſt præfigere terminum ad probandum perſonas teſtium ante publicationem.*

1 Si verò. † Nota primò ibi coram te, teſtes eſſe producendos coram iudice, cum omnis probatio coram iudice fieri debeat ſecundum gl. in l. iubemus. C. de lib. cauſa. Nec ſufficeret examinationem fieri coram notario. intellige niſi de commiſſione iudicis, vt no. in c. 2. ſupra de iudic. eodem lib. & vide per Barto. & Bald. in authen. quæ ſupplicatio. C. de
2 precibus imperat. offeren. † Secundò nota ibi recipere, & examinare, & tene menti ſingulariter iuncto text. ſupra differentiam inter receptionem, & examinationem teſtium, & terminus ſuper vno non includeret reliquum, niſi hoc ſit expreſſum, vt hic in text. & ideo in termino aſſignato ad probandum ſufficiat, quòd teſtes recipiantur ad iuramentum, & poſt terminum poterūt examinari, ſecus ſi terminus eſſet aſſignatus ad probandum, & probatum habendum, quia tunc examinatio poſt terminum fieri non poſſet, licèt in termino teſtes eſſent recepti ad iuramentum. facit gloſ. ſupra in ver. kalendas. & ita tenet Bald. per hunc text. & in l. teſtium. C. de teſtib. de
3 exceptio. pia. † Tertiò not. arg. iudicē poſſe eodem inſtanti aſſignare partibus diuerſos terminos ſucceſſiuè ſuper diuerſis, de quo ſupra de priuileg. cum olim. el. 2. & per gloſ. ſupra de teſti. cog. c. 2. & cle. ſæpe. in ver. poſt dationem. de verb. ſigni. &
4 ibi per Doct. C. qui admitti. † Vltimò no. ſecundum Innocen. quòd poteſt præfigere terminum ad reprobandum perſonas teſtium etiam ante publicationem. & an poſſet poſt publicationem opponi contra perſonas, habetur ſupra eod. præſentium. In gloſ. in verſi. obſeruata. in fine quòd ſine dubio procedit quo ad perſonas, quo caſu ſecundos teſtes reprobatorios reprobare non licet, ſecus quo ad dicta, quia liceret reprobare poſt publicationem, & maxime ratione corruptelæ, vt in c. licet cauſam. ſupra de proba. aliàs daretur materia committendi falſum cōtra. c. qualiter. §. debet. ſupra de accuſa. & quia etiā poſt ſententiam poteſt opponi de falſo, vt d.c. licèt cauſam. fortius ante ſententiam, ſecundum Io. An. tenentem, ꝙ licèt hoc habeat multum ęquitatis, tamen ratio c. licet. hic alleg. in glo. vt ſit litium finis, multum obſtat. Sed D. Anto. in d. c. licet dilectus. tenet, ꝙ admittatur reprobatio contra dicta, ex quo ſecūdum regulam iuris cōmunis id indiſtincte promittatur, cui regulæ debet ſtari, ex quo non reperitur vitiata, & d.c. licet. loquitur in reprobatione perſonarū non dictorum, & cum exorbitet a iure communi non debet extendi ex ratione idētitatis, vt no. s̃. de regu. conſtitutionem, quia etiam non eſt eadem ratio, cum magis ratio ſuadeat reprobationem contra dicta, quā contra perſonas, & ita ſequitur Imo. in d. c. licèt dilectus. Sed D. Nic. ibi contra. & ꝙ eadem eſt ratio in reprobatione perſonarum, & dictorum, vt ſic ſit litiū finis, quæ ratio cū ſit expreſſa in d.c. licèt. fit extenſio etiam in exorbitantibus ſecundum glo. no. in cle. j. de elec. & hanc partem ſequitur hic Domi. niſi falſitati adderetur correctio, quo caſu etiam per teſtes poterit
a fieri reprobatio [a] vt no. in d.c. licet cauſam. vel niſi velit reprobare per inſtrumenta, vel per dicta ipſorummet teſtium, quia tunc poterit, vt no. 4. q. 3. ſi quis teſtibus & ibi per gl. & Archid.

A D D I T I O.

a Vinc. G. Ad de, ꝙ nō pōt qs de cętero reprobare teſtē, cū ſemel ꝓduxit ēt in quacūq; alia cauſa, ex quo ipſū ſemel approbauit. Tho. Grā. deciſ. 34 nu. 13.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis ſuſpectus in cauſa principali, eſt etiam ſuſpectus in cauſa appellationis, licèt cenſeantur eſſe cauſæ ſcilicet principalis, & appellationis.*
2 *Et hoc locum habet in procuratore, & aduocato ad totum iudicium.*
3 *Iuramentum licèt poßit deferri parti, pro qua eſt pręſumptio ſiue actori ſiue reo, iudex tamen hoc facere non tenetur.*
4 *Salarium nouū debetur aduocato, vel procuratori in cauſa appellationis.*
5 *Iudex an poßit eſſe aduocatus in cauſa finita per eum, vel cognita per eum nam teſtis eſſe non poſſet.*
6 *Quid autem in alia cauſa, an poßit eſſe teſtis.*
7 *Procurator, qui accepit mandatum in vna cauſa, an poßit eſſe teſtis in eadem ſi mandato renunciauerit.*
8 *Aduocatus in principali cauſa non admittatur in teſtem pr appellante in cauſa appellationis, etiam ſi agatur exceptione probanda propter quā erat appellatum.*
9 *Procurator non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit procurator.*

C A P. III.



Omana. Procurator vel aduocatus in cauſa principali non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis, nec præſumptione faciente pro appellato debet ei iuramentum deferri, niſi iu
1 dici videatur. h. d. † No. j. ꝙ licèt cauſa appellationis ſit diuerſa

inſtan-

instantia a causa principali, vt dictum fuit in c.2.s̃. de iuramẽ.
calum.eod. lib. tamen testis, qui est suspectus in causa princi-
pali propter affectionem, quam habent in causa, censetur etiã
suspectus in causa appellationis, & eadem ratione habebit lo-
cum iste text.in ꝓcuratore vel aduocato appellati, vt pro ipso
2 appellato testis esse non possit, secundum Ioan. And.† Secun
dò no.ibi priori iudicio.ꝙ tex.hic locum habet in procuratore
vel aduocato ad totum iudicium. secus ergo in fine ad vnum
actum tantum.putà ad impetrandum vel ad vnum actũ ipsius
causæ, quia talis poterit in alijs articulis disiunctis testificari
non autem in coniunctis, secundum Ioan. And. Et vide not.
per Rotam in decisi.126. quæ incip. Item quòd si procurator.ꝙ
licèt procurator, qui est litem contestatus, reuocetur non ta-
men poterit esse testis quia præsumitur reuocatio in fraudem
& etiam quia ratio huius decre.locum habet, quod nota.& fa-
cit etiam, quod dixit Bart.in l.j.§.cum quis.ff.de quæstion.quan
do quis non habet nisi vnum testem, & reus dedit sibi alapam
ne postea contra eum inducatur in testem, & opponatur sibi
de inimicitia, vt talis fraus non prosit, de quo tamen ibi per
Bart. & aliàs in simili per Bald. in authen.si dicatur. in fine.C.
de testi.in contrarium tamen facit, quod tenet Imo. in c. cum
a nobis.supra eod.dicens quòd iudex, qui est reuocatus, possit
3 postea in eadem causa testificari, ideo cogita.† Vltimò nota
a quòd licèt vt possit deferri [a] iuramentum in defectum proba-
tionis, requiratur, quòd sit præsumptio pro altera parte, vt in
c.fin.de iureiuran.iudex tamen non cogitur illi, siue actori, si-
ue reo, pro quo esset præsumptio tale iuramentum deferre,
etiam si agatur de facto illius, pro quo esset præsumptio, secun
dum Ioan. And. sed est arbitrarium iudici, cui deferri debeat,
quod facit pro eo quod no. Ioan.And.in d.c.fin.secundum Do
mi.Debet ergo in tali delatione iuramenti interuenire cãę co
gnitio inspecta qualitate personarũ, & causæ, et requiritur cita
tio partis, vt determinat Ro. in deci.299. quæ incip. item licèt
4 quo ad taxationem.† In glo.2. ibi defendere ideo est, quòd ad-
uocato vel procuratori debetur nouum salarium in causa ap-
pellationis.de quo tamen per glo.in l.ita demum.C.de procu.
& per Bald. in l.j.C. de suffragio & in l.fin.ff. de postu.Et dicit
hic Ioã. And. quòd aduocatus meus in causa principali potest
esse aduocatus contra me in causa appellationis. licet non sit
honestum.& ita tenet Spe. in tit. de aduocato.§. nunc tracte-
mus.in fi. & idem not. in l.fin.ff. de testibus. imò videretur, ꝙ
ẽt in causa principali possit quis esse aduocatus amborũ par-
tiũ, vt per glo.45.dist. disciplina, ſm Do. qđ videtur procedere
in diuersis litibus, vt est tex.in l.2.C.de aduoca.fisci. vbi potest
quis esse aduocatus fisci in vna causa, & in diuersa causa cõtra
fiscum, secus ergo in eadem causa.In ea.glo. ibi si non est alia
Io.An.adducit hic iura pro & cõtra, de quo hic per eum & per
Bal.in rub.C.ne liceat in vna, eadẽque causa. & vide Io. An.in
c.dispendia, super verbo qõnes.s̃.de rescrip. eo. lib. & in regu-
la cõtractus.j̃.eo.lib.in mercuria.in 3.q.tenentem, ꝙ cã sit eadẽ,
tñ non est idẽ iudicium. Pro quo text. hic ibi in priori iudicio.
& 3.q.6.accusatus.ibi iterato iudicio. & idẽ tenet glo. in §.post
secũdã. hic alle.de quo in c.2.s̃.de iur.calum.eo.li.& ibi per gl.
& per Do.in c.non iniustè s̃. de procurator. in l.inuitus.C. de
procura. & per Ange. in l.j.ff. an ꝑ aliũ causa appellationis.&
per gl.in d.c.2.in prin.& hic. In ea. gl. ibi memores sui officij.
& sic rõne affectionis, cuius vterque victoriam causę sibi repu
tet ad honorẽ, & perditionẽ ad dedecus, & etiã quia vterque
tenetur dño de dolo, & negligẽtia, vt in l.a procuratore.C.mã-
dati.& in l.j.§.in honorarijs.ff.de varijs cognitio. Ideo repellũ
tur a testimonio, vt hic.& d.l. fi. ſm Ioan. And. Et ex his not.ꝙ
honor & causa affectionis nõ minus repellit testem a testimo
5 nio, quã lucrũ pecunię, ſm Bal.† In ea.gl. ibi aduocatus nequit
esse iudex. Quid autem econtra, an iudex finito officio possit
esse aduocatus in illa causa cognita, testis autem esse non pos
set, vt dicit glo. hic. de quo tamen per glo. & Doct.in c. cum a
nobis.hic alleg, & in l. ne in arbitris.C. de arbi. & per Rotam
in decisi.89.quę incip.Iudex. volentem, ꝙ iudex possit esse te-
stis super aliquo actu per eum facto, licèt non scripto.& maxi-
mè in causa appellationis, de quo plenius in iuribus. s̃. allega.
An admittatur ad probandum id, in quo fuit institor vel pro-
curator, & videtur quòd non, quando potest prætendere laudẽ
vel vituperium, vt videtur velle Ioan.And. in addi. Spec.tit.de
teste.§.j. versi.sed pone.& hic, aliàs secus, & Bald. C. de testi.l.
omnibus. Cum admittatur quis ad testificandum super facto
suo, quando ex eo non recipit damnum vel commodum.glo.
not.in c.cum dilecti.de elec. per quam glos. Do. Anto. & Do.
Nicol.in c. insuper. de testib. tenent, quòd administrator ad-
mittitur ad testificandum in subsidium, quando non potest si-
bi ascribi laus, damnum, vel vituperium.imò videtur velle ibi
Do.Nico. quòd si inducitur in testem ille, qui transmissus fuit
ad negociandum, si nullam affectionem præsumatur habere,
debeat admitti ad testificandum etiam altera parte inuita, fa-
cit quod not.Domi.supra in c.j. quòd admittitur proxeneta in
his quæ occultè fiunt, & sic in subsidium per dictam gloss. in
6 d.c. cum dilecti.† In ead.glos. ibi, in causa in qua. In alia ergo
causa poterit iudex esse testis, vt l.ob carmen.§. j. ff. eod. titu.
secundum Ioan.And. de quo infra.Compromissarij autem ad
eligendum, vel laudandum tenet hic Innoc. ꝙ possint esse te-
stes, si de illo actu agatur, super quo fuerunt assumpti.s̃.de ele.
cum dilecti.& de arbitris. non sine. quod verum est in defectũ
probationis, vt patet in dictis iuribus, ſm Ioan.An.hic, de quo
per Bal.in l.ne in arbitris.& plenè ꝑ Do.in c.2.s̃.de arbi., Quid
b autem de notario, [b] qui scripsit acta, an possit esse testis in cau-
sa. Ioan. And. hic quòd sic, cum non reperiatur prohibitus.l.j.
ff.de testi. & facit supra de fide instru. cum Ioannes. & tenuit
in regula cum quid.j̃.eod.lib.vbi plenè de his.Ex quibus infer
tur, quòd notarius possit esse testis super eo, qđ scripsit, intelli-
ge quo ad ꝓbationẽ facti, et sic ꝙ ipse scripserit, arg.l.si quis de
curio.C.de falsis.nõ autem vt talis scriptura eius testimonio iu
uetur, vt voluit glo. sing. in l.hac consultissima.§.fi.C. qui te-
stamenta, secundum Bal.hic de quo in l.Domitius. ff. de testa-
mentis & in l.ex sententia.ff.de testa.tutela.& per Bal.in l. iu-
7 risiur.C.de testibus.† In ea.glo.in fi. vide Specu.eo. tit. §. illud
ver. item ꝙ fuit in eadem causa. In glo.in versi.fuerat.in fi. idẽ
si acceptauerit, dummodo re integra renunciauerit, secundũ
Innoc.in d.c.insuper.s̃.eodem.imò tenet ibi Hostien. idẽ esse,
si agere incępisset, & processisset, dummodo ante litem con-
testatam destitisset, etiam si talis procurator posset dictam cau
sam reassumere, secundum formam c.si duo.s̃. de procura. eo.
lib.cum satis sit, ꝙ ipsam non reassumat. nam etiam prælatus
potest causam ecclesiæ reassumere, & tamen non repellitur a
testificando, si ipsam non reassumit, secundum Ioan. And. in
d.cap.insuper.& sequitur ibi do. Nic. Et sic patet, quòd dum-
modo procurator non sit factus dñs litis per lit. contest. si re-
nunciat, poterit esse testis, vt tenet Host.& Do.Nic. in d.c.in-
super. & ita est de mente Rotæ in dicta decis.126. & Bald. in l.
omnibus.C.de testibus. Cogita tamen quia Inno. in d.c. insu-
per.tenet ꝙ sufficiat procuratorẽ causam inchoasse.& idẽ Bar.
in l.deferre.§.idem decreuerunt.ff.de iu. fisci.imò gl. hic tenet
satis esse, si procurator acceptauit, pro quo ratio huius tex. &
etiam affectio, quã præsumitur habere ad causam, maximè si
eam inchoauit posito, quod nondum sit lis cõtest. Si tamẽ pro
curator, vel aduocatus, qui re integra renunciauit, testificatus
est in causa, non poterit de cętero in dicta causa esse procura-
tor, vel aduocatus: ne sic in eadem causa fungatur duplici offi-
cio, vt dicit gl.s̃.proxima & ita tenet Do.Nico.in d. c. insuper.
et idem tenet Imo.in c.cum a nobis, de eo qui semel testifica-
tus est in causa, vt de cętero non possit in alia esse iudex. In gl.
8 in verbo in testem.ibi pro appellante, etiam si agatur de pro-
banda exceptione, propter quã erat appellatio interposita, se-
cundũ Ioã.An.limitantẽ hanc glo.et tex.nisi aduersarius con-
sentiret, arg.c.tuis.s̃.eo.ti.et vide per Inno.& Host.in c.cũ ven.
s̃.de excep.super ver.instrumẽta.et idem est ecõtra, vt ꝓcura-
tor vel aduocatus appellati non possit esse testis ꝑ ipso appel-
lato, nisi aduersarius consentiat eadẽ ratione, sed pro appellã-
te sic, et si pro eo recipietur, testificabitur postea pro vtraque
parte, vt in authẽ. sed iudex. C. de epis.et cler.In contractibus
verò indistinctè aduocati, et procuratores possunt esse testes,
vt est tex.no.in c.ex literis.de transact. et sic poterunt describi
in testem in instrumento transactionis super lite, super qua
fuerunt aduocati, vel procuratores, et idẽ in proxeneta, vel me
diatore contractus, vt ibi habetur et ibi per Inno. et Doct. In
ea.glo.ibi de consensu partium.idem Ioan. Mona. et Arch. et
Bart.in d.§.idem decreuerunt. Sed Bald.in d.l. omnibus, tenet
9 idẽ, qđ in proxeneta, de quo est dictũ. s̃. eo. c.j.† In ea.glo. in
fi. Et

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Deferri iuramentum. Adde an possit deferri, cum arguitur de dolo alicuius. vide glo.sing.in l.3 in §.1 ff.de mino.& per Bal.in l.1. C.qui & aduersus quos.

b Nic.Sup. De notario, qui scripsit acta. Adde de notario, qui scripsit acta causæ principalis, an possit esse testis in causa appellationis, vide per Doc. in c. insuper, de test.

Vinc.G. Adde, quòd notarius connumeratur in numero testium, quando examinatur testis. Ruyn.consi.51.nu.13.lib.1.

fi. Et idem in procuratore ad iudicia, vt in illis causis, in quibus
procurat, testis esse non possit, secus in alijs causis, secundum
Inno. in d.c. insuper. & est tex. in d.l. fi. & idem in aduocato, se-
cundum Inno. in c. postremo. s. de appel. videntur tñ prædicta
esse intelligenda, nisi causæ essent cõnexæ vel dependẽtes, vt
s. per Ioá. An. Quid autem in procuratore, vel administratore
bonorũ ecclesiæ. tenet Archi. hic, ꝙ possit testificari etiam de
cõtractu per ipsum celebrato. arg. d. §. idem decreuerunt. vbi fa
uore fisci admittitur. idem ergo & fauore ecclesiæ. & ita trãsit
hic Io. An. Sed certè. d. §. idem decreuerunt, loquitur, quando
testificatur in alio in quo non administrauit. In eodẽ ergo nõ
poterit, & hoc nisi de partium voluntate, & non aliter, prout
s. dicitur in alio procuratore. Pro quo etiã facit, quia syndicus,
& actor a testimonio repellit sicut hic in procuratore dicitur,
vnde de nominibus non est curãdum. s. de procura. petitio de
quo tamen hic per Io. An. & in dicta regula, cum quid vna via
in mercuria. Et dicit hic Ioan. And. idem esse in consorte litis,
qui admittitur sine mandato, vt sic repellatur a testimonio. Et
idem de solicitatore causæ salariato per principalem, secus si
per procuratorem ipsius causę, & maximè in leuibus, vt tenet
Rota in deci. 152. quæ inci. item ꝙ solicitator. sed Domini. hic
concludit idem omni casu, vt sic ratione affectionis repellatur
in grauibus. & idem tenet Imo. in d.c. cum a nobis. & Do. Ni.
in d.c. insuper. simpliciter tenẽtes, ꝙ repellatur. Pro quo facit
tex. 3. q. 5. suspectos. Et idem de adhærentibus in causa, vt ratio-
ne affectionis a testimonio repellantur, vt tenet Rota in deci-
sio. 281. quæ incip. item fuit dubitatum vtrum adhærentes. Reli
qua ad materiam vide per Doct. in d.c. insuper. & c. cum nun-
cius. & c. cum a nobis. s. eod. Quid de vno correo, an possit esse
testis pro alio. vide per Cy. & Bald. in l. dictantibus. C. de testa.
a Quid [a] de fideiussore pro principali non. in l. si cui. ff. de leg. 2.
Quid de cedente pro cessionario. & per Dy. & Ang. in l. si a te.
b C. de fal. & per Bald. in d.l. omnibus. Quid [b] de venditore pro
emptore. no. in l. eos. ff. de euic. & per glo. in l. nullus. ff. de testi
bus. & per Innoc. in c. 3. s. eod. & per Do. in d. c. insuper. per
Spe. in tit. de testa. §. j. ver. quid de venditore. & Ioan. And. ibi
c in addit. Quid de mercenarijs, & familiaribus, [c] an possint esse
testes not. in l. maritus. ff. de quæstioni. & in c. cum literis. s. de
d testibus. Quid de illis, qui sunt de vniuersitate, [d] vel collegio.
per Ioan. And. & do. Nico. in c. cum nuncius. s. eod. titu. Quid
e de socio [e] in causa socij. per Ioan. And. & Doc. in d.c. cum nun
cius. Quid de legatario in causa testamenti ibi per Ioan. And.
& Doct. & per Bald. in l. dictantibus. C. de testamẽ. Quid de
donatore in causa donatarij. & per Io. And. et Doct. in dicto
f c. cum nuncius. Quid [f] de vasallo in causa domini, vel econtra
ibi Ioan. And. & Doct.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Quid de fideiussore. Adde Bar. in l. si ita scripserit. ff. de reb. dub.
b Nic. Sup. Quid de venditore pro emptore. Adde glos. & Archi. in §. si testes. in
versi. nullus idoneus. 4. q. 3. & Bar. in l. ab executore in §. alio. ff. de appel.
c Nic. Sup. Et familiaribus. Adde Flo. de Bononia in l. pen. ff. de testi. & per Inno.
in c. insinuante. de off. dele.
V.G. De familiaribus, qui possint esse testes, Fely. in c. in literis, de test. col. 2.
d Nic. Sup. Qui fiunt de vniuersitate, vel collegio. Adde glos. in verbo testes. in
§. cogitandum. in Auth. de mona.
e Nic. Sup. Quid de socio. Adde gl. & Bal. in l. quoniam liberi. C. de testi. Spec. &
ibi Io. And. in addi. Spe. in tit. de teste. in §. j. in 2. col. ver. sed nunquid socius.
f Nic. Sup. Quid de vasallo. Adde glo. in c. de forma. 22. q. 5. Spec. in tit. de teste.
in §. j. ver. sed nunquid vasallus.
Vinc. G. Quando vasallus contra dominum possit esse testis. Felyn. in c insuper
in fi. de testib.

De iureiurando Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, & canonici possint licitè iurare, seruare statuta, & consuetudines ecclesiæ post electionem, non ante.*
2 *Scriptura an sit necessaria ad esse statuti.*
3 *Statuta præsumuntur esse irrationabilia, licèt ut plurimùm sint rationabilia.*
4 *Iurans aliquid prohibitum, uel illicitum, an & quando obligetur ad eius obseruantiam.*
5 *Et iuramentum etiam generaliter præstitum refertur tantum ad licita.*
6 *Iurans seruare statuta, præsentia, futura, uel simpliciter seruare statuta, quid iuris.*
7 *Iuramenta interpretantur, secundum dispositionem iuris communis.*
8 *Probibitio generalis non includit nisi illicita.*
9 *Statuti confirmatio quid operetur, & quid si unum statutum sit generale, aliud speciale, quod debet seruari.*
10 *Statuto reuocato an intelligatur reuocatum iuramentum, quod de eodem seruando fuit præstitum.*

CAP. I.



Ontingit. Primò ponitur thema circa
clericos, & laicos. Secundò
ibi, quia verò. ponitur causa constitutionis.
Tertiò ibi, hoc generali. circa vtrosque consti
1 tutionem prorogat. † No. primò, ꝙ prælati, &
canonici possunt licitè iurare seruare statuta,
& consuetudines ecclesiæ: intellige post electionem, ante ve-
ro esset simoniacum, nisi tale iuramentum exigeretur a supe-
riore, vt per glo. 8. q. 3. in summa. & hic per Arch. & Ioan. And.
& s. de præben. significatum. & sic infertur ex text. ꝙ valeat
statutum, & consuetudo ecclesiæ disponens, ꝙ prælatus, & ca-
nonici teneantur iurare seruare statuta, & consuetudines ec-
2 clesiæ. † Secundò no. ibi, & non scripta, ꝙ ad esse statuti non re
quiritur scriptura. facit. c. j. supra de renun. eo. lib. de quo plenè
per Rotam in decis. 246. quæ incipit, item ꝙ constitutio. & per
Bal. in l. humanum. C. de legib. & no. supra in proę. huius lib.
& plenius in regula, nemo potest. j. eo. lib. & per Imo. in rub.
supra de consti. Tertiò no. ibi rectores, quòd appellatione re-
ctoris comprehenditur etiam ille, qui præest officijs seculari-
bus. facit infra de hæreticis, vt inquisitionis, & tales rectores
respiciunt administrationem eoipso, quòd ad officium admit-
tuntur absque alia confirmatione, vt hic probatur & supra de
3 iudi. c. fi. & ibi per Doc. † Quartò no. ibi, interdum &c. ꝙ licèt
consuetudines, & statuta interdum possint esse irrationabi-
lia: tamen regulariter præsumuntur esse rationabilia. Et ideo
notabiliter determinat Lap. in sua alleg. 101. in 5. colum. quòd
postquam statutum, vel consuetudo reperitur in loco ab eo,
qui habet potestatem statuendi, præsumitur rationabilis præ-
sumptione iuris & de iure, vt 4. dist. erit. nec dicitur statutum,
vel consuetudo illicita, licèt iuri positiuo repugnet, vel natu-
rali, nisi expresse in iure inueniatur reprobata, vt ff. de iusti. &
iure. l. omnes populi. & l. de quibus. ff. de legibus. secus vbi sta
tutum, vel consuetudo repugnaret iuri diuino, vel naturali im
mutabili, vel aliàs esset a iure improbata. & ita procedat, quod
no. per glo. supra de consuetu. in c. fi. & dixit no. Bal. in l. lege.
C. de legiti. hæredi. ꝙ sufficit, vt statuẽtes fuerint moti aliquo
motiuo, vt sic statutum rationabile dicatur: de quo etiam no-
tabiliter per eum in l. rescripta. in fi. C. de diuer. rescrip. † Quin
4 tò nota ibi non seruanda. quòd licèt quis scienter iuret serua-
re aliquod illicitum, seu prohibitum animo etiam illud seruã-
di. tamen ad obseruantiam talis iuramenti non obligatur, &
sic videtur, quod etiam propria autoritate & sine alia absolu-
tione a iuramento possit quis venire contra l. & videtur hic
probari, & facit regula, non est obligatorium, infra eod. lib. &
no. in c. sicut. supra eodem. Sextò no. ibi ignorãtes, quòd quis
potest se obligare ad obseruantiam statutorum, licèt talia sta-
tuta quis non viderit, nec fuerint lecta, sed causa exhibita. vn-
de potest quis se obligare ad id, de quo non haberet notitiam,
facit l. qui iure militari. ff. de mili. testamento. & sibi imputet
ex quo non fecit legi, vel aperiri, secundum Pet. de Anchara.
aliàs non posset quis ad id astringi, nec valeret consuetudo
vt infra in glos. & vide per Ioan. And. in cap. fi. supra de maio.
& obe. & quod ibi no. & supra eo. in c. Quintauallis, & per Bald.
in l. pen. C. de arbitris, & sic facit iste tex. quòd in iuramento
non requiritur certioratio, de quo per Doc. supra de pactis. c.
5 2. eod. lib. & in l. sciendum. ff. de verb. oblig. † Vltimò tene men
ti, & ita alleg. quòd iuramentum quãtumcũque generale nũ-
quam trahitur ad illicita, & iurans simpliciter, & generaliter
seruare statuta, & consuetudines, tale iuramentum refertur
tantum ad licita, & rationabiles consuetudines, & ita præsu-
mitur fuisse de intentione iurantis, quod facit ad iurantem pa
rere laudo, vt possit venire contra, quando esset illicitum. de
6 quo plenè no. in d.c. Quintauallis. † In glo. in ver. clausula. in fi.
aduerte, quia si iurat quis seruare statuta præsentia, & futura.
istud est clarum, ꝙ obligatur ad futura, vt per Innocen. in ca.
pen. hic alleg. Si verò iurat seruare statuta edita, est clarũ, ꝙ nõ
veniunt futura, vt hic in glos. Sed si iurat simpliciter seruare
statuta, & tunc glo. in d.c. penul. & Imo. & Hostiẽ. ibi volunt,
ꝙ non trahatur ad futura statuta. Sed Ioan. And. & d. Flo. ibi
contra. Bartol. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ff. de verbo.
oblig. dicit ꝙ si obseruãtia statutorum editorum post iuramẽ-
tum est parui præiudicij, tunc obligat iurantem: aliàs secus ar-
gumen. l. fina. C. quæ res pign. & ita sequitur do. Nicol. in d.c.
penult. videretur tamen indistinctè tenendum, quòd iuramen
tum non trahatur ad futura, cum sit stricti iuris, & non debeat
extendi, vt tenet ibi Do. Ant. & facit d. cap. veniens & c. Quin
tauallis. & supra de verb. signi. c. cum clerici. & per Archid. 22.

7 q.2.ne quis arbitretur.† In gl.fi.ibi ſm iuris interpretatio. &c.
No. glo. ꝙ iuramentum interpretatur ſm diſpoſitionem iuris
cõis. Sed tex.hic facit, ꝙ interpretetur ſm intentionem iuran-
tis,prout voluit glo.s̃.eo.in c.breui.ꝙ ideo eſt,ne iuramentum
trahatur ad illicita. Sed in alijs caſibus dixit notabiliter Inno.
in d.c.veniens.ꝙ in foro conſcientiæ iuramentum debet inter
pretari ſm intentionem iurantis, ſed in foro iudiciali debet in
terpretari ſm ius cõe , & non ſm intentionem iurantis. & ita
procedat glo. hic.& vide per glo. 22.q.5. humanæ aures.In ea.
a glo. ibi largo modo.nota,& tene menti,ꝙ licèt[a] iuramentum
temerarium non ſit ſeruandum, tamen largo modo ſumendo
inducit periurium, ꝙ inducit̃ ad ſtatuta de periurio, vt non in-
cludant temerariè iurantem ſm Lap.& Domi.dicentes etiam
ꝙ tale periurium non repellit quem a teſtimonio,vel promo-
tione,ſi pęnitentiam egerit.Pro quo facit glo.22.q.4.diffinitio
in fine & in c.Florenti.85.diſtin.& s̃.eo, ſicut noſtris. Videre-
tur tamen , quòd ex quo iuramentum temerarium non debet
ſeruari,vt hic in tex.quòd poſſit quis propria autoritate, & ſi-
ne alia abſolutione venire contra,& nullo modo incurrat per-
iurium,quod poteſt intelligi,qñ eſt certum,ꝙ eſt temerarium,
aliàs ſecus,vt per Inno.in c.venerabilem.s̃.de elec.& per Doc.
in c.ſicut noſtris.s̃.eodem & per Lap.in ſua alle.21. & per Inn.
8 in c.j.s̃.de his quæ fi.a maio.par.in 2.col.& ibi per glo. † In ea-
dem glo.in fi.idem dicit hic Io.And.econtra,vt generalis pro-
hibitio non includat niſi illicita, vt in c. ſuper quibuſdam,hic
b allega. Quid autem ſi in eodem [b] volumine ſtatutorum ſunt
duo ſtatuta contraria,concludit hic Io.An. ꝙ aut vnum eſt lici
tum, & alterum illicitum, & tunc licèt iurãs ſeruare ſtatuta in
vno volumine exiſtentia videat̃ iurare ſe ſeruaturũ quodlibet
ſtatutũ de per ſe,vt vr̃ probari hic in tex. & per Archid.22.q.4.
inter cætera,tñ illud verum, quãdo eſſent licita, ſed dicto caſu
iurans tenet̃ ſeruare tm̃,qđ eſt licitum,vt hic in tex. & gl.ſicut
aliàs dr̃, ꝙ generalis confirmatio ſtatutorum non trahitur niſi
tantum ad iuſta,& licita, vt determinat notabiliter Bal. in l.cũ
oportet.in 2.col.C. de bonis quæ libe. Si verò vtrunq; eſt lici-
tum,quod eſſe poteſt ſm no.per Io.And.s̃.de conſue.c.fi.& ſic
poteſt contrarietas aliqua diſtinctione ſaluari,& vtrunq; ſalua
bit in ſuo caſu,arg.s̃.de elec.c.cum expediat.eo.lib. Sed ſi non
poteſt,tunc ſi non ſunt paris autoritatis, vt quia vnum eſt edi-
tum a ſuperiore,alterum ab inferiore,& tunc ſeruabit̃ editum
a ſuperiore,etiam ſi eſſet prius editum vt in clem.ne Romani.
de ele.al̃s ſi ſunt paris autoritatis,vltimum ſtatutum eſt ſeruan
dũ,quia proprium legis,& ſtatuti eſt,vt vltimum corrigat prę-
cedentia contraria,vt in c.j.s̃.de ꝯſti.eo.li.& ſi dubitaret, quod
eſſet prius in tempore, attenditur tunc ordo ſcripturæ, vt s̃.de
præb.mandato.& s̃.de elec.c.pen.eo.lib.ſm Io.And.qđ Dom.
hic intelligit, qñ in eodem volumine ſtatutorum ſunt contra-
ria ſtatuta diuerſo tempore approbata, ſecus ſi eodem tempo-
re,quia tũc non eſſet dare prioritatem, vel poſterioritatem, vt
voluit Io.An.Arch.& Io.Mo.in c.vt officium.ſuper glo.j̃.de hę
reticis,pro quo glo.no.in l.2.C.de teſtam.tutelæ.volens,quod
quę eodem tempore confirmãtur,ſimul fieri videant̃.pro quo
etiam adducit hic Domi.proęmium huius libri,& ſic conclu-
dit,ꝙ tunc neutrum valebit.arg.l.vbi repugnãtia.ff. de reg.iur.
& iurans non obligatur ad obſeruantiam alicuius.arg.s̃. de fi-
de inſtru.imputari & de appel.ſolicitudinem.in fi.& j.eo. in c.
fi. vbi attenditur tempus approbationis poſitionum , & non
tempus,quo fiunt,ſm Domi. Sed aduerte, quia d.c.fi.non ob.
quia licèt ibi attenditur tempus approbationis, tamen ſiue ap
probatio fiat eodem tempore , ſiue diuerſo omni caſu ille , vt
periurus eſt repellendus, vt ibi no. Nec ob.d.c.ſolicitudinem,
quia ibi apparebat per proteſtationem , quòd eodem tempo-
re volebat contrarium proſequi , quod non eſt in caſu prædi-
cto.nec Ioan.And.in d.c.vt officium.firmat,quod non ſit dare
prioritatem,& poſterioritatem, quando eodem tempore con
firmantur, cum aſſignet aliam rationem , vt ibi per eum, imò
hic tenet expreſsè contrarium , referendo ſe ad id, quod tenet
Cyn.in d.l.2.& idem tenuit Dyn.in l.tutores.de teſta.tutela.&
Barto.in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iure.& in l. ſi certarum.
§.fi.ff.de teſtamento milit.& Pet.de Anchara. in c.j.s̃. de con-
ſti.eo.lib.& facit d.l.ſi certarum.§.fi.& l.conficiuntur.§.fi.ff.de
iure codicillorum.vbi licèt aliqua ſimul concurrant in actu cõ
firmationis, tamen iudicant̃ ſm diuerſa tempora, vt per prius,
& poſterius.& vide per Bald.in l.j.ff.de offi.præfec.vrbis.& in
l.leges & conſtitutiones. C.de legibus. circa fi. & in l. huma-
9 num. C.eo. titu. † Quid autem operetur confirmatio ſtatuto-
rum per ſuperiorem, vide not. in recol. in l.aduerſus. C. ſi ad-
uerſus rem iudi. Quid autem de duobus ſtatutis, quorũ vnum
eſt gñale,& alterũ ſpãle,qđ ſit ſeruandũ per Bal.in l.j.§. ne aũt.
C.de cad.tol.& in l. Titiæ textores. de leg.j.vr̃ velle ꝯriũ.& vi-
de per Bar.in l.2.§.erit igit̃ drĩa.ff.vi bono.rap.Et vide per Bal.
in l.executore.C.de execu.rei iudi.in 9.col.& in l. Gallus.§.il-
le caſus.ff.de lib.& poſthu.& in l.cũ non ſolum.§. neceſſitaté.
C.de bonis,quæ lib.Quid aũt ſit in legib.an lex ſpãlis deroget
gñali,vel eꝯ.vide in alle.88. in 2. alleg.in 2.col.† Quid aũt ſit in
ſtatutis iuratis.vide plenè per Imo.in c.dilecto.de prę b.& in c.
j.de his,quę fiũt à maio.par. & ibi pleniſſimè an reuocato ſta-
tuto intelligatur reuocatum iuramentum.& quid quando ſta-
tuta ſunt cõfirmata,& an poſſint ſe ad inuicem abſoluere a ta-
li iuramento.Et vide per glo.& Docto.in c.cum non deceat.s̃.
de elec.eo.lib.& per Rotam in deci.294.quæ incipit,item licèt
quis iuret.Extra glo.aduerte.primò quid ſi canonicus in ſua re
ceptione iurat ſeruare ſtatuta,& conſuetudines eccleſiæ,& in
ſuis litteris ſunt clauſulæ tollentes ſtatuta, & cõſuetudines ec-
cleſiæ, an per tale iuramentum videatur renũciare gratijs ſua-
rum literarum tollentium dicta ſtatuta, vel conſuetudines.Io.
And.remittit ſe ad no.per eum in regula inſpicimus.j̃.eo. li. &
ibi concludit,ꝙ renunciare non videatur, de quo ibi plene di-
ctum eſt.Secundò aduerte,quid ſi canonicus,qui tempore ſuę
receptionis iurauit , vt s̃. & poſtea impetrauit gratiam contra
dicta ſtatuta,& conſuetudines, & in tali gratia ponuntur clau
ſulæ derogatoriæ hodie poni conſuetæ non obſtantibus ſtatu
tis , & conſuetudinibus eccleſiæ contrarijs etiam iuramento,
vel cõfirmatione ſedis apoſtolicæ roboratis,an ſit periurus,&
valeat dicta impetratio . & dicendum eſt , ꝙ valet impetratio,
per no.in c.cum aliquibus.s̃. de reſcrip.eo.lib. & j̃. de præben.
ei,cui.& ſic non ob.glo.no.s̃.de elec. eodem lib. cum non de-
ceat.& idem ſi dictæ clauſulæ non ponerentur,dummodò gra
tia fiat proprio motu. argu.c.venientes.s̃.eo. titu.& ibi per Io.
And. Sed ſi gratia fiat ad inſtantiam iurantis , tunc aut iurauit
ſeruare ſtatuta, & contenta in eis , tunc ſi ſine cauſa impetra-
ret,contra ea non valeret impetratio,niſi prius obtinuiſſet ab
ſolutionem ab huiuſmodi iuramento. Secus ſi ex cauſa ratio-
nabili ſuperueniente impetraſſet , quia in quolibet iuramen-
to intelligitur,ſi res in eodem ſtatu permanſerit,vt in c.quem-
admodum. s̃. eod. & no. in c. cum inter p. s̃. de renuncia. Sed
ſi iuraſſet in genere ſeruare ſtatuta , & tunc ex cauſa , vel ſine
cauſa poſſet impetrare contra ea,quia non eſt veriſimile,quòd
voluerit ſe intantum arctare, ꝙ nunquam cõtra illa ſtatuta im-
petraret,cum iuramenta ſint interpretanda ſm veriſimilem in
tentionem iurantis , vt d. c. humanæ aures . Et ita determinat
Rota in deci.294.quæ incipit,item licèt quis iuret. videatur ta-
men quod dicta impetratio eſſet ſubreptitia niſi impetrãs ex-
primat, ꝙ ipſemet iurauerit per no. in d.c. cum non deceat.&
in c.ſuper literis.de reſcrip. quia etiam taciturnitas eius, quod
redderet impetrantem difficiliorem ad impetrandum , reddit
reſcriptum ſubreptitium,vt in c.poſtulaſti. de reſcrip.

ADDITIONES.

a Nic.Su. Iuramentum temerarium.Adde quid de turpi iuramẽto.vide per Inn.
in c.venerabilem. de ele.idem Inno.in c. cum inter.de renuncia.
Vinc.God. De iuramento temerario. adde Fe'y.in c.intimauit.in prin.4.ver.
modo quæritur.de teſt.
b Nic.Sup. Si in eodem volumine ſtatutorum ſunt duo ſtatuta contraria.Adde
Bal.in l hac conſultiſſima.C.qui teſt fa .poſ.
c Vin.God. Nota,quod confirmatio ſtatutorum refertur ad valida,non ad inua
lida. Ruy.conſi.103. nu.10. lib.4.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum firmat contractum, & agi debet ex contractu non ex iura-
mento.*
2 *Mulieres alienantes dotes ſuas non ſolum tenentur ſeruare iuramentum
præſtitum,ſed etiam ſi conſentiant alienantibus.*
3 *Canones ſunt ſeruandi in foro ſæculari quo ad materiam peccati.*
4 *Iudex ſæcularis an poſſit cognoſcere de iuramento, & qualiter.*
5 *Donatio inter virum, & vxorem an firmetur iuramento.*
6 *Iuramentum extortum vi, vel metu,eſt ipſo iure nullum.*
7 *Iurans non alienare librũ ſi alienat,an teneat alienatio,licèt ſit periurus.*

C A P. II.

1 LIcèt mulieres. † Nota primò ibi, firman-
tes. argum.quòd iuramen-
tum firmet contractum , ex quo ſequitur primò,
quòd debeat agi ex ipſo contractu , & non ex iu-
ramento. facit c.2. s̃. de pactis.eodem lib.ibi firmatum fuerit.
Secundò infertur, quòd tunc obligatio contractus tranſeat ad
hæredes iurantis. Item non poterit peti abſolutio a iuramen-
to , & quod iuramentum firmet contractum tenet hic Pet. de
Anch.& Domi.per hunc tex.& in c.2.§.ꝯctus.j̃. de reb.eccl.&
tenet Bar.& Ange. in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.de quo vide
quod

quod plenius no. per Doct. in d.c.2. & per Do. Nico. in c. cum contingat s. eo. in 10. colum. & ibi plenè per Imo. in repeti. & per glo. & Docto. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.
2 †Secundò no. & tene menti q non solum mulieres, quā ipsę alienant earum dotes, non possunt venire ɔ, si est appositum iuramentum, sed et qū consentirent alienationib. dotiū factis per maritos earum, vel et per alias personas. quo casu locum habet iste tex. vt hic dicit. Tertiò no. ibi audiunt, quia volebant iudices sæculares seruare ius ciuile, vt hic in glo. sed ma
3 lè quia leges in talibus subsunt canoni secundum Io. An. † ex quo nota, q in foro ciuili etiam inter puros laicos seruādi sunt canones quo ad decisionem causarum in materia peccati. & idem quo ad ordinem iudicij ipsarum causarum arg. c. decernimus. j. de senten. excom. Aliàs verò si non induceret peccatum, tunc in ordinatorijs seruaretur ius ciuile, sed in decisorijs ius canonicum, & ita procedat glo. in clemen. dispendiosam. de iudicijs. & in c. j. in ver. ecclesiasticis. j. de excep. sm Domi. aliàs verò etiam in decisorijs deberet seruari ius ciuile in foro ciuili, quando eius obseruantia non induceret peccatum, cum quælibet lex sit seruanda in suo foro, vt per glo. in c.2. s. de arbitris. eo. lib. & in regula 2. j. eo. lib. & per Doct. in c. si duobus. s. de appella. & in c. j. de no. ope. nun. & in c. quod clericis. s. de foro competen. & per Imo. in d. c. cum contingat. in 2. colum.
4 †Quartò no. ibi, constet legitimè, tex. optimè probantem iudicem sæcularem posse cognoscere de iuramento, quando dubitatur, an quis iurauerit, vel nō ad finem, vt eum compellat seruare iuramentum. de quo per Ioan. And. in c. tuam. s. de ordi. cogni. in glos. fi. & in c. fi. s. de foro competen. eo. lib. & ibi
5 vide nota. † Vltimò no. ibi per locorum ordinarios, quòd. An autem donatio inter virum, & vxorem firmetur iuramento. Federicus in suo consilio 135. tenet quòd sic. & idem Do. Nico. in c. fi. s. de dona. inter virum & vxo. & Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. licèt idem Barto. in l. Seius. ff. ad l. Falci. tenuerit contrarium & Bald. in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 2. de quo articu. vide plenius, quàm alibi per Imol. in d. c. cum contingat. circa fi. vbi concludit, quòd talis donatio firmetur iuramenro, vt ibi per eum. Quid autem de donatione inter pa
a trem & filium, an [a] firmetur iuramento per Bald. in l. non dubium. C. de legibus. & in l. 3. C. pro donato. In glo. in ver. proprio. in fi. no. glo. quòd licet lex quantumcunque exorbitans requirat in aliquo casu proprium iuramentum, tamen poterit præstari per procuratorem cum speciali mandato. & dicitur tunc proprium iuramentum. idem voluit glo. in c. vt circa. in fi. s. de elect. eo. lib. Sed Doct. in c. licet ex quadam. s. de testi. vi
6 dentur velle contrarium, de quo vide dicta in d. c. vt circa. † In glo. in ver. non vi. in fi. aduerte quia tex. hic, & in d. c. 2. singulariter probat, q omni casu quo cōtractus est prohibitus, & nullus de iure ciuili, tunc ex quo de iure canonico seruari debet iuramentum, vt hic dicitur, si tale iuramētum est dolo vel metu extortum, est ipso iure nullum sine alia absolutione, vt hic probatur, & in d. c. 2. de quo per Do. Nico. in d. c. cum contingat. in princi. & per Archidia. in d. c. 2. & ibi per Pet. de Anch. & Imo. An in casu istius decretalis possit, & debeat concedi absolutio a iuramento ratione magnæ læsionis, de quo hic per Archidiac. & per Do. Nico. in d. c. cum contingat. in 25. colum. & per Imo. ibi in 2. charta. circa fi. In glo. fi. ibi coercet, quod intelligit Archidia. vbi agitur de periculo animę, vel vbi est de sua temporali iurisdictione, & vbi mandat suas sententias obseruari, de quo per Innocen. & Docto. in c. j. s. de offi. ord. In eadem glo. ibi primum seruabitur, idem Ioan. Mona. & Archidia. Specu. in titu. de emptio. & vendi. §. tertio loco. ver. & nota generaliter. Pro quo videtur tex. & ibi glo. in c. in
7 tellecto. s. eo. & sequitur Barto. in d. l. si quis pro eo. † Sed aduerte, quia in contrarium facit, quod voluit Ioan. And. in regula quod semel. j. eo. lib. & Innocen. in c. dilecto. s. de præben. dicens, q si iuraui non alienare librum, tamen si postea alienaui, tenet alienatio, licèt sim periurus cum in temporalibus teneat actus gestus contra iuramentum. Ad idem facit glo. no. in c. si. s. de procuratoribus. eo. lib. vbi voluit, q si iurauit non reuocare procuratorem, tamen tenet reuocatio contra iuramentum, licèt reuocans sit periurus, pro quo etiam facit glo. 13. q. 2. c. fi. & Barto. in l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. & Ioan. And. in d. regula, quod semel. vbi concluditur, quòd licèt quis iurauerit non reuocare testamentum, si tamen reuocat, valet reuocatio, licèt testator sit periurus. Quare posset dici, vt prædicta procedant, quando actus dependet a mera facultate, seu voluntate ipsius iurantis, vt tunc valeat actus factus contra iuramentum primo præstitum. licèt faciens sit periurus. Sed si actus non dependet a mera facultate iurantis, vt quia est prohibitus a lege fauore ipsius iurātis, exemplū hic in muliere & in minorib. vt patet in d. aut. sacra. & tunc talis actus et iuratus ɔ primum iuramentum non valebit, & ita procedat gl. notabilis hic. & est ratio, quia talis actus, & sic alienatio rei dotalis sine iuramento ipso iure non tenet, vt in toto tit. de fundo dotali. vnde ratione secundi iuramenti non potest firmari, ex quo iam obligauerat se Deo, & parti in ɔrium per primum iuramētum, ideo secundum iuramentum fuit illicitum. & ita procedat hæc glo. de quo tū plenissimè per Imo. in d. c. cum contingat. in 41. charta. & 42. & vide ibi in 4. col. & in 13. charta. & per Do. Nico. in c. si diligenti. de præscrip. in 2. col. Et ex prædictis infertur, quid si prælatus iurauit non alienare de bonis ecclesiæ inconsulto Papa, demum alienat ɔ iuramentum, an teneat alienatio. & videtur, quod sic, quia ratione solius iuramenti si alienatio erat aliàs de se licita non sit reuocanda, cum regulariter teneat actus factus ɔ iuramētum, ex quo lex aliter non resistit. & ita tenet Arch. j. de præbē. si a sede. & Spe. in d. §. tertio loco. ver. quid ergo, in fi. Quid autem sit in spiritualib. an valeat actus contra iuramētum. Inno. in c. dilecto. dixit, quòd non. & Archi. in c. duobus. s. de rescrip. eo. lib. vbi tenent, quod non valeret receptio facta de aliquo in canonicum contra iuramentum. & vide s. de sponsalibus. c. sicut. & no. in d. c. fi.

ADDITIO.

a Nic. Sup. An firmetur iuramento. Adde Bal. in l. 3. in vlt. q. de vsuca. pro dona. Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiu. Abb. in c. cum contingat in vlt. col. de iure. Vin. God. Adde Cor. in consi. 228. quamquam, litera f. & seq. lib. j. & consi. 9. In hac, litera b. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Electus post sacramentum ponens, uel respondens contraria directè est periurus, nisi rationabiliter excusetur, & uelut periurus a confirmatione repellitur, siue sit iuramentum de calumnia, siue de ueritate.*
2 *Et idem in articulis.*
3 *Delictum procuratoris nocet domino in tribus casibus.*
4 *Respondens contraria post iuramentum non potest tanquam periurus priuari beneficio ex eodem processu, cum super hoc non sit actum, sed alia pęna imponetur.*
ſit hic Ioã. An. Sed Rota in d. deci. 463. in fi. concludit, ꝙ ſi ſtetit
per iudicem, uel partem aduerſam, quominus teſtes iurarent,
uel examinarent̃, tunc terminus ipſo iure non currit, ſed ſi pro
pter aliam iuſtam cauſam daretur reſtitutio ſm Rotam ibi, uel
deberet tũc terminus prorogari, ut ſ. & ita procedit quod no.
Arch. 2. q. 7. teſtes, licèt Spe. in tit. de teſte. §. qualiter. aliud uelit
9 & non bene. † In glo. in uer. apertiſſimis in fi. & ſic non ſuffi-
ceret unus teſtis, nec poſſet deferri iuramentum in defectum
proba-

ADDITIONES.

a Vin. God. Qñ autem poſſit prorogari. Alex. conſi. 108. col. pen. in fi. lib. j & quæ
cognitio debeat præcedere. vide per eum in conſi. 41. col. 3. lib. 2.

b Nic. Sup. Dies termini. Adde gl. in c. interiorum. 2. q. 6. glo. in c. ſuper eo. de ap-
pel. Bar. in l. j. ff. ſi quis cau. in l. j. in §. ſi maritus. ff. de libe. agno.
Vinc. God. Dies termini quando computetur in termino. Alex. in l. j. ff. ſi quis
cau. & in l. cum biſſetus. de ver. ſigni. Fely. in c. placuit. col. j. de præſcri.

c Nic. Sup. Teſtes ſint iurati. Adde an creditur teſti non iurato. vide per Bal. in c.
de teſti in 2. col. de teſt. & Abb. in c tuis quęſtionibus. eo. tit.
Vin. God. Quando autem credatur teſti contra iuramentum proprium. Ruy.
conſi. 158. nu. 20. lib. 5.

probationis,vt tenet hic Abbas per hunc tex.fm Io.And.facit glo.notabilis in l.cum de indebito. ff. de proba.nec ēt sufficeret vnus testis cum fama,vt notat Archid.4.q.3.sępe.super glo. per dictum Specu.in titu.de notorio crimine. §. fama. ver.q.d si agenti. & idem tenet hic Lapus & Domi. dubium tamen facit quia fama cum vno teste in ciuilibus facit plenam probationem fm gl.in ca. I. s̄. de appe. & licèt hic agatur quoq̃uo de crimine tñ agitur ciuiliter, & sic non obstat glo.in c.veniens. el j.de testib.volens, ꝙ in criminalibus fama cum vno teste nō
10 probet. † Sed an sufficiat excipienti probare ꝙ actor,de cuius excōicatione opponitur petierit absolutionē.Archi. hic,ꝙ nō. & idem videtur tenere d.Flori.in repetitione c. perpendimus. circa fi.de senten.excom.pro quo adducit tex.s̄.de homicidio. exhibita.vbi probatur,ꝙ petens veniam super delicto nō propter hoc fatetur illud cōmisisse,de quo per Io. An. in uer.fuit. in c.venerabilis. s̄.de elec. Et quid si quis opponit exceptionē excōicationis,& ille rn̄det,ꝙ fuit absolutus, an per hoc sit pro
11 bata excōicatio per Bar.in l. decem. de ver.obli. † Et no. ex gl. iuncto dicto Ioan.An.ꝙ vbicunque requiritur legitima probatio,non pōt differri iur̄m in defectum probationis.& idem voluit glo.notabilis in d.l.cum de indebito.& in l.fi.ff.quod me. causa.& tenet Bal.in l.fi.C.de secun.nup.per illum tex.& vide glo.ibi no.in c.statutum.in ver.per pium. s̄.de rescrip. eod.lib. In glo.in ver.documentis.in fi.vide in c.quoniam contra.s̄.de probatio.& in d.c.cupientes.§. si verò. In glo.in ver.præmisso. in fi.vide per glo.in c.j.s̄.de electio.eo.lib.In glo.in ver.condēnamus.in fi.ideo est, ꝙ qui probauit exōicationem, non condemnatur in expensis,licèt probetur absolutio, ex quo ductus fuit errore probabili.& ita tenet hic Archi. per no.in glo.in d. c.j.in fi.& per Specu.in titu.de excep.§.2.ver.quid si probetur. intellige,nisi absolutio fuerit ita publica, ꝙ non licuisset excipienti illam ignorare fm Ioan.An.licèt Spec. vbi.s̄. velit quòd iur̄m calumniæ in causa,vel iuramētum malitiæ super hac exceptione excuset ab expensis,vt hic refert Ioan.An.quod non est verum fm Pet. de Ancha. cum condemnatio expensarum non fiat hic ratione malitiæ uel calumniæ, sed potius ratione temeritatis,a qua dicta iuramenta non excusant,vt in l.eū quē temere.ff.de iudi.& per Bart.in l.j.§.quæri pōt.ff.ad Turpil. Et dixit hic notabiliter Abbas & Ioan.And. quòd licèt secūda vice quis opponat,& probet excōicationem, nō tamen propter hoc recuperat expensas,in quibus fuit condemnatus, eo quia prima vice non probauit,vt no.in l.properandum. §.& si quidem.ff.de iud.& ita tenet hic Lapus. & facit quod no.per Spe. in titu.de arbitro.§. sequitur. in pen.char.in ver. sed pone actū est.Sequitur.§.si verò.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio excommunicationis potest pluries obiici in eadem instantia. licèt idem opponens fuerit repulsus, quia non probauit eādem sententiā.*
2 *Processus factus cum excommunicato tenet, donec proponatur exceptio excommunicationis.*
3 *Exceptio dilatoria superueniens lite pendente potest opponi post litem contestatam.*
4 *Excommunicatus,licèt sit publicè excommunicatus , si tamen non repellitur a iudice,valet processus.*

1 Si uerò postmodum. † No. j. quòd in eadem causa, & in eadem instātia potest opponi iterato de eadem excommunicatione contra actorem,licèt idem opponens fuerit repulsus ab exceptione excōicationis,quia nō probauit, vel lapsus est terminus vel aliter,& est speciale in exceptione excommunicationis. dixit tñ Hosti.& Io.An. ꝙ non potuerunt produci testes primo producti argu.c.fraternitatis.s̄.de testibus.& hoc ideo,quia nō variatur modus,& finis agendi.aliàs secus esset, ut patet ex not. in c.veniens.el 2.s̄.de testi.Io.And.ex quo no.limita. ad d.c.veniens,quod videtur intelligendum , nisi quis vellet producere dicta & attestationes illorum inter testium , quia fortè primo fuerunt examinati post terminum:ideo non probauerunt: nā
2 hoc fieri posset fm no.in c. causam quæ.de testibus.† Secundo
a tene menti,ꝙ iudicium, [a] & processus agitatus cum actore excōmunicato valet.& tenet vsque ad propositionem exceptionis excōicationis fm Hostien.dicentem ex hoc probari suam opinio.in summa de procura.§.si quis dari.ver.his verò. vnde ipso excommunicato absoluto reassumetur ipsa causa in eo statu, in quo erat tempore oppositæ exceptionis secundū Ioan. An. Tertio nota ibi noua , ꝙ ille qui bis succubuit in exceptione excommunicationis, non potest in eadem causa amplius opponere de eadem excommunicatione vel simili vel diuersa tamen antiqua secundū Ioan.And.& Domi. sed bene poterit opponi de excommunicatione nouiter orta, & causata post secūdam oppositionem dictæ exceptionis, non obstante quòd bis fuerit de excōicatione oppositum & pronunciatum contra & dabitur super ea noua dilatio , & quod plus est fm Hostien. & Arch.adhuc admittetur bis ad illam proponendam,& probādam,sed nō tertio vt patet s̄.in tex.cum eadem sit ratio , quod tamē intelligit, nisi iudici videretur hoc malitiosè proponi,vt
3 s̄.de dolo & contu.finem.fm Ioan.An.† Vltimo no. quòd exceptio dilatoria orta,uel superueniens lite pendente opponi potest etiam post litem contestatam , quod procedit non solum in hac exceptione excōicationis,sed in qualibet alia exceptione vt in c.insinuante.s̄.de offi.delega.& per glo.in l.2. C.de cōsortibus eiusdem litis.& plene per Inno.& Docto.in c.cum dilectus.s̄.de ordine cognitio. In glo. in ver. iudicij in fi.no.iuncto tex.ꝙ licèt instantia sit perpetua de iure canonico. in c.peruenit.s̄.de iudi.tamen finitur per sn̄iam,vt dicit hic glo.& sequitur Domi.ideo est, ꝙ in causa appellationis est diuersa instantia,vt est dictum in c.2.in prin. s̄. de iuramento calumniæ.eo.
4 lib. † In glo.in uer.duraturus, in prin.idem Archidia.& ita videtur residere Ioan. An. & sequitur Domi. quia licet actor sit publicè excommunicatus , & pro publico excōmunicato coram ipso iudice reputetur, si tamen non opponatur a parte exceptio,nec repellitur a iudice,valet iudicium, vt probatur hic in fi.huius tex.iuncto prin.& ibi glo.hoc sentit. & hic de qui-
b bus hic plenius per Domi.ex cuius dictis infertur,ꝙ valeant [b] acta gesta cum excōicato etiam post probationem excōicationis,quousque per iudicem repellatur:pro quo tex.hic ibi in sequentibus excludatur.& tex.hic in fi.ibi repellere non postponat.facit glo.s̄.de foro compe.si diligenti.Sed hoc dictum non videtur verum,quia licèt iudex ex officio possit repellere. si tamen non repellit,bene est,ꝙ valet iudicium.Sed obiecta exceptione & probata redditur iudicium ex post nullum , ēt si iudex non repellat,ut patet hic in tex.ibi,his quæ pcesserunt,ergo ea quę sequuntur sunt nulla.ad idem tex.j.ibi, sed sn̄ia quæ pcessit & sic tex.hic validat acta pendentia, sed sequentia post exceptionē probatam sunt nulla , vt hic a ɔ̄rio sensu : pro quo facit,quia excōicatus non debet audiri agendo , vt hic in tex. cum similibus.ergo sequitur, ꝙ opposita exceptione non valeat postea quod agitur,quia exceptio , ꝙ quis non debeat audiri,opposita & probata reddit omnia acta sequentia nulla,vt in c.quia frustra.& ibi per Inno.& Docto.s̄.de vsuris.

ADDITIONES.

a V.G.Adde,ꝙ iudicium conualidatur ex causa quæ trahitur retro.Ruy. consi. 158.nu.21.lib.1.
b Nic.Sup.Valeant gesta cum excommunicato. Adde Pe. de Monte in repeti.c. intelleximus.de iudi.ubi diffusè.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dilatoria potest opponi post rem iudicatam in certo casu.*
2 *Iudex debet repellere excommunicatum ab agendo ex officio,licèt pars nō opponat.*

1 Sed si post rem. † No.casum in quo exceptio dila-
a toria [a] potest opponi post sn̄iam, & eius executionem impedit, licèt ab ea non sit appellatum, & licèt iudiciū post sn̄iam non duret,vt hic in gl.fi.& s̄. in glo. in ver.iudicij.& hoc iō,quia ex sn̄ia est orta noua actio , quam excōicatus intentare non pōt fm Inn.& Io.An.ex cuius dictis posset inferri,ꝙ iudiciū non duret post sn̄iam diffinitiuā:quod inducit Dom.vt ꝓcurator habēs mandatū ad iudicia nō possit impedire executionē.de quo in l.hoc iure. ff. de sol.& in l.3.§. sed vtrū.ff.de mino.per Bart. Et hunc tex.inducit Lap. ꝙ ꝑ reū cōdemnatū in expensis,q̃a non probauit exceptionē excōicationis possit opponi iterato de eadē excōicatione, uel alia ɔ̄ actorē petentē expensas,ad quas reus fuerit ɔdēnatus. & idem si penderet dilatio ad probandū excōicationē secūdo loco oppositam.& adducit Spec.in tit. de arbitro. §. sequitur.in 9.col. ad finē.ver.quid si post.& in ti.de cōtumacia.§.vlt.ver. sed pone reus.pro quo est tex. hic vbi exceptio excommunicationis impedit executionem sententiæ , sicut est in dicto casu . vide per Ioan. An.post Innocen.in d.c.exceptionem.& in cap. quā fronte.in glo.quæ superest.s̄.de appella. & quod no. in c.j.s̄.de
2 rescrip. eod. lib. † Vltimo no. quòd iudex ex officio debet repellere excōicatum etiam parte non opponente. quod intelligit Inno.& Ioan. An. nisi reus, cuius interest,vellet procedi.

Sed

ADDITIO.

a Quando talis exceptio omissa possit opponi latè per Fel. in c.ad audientiam. el 2.omittens dilatoriam.de rescrip.& in c.pastoralis.de except.

Sed certè ēt inuita parte iudex dēt repellere, quia tex. hic præcipit iudici. & facit. l. quos prohibet. ff. de postulando. & maximè p.p periculum cōionis, & aliarum causarum, de quib. hic in tex. & facit gl. notabilis in c. nulli. s̄. de accu. de quo hic per Domi. In gl. in ver. executionem. in fi. licèt merus executor has exceptiones admittat, & summariè examinet, tamen non pronūciat. s̄. de offi. dele. pastoralis. §. quia verò. sed remittit partes ad delegantem. s̄. de re iudi. de cætero, fm Io. And. dicentem quod mixtus executor omnes exceptiones rationabiles debet admittere, & diffinire. de quo in d. c. de cætero.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis si non admittit exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticū, videtur derogare eius iurisdictioni.*

2 *Sententia lata iudice ecclesiastico qualiter probet coram iudice sæculari.*

3 *Cognitio continet in se decisionem, si præfertur in materia includente necessario decisionem.*

4 *Exceptio rei iudicatæ vt locū habeat, debent tria concurrere, scilicet quod eædem sint personæ, eadem res, & eadem causa.*

5 *Mala fides impedit præscriptiooem longissimi temporis non tantum indu ctam à iure communi, sed etiam a statutis.*

6 *Archiepiscopus licèt non possit suum suffraganeum remouere ab episcopatu, potest tamen eum suspendere, & excommunicare.*

CAP. II.

1 Cum quidam sæculares. †No. φ si iudex laicus non admittit exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticū, dr̄ derogare eius iurisdictioni, & iudex ecclesiasticus in casib. in quib. sęcularis derogat eius iurisdictioni, potest illum compellere per censuram ecclesiasticam monitione tamen præmissa, vt 24. q. 5. administratores. & j. de sta.
2 mo. c. j. †Scd̄ò tene menti. & ita allegat, φ sn̄ia lata coram ɔpetenti iudice ecclesiastico probat coram iudice sæculari vel ecōtra. & idem est in alijs actis iudicialibus, quia acta, & probationes factæ inter clericum & laicum coram iudice sæculari competenti probant coram ecclesiastico vel econtra, vt in c. sæculares. s̄. de fo. ɔpe. eo. lib. & facit c. causam quæ. s̄. de testi. & quod no. in c. fi. s̄. de iudi. eo. lib. Et sic exceptio rei iudicatæ potest opponi coram quocunq; alio iudice etiam maiori, & diuersi fori vt hic dicitur, vel etiam diuersi territorij, vt in l. a diuo. §. si magna. ff. de re iudi. requirit̄ tamen, vt obstet exceptio rei iudicatæ, φ fuerit lata sn̄ia a iudice competenti, & idem in alijs actis, & probationib. ad hoc, vt faciant fidem coram alio iudice, vt d. c. sæculares. Sicut etiā dicitur in exceptione litis pendentię, quia est necesse quod pendeat coram iudice competenti, vt in cle. 2. vt li. pen. Vlt. no. φ nunquam ecclesiasticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ per iudicem sæcularem, quādo
3 ex ea insurgeret periculum animæ de quo s̄. de offi. ord. c. j. †In glo. 2. in prin. no. φ appellatione cognitionis, venit etiam deci. qn̄ profert̄ in materia necessario includente decisionem, sicut hic erat, regulariter verò quid sit, vide in c. super quæstionum. in prin. s̄. de of. dele. & in l. a diuo Pio. & ibi per Bar. ff. de re iudi. in prin. & per glo. in l. qui procuratorem dat. ff. de procu. In glo. in fi. no. glo. ad intellectum. l. de qua re. hic alle. & vide plures alios casus, in quib. hæc regula fallit per glo. & Io. An. in c. cum super. hic alleg. In glo. in ver. de iure. in princ. vide plures alios casus per Io. An. in glo. 2. in c. suscepto. hic alle. & hic per Domi. In ea. glo. in fi. no. φ ista tria, s. lex, consuetudo, & priuilegium æquiparantur. de quo etiam per gl. & Inno. in c. nouit.
4 de iudi. † In glo. in ver. admitti. in fi. tene menti ex glo. φ tria debent simul concurrere, vt obstet exceptio rei iudicatæ, scilicet identitas personarum, rei, & causæ, & idem est in exceptione li. pen. vt debeant ista tria concurrere, vt dixit Bar. in l. fundum. ff. de excep. & ideo dicitur, φ cui non nocet sententia, non nocent acta nec probationes, & sic nec exceptio li. pen. vt in l. idē que. ff. de iureiu. & tenuit Inno. in c. causam quæ. s̄. de testib. & vide ad prędicta per Inno. & Doct. in c. fi. s̄. de ordi. cog. In glo. in ver. inducunt. in fi. per ea quæ dicit glo. & per hunc tex. no. refert hic Io. An. fuisse terminatum, quod sicut laicus debitor laici post completam præscriptionem quinquennij introductam per statutum fecit se clericum, & postea conuenitur coram iudice ecclesiastico, non poterit se tueri illa præscriptione statutaria contra suum creditorem propter periculum aīæ, sicut etiam nō posset in foro ecclesiastico se tueri præscriptione 30. annorum, quam cum mala fide, dum erat laicus, perfecisset, vt in c. fi. s̄. de præscrip. Et causæ clericorum, qui etiam laici fuissent, decidi debēt fm ius canonicum, vt in c. quod clericis. s̄. de fo. compe. imò dicit hic Io. An. φ etiam de iure ciuili, & in eius foro non valeret tale statutum, per no. per eum s̄. de consti. quæ in ecclesiarum. in j. glo. & per Host. in sum. in tit. de cō sue. §. & de veritate. ver. sed pone. & seq. & in tit. de teste. §. sed
5 qualiter. ver. conficiatur. ver. cum quæritur. & seq. fm Lap. † Ex
a quib. tene menti primò, φ mala fides impedit [a] non solùm præscriptiones longissimi temporis inductas a iure communi super actionib. personalib. sed etiam inductas a statutis, cum tale statutū non valeat etiam in foro sæculari, ex quo nutrit peccatum, de quo est tex. in c. fi. vbi dicit̄, φ nulla præscriptio procedit cum mala fide, de quo per Bart. in l. sequitur. §. si viā. ff. de vsuca. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & per Doc. in d. c. fi. & per Bal. in l. j. & 2. C. de ser. & aqua. & no. in regu. malæ fidei possessor. j. eod. libr. & plenè per Pet. de Anchara. in ca. super eodem libro in sua repetitio. Secundò tene menti limitationem ad c. constitutus. s̄. de in integ. restit. quia licèt quando leges, vel statuta iniecerunt vires in laicum ante clericatum, debeant seruari etiam post clericatum, vt ibi dicit & no. Io. And. in regula sine culpa. j. eo. titu. tamen illud procedit, nisi statuta, vel leges inducant peccatum, vt in prędictis vel alijs similibus casibus, quia tunc omni casu debent seruari canones & nō leges vt s̄. Et refert hic Lap. & Domi. & Host. in d. ver. cum quæritur. & sequenti, tenere φ si laici litigant coram ecclesiastico de re temporali, quia prorogauerunt iurisdictionem in eum, φ nisi sit actum, vt debeat iudicari fm leges, iudicabit fm canones. Idem videtur tenere Archid. 8. dist. quæ est contra super. j. glo. & Spec. in tit. de sententia. §. qualiter. ver. Item pone. quod intelligit hic Domi. quo ad ordinatoria litis, & ita procedit gl. in d. c. φ clericis. & no. Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de consti. Sed quantum ad decisoria debent seruari leges, quibus ligantur ipsi litigantes fm no. per Inno. in rubrica. s̄. de consuetu. facit. l. 2. C. quemadmo. testam. aperi. vbi quātum ad ordinatoria litis semper debet attendi consuetudo loci curiæ vbi iudicium agitatur. In glo. in ver. superiores. in fi. facit clem. pastoralis. in fi. de re iudi. ex quo ad episcopum superior est Metropolitanus. 34. distin. c. j. in fi. fm Arch. dicentem φ licèt Metropolitanus non possit remouere eum ab administratione, vel episcopatu, tamen excommunicare, & suspendere potest, vt not. in c. j. s̄. de offic. ordi. & per hunc tex. & in c. ex litteris. s̄. de iure patro. concludit hic Ioan. And. φ si inferior recusat facta, φ debeat ad superiorem eius recurri, vt illum cogat, & puniat. de quo hic per Pet. de Ancha.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Mala fides impedit. Adde Docto. in regula possessor. de re. iur. lib. 6.
Vinc. God. Mala fides ne dum impedit, sed ante interrumpit præscriptionem actionis. Ruy. consi. 170. nu. 32. lib. j.

De præscriptionibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionem allegans debet illam probare, & omnes eius qualitates, quæ sunt ad illam necessariæ.*

2 *Bona fides præsumitur etiam in non habente titulum.*

3 *Possessionem ex titulo non est necessarium iustificare in præscriptione tanti temporis, de cuius memoria non existit contrarium.*

4 *Decimarū appellatione oēs decimæ cōtinentur, & nō ipsa quarta decimarū.*

5 *Præscriptionem probare volens debet probare tātum se legitimè præscripsisse, licèt non dicat per 40. vel 30. annos.*

6 *Præscriptio qualis currat in rebus patrimonialibus clericorum.*

7 *Titulus requiritur in præscriptione, quando ius commune est contra præscribentem, & fundat intentionem agentis.*

8 *Titulus an requiratur in præscriptione, vel an sufficiat bona fides. vide distinctionem nu. 9. 10. & 11.*

12 *Consuetudo an sit necessariò alleganda, & probanda.*

13 *Titulus in præscriptione sufficit, si sit verus, & iustus. Quid si sit causatus ab errore facti probabili.*

14 *Exceptio in fine posita debet adaptari, cui adaptari potest.*

15 *Præscriptio tanti temporis, cuius memoria non existit, qualiter probari potest per testes.*

16 *Testes autem cuius ætatis esse debent.*

17 *Probatio facta per testes memoriam extare, præfertur probationi memoriam non extare.*

CAP. I.



Episcopum qui. Nota primò ibi ab eo repetis, arg. quòd vbi agitur de re possessa per prælatum, potest dirigi libellus contra ipsum prelatum licèt nomine ecclesiæ non expresso. Qualiter autem debeat agi, vide no. in c. ex literis. s̄. de probat. & in c. litteræ. de dilatio. † Nota primò ibi, & probare. & ita
1 alle-

allegatur, quòd excipiens a præſcriptione videtur non ſolum illam probare, ſed etiam omnes alias qualitates ad illam neceſſarias, vt eſt bona fides, & titulus, eo caſu quo requirit. qui ergo præſcriptionem allegat, eam probare debet ut hic, & c. veniens. & c. auditis. ſ. eo. titu. Et idem in conſuetudine, vt qui eam allegat probare teneatur, vt in c. cum dilectus. ſ. de conſuetu. & an publicatis atteſtationibus ſuper poſſeſſione poſſit poſtea probari titulus per teſtes, Ioan. Andr. remittit ſe ad nota. per eum in cap. fraternitatis. ſuprà de teſtibus. in 4. quæſt. de quo ibi plenè notatur & Ioan. Andr. concludit ibi, quòd non, quando articulus fuit formatus ſuper præſcriptione, ſe-
2 cus ſi ſuper poſſeſſione tantum, vt hic refert Domi. † Secundò no. quia uidetur probare iſte tex. quòd etiam in non habente titulum præſumitur bona fides. facit glo. in l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. annorum, de quo per Barto. & Imo. in l. Cælſus. ff. de vſucap. & per gloſ. & Docto. in c. ſi diligenti. ſ. eod. & per Innocen. in c. 2. ſ. de reſtitu. in integ. Secundò te-
a ne menti, quòd regulariter de iure canonico in [a] præſcriptione non requiritur titulus, ſed ſufficit poſſeſſio cum bona fide niſi in duobus caſibus hic expreſſis, ſcilicet quando ius commune, vel præſcriptio facit contra poſſidentem, de quo j. in gl.
3 † Vltimò tene menti, quòd in præſcriptione tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, non requiritur, quòd iuſtificetur poſ. ex titulo, licèt ius commune, vel præſcriptio ſit contra præſcribentem, & ſic non requiritur, quòd allegetur, vel probetur titulus, quia præſumitur titulus ex tanto tempore, argumentum. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. & erit titulus pro ſuo, vt in l. j. & 4. ff. pro ſuo, ſecundum Archidiac. & Ioan. And. & vide per eum in c. cum apoſtolica. ſ. de his quæ fiunt a prælato, de quo etiam notabiliter per Rotam in deciſi. 259. quæ incipit, Item ſi rector. & vide aliàs notabiliter text. in c. ſuper quibuſdam. ſ. de verbo. ſignifi. vbi etiam iura reſeruata Principi poſſunt præſcribi per priuatum per præſcriptionem tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, quòd tamen limita in procuratione, quæ eſt debita ratione viſitationis, quia contra illam non curreret præſcriptio, etiam ſi eſſet tanti temporis, in cuius contrarium non eſſet memoria, vt in c. cum ex officij. ſ. de præſcrip. & ibi per do. Nic. in prin.
4 vbi ita notabiliter limitat text. hic. † In glo. 3. in fi. no. ex glo. ſecundum Domi. quòd appellatione decimarum propriè omnes decimæ compræhendnntur, non autem ipſa quarta decimarum, quod nota pro ſtatutis & priuilegijs, in quibus verba debent intelligi propriè vt in c. in noſtra. de iniurijs. & in c.
5 porrò de priuileg. † In glo. in verbo legitimè. in principio, nota iuncto tex. quòd volenti probare præſcriptionem ſufficit allegare, quòd legitimè præſcripſit, licèt non dicat per 40. annos. Nam hoc ſubintelligitur, vt hic in glo. tenuit Innocē. & Ioan. And. in d. c. fraternitatis. In eadem glo. in fi. Quid autem ſi eccleſia præſcribit contra laicum. Ioan. Mona. hic dicit, quòd ſufficit ſpatium 30. annorum. Idem voluit gloſ. in c. illud. ſ. eod. titu. Sed Ioan. Andr. ibi tenet, quòd ſufficiat ſpatium decem annorum. & idem tenuit in regula qui ad agendum. j. eod. lib. dicens, quòd eccleſia præſcribit rem priuati vt priuatus, ſcilicet per tempus decem vel 20. annorum. Et idem Hoſtien. in ſumma in titu. de præſcript. §. requiritur. ver. nunquid requiritur. & gloſ. in Authen. de eccleſiaſticis titulis. §. pro temporalibus, & in authen. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. & ibi Barto. & Bald. & Ioan. de Fant. hic dicens prædicta procedere in præſcriptione decem, vel 20. annorum, quia ius canonicum nihil de ea immutat, & de ipſa non loquitur hic. Sed in præſcriptione, in qua non requiritur titulus, ſed ſufficeret bona fides, tunc procedat opin. Ioan. Monac. hic, vt requiratur ſpatium 30. annorum, vt in d. l. ſi quis emptionis, quia iſtud idem tempus etiam requiritur inter laicos, & ita videtur velle Imo. in dicto c. illud. Et per eandem rationem in præſcriptionibus iurium incorporalium & ſeruitutis, & vſusfructus & ſimilium dicendum eſt, quòd eccleſia præſcribat contra priuatos ſicut priuatus contra priuatum, de quo per Barto. in l. j. ff. de itinere actuque priuato. & in l. ſeruitutes, & ibi per glo. ff. de ſeruitutibus. & Bald. in l. 2. C. de ſeruitutibus. & vi-
6 de notabiliter per Innocen. in c. cum dilectus. ad fi. ſ. de con-
b ſuetudi. per Dyn. in regula poſſeſſor. j. eod. libro. † Sed quæritur, quanto tempore præſcribatur in rebus [b] patrimonialib. clericorum. dic quòd ſicut præſcribitur contra priuatum, ita & contra bona patrimonialia clerici. & ita voluit glo. notabilis & ſingularis, 16. q. 4. poſſeſſores. facit glo. in c. quamquam. j. de cenſibus. quia bona clericorum in hoc non gaudent eodem priuilegio cum bonis eccleſiæ. & ita tenet Do. Anto. & Do. Nico. in d. c. ſi diligenti. & ibi plenè per eum in fi. Quid autem ſi laicus habet rem communem cum eccleſia. per Do. Nico. in d. c. de quarta. in 8. colum. & facit l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruitus. & per Innocen. in c. cum dilecti. ad finem. de conſuetu. & per glo. in c. j. de iurepatrona. in 6. & plenè per Do. Nico. in c. eccleſia. de conſtitutio. in 4. colum. In
7 glo. magna in princip. tene menti totam hanc glo. ordin. † In eadem gloſ. ibi conclude ergo &c. no. ſingu. limitationem ad hunc tex. vt tunc requiratur titulus, quando ius commune eſt contra præſcribentem, & fundat intentionem agentis, ſecus ſi eſſet contra præſcribentem, tamen non fundat intentionem agentis, ſicut aliàs voluit glo. in ſimili, in c. ad decimas. ſ. de reſtitu. ſpoliato. & idem tenet hic Archidia. & Ioan. And. adducens no. per eum in c. conquerente. ſ. de offi. ordin. in glo. per hoc, ver. & ſunt hæc vera. & ita tranſeunt hic Docto. Pro quo facit text. hic in princip. loquens de eo, cuius intentio eſt fundata de iure communi. Sed tex. hic in medio, & in fine facit contra, & contra hanc gloſ. vbi generaliter diſponit, quod vbi ius commune eſt contra præſcribentem, vel præſumptio eſt contra ipſum, non ſufficit bona fides, ſed requiritur titulus. Pro quo etiam facit ratio, quia ſi ſola præſumptio ſufficit, vt requiratur titulus, vt hic, fortius debet requiri, quando ius commune eſt contra præſcribentem, licèt non fundet intentionem agentis. Ideo autem requiritur titulus, quando ius commune eſt contra poſſidentem, quia eſt præſumptio malæ fidei, vt in regula qui contra. j. eo. lib. cum quilibet præſumatur ſcire iura, vt l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. quæ ratio pariter locum habet, licèt ius commune non fundet intentionem agentis, & per has rationes tenuit Do. Nico. contra hanc glo. in d. c. ſi diligenti. circa fi. & facit, quod not. in d. c. ad decimas.
8 † In ea. glo. in fi. conclude tres caſus principales, ſi quæratur, an in præſcriptionibus requiratur titulus, vel ſufficiat bona fides. Et primò quòd aliquando ius commune facit contra præſcribentem, & tunc requiritur titulus, & bona fides: vt hic, quæ bona fides non præſumeretur, niſi fiat fides de titulo. & hoc in eo, qui incæpit præſcribere. Sed in eius ſucceſſore præſumitur bona fides etiam non facta fide de titulo, maximè ſi non agat, ſed excipiat, & credebat prædeceſſorem iuſtum titulum habuiſſe, ſecundum Lap. dicentem, quòd bona, vel mala fides prædeceſſoris non nocet, nec prodeſt ſucceſſori, ſed bene noceret, & prodeſſet malus vel bonus titulus, vt notatur in regula, cum quis. & in regula is qui. j. eo. lib. Sed prædicta limita primo in præſcriptione tanti temporis, in cuius con-
c trarium non eſt memoria [c] quo caſu non requiritur titulus etiam in præſcribente contra ius commune, vt hic in tex. Secundò limita, quando tractatur de præſcribendo in actu, qui ſimul cum præſcriptione creatur, vt no. in c. generali. in gloſ. in ver. antiqua. ſ. de electio. eo. lib. Tertiò limita, quando ius commune non improbat, ſeu non iuſtificat poſſeſſionem præſcribentis, licèt ius commune facit contra præſcribentem, vt in c. cum eccleſia. ſ. de cauſa poſſeſſionis, ſecundum Do. Anto.
9 in d. c. ſi diligenti, cum iſtis caſibus non requiratur titulus. † Secundò caſu, quando agitur de præſcriptione contra ius priuati, eo caſu quo ius commune non reſiſtit præſcribenti, ſed ſuper re, vel iure quo pariter eſt capax præſcribens, ſicut & impugnans præſcriptionem, & tunc aut contra præſcribentem non eſt præſumptio, & ſufficit bona fides, & eo ipſo quòd quis poſſidet, præſumitur in dubio poſſeſſio iuſta, vt 9. q. 3. conqueſtus. & præſcribens non habet probare titulum. facit l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum. & voluit Innocen. in d. c. ſi diligenti. Sed ſi contra præſcribentem eſt præſumptio, tunc requiritur non ſolum bona fides, quæ non præſumitur, ex quo eſt præſumptio in contrarium, ſed etiam titulus, vt hic. & dicitur præſumptio eſſe contra præſcribentem, putà in caſu dicti c. ſi diligenti. vel quando quis ſuper eadem re obtinuit ſententiam contra alterum, quia licèt talis ſententia non facit præiudicium tertio quo ad petitorium, tamen facit quo ad poſſeſſorium,

ADDITIONES.

a Nico. Supe. In præſcriptione non requiritur titulus. Adde glo. & Doct. in c. Apoſtolicæ. de do. Docto. in c. ſi diligenti. & in c. fi. de præſcrip. in antiquis. Doct. in c. dudum. de deci.
Vin. Go. Quòd præſcriptio 30. annorum habeat vim priuilegij nec requiratur titulus, ſcribit. Ruy. conſi. 3. nu. 17. lib. j.
b Nico. Supe. In rebus patrimonialibus clericorum. Adde Doct. in c. de quarta. de præſcrip. Abb. in c. j. de conſue.
c Vin. God. Quando præſcriptio illa, cuius initij memoria non ſit in cōtrarium ſufficiat, Ruy. conſi. 28, nu. 14. lib. j.

ſeſſorium.& ſic contra poſſidentem,vt in c.cum ſuper.ſ. de re iudi.ſecundum Ioan.And.Et idem in prælatis, qui exigunt ſeruitia a ſubditis, quia præſumitur, ꝙ ſubditi præſtent potius ex timore quàm ex debito. & ideo præſcriptio non procedit. .j.q. j. nullus. 10. q.3.quia cognouimus.Et idem quando datum vel ſeruitium præſumitur ex charitate, vel vrbanitate præſtitum, vt putà ſi Epiſcopus multis vicibus recipit alium epiſcopum,vel miles militem ad aliqua ſeruitia ſecundum Ioan.An. hic & in dicto c. cum eccleſia . ſuper gloſ. caute. & ita poteſt
10 intelligi tex. hic. † Aliquando eſt præſumptio contra præſcribentem,& contra impugnantem præſcriptionem,& tunc debet attendi fortior præſumptio,quæ tollit aliam præſumptionem magis debilem, vt l. Diuus. ff. de in integ.reſtit. & ſi fortior præſumptio eſt contra præſcribentem requiritur titulus, aliàs ſecus.putà in Epiſcopo prçſcribente iura epiſcopalia ſuç diœceſis contra priuilegiatum, vt no. in c. cum dilecta. ſ.de confirma. vti. in fi. ſecundum Ioan. And. Si verò contra præſcribentem ius priuati non eſt præſumptio tunc in præſcriptione iurium incorporalium, vt ſeruitutis, vel libertatis non eſt neceſſarius titulus,ſed ſufficit bona fides cum patientia aduerſarij vt in l. ſi quis diuturno. ff.ſi ſeruitus ven. Et in iſtis incorporalibus non præſumitur bona fides, niſi probetur probabilis error ſecundum Bald. in d. l. 2. & Barto. in d.l.j. & per Do. Anto. & Imo. in dicto c. ſi diligenti . Quod tamen limita primò in vſufructu præſcribendo, quia licèt ſit ius incorporale, & ſic quædam ſeruitus in rebus alienis, vt in l. j. & 2. ff. de vſufru.tamen ad præſcribendum requiritur titulus in præſcriptione 10. vel 20. annorum,vt l. fi.C.de præſcrip.longi temporis. Et ratio eſt, quia vſusfruc. eſt pars dominij, vt in l. 4. ff. de vſufru. Ideo titulus requiritur ſicut in præſcribendo dominio vt per Dy.in d. regula poſſeſſor. † Secundò limita, quia quan-
11 do contra eccleſiam præſcribitur in iuribus incorporalibus licèt non requiratur titulus, tamen requiritur ſpatium 40. annorum, vt in c. illud. & c.de quarta.& ita ſequitur ibi Do.Nico. in 10. & 11. colum.Et vide glo.in l.luminibus. ff. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.Si verò agitur de prçſcriptione rerum corporalium immobilium, tunc in præſcriptione 30. vel 40. annorum non requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides, vt dicto c. de quarta. & c. ad aures. ſ. eo. titu. & præſumitur bona fides in poſſidente,ſiue agat, ſiue excipiat de præſcriptione ſecundum Lap. & facit quod no. Barto.in l. fin. C. vnde vi. non tamen procederet dicta præſcriptio cum mala fide, vt in d. c. fi. quod tamen limitat Lapus, quando præſcribens habet ius commune pro ſe,vt ſi præſcribat contra ſubditum priuilegiatum quo caſu præſcribens habet ius commune pro titulo, & procedit præſcriptio etiam cum mala fide,vt notat Ioan.And. in dicto c.cum dilecta.ſuper verbo præſcrip. & ſuper verbo in ſua diçce.quo caſu præſcribitur ſpatio 30. annorum etiam contra eccleſiam ſecundum Hoſti.in c.cum acceſſiſſent.ſ.de conſtitu.in glo.vlti.in fi.dicens ita intelligendum c.Sanctorum.ſ. eo. ſecundum Lap. Sed in hoc Pet. de Anchara. contra, quia nulla præſcriptio procedit cum mala fide, vt in dicto c. fi. de quo tamen per Docto. ibi, & in dicto c. Sanctorum . Si verò agitur de præſcriptione longi temporis decem, vel 20. anno-
a rum,& requiritur bona fides,[a] quæ an in dubio præſumatur in ipſo poſſidente no. in dicto c. ſi diligenti. Item etiam requiritur titulus verus, vel putatiuus, de quo j. in glo. & hoc procedit tam de iure ciuili quàm canonico, cum ius canonicum nihil de tali præſcriptione immutet ſecundum Ioan.de Fan.hic. licèt Dyn. in regula poſſeſſor. j. eo. lib. aliud velit, & malè,& ita tenet domi.Nico.in dicto c. de quarta. in fi. & in 7. colum.
12 † Qui autem ſit in conſuetudine,tenet hic Archid. quòd non ſit neceſſe probare, vel allegare titulum, etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius commune, ſed ſufficit vſus cum præſcriptione, de quo etiam per eum in dicto c.quia cognouimus. & 18. q.3.ſeruitium.& per Ioan.And.in c.cum olim.ſ.eo.& in c.fi.ſ.de conſuetudi. & ibi de differentia, quæ eſt inter conſuetudinem, & præſcriptionem,& per Bald.in d. authen.quas actiones.Et vide etiam hic per Archidia.quid ſi poſſeſſio contra ius commune allegatur per aliquem non ad præſcriptionem, vel conſuetudinem cauſandam,ſed ad hoc,vt ſua electio confirmetur, vt ſi dicat ſe eſſe in poſſeſſione iuris eligendi contra illum, pro quo facit ius commune,& ideo petit ſuam electionem confirmari, an ſit neceſſe quod de bona fide probetur. & concludit quod non,vt etiam tenuit Innocen.in dicto c.2,de quo ibi per
13 Doctores. † In glo. in verbo cauſam.in fi.conclude,ꝙ ſufficiat ad prçſcriptionem titulus verus, & iuſtus. Et idem ſi ſit putatiuus cauſatus ab errore facti probabili,vt in c.auditis.ſ.eo.ſecus ſi ſit cauſatus ab errore iuris, in c. dudum.ſ. de decimis. & in l.nunquam.ff. de vſucapio. Et an error iuris habeat cauſare iuſtum titulum, quãdo eſt admixtus cum errore facti. vide per Barto.in l. ſi vir vxori. ff. de vſucap. pro donato. & de his omnibus per gloſ. & Docto. in d.c. de quarta. & c.ſi diligenti. & per Rotam in ſua deciſi.471.quç incipit, Item ꝙ ſi appareat. & per domi. Pet. in ſuo tractatu canonicç epiſcopalis, in 3. char-
14 ta, in princi.† In glo. in verbo, niſi in fi. Nota primo, ꝙ vbi exceptio in fine poſita non poteſt de iure adaptari, niſi ad alterum tantum, debet ſolum intelligi de illo caſu, cui adaptari poteſt. Secundò nota ex glo. iuncto tex. ꝙ etiam in præſcriptio-
b ne[b] tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, requiritur bona fides, facit quod no. Ioan. And. in c. vigilanti.
15 ſ.eo.titu. licèt Pet. de Anchara. hic aliud velit. † In glo. fi. ibi dicunt teſtes, tene menti gloſſam ordinariam ponentem practicam qualiter præſcriptio tanti temporis in cuius contrarium non extat memoria, poſſit probari per teſtes, & vide notabiliter per Bald. in authen. quas actiones. circa finem. C.de ſacroſan.eccle. Per inſtrumenta autem non videtur poſſe probari hæc cõis opinio vel negatiua, cũ non ſit res, de qua poſſit confici inſtrumentum, licèt quandoque ſecus ſit in negatiua præcoarctata vt no. per Ioan.And.in c.bonæ el j.ſ.de poſtula.prçla. Sed ipſius contrarium cum ſit actus affirmatiuus, bene recipit probationem per inſtrumentum, per quod poterit patere memoria contrarij actus, ſecundum Ioan. And. de quo per glo.& Do. Nico. in c. cum nobis olim. ſ. eodem titu. in 3. co-
16 lum.† Sed quçrit hic Lapus, cuius çtatis debeant eſſe teſtes. dicit ꝙ quinquaginta quatuor annorum, vel ſaltem tanti temporis vltra 40. annos, ꝙ fuerint doli capaces tunc, cum cçperunt videre poſſidere, ſecundum gloſſam notabi.37. diſtin. relatum & in l. 3. §. lege Iulia. ff.de teſtibus, vt ſic ſaltem probent poſſeſſionem 40. annorum, & præſcriptionem de viſu non ſufficeret de auditu niſi a 40. annis ſupra, vt hic & facit c. licet ex quadam in fi.ſ.de teſtib.ſecundum Lap.& vide per Pau.in clemen.vt profeſſores.de regularib.& per Specu. in titu. de probatio.verſi.illud autem & ſequenti,& per Innocen.& Docto. in dicto c.cum nobis.ſ.eo.& in dicto c.veniens. & per Bald.in
17 dicta authen. quas actiones . † In eadem glo. in fi. tene menti ex glo.quòd probatio per teſtes memoriam extare prçfertur probationi memoriam non extare, quia magis creditur affirmantibus quàm negantibus, quod videtur eſſe contra doctrinam Bal. in l. cum hi. §.in cauſa. ff. de tranſactioni.vbi voluit, quòd quando negatiua eſt coarctata, ita credatur teſtibus negantibus, ſicut affirmantibus. Pro quo gloſ. notabi.81. diſtin. clerici.poſſet fortè dici, quòd ita credatur, ſed quòd cçteris paribus prçferantur affirmantes, & ita ſit gloſ. notabi.hic de cuius materia vide per Specu.in dicto §.verſi.vltimò quçritur vſque ad finem, & hic per Lap. concludentem, quòd ſi Epiſcopus, a quo petuntur decimç, quas poſſidet in aliena diçceſi allega.prçſcriptionem 40. annorum, tunc debet de iure ſuo probare, aliàs obtinebit petens etiam ſi nihil probet, qui.& ſi ipſe allegans prçſcriptionem probet de iure ſuo, tunc transfertur onus probandi in actorem, quem oportebit probare, quòd
c ſaltem ſemel fuit in poſſeſſione decimarum [c]ſeu decimç fuerunt ſolutç intra 40. annos,& ſi epiſcopus talis allegat prçſcriptionem tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria. & tũc ſufficit eidem probare communem opinionem & famam iuxta no. hic in gloſ. & in Specu. in dicto §. j. in fi. aliàs obtinebit petens etiam ſi nihil probet, vt ſ. ſed probata cõmuni opinione vel fama transfertur onus probandi in actorem, & ſufficit probare ſaltem ſemel fuiſſe in poſſeſſione decimarum, ſeu decimas fuiſſe ſolutas intra tempus, de quo non extat memoria in contrarium ſecundum ipſum Lap. & vide plenè per Ioan.And.in regula ſine culpa.j.eo.lib.

ADDITIONES.

a Vinç. Gode. Nota, quòd præſcriptio ſine bona fide currere non poteſt. Ruy. conſi.150.nu.13.lib.4.

b Nic.Supe. In præſcriptione tanti temporis. Adde quòd idem operatur quod priuilegium ſecundum Ioan.Mona.in c.2.de præben.lib.6.& alleg.ad hoc c. ſuper quibuſdam, de verb. ſigni.

c Vin.God.Adde ꝙ præſcriptio decimarum cùm ſtricti iuris ſit, nequaquam extendi debet. Ruy conſi.142.nu.10 lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione an contineantur tam mobilia, quàm immobilia.*
2 *Ipſo iure hoc verbum comprehendit priuationem rei abſque ſententia.*
3 *Legum humanarum appellatione veniunt leges ciuiles, ſed appellatione legum diuinarum veniunt leges eccleſiaſticæ.*
4 *Feudum vaſalli propter delictum indiſtinctè reuertitur ad dominum.*

Præſcri-

5 Præſcriptio qualis currat contra eccleſiam, in bonis, quæ ſunt eccleſiæ, quo ad directum, vel vtile dominium. nu. 6.
7 Eccleſia Romana gaudet priuilegio centum annorum in præſcriptione, excepto vno caſu, vt hic.
8 Memoria hominis qualiter poßit damnari poſt mortem propter delictum.

C A P. II.

1 SI qui exigentibus. † Nota primò ibi bonis, quia intelligitur etiam de mobilibus vt in l. bonorum. ff. de verbo. ſigni. & in c. relatum. el 2. ſ. de teſta. & ita tenet hic Ioan. And. Sed quidam contra, vt ſolum intelligatur de immobilibus, prout intelligit glo. 2. hic quia loquitur de feudo. Item iſta mobilia ſunt res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & nō præſumuntur durare vltra triennium, ſecundum glo. in l. j. C. ſi aduerſus vſucap. Ergo iſte tex. loquens de præſcriptione 40. vel centum annorum in eis locum non habet, ſed debet adaptari ad immobilia. & ſic ad ea, quæ plurimum accidunt, vt in l. nam ad ea. ff. de legi. Sed Domi. hic ſequitur primam partem quia glo. hic non negat, quin iſte tex. locum habeat in alijs bonis. Et quia etiam ſunt quædam mobilia, quæ durare poſſunt per illud tempus, ergo & in illis locum habeat iſte text. Et ex his nota caſum, in quo etiam in bonis mobilibus contra eccleſiam non currit minor præſcriptio 40. annorum, de quo in c. j. ſ. de reſtit. in integ. & in authen. quas actiones. C. de ſacroſan.
2 eccle. & per do. Nico. in d. c. de quarta. † Secundo no. ibi per
a ſententiam, vel ipſo iure, quod verbum [a], ipſo iure, includit priuationem rei abſque alia ſententia. facit c. j. & ibi glo. ſ. de reſcrip. eo. lib. & idem ſi diceretur ipſo facto vt in c. ſciant. ſ. de elect. eo. lib. omni tamen caſu requiritur ſententia declaratoria, vt in c. cum ſecundum. j. de hæreticis. & in c. pro humani j. de homicidio. eo. lib. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. & tenet hic Ioan. And. dicens, quòd realis executio, de qua hic, fieri poteſt in bonis, in quibus quis eſt priuatus ipſo iure, abſque eo quòd procedat ſententia priuatiua, ſed declaratiua eſt neceſſaria, vt ſ. & vide in l. raptores. C. de epiſco. & cleri. Tertio no. quòd iuri executiuo quæſito per ſententiam hominis, vel ipſo iure, præſcribitur per tantum tempus, quantum præſcribitur ipſi principali actioni, de quo hic per Pet. de Ancha. & per Docto. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum. & vide per
3 glo. in l. j. C. ſi aduerſus tranſact. † Vltimò no. quòd appellatione legum humanarum veniūt leges ciuiles, & Imperatorum, ſed appellatione diuinarum veniunt eccleſiaſticæ, ſecundum Archidia. de quo 3. q. 5. quia ſuſpecti. & 8. diſtin. quo iure. imò leges dicuntur ſacratiſſimæ, vt l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. & fuerūt diuinitus per ora principum promulgatæ. 16. q. 3. nemo. Et ad prædicta vide tex. & glo. notabi. in c. 2. j. de pri-
4 uile. † In glo. 2. in fi. no. iuncto tex. quòd feudum vaſalli propter delictum indiſtinctè reuertitur ad dominum, de quo per
b Ioan. And. in c. 2. in fi. ſ. de feudis. Delictum ergo patris [b] nocet filijs in feudalibus. Quid autem in rebus emphiteuticis vide per Barto. in l. 3. ff. de interdict. & relega. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. & quod no. in c. vrgentis. ſ. de hæreti. & in d. c. cum ſecundum. In glo. in ver. ipſo iure. in princ. idem Ioan. Mona. & Archidia. & ita videtur hic reſidere Ioan. And. In gloſ. in verbo videantur in fi. omnes ergo leges diſponentes contrarium ſunt correctę, de quibus hic plenè per Io. And. & per glo. & Barto. in l. in omnibus. hic alleg. vbi ponit quantum tempus requiratur in præſcribendo contra fiſcum in bo-
5 nis incorporatis vel incorporandis. † Si verò quæritur de præſcribendo contra eccleſiam in bonis, quæ ſunt eccleſię quo ad vtile, vel directum dominum, & non currit minor præſcriptio 40. annorum, vt in d. c. de quarta. & hoc niſi in caſu, de quo per Lap. ſ. c. proxi. & per Hoſtiē. ſ. de conſtitutio. cum acceſſiſſent. Sed de bonis, de quibus quis eſt priuatus ipſo iure, vel per ſententiam apprehēdendis, vel occupandis, & ſi talia bona tenebantur ab eccleſia, requiritur tunc ad præſcribendum contra eccleſiam tempus, de quo hic in tex. & iura ciuilia in contrarium loquentia ſunt correcta. Si verò dicta bona non tenebantur ab ipſa eccleſia tunc habent locum iura ciuilia, ex quo iſto caſu non reperiuntur correcta. & ideo ſi ſtatutum, vel conſuetudo loci diſponeret, quòd bona committentis homicidium, vel delictum deuoluantur ad eccleſiam ipſo iure. & tunc cum iſta bona non teneantur ab eccleſia, non habebit locum iſte tex. nec alij canones cum iſtis caſibus non loquantur, ſed habent locum iura ciuilia. ex quo iſto caſu non reperiuntur correcta. argu. ſ. de elect. cum expediat. eo. lib. Nec ob. dictū c. de quarta, vbi generaliter dicitur, quòd non currit minor præſcriptio 40. annorum contra eccleſiam. quia ibi loquitur, quando quis vult præſcribere rem eccleſiæ ſemel incorporatam ipſi eccleſiæ. ſecus in rebus laicorum, quæ propter delictum transferuntur in ipſam eccleſiam, quia cum iura canonica de his expreſsè non diſponant, & lex ciuilis de hoc ſpecificè diſponat. Ergo ipſa ſeruari debet ſecundum no. in c. licet ex ſuſcepto. ſ. de foro competen. & ſic non ob. c. eccleſia. ſ. de conſtitu. & ideo eſt quòd iſte text. non dixit indefinitè & generaliter de omnibus bonis, ſed tantum de bonis, quæ tenentur ab eccleſia. Imò poſſet dici, quòd prædicta procedant, quando lex ciuilis priuaret laicum propter delictum etiam bonis, quę tenet ab eccleſia ratione vtilis dominij, quia poteſt lex ciuilis apponere conditionem, quam vult in pęna a ſe impoſita ipſis laicis, vt no. in c. cum dilectus. ſ. de dona. Contraria verò loquuntur in bonis, vel iuribus pręſcriptione quęrendis contra eccleſiam ſecundum Domi. & facit quod notabiliter voluit Bal. in
6 l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cleri. † Sed in contrarium facit quod tenet glo. hic volens quòd omnes pręſcriptiones ciuiles reſpicientes eccleſiam ſint correctę inquantum diſponant de minori tempore 40. annorum, ſicut eſt etiam in caſibus notatis per gl. in dicta l. in omnibus. in quibus fuerat hoc ſtatutum per ipſas leges. & ſic poterant conditionem apponere, vt eis placuit, & illa non erant bona, quę tenerentur ab eccleſia & tamen glo. hic voluit, quòd etiam in his habeat locum iſte tex. Ad idem etiam facit textus hic in fine vbi hęretici priuantur bonis, vt non habeat locum minor pręſcriptio 40. annorum. & tamen illa bona non tenebantur ab eccleſia. & hanc partem videtur tenere do. Nic. in dicto c. cum nobis. in 4. colum. quatenus bona venirent publicanda eccleſię, vt ſemper requiratur pręſcriptio 40. annorum. ſed quatenus venirēt publicanda fiſco iudicis ſęcularis habeant locum pręſcriptiones legales, & ita debet intelligi dictum Bar. in l. 2. C. de apoſtatis. & facit gloſ. in l. Manicheos. C. de hereticis. Sed certè ſatis remanent contraria ſupradicta, quòd inducatur legum correctio vltra quam hic expreſsè reperiatur ſtatutum, loquitur enim hic in bonis, quę tenentur ab eccleſia, & non in alijs. ideo poſſet fortè dici, quòd in illis caſibus, in quibus eſt diſpoſitum per canones, vt ex aliquo delicto bona laicorum transferantur in eccleſiam, procedat tex. hic. Sed in caſibus vbi hoc tantum eſt diſpoſitum per leges, vel ſtatuta laicorum. & tunc in his habeāt locum pręſcriptiones legales per ea, quę habentur in dicto c. cum dilectus. & per Bald. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccle. In gloſ. in ver. completa. ibi vacationum ſiue verè, ſiue interpretatiuè vacent vt in c. j. ſ. eo. ſecundum Archi. & Ioan.
7 And. † In gloſ. in verbo hoc caſu. eſt ergo ſpeciale iſto caſu, in alijs verò ſola eccleſia Romana gaudet priuilegio centum annorum, de quo in dicto c. cum nobis. & ibi per do. Nico. & vide per glo. & Ioan. And. in c. dilectus. ſ. de capel. mona. & hic per Archidiac. ponentem, quę dicatur eccleſia Romana. & an patrimonium beati Petri gaudeat pręſcriptione centum annorum, vt hic per Ioan. And. & per Bald. in dicta authen. quas actiones. & ibi notabiliter per eum. Sed quęritur quid de monaſterijs exemptis, quę immediatè ſubſunt Papę. tenuit Arch.
c 16. q. 4. volumus. quòd ad hoc priuilegium [c] pręſcriptionis centum annorum non dicuntur res eccleſię Romanę, & ita ſequitur Bald. in dicta authen. quas actiones. de quo vide in dicto c. dilectus. in fi. & in c. fundamenta. ſ. de elect. eo. lib. circa princ. In gloſ. in verbo tunc, in fi. conclude, quòd tex. hic locum habeat, quando poſt pręſcriptionem completam eſt detectum de hęreſi. ſi autem ante detectam pręſcriptionem fuiſſent detecti hęretici, & probatum illos fuiſſe hęreticos, licèt tūc non fuiſſet pronunciatum, non haberet locum tex. hic, ſi cum poſ-

ſeſſo-

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Verbum, ipſo iure. Adde tex. cum glo. in c quicunque. de hære. lib. 6. glo. in regula in pęnis. de re. iur. lib. 6. glo. in cle. j. de vi. & hone. cleri. Doc. in c. ſi diligenti. de foro comp. Bal. in auth. habita. C. ne filius pro patre.
Vin. God. Ipſo iure, ideſt ſtatim. Iaſ. in §. rurſus. nu. 17. Inſt. de act. & ipſo iure & ipſo facto idem important. Barto. & Alex. in l. j. ff. de his qui not. infam.

b Nico. Supe. Delictum ergo patris. Adde caſus in quibus pater punitur ob delictum filij & filius punitur ob delictum patris, vide Inno. in c. quod autem. de ſenten. excom. Archid. & Ioan. de Fan. in glo. ſummæ. Ioan. de Ana. in c. 2. de delic. pu. Bal. in l. 3. C. ne fi. pro patre. Cy. & Saly. in auth. Gazaros. C. de hę.
Vinc. God. Delictum patris præiudicat filio in feudis. Ruy. conſi. 37. nu. 6. lib. j. & in emphiteuſi delictum patris & aui præiudicat filijs & nepotib. ad quē non admittuntur niſi ſint hæredes. Ruy. conſi. 149. nu 3. & 14. lib. j.

c Nico. Supe. Hoc priuilegium pręſcriptionis. Adde Doct. in c. ad audientiam. de præſcrip. & Abb. conſi. 18. inci. in cauſa. & quæſtione, quæ vertitur ſeu verti ſperatur. ad fi. in 2. colum.

fessoribus fuisset actum, vel eis scientibus probatum crimen, quia tunc mala fide est interrupta præscriptio, vt in c. veniens.
8 s.eo. secundum Ioan. And. † In glos. fi. in princip. Et qualiter possit damnari memoria hominis per sententiam post mortem, vide glo. singu. Instit. de hæredi. quæ ab intesta. §. per contrarium. In eadem glo. in fi. idem Ioan. Mona. & Archidia. vt refert Ioan. And. dicens, quòd ratio istius glos. parum iuuaret nisi emanasset dispositio huius tex. quia antequam pronuncietur nulla est negligentia, cum non valēti agere non currat præscriptio, vt in dicto c. auditis. & c. j. s. eo. sicut est antequam super crimine pronuncietur, quia ante pronunciationem bona non sunt vacantia, nec apprehendi possunt, vt dicto c. cum secundum. & ideo nisi esset iste tex. contrarium foret tenendum secundum Ioan. And. Sed Pet. de Anchara. hic, contra dicens, quòd etiam si non esset tex. hic, tamen curreret præscriptio ecclesiæ ante pronunciationem, ex quo ecclesia potest ad hoc agere. & ideo qui actionem habet nō impeditur agere, vt l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. vnde negligentia in agendo præiudicat etiam in sequentibus, vt in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. annorum. coniuncta. l. si rem. §. fi. ff. de pigno. act. & per Bar. in l. si pignori. ff. de vsucap. & ita etiam tenet Do. Nico. in dicto c. cum nobis. in 5. colum. in princi. quia etiam in rebus latentibus currit præscriptio, vt dicto c. vigilanti. & l. fi. C. de præscrip. lon. temporis. & quòd isto casu currat præscriptio, probatur in l. 2. C. de vectigalibus. & in dicta l. 2. & per Barto. in l. commissa. C. de publicanis. Et licet aliàs iusta ignorantia interueniente possit peti restitutio in integrum aduersus præscriptionem, vt no. in dicto c. vigilanti, & per Barto. in l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priuato. tamen in casu istius text. secus esset cum hic prohibeatur post 40. annos aliqua violentia inferri possessoribus secundum do. Nic. in c. cum nobis.

De re iudicata. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus iniustè per iudicem non censetur condemnatus quo ad Deū.*
2 *Aequitas licèt seruari debeat in toto iudicio, maximè tamen in sentētia, cum sententia sit conclusio causæ.*
3 *Argumentum ab exemplis sumptum, est licitum.*

CAP. I.



Cum æterni. Primò ponit procemiū. Secundò ibi caueāt, ponit formam sententiandi & procedendi. Tertiò ibi, si quis, contra facientem suspendit. Quartò ibi scituris non seruantem suspensionem multipliciter punit.
1 † Tene menti primò est tex. in princip. quòd condemnatus per iudicem iniustè non censetur quo ad Deum condemnatus, ex quo infertur quòd iniusta sententia non ligat quo ad Deum, & potest quis salua conscientia eidem non parere. facit quod no. per Innocen. s. de immu. eccle. quia plerique. & s. de restitu. spoliat. literas. & in c. a nobis. el 2. s. de senten. excom. Quod tamen limita in sententia censuræ quia siue iustè, siue iniustè, timenda est. 11. q. 3. c. j. & vide s. de
2 senten. excom. inquisitioni. † Secundò no. ibi præsertim, quòd licèt in toto iudicio sit seruanda æqualitas inter partes prout a iure statuitur præcipuè tamen in sententia seruari debet, cum sententia concludat finem totius iudicij secundum glo. in ver. iudicij. in c. pia. s. de excep. eo. lib. & facit l. j. ff. de re iudi. dixit tamen glo. no. in c. cum ad sedem. s. de restitu. spoliato. quod licèt in principio iudicij faueatur actori, vt in l. si quis intentione. ff. de iud. & in medio pariter actori & reo, tamen in fine faueri debet ipsi reo, cum promptiores debeamus esse ad absoluendum quàm ad condemnandum, vt ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. iudex tamen non potest, nec debet fauorem extendere vltra quàm a iure statutum reperiatur, vt hic. & in regula in iudicijs. j. eo. lib. & alibi text. in l. vbi. C. de fal. facit quòd iudex debet esse medius inter litigātes, nec debet habere vnum a dextris alium a sinistris secundum glo. ibi. ideo est, quòd non debet licere actori, quod reo non licet vel econtra, vt in regula non licet. j. eo. lib. & vide aliàs per gl. in ver. iuri. in clemen. j.
3 de testibus. † Vltimò no. ibi exemplum licitum esse arguere
a ab exemplis [a], de quo in c. venerabilis. s. de elect. & s. de re iudic. in causis. tex. tamen in l. nemo. C. de sententijs. dicit, quòd non exemplis, sed legibus est iudicandum. In glo. in ver. tribunal. in fi. vide hic per Ioan. An. dicentem, quòd forus potest aliter & alio modo appellari vt hic per eum ponentē etiam qualiter accipiatur prouincia. & vide glo. notabi. in l. fi. C. de præscrip. longi temporis. dicentem, quòd hodie quælibet ciuitas dicitur facere suam prouinciam, de quo per do. Anto. in c. non est. s. de sponsalibus. & per Ioan. And. in c. coram. s. de elect. In glos. in ver. ecclesiarum. in fi. idem sequuntur Docto. & ratio est, quia hic exprimitur de ecclesiasticis, aliàs si iura pœnalia ecclesiastica simpliciter loquuntur de iudicibus comprehendūt etiam iudices sæculares de temporali iurisdictione ecclesię, vt in c. 2. s. de iudi. eo. lib. & ibi per Domini. quod tamen limita, quando pœna potest esse conueniens iudicibus laicis, vt dicit glo. hic. In glo. in ver. odium. hic per Ioan. And. quando odium vitiorum, vel culpæ sit licitum. In glo. in ver. euertant. in fi. scilicet ista quatuor de quibus hic videlicet fauor, & timor, odiū, & præmium, seu eius expectatio tacita, vel expressa. Pro quo text. notabilis. 11. q. 3. qui rectè. vbi dicitur, quòd qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. facit c. nemo. & ibi per Docto. s. de simonia. & vide tex. notabi. 11. q. 4. in §. si ergo. & adde quintum scilicet ignorantiam. s. de temporibus ordinandorum. vel non est. & adde sextum, scilicet negligentiā. j. de homicidio. c. j. §. j. secundum Ioā. And. In glo. in ver. stateram. in fi. vide dicta in c. 2. hic alleg.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Licitum est arguere ab exemplis. Adde Card. Alex. in c. si in adiutorium. in j. colum. 10. dist.
Vinc. God. Adde quòd exemplis non est iudicandum sed legibus. Fely. in c. 2. de præsump. & remissiuè in c. in causis. in fi. de re iudi. & in c. a nobis. ad fin. de senten. excommu.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio ab officio intelligitur de diuino officio non de officio iudicandi, vel de temporalibus.*
2 *Iudex malè iudicans siue ordinarius siue delegatus facit litem suam.*
3 *Iudex debet iudicare secundum sensum suum, a iure tamen informatum.*
4 *Iura pœnalia loquentia de iudicibus ordinarijs, vel delegatis an habeant locum in compromissarijs.*
5 *Iudex malè iudicans, vt faciat litem suam, sex requiruntur, quæ hic enumerantur.*
6 *Episcopus suspensus per annum, an possit interim absoluere subditum suū ab excommunicatione.*
7 *Rex Persarum fecit excoriari quendam iudicem corruptum.*

1 §. Si quis autem. † Nota primò, ibi officij quòd appellatione suspensionis ab officio intelligitur in dubio de officio in diuinis, non autem de officio iudicandi vel in temporalibus, vt patet j. ex tex. secūdum Ioan. And. quod inducit Domi. ad statuta inducentia pœnam suspensionis ab officio, de quo s. de offi. deleg. c. fi. §. vt autem. Sed tu limita prædicta secundum qualitatem personarum. Nam in dignitatibus, & officijs sæcularibus potest habere locum suspensio, & intelligetur tūc de officio in temporalibus, vt est textus in c. si aduersus. s. de hæreti. & ibi vide per Docto.
2 quid operetur talis suspensio in officijs temporalibus. † Vltimò no. & ita allegatur, quòd iudex malè iudicando [a] siue sit de
a legatus, siue ordinarius facit litem suam, & tenetur ad interesse parti, de quo in l. 2. C. de pœ. iudi. In glos. in ver. ordina-
b rius. in fi. grauius tamen peccant episcopi [b] in hoc quàm alij inferiores, vt per glo. in c. cum quidam. s. de iureiur. secundum Ioan. And. In glos. in ver. & contra. in princip. dicit Ioan. And. quòd in foro iudiciali difficile esset probare, quòd locum haberet ista pęna, quia quod iudex fecerit contra conscientiam consistit in animo, qui soli Deo est notus vt in c. j. s. vt ecclesiastica beneficia. sed satis est quòd quo ad ipsum Deum, qui est scrutator cordium, vt in c. sicut. s. de simonia. sciat se ligatum, & facit quod not. in c. illud. in ver. deliquisse. s. de cleri. excom. secundum Ioan. And. vide tamen quod no. in c. præsentium. s. de testibus. eo. lib. & in c. significasti. s. de homici. & per glo. in §. alię. Institu. de act. vbi habetur qualiter conscientia, & animus possit probari in foro iudiciali & per glo. in clemen. fi. de foro compet. & in clem. præsenti. de censibus. & in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. eat. & in l. apud Celsum. in princip. ff. de exceptio. doli. & per Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nuncia. & per Bald. in l. cum proponas. C. de bo. auto. iudi. & in d. l. fi. & ibi per eum. in quo differat iustitia a conscientia. & vide per Rotam in decisi. 434. aliàs 418. quæ

ADDITIONES.

a Nic. Su. Iudex malè iudicando. Adde tex. & ibi Bal. in l. fi. ff. de va. & extraordi. cog. Bar. in l. idem si rei. ff. de alia. iu. mut. cau. fa.
Vinc. God. Nota quòd iudex malè iudicans metu domini, tunc peccat si potuit non acceptasse, sed potius se obtulit priuid. in trac. de pest. cap. 5. de cet. ad fal. c. ciuit. pert.
b Nic. Sup. Grauius tamen peccant 40. dist. c. homo Christianus. 40. dist. c. præcipuè. 11. q. 3. c. quia tua. l. dist. & in c. nulli fas. 19. dist.

3 quæ incipit,Item fuit.† In eadem glo. in fi. & ita debet intelli-
gi.l. qualem.ff.de arbitris. vbi dicitur iudicem debere iudica-
re,ſecundum quod ſibi iuſtum videtur.ideo dicebat gloſ. in c.
cum olim.s̃.de ver.ſign.ꝙ Iudex debet iudicare ſecundum ſen
ſum ſuum a iure tamen informatum.facit.l. illicitas.§.veritas.
ff.de offi.præſidis.& ita debet intelligi glo. in c.iudicet. hic al-
leg.& iō ſi conſcientia eſſet erroneadebet deponi in c. ꝑ tuas.
s̃. de ſimo. et idē quando conſcientia eſſet humana,& nō iudi
cialis,vt in c.ſi ſacerdos.s̃.de offi.ordi.de quo hic plenè per Do
mi.& vide glo.15.q.5.presbyter.& de conſecra.diſt.2.cum pro-
hibeat.& per Io.An.in addi.Specu.in titu.de diſputa.& alleg.
& in tit.de citatione.§.ſequitur.ver.ſed nūquid,circa fi.magnæ
addi.& per Innocē.& Hoſt.in c.paſtoralis.s̃.de reſcrip. per do.
4 Ant.& alios Doct.in c.j.s̃. de conſti.† In glo. in ver. in iudicio.
in prin.idem ſequitur hic Arch.& alij Docto.& tene menti,ꝙ
iura pęnalia loquētia de iudicibus ordinarijs vel delegatis nō
habent locum in arbitro compromiſſario. idem voluit glo. in
c.j.in prin.s̃.de foro compe.eod.lib.ſed glo.in ver.iudicis.in c.
j.s̃.de confeſſis.eo.lib. tenuit contrarium de quo ibi dictū fuit.
& poteſt dici,ꝙ glo.iſta procedat,prout loquitur:ſcilicet in pę
nalibus & in odioſis. ſecus in alijs. In eadem glo.in fi.no. glo.
quā ſequuntur Doct.quod iura loquentia de iudicibus ordina-
rijs, vel delegatis nō habet locum in auditoribus & meris exe
cutoribus, ſecus tamen in miſtis, licèt aſſumant partes meri
5 executoris vt no.in clemen.j.de offic. dele.in glo. mag.† In gl.
in ver.per ſordes.in prin.concludit hic Ioan. And. ſex eſſe ne-
ceſſaria, vt habeat locum pęna huius decreta. Primò ꝙ iudi-
cetur contra conſcientiam. Secundò ꝙ contra iuſtitiā. Tertiò
ꝙ in grauamen partis,ꝙ & in arbitrarijs locum habet ſecundū
Hoſtien.& Ioan.And.hic dicentem,ꝙ in arbitrarijs iudex de-
bet cauere,ne ſit nimis gratioſus de quo in c.conſuluit.s̃. de of
fic.delega. Si autem iudex ſine grauamine partis procederet.
puta ſi grauat ſcribam,vel nuncium iuratum,vel ſimilem per-
ſonam in iudicio interuenientem, vel ſi procederet feriatis die-
bus ſine grauamine partis, non haberet locum iſta pœna ſe-
cundum Io.An.Quartò ꝙ in iudicio.Quintò ꝙ faciat, & idem
ſi omitteret,vel negligeret,ſecundum Ioan. And.& in c. legi-
tima. j̃. de appel. in gloſ. caueant. & ita ſequitur hic Petrus de
Anchara. quia omittens, dicitur facere, vt nota. in l. ſi mora.
ff. ſolu. matri. & in l. in fraudem. ff. quæ in fraudem credi. &
in l.qui non facit.ff.de ver.ſigni.licet Ioan. And. poſt Hoſti.in
d.c.dilecti. in prima gloſ. aliud notauerit. Sextò quòd per gra-
tiam, vel ſordes & vno deficiente ceſſaret iſta pœna, argu.ff.
de ver. obliga. l. ſi quis ita ſtipulatus. ſecundum Ioan. And. &
facit l. hæredi plures. ff. de conditio. inſti. & vide no. per Bal.
in d.l.fina. In gloſ. in ver. officij. vide de hoc per gloſ. ordi. in
6 ver. ſuſpenſi. in cle.cupientes. de pœnis. & vide per do.Anto.
in c.inter ſolicitudines,in prin.s̃. de purg.cano. In gloſ. in ver.
intra annum. in fi. an autem hac pœna ſuſpenſionis durante.
& ſic intra annum poſſit Epiſcopus ſubditum ſuum abſol-
uere ab hac pœna tenet hic Ioan. And. quòd non per no. per
gloſ.in c. cupientes.§. cęterum.s̃. de elec. eo. lib. & per Ioan.
An.in c.j.de cle.vena.in fi.& ex his notat hic Domi. limitatio
nem ad c.nuper.ſupra de ſen.excom.vt ſic quando a iure tem-
pus adijcitur ſuſpenſioni, vt illo tempore durante Epiſcopus
abſoluere non poſſit ſuum ſubditum, etiam ſi Papa non re-
ſeruauerit ſibi abſolutionem, & ita debet intelligi gloſ. in di-
cto §. cęterum. & conclude, quòd aliquando ſuſpenſio ſit ad
certum tempus, & Epiſcopus ante tempus abſoluere non
poteſt ſecundum Ioan. And. hic, idem voluit gloſ. notab. in
ver.excommunicationis.in clemen.j.de hæreticis.Aliquando
ſuſpenſio eſt ſimpliciter,& indeterminata, & ſi Papa reſeruat
ſibi abſolutionem Epiſcopus abſoluere non poterit, vt ſupra
de teſtibus. tam literis. alias poſſet ſecundum Innocen. in c.
2.ſupra de ſolu.& glo.in c.non ſolùm.in fine.j̃.de regularibus.
& dixit Pau. in dicto.§. cęterum.& in clementina. j. de rebus
eccleſiæ, quod ſi a iure imponitur pœna perpetuæ ſuſpenſio-
nis, tanquam tunc ſit tempus certum, non poterit Epiſcopus
7 abſoluere quod no.† In gl. in ver.condemnandus. in prin.no.
glo. quæ imponit pœnas iudicis male iudicantis. & refert hic
Ioan. And. quod Rex Perſarum fecit quendam iudicem cor-
ruptum excoriari,& ad aliorum terrorem affigi fecit taberna-
culo ſedis.In eadem glo.in fi.vide per Bart.in d.l.2.& ibi ſi of-
ficialis iudicat de conſilio aſſeſſoris,an excuſetur.Quid autem
ſit in arbitro, an incurrat has pœnas, ſi malè iudicat, dic vt s̃.
per gl.& per Spec.in titu.de arbitro.§.j.ver.ſed & ſi.& ver.ſeq.
& vide in l. pe. C. de pac. & quod no. 2. q. 6. hoc ēt.Et quid ſit
in arbitratore vide in l. fi. & ibi per Bal. C.de cōtrahen.emp.

S V M M A R I V M.

1 *Mortaliter peccat qui ſcienter facit contra præceptum canonis.*
2 *Papa ſolus poteſt abſoluere ab irregularitate.*
3 *Irregularitas quid ſit vide hic.*
4 *Suſpenſus ſi ſe ingerit in diuinis, quando & qualiter incurrat irregularitatem.*
5 *Suſpenſus ad tempus incertum,putà donec ſatisfaciat, ſi celebrat qualiter fiet irregularis.*
6 *Suſpenſus a beneficio ſi celebrat,an fiat irregularis.*

1 §. Scituris. †Nota primò ibi damnabiliter, quòd mor
taliter peccat, qui ſcienter facit contra
prohibitionem, ſeu præceptum canonis.& ita tenet hic Ioan.
Andre. & j̃. de conceſſio. præben.in c. deteſtanda. in princip.
de quo in c. 2. s̃.de maiori. & obedien. Secundò nota & ita al-
legatur quod ſuſpenſus ab officio ſi durante ſuſpenſione in-
gerit ſe in diuinis, efficitur irregularis, vt hic & j̃. de ſenten.
2 excommuni. c.j. † Tertiò nota caſum reſeruatum Papæ, quia
ſolus poteſt abſoluere ab irregularitate, de quo vide plenè in
dicto c. j. & s̃. de cleri. excommuni. in c. clerici. Vltimò nota
quòd ſi a lege noua imponatur diuerſa pœna a lege antiqua,
non videtur pœnam antiquam tollere, ſed potius accumula-
re, facit gloſ. in c. licet canon. s̃. de electio. eodem lib. de quo
plenè per Barto. in l. j. ff. vi bono. rapt. & per Barto. in l. in
eum. C. de furtis. In gloſſa in ver. diuinis. in princi.nota iun-
cto tex. quòd ſuſpēſus non ſolùm incurreret irregularitatem,
ſi miſſam celebrat, ſed etiam ſi alia diuina officia dicat vt
prius. putà veſperas, vel matutinum ſecundum Ioan. Andre.
hic, & in dicto c. ſi clerici. & facit tex. in c. 2. de cleri. excom-
mu. & qualiter dicatur quis ſe ingerere in diuinis, hic per Ar-
chidiaco. & Ioan.Andre. & in c. fi. s̃. de excēſ. prælato.& per
Docto. in dicto c. 2. & c. illud. eodem titu. & ibi an incurrat
quis irregularitatem audiendo diuina. de quo per gloſ. ſingu.
in ver. celebrari. in clemen. 2. de priuilegijs. tenentem quòd
non priuatè tamen & non officiando ſuſpenſus,& excommu
nicatus, & quilibet tenetur dicere officium & horas ſuas ſe-
cundum gloſ.nota.28.diſtin.presbyterorum.& hic per Archi-
3 diaco. † In gloſ. in ver. irregularitatis. in fi.Quid autem ſit ir-
a regularitas [a] hic per Archidiaco. & Innocen. in c. niſi. §. per-
ſonæ. s̃. de renuncia. & clarius per Specula. in titu.2. de lega-
to. §.iuxta propoſitionis. in princip. Et an & quando ſuſpen-
b ſus [b] ſi ingerit ſe in diuinis irregularitatem incurrat.conclude
4 † quòd aliquando quis eſt ſuſpenſus a Deo, quia quilibet con-
ſtitutus in peccato mortali eſt ſuſpenſus, quo ad ſe quantum
ad Deum, vt in c.fi. s̃. de cleri. excommuni. & talis ſi celebrat
non eſt irregularis, vt dicto c.fi. quòd tamen limita niſi tale ſit
crimen,quòd etiam peracta pęnitentia impedit executionem
ordinis, vt patet in c.inquiſitionis. s̃. de accuſa. & in c. fi. s̃. de
tempo. ordi. quo caſu celebrando incurreret irregularitatem,
vt j. q. j. ſacramenta. Aliquando quis eſt ſuſpenſus a Deo, &
a canone propter crimen. & ſi eſt ſuſpenſus tantum quo ad
alios,vt quia alijs interdicitur,ne audiant diuina ab eo.& talis
celebrans non ſit irregularis ſm Inno.in c.j.s̃.de cle.pere. Si ve
rò eſt ſuſpenſus ēt quo ad ſe,& ſi eſt ſuſpēſio minor, & non in
currit irregularitatem ſi celebrat vt d.c.fi. Si verò inducitur ſu
ſpenſio propter infamiam delicti,& ſcandalū,vt ſunt illi quo-
rum crimina ſunt notoria,vt in c.fi.de cohabi. cleri. & in c.ex
literis.s̃.de homici.& tales celebrando non fiunt irregulares,
cum nō reperiatur in iure expreſſum,vt in c.is qui.j̃. de ſen.ex
com.ſm Inno.& in d.c.fi.inferentem ex hoc, ꝙ notorius cōcu
binarius vel notorius fornicator ſi celebrat,non ſit irregularis
& idem tenuit in c.tanta.s̃.de exce.præla.Sed gl. tenuit ɔ̃rium.
50.diſt.peruenit.& idem Hoſt.Ioan.An. & Do. Pe.in d.c.fi.de
quo ibi plenè per do. Ant.& per Inn. in c.venerabili.s̃.de ſen.
excom.& in c.veſtra.s̃.de cohab.cleri.Aliquando ſuſpenſio in
ducitur propter ipſum crimen quo caſu Archi.hic tenet,quòd
tunc incurrit irregularitatem,quando canon hoc exprimit ſi-
cut eſt hic,per tex.in d.c.is qui.Sed Ioan.And. concludit ꝙ om
ni caſu ſuſpenſus ab officio ſi ingerit ſe in diuinis,incurrat irre
gularitatē.& hoc ꝑ tex.hic,& in d.c.j.ibi iuxta canonicas ſan-
ctiones. & ſic loquit̄ tex. declaratiuè.ergo ēt in alijs caſib. vbi
ius

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Quid autem ſit irregularitas.Adde Inno.in c.2.& in c.ſi celebrat.de cle.excom.& per Car.Zaba in cle.j.in 15.q.de homic.
Vinc.Gode.Quod dicatur irregularitas.Ludo Mantal.in trac.de reproba.ſen. Pila.q.2.nu.35. quòd habetur in lib. 12.trac.fol.71.
b Nico. Superan. Suſpenſus ſi ingerit ſe in diuinis. Adde gloſſam in c.is cui. de ſenten. excommuni. lib.6.& per Rotam in titu.de ſenten excommu.deciſio, 3.in antiquis.

ius in specie hoc non exprimeret. & sic non obstat dictū c. is
qui. cum satis reperiatur hoc expressum hic & in dicto c. j. &
ita declaratur hic alios canones hoc velle. & facit c.2.s̃. de cle-
ri. excommuni. & ita sequuntur Docto. Et prædicta proce-
dunt etiam in constituto in minoribus ordinibus secundum
Innocen. & Ioannem Andr. in dicto c. tanta. cum & talis pos-
sit degradari, vt nota. in dicto c. degradatio. j̃. de pœnis. Item
procedunt in suspenso a canone secundum Ioan. Andr. & for-
tius in suspenso ab homine, vt in c. penulti. s̃. de cleri. excom-
muni. quod tamen fallit, nisi quis esset suspensus a confessore
in pœnitentia, quia celebrans tali suspensione durante non
est irregularis secundum Innocen. in dicto c. fi. Sed quæritur
primò quid de his, qui receperunt ordines a non suo Episco-
po, quia sunt suspensi ab executione ordinum. An si durante
tali suspensione celebrant in diuinis, incurrant irregularita-
tem. glos. in versi. statuunt. in cap. eos. s̃. de tempo. ordin. eo-
dem libro, tenet quòd non. & idem Ioan. Andre. in cap. quod
translationem. eodem titulo. & ratio est quia talis est suspen-
sus a iure quo ad se, non quo ad alios. vnde si celebrat, non in-
currit irregularitatem, vt dicto c. fin. Secundò quæritur, quid
de ordinato ante legitimam ætatem, quo casu est suspensus
ab executione ordinis vsque ad legitimam ætatem, vt s̃. de
tempo. ordinan. vel non est. an si interim celebret incurrat
irregularitatem. & videtur quòd non, ex quo est suspensus a
canone quo ad se non quo ad alios. & non inuenitur iure ex-
pressum de irregularitate vt dicto c. his qui. Tertiò quæritur,
quid de Episcopo ordinante clericos alterius diœcesis sine li-
teris proprij Episcopi quo casu incurrit suspensionem a col-
latione ordinum vt dicto c. eos. Et eodem modo incurrit su-
spensionem Episcopus, qui ordinat aliquem ante legitimam
ætatem, vt dicto c. vel non est. an Episcopus suspensione du-
rante si celebrat, incurrat irregularitatem dictis casibus. Spe-
cula. in titulo 2. §. iusta. versi. quod si quis. videtur velle quòd
non. & idem videtur tenere Domini. in dicto c. eos. Sed ad-
uerte, quia circa tres casus s̃. expressos facit dubium, quod di-
cit Ioannes Andre. hic volens per hunc text. quòd omni casu
quando suspensio inducitur a canone propter crimen, sicut
videtur esse in casibus prædictis, incurratur irregularitas, si
ingerat se in diuinis, quod autem sit propter crimen, patet.
quia delinquunt contra prohibitionem canonis, vt est dictum
s̃. in ver. damnabiliter. ideo cogita. & facit glos. in c. 2. j̃. de
censibus. in ver. suspensos. Quando autem suspensio non
inducitur a iure propter delictum personæ, sed propter defe-
ctum, vt sunt illegitimi, & corpore vitiati, & tales non incur-
rerent irregularitatem secundum Innocen. in dicto cap. fin.
5 † Quartò quæritur, quid de suspenso ad tempus incertum,
putà donec satisfaciat, vel donec pœniteat dic quòd si talis
est suspensus ab homine iudicialiter, fiet irregularis interim
celebrando in diuinis secundum domi. Anto. in dicto c. fi. &
ita procedat vna opinio Innocen. ibi. secus si extra iudicium,
secundum domi. Anto. ibi dicentem quòd ita procedat alia
opinio Innocen. ibi dummodo non sit suspensus pro tali cau-
sa, quæ a iure communi ab ipsa causa induceretur suspensio.
Si verò suspensio inducatur a iure modo prædicto, an si cele-
brat interim sit irregularis, sunt opiniones de quibus per In-
nocen. & Docto. in dicto c. fin. & hic per Domini. glos. ta-
men notabilis & singula. in ver. suspensos. in c. 2. j̃. de censi-
bus. tenuit quòd fiat irregularis dictis casibus, de quo ibi per
6 Docto. † Quintò quæritur, quid in suspenso a beneficio [a] an
a si celebrat, incurrat irregularitatem. glos. notabi. in c. latores.
s̃. de cleri. excommuni. tenet quòd non. & idem Innocen. in c.
nisi cum pridem. de renuncia. & vide quod no. in dicto §. cæ-
terum. In glossa in ver. per summum. in fi. idem dicit hic In-
nocē. de corpore vitiatis, & illegitimè natis, & bigamis etiam
pœnitentibus, & ita seruat curia Roma. secundum Ioan. And.
vt solus Papa absoluat.

ADDITIO.

a Nic. Sup. In suspenso a beneficio. Adde Inno. in c. si celebrat. in gl. sua. de cler. exco. mi. Zenze. in cle. 2. de vi. & hone. cleri.
Vin. God. Suspensus a beneficio an debeat sibi concedi modica sustentatio Fely. in c. apostolicæ. col. 5. ver. modica sustentatio. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Imperator potest excommunicari per Papam, imò per suum Episcopum.*
2 *Pax potest tractari per nuncios, tamen requiritur mandatum speciale.*
3 *Concilij conuocatio spectat ad Papam.*
4 *Princeps mouens bellum iniustum tenetur damna resarcire læsis ex tali bello.*
5 *Pax facta cum principali an extendatur ad adhærentes.*
6 *Papæ creditur non solùm de gestis in papatu, sed etiam de gestis ante papatum.*

CAP. II.


D apostolicæ. Papa ex legitimis causis
Imperatorem deponere
1 potest. hoc dicit. † Nota primò Imperatorem pos-
a se excommunicari [a] per Papam imò etiam per suū
Episcopum. 96. distin. duo. & s̃. de offic. ordina. c. j. Secun-
dò nota ibi magnæ autoritatis præsumendum esse pro amba-
siatoribus, vt sint magnæ autoritatis & idonei ad illud nego-
tium tractandum, de quo etiam vide tex. notabi. in epistola in
2 ter claras. in fi. in proœmio. C. & ibi per Bald. † Tertiò nota ibi
tractare pacem, quòd pax potest tractari per nuncios & procu
ratores, requiritur tamen speciale mandatum, vt hic proba-
tur. & per Specula. in titu. de treu. & pace. versi. hoc quoque.
& de procurato. §. j. ver. vt opponitur. & tenet hic Pet. de An-
chara. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscriptio.
3 † Quartò nota ibi vocari quòd conuocatio concilij spectat ad
Papam, de quo plenè. 18. distin. per totum. & ad concilium vo-
cari debent non solum prælati, sed etiam Reges & Principes
sæculares, vt hic in tex. Quintò nota ibi de concilio concilij
quòd concilium generale non habet autoritatem contra Pa-
pam sed potius eidem assistit tanquam consilium prȩstans, &
de honestate Papa tenetur requirere hoc cōcilium, vt dicit hic
Io. An. & patet s̃. in j. gl. quod sine dubio procedit, quando tra-
ctaretur de facto alterius, aliàs si de facto ipsius Papæ, vt quia
diceretur hȩreticus, tunc concilium est maius Papa vt 40. dist.
si Papa. per Arc. j̃. de hȩreticis. in fidei. Sextò no. ibi suisq; supe
riorem agere posse pro iniurijs illatis suis subditis s̃m Arch. de
quo in c. autoritate. j̃. de priuilegijs. & in c. dilectus. s̃. de appel.
4 † Septimò tene mēti ibi satisfactionem &c. quòd superior mo
uens guerram iniustam obligatus est ad satisfactionem omni-
bus læsis ex tali guerra, secus si esset guerra iusta vt in c. sicut s̃.
de iureiurando. & ibi per Innoc. & Docto. nec potest superior
in confȩderatione pacis remittere damna, & iniurias suorum
subditorum secundum glo. & Bal. in l. venia. C. de in ius vo. &
5 vide in c. in nostra. j̃. de iniurijs. † Vltimò nota quòd pace facta
cum eo, qui est principalis guerræ, non extenditur ad adhæ-
rentes, nisi de eis fiat specialis mentio secundum Pe. de Anch.
& Domi. de quo per Barto. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus.
ff. de verbo. obligatio. & no. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pa
ctis. Quando autem in pace esset facta promissio pro se & suis
adhærentibus, qualiter intelligatur per Bal. in l. fi. circa fi. C. de
ȩdil. ȩdic. In glo. j. ibi præsente, non dicit approbante. sic s̃. de
senten. excommu. sacro. & hoc ne forsan aliquis crederet sine
approbatione concilij Papam non posse deponere Imperato
rem, ideo in §. nos itaque. j̃. dicit deliberatione præhabita. di-
xit tamen Archidia. in c. quàmuis. s̃. de offi. ordi. eo. lib. ꝙ debet
Papa requirere concilium præcipuè in arduis, & maximè Car
dinalium, de quo per Ioan. And. in c. super eo. j̃. de hæreticis. &
vide ibi dicta, & quod no. in c. ex gest. s̃. de cleri. non residen.
Et refert hic Io. And. ꝙ in isto concilio quidam Episcopus fuit
consultus de quatuor. Et primò de potentia deponendi. Secun
dò an sit iusta causa deponendi solus cōtemptus clauium. Ter-
tiò an sit iusta causa sola deprȩdatio prælatorum. Quartò an sit
iusta causa fractio pacis firmatæ per iuramentum. Et respon-
dit ad primum, quòd Imperator potest deponi quando delin-
quit in grauibus, si est incorrigibilis, maximè si ecclesia scan-
dalizatur, vt not. in dicto c. si Papa. & quia si potest deponere
b Regem Francorum, [b] quem non coronat, nec examinat, vt 96.
distin. duo sunt. & c. Imperator. fortius Imperatorem, quem
coronat. De secundo & tertio dicit sufficere per plura iura de
quibus hic per Ioan. Andr. Sufficit etiam quartum per c. qui
contra pacem. 24. q. j. & si diceretur, quòd tantus Princeps
deponi non debuit non citatus, respondetur per c. de mani-
festa. 2. q. j. & s̃. de appellatio. cum sit. in fine. quia notoria
erant eius crimina, vt hic per Ioan. Andre. Dubium tamen
facit glos. in c. ad nostram. el 2. s̃. de iureiuran. quia etiam in
notorijs requiritur citatio, de quo ibi per Doct. & in d. c. cum
sit. In glo. in ver. anathematis. in fi. & in c. debent. & vide in c.
cum non ab homine. & ibi per Io. An. s̃. de iud. & in cle. si quis
sua.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Imperatorem posse excommunicari. Adde quod talis potest deponi per Papam, vt est glo. in c. si Papa. 40. dist.
b Nic. Sup. Deponere Regem Francorum. Adde tex. in c. alius. 15. q. 6.
Vinc. God. Nota quòd Papa non præsumitur vt contra iustitiam velit procedere. Ruy. consi. 56. nu. 11. lib. 5.

suadente. ver. & quia. de pœnis. In glos. in ver. proponatur. in fi. vide nota.in clementi.prima,de probatio. & per Specul. in titu. 2. §. sequitur. ver. quid si delegati. & glos. singu. in c.
6 sicut. s. de senten. excommu. † In glossa in ver. promisissent.
a in fi.tene menti,quòd creditur dicto Papæ [a] non solùm de gestis, dum est Papa, sed etiam de gestis per eum ante papatum, si de his attestatur dum est Papa. & ita ampliatur text. in clementi. j. de probatio. & idem voluit glos. in c. j. hic allega. & ita consuluit Imo. & Domini. vt hic per eum. In glos. in ver. ecclesiæ.in fi. no.ex glo.non sufficere offerre se verbaliter paratum aliquid facere, quando quis est obligatus ad aliquid faciendum, nisi actualiter faciat, de quo per glo. notabi. in ver. contempserint in c. cupientes. §. si verò. de electio.eo.lib. & per Imo.in l.si mora.ff.solu. matrimo.

ADDITIO.

a Nico.Superan. Quod creditur dicto Papæ. Adde tex.in clemen.j.de reliq. & ve.san.

Vinc. God. Adde Papa attestante de his quæ gessit, vel notitiam habuit ante papatum,ꝙ ei sit credendum.Ruy.consi.215.nu.24. lib.j.

SVMMARIVM.

1 *Cætera, hæc dictio extensè scripta quid importat.*
2 *Crimina sunt quatuor, propter quæ Imperator deponi potest.*
3 *Periurium totiens quis committit, quotiens venit contra iuramentum.*
4 *Verba plura si dicantur vna vice, an sint plures iniuriæ vel vna tantum.*
5 *Feudatarius licèt habeat vtile dominium, non tamen potest subditos malè tractare neque feudum dissipare.*
6 *Vasallus potest astringi ad soluendum pensionem annuam domino pro feudo.*
7 *Imperator an habeat ordinem diaconalem, & an poßit legere euangelium in vestibus diaconalibus.*

1 Sed licèt. Nota primò ibi de cęteris de hac dictione cętera,extensè scripta, de quo plenè per Barto. in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu. & per Domi. Anto. s. de offic. delega. suspicionis. & per Specula.in ti-
2 tu. de instru. edit. §. ostensum. versi. sed nunquid. † Secundò nota ibi quatuor crimina grauissima, ex quibus Imperator potest deponi quod inducit Domini. ad statuta facientia mentionem de grauissimis delictis, & sic periurium est crimen grauissimum, vt 22. q. j. c. fi. Ex quo videtur, quòd ratione periurij possit Imperator deponi, sicut deponi posset Episcopus ab
3 episcopatu in c. in nostra. de procura. † Quartò nota ibi multiens quòd totiens dicitur quis committere periurium,quotiens venit contra iuramẽtum diuersis tamen vicibus & temporibus. Si verò esset continuatio temporis,quia eodem tempore pluries iurauit, tunc ratione cõtinuationis dicitur vnum delictum, & si pluries committatur, & ita procedit text. in c. cum haberet.de eo, qui duxit in ma. vbi text. dicit periurio, & non periurijs.& hoc ideo quia erat delictum continuatum pro quo glossa notabilis in l.penulti. ff. de actio.& obligatio.
4 † Quid autem sit in verbis iniuriosis,si eodem tempore dicantur plura verba iniuriosa, an sit vna iniuria vel tot, quot sunt diuersa verba iniuriosa,per Barto. in l. item apud. §. j. ff.de iniurijs.tenentem quòd sit vna iniuria, vt ibi per eum. Quid autem si eodem continuato tempore quis pluries adulteratur, an dicatur vnum, vel plura adulteria, vide in glossa notabi. 6. q. j. imitare. Et vide etiam text. notabilem in c. cum pro causa. s. de senten. excommunica. quòd si pluries quis verberat clericum cõtinuato tamen tempore quod nõ incidit nisi vnam sententiam excommunicationis licèt verbera fuerint plura. & ad materiam vide in c.j.& ibi per glossam in c.j.de pœnis. & singul. per Barto. in l. inficiendo. §. infans. ff. de furtis. & per Bald. in l.quicunque. C. de seruis fugiti. & per Specula.in titulo de sententia. §. species autem. versicu. sed pone in statuto. Quartò nota ibi patrimonium Beati Petri quòd regnum
a Siciliæ est de patrimonio Beati Petri [a] & homines regni Sici-
5 liæ sunt vasalli Romanæ ecclesiæ, vt j. dicetur in tex. † Quintò nota ibi seruitutem, quòd licèt feudatarius habet vtile dominium, & sit licitum sibi vti re feudali non potest tamen subditos duriori seruitio afficere nec rem feudalem dissipare, vel deteriorare, sicut dicitur in vsufructuario, vt l. æquissimum. §. j. & 2. ff. de vsufruc. & in c. j. §. si quid ergo. vsque in fi. de inuestitura de re aliena facta. secundum Innocen. & Ioan.
6 Andre. † Vltimo nota quòd vasallus potest astringi ad soluendum domino annuam pensionem ratione feudi. imò videtur probare singu. iste text. quòd si cessat in solutione per nouem annos, quod sit iusta causa, vt possit feudo priuari. & ita probatur hic iuncta glossa notabili. in ver. reprehendi. licèt in re emphyteutica sufficiat biennium, vt in c. potuit,de locato. & ipso iure res incidit in commissum, in feudatario,tamen secus quia feudum non reincidit, quantumcunque vasallus differat per multos annos, licèt ex dicta causa bene possit feudo priuari per sententiam, vt est hic, & ita istam differentiam sentit glos. relata ad text. hic in ver. nouem annos, sicut aliàs voluit glos. fin. in c. consti. s. de religio. domibus. in contractu censuali,quòd etiam si per 40.annos non soluatur census,non priuatur propter hoc dominio, licèt bene possit cogi ad soluendum. de quo ibi per Docto. In glos. in ver. grauissimis. in princip. vide nota.per Hostien. & Docto. in c. venerabilem. s. de elect. Et nota ex glos. quod in prælatis, & clericis, omne magnum peccatum dicitur esse dignum depositione, ex facilioribus tamen causis remouentur regulares prælati quàm sæculares, vt in c. qualiter. el 2. in fine.s. de accusatio.&
7 per Docto. in c. at si clerici. de iudi. † In eadem glos. in fi.nota glossam contra eos, qui dicunt Imperatorem habere ordinem diaconalem,quia si hoc esset,posset administrare sacramenta, quæ potest diaconus, & tamen non est verum, vt patet in glo. posset tamen legere euangelium in apparatu diaconali, vt no. per glos. 63. distin. Valentinianus. & hic per Domini. de quo plenius vide per Specula. in titu. de legato. §. nunc ostendendum.versi.39. In glos. in ver. pacem. in fi. tene menti ex glos. quæ est causa, quare non est pax inter homines, & refert hic Domi.quòd Deus de ordinata potestate non posset pacem firmare in mundo, quia cum diuersi sint animi gentium talis diuersitas dissensiones & guerras inducit, & has diuersas voluntates Deus de ordinata potestate tollere non posset. In glo.in ver.sacrilegium.in fi.vide.17.q.4.sacrilegium. & ibi per Archi. & per Inno.in d.c.cum pro causa.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Siciliæ regnum est de patrimonio beati Petri.Adde c.mandata.& ibi Docto.de præscrip.Docto.in c.j.in 94.distin.Docto.in clementi. Romani. de iureiuran.

Vin.God. Ita etiam dicit Berta.in trac.de gabel.seu vectigal.in j.parte,nu.10. quod habetur in lib.3.trac.fol.5.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates sæculares poßunt plures simul teneri absque dispensatione.*
2 *Dignitas dicitur vacare eoipso ꝙ sententia depositionis est lata, & possunt electores eligere.*
3 *Iudex proferens sententiam quibus verbis debet vti.*
4 *Electio Imperatoris ad quos spectat.*

1 Nos itaque. † Nota primò, ibi regnis, scilicet regno Hierosolimitano & Siciliæ secundum Ioan. Andre. Ex quo infertur, quòd dignitates sæculares possunt de iure simul plures teneri absque alia dispensatione, licèt secus sit in ecclesiasticis, de quo in c.j. s. de consuetudi.co. lib. & in c. de multa, de præbend. Secundò nota ibi ostendimus,quòd Iudex in eadem sententia potest accumulare verba declaratiua, & verba dispositiua, seu priuatiua, de quo in c. constitutus. s. de restitu. in integ. & hic per Pet. de Anchara. Tertiò nota ibi,absolutiones,secundum Domi. quòd eo quod quis est depositus a dignitate feudali, tunc vasalli, qui eidem iurauerunt, censentur absoluti a iuramento fidelitatis. Sed Pet. de Anchara. hic, contra per hunc tex. cum Papa hic post sentẽtiam priuationis eos absoluat. ergo datur intelligi, quòd aliàs absoluti non essent. Sed certè text. hic non obstat, dum dicit absolutiones. nam debet intelligi, scilicet sententiando, & priuando. & cum hoc Papa statuat de iure communi.Ergo facit ius quo ad omnes, vt omni casu quo quis est depositus a dignitate feudali, tunc eius vasalli sint absoluti a iuramento
2 fidelitatis.facit dictum c. venerabilem. † Quartò nota ibi eligunt, quòd dignitas dicitur vacare, & fieri potest alia electio eoipso quòd est lata sentẽtia depositionis contra obtinentem illam dignitatem, in tantum quod statim possint electores procedere ad electionem, de quo in c. ad petitionem. & ca. qualiter. el secondo,de accusa.& hic per Pet. de Anchara. ponentem quid in alijs iuribus corporalibus an possit, qui obtinuit sententiam statim vti, de quo in c. cum nostris. s. de concessio. præbendæ. & in l. qui restituere. s. de rei vendica. Vltimò nota in fi.quòd feudatario priuato per sententiam vel ipso iure feudi statim feudum, & eius prouisio redit ad dominum, sicut patet hic in feudo regni Siciliæ cuius prouisio spectat ad Papam. Et intellige prædicta in feudo competente alicui nomine proprio,secus si sub nomine dignitatis,quia tunc ipso priuato transiret feudum ad successorem in dignitate, vt in 10.col. de capitulis Conradi.& not.in c. cum venissent.s.de

3 inſtitu. † In gloſ. in verbo priuamus. in principio nota iuncto
tex. quòd Iudex qui ſententiam profert, non debet vti verbis
narratiuis de præterito, ſed diſpoſitiuis de præſenti. & vide per
Ioan. And. in c. quoniam contra. ſ. de probatio. & in c. Abba-
te. ſ. de verb. ſigni. ſuper glo. ex hoc. in fi. & ibi per Innocen. in
princip. ſuper quo Imo. & Domini. concludunt, quòd ſi ſen-
tentia fertur a Papa valet, etiam ſi verba ſint de præterito reci-
tatoria in facto proprio, cum ei credatur, vt in clementina. j.
de probatio. Si verò eſt ſententia inferioris iudicis, tunc in his
quæ ſunt leuis præiudicij ſpectantibus ad officium iudicis cre
ditur verbis de præterito etiam aſſertiuis. 11. q. 3. curæ. & j. de
ſenten. excommuni. c. j. & hoc quando agitur de præiudicio
tertij, ſed ſi agatur inter partem & iudicem, & non creditur
niſi aliter appareat, vt no. in c. decernimus. in verbo excom-
municationis. j. de ſenten. excommu. In alijs verò, quæ eſſent
grauis præiudicij, vel quę non ſpectant ad officium iudicis,
nunquam creditur, vt no. in dicto c. quoniam contra. & in c. j.
4 ſ. de fide inſtrumen. † In glo. in ver. illi. in princip. tene men-
ti gloſ. ordi. ponentem, ad quos ſpectat electio Imperatoris.
dicit hic Ioan. Andre. quòd iſtis electoribus laicis electio ſpe-
ctat de iure, & clericis de conſuetudine antiqua, vt dicto c. per
venerabilem. quæ conſuetudo fuit introducta propter feuda,
quæ ab imperio tenent, de quo in clem. j. ne Romani. in prin.
de iureiu. vbi patet quòd poteſtas horum electorum ab eccle-
ſia proceſſit, vt hic refert Domi. In gloſ. fi. in fi. no. ex glo. ſe-
cundum Domi. quod vbi alicui competit poteſtas exercendi
actum ſimpliciter, non cenſetur contumax ſeu negligens ipſe
talis debens exercere, ſi hoc non facit, cum poteſt, ideo eſt cau
tela quòd a ſuperiore aſſignetur terminus, quia elapſo tali ter
mino datur poſtea negligentia, de quo in c. ex parte. ſ. de con-
ceſ. præben. & in c. extirpandæ. §. quia verò. ſ. de præben.

SVMMARIVM.

1 *Libellus prælati dicentis ſe agere pro ſe & nomine conuentus, an procedat.*
2 *Res ſi petatur, quando locus eſt certus, poteſt peti abſque expreſſione confinium.*
3 *Concluſio libelli petentis rem ſibi adiudicari procedit in reali.*
4 *Libellus an procedat dicēdo rem ad ſe pertinere ratione dominij, vel quaſi, & quæ requirantur in Publiciana.*
5 *Agens duabus actionibus ſi ſuccumbat in vna, an poſſit redire ad aliam.*
6 *Authentica, malæ fidei. an habeat locum in Publiciana.*
7 *Libellus alternatiuus an & quando procedat.*
8 *Publiciana non quæritur eccleſiæ ſi tradens non erat dominus.*

CAP. III.

1 ABbate ſanè. † Nota primo procedere libel-
lum in quo agitur per præla-
tum pro ſe & nomine conuentus, licèt non dica-
tur, quòd agatur nomine eccleſiæ, de quo in c. lite-
2 ræ. ſ. de dila. & in c. ex literis. de proba. † Secundò no. ꝙ quan-
do locus eſt certus procedit libellus in reali, ſi petatur res abſ-
que expreſſione confinium. facit gloſ. in l. hac conſul. C. qui
teſta. Aliàs verò res eſſet declaranda per confines. ff. de rei ven
di. l. ſi in rem. & ſufficiunt duo confines, vt l. forma. ff. de cen-
ſib. & ibi per Barto. & no. in c. cum ad ſedem. ſ. de reſtitu. ſpo-
liato. in gloſ. 2. & per Ioan. And. in c. ſignificantibus. de libe.
obla. Et an valeat contractus ſine appoſitione confinium. vi-
de in d. l. forma. & per glo. in l. Titia. la 2. ff. de contrahen. em-
3 ptio. † Tertiò no. ꝙ in reali procedit in libello concluſio peten-
do rem ſibi adiudicari. quod ideo eſt, quia videtur tunc petere
iudicari ad ſe ſpectare ſecundum Ioan. Mona. & Archid. ideo
dicebat Bal. per hunc tex. in l. conſentaneum. C. quomodo, &
quando iudex. in princi. quod in libello rei vendica. ſufficit nar
ratiuè dicere dico rem ad me pertinere iure dominij, vel qua-
ſi, licèt in concluſione non repetantur illa verba, peto me de-
clarari dominum vel quaſi, dummodo ſimilia, vel æquipollen-
tia verba ponantur, vt hic in tex. & debet etiam petere rem ſi-
bi reſtitui, vt ſ. de fide inſtrumen. inter dilectos. & per Ioan.
Andre. in ver. reſtitui. in c. 2. ſ. de dolo & contu. & de his per
gloſ. & Barto. in l. j. circa princip. ff. de edendo. In glo. 2. in fi.
vide quod no. in c. præſentium. in 3. gloſ. ſ. de teſtibus. eodem
libro. & ibi per Ioan. And. & in c. edoceri, hic alleg. & hic di-
centem, quòd hoc ideo agitur per prælatum pro ſe & conuen-
tu, quia locus petitus communiter pertinebat ad ipſum præla-
tum & conuentum, & quia ſecurius agitur quando agunt ſi-
mul de proprijs, vt in c. cauſam. de iudi. licèt quilibet pro ſuis
agere poſſit, vnde prælatus quandoq; agit pro ſe. & ſuo ꝯuen-
tu, vt hic. Quandoque nomine ſui monaſterij. ſ. de fide inſtru-
men. inter dilectos. in princi. & propriè debet ita agi cum prę-
lati ſint procuratores, & non domini, vt in c. 2. ſ. de dona. Poſ-
ſet etiam ipſe prælatus ſimpliciter agere, vt in c. veniens. &
c. auditis. ſ. de præſcrip. ſecundum Ioan. And. Et aduerte quia
a licet prelatus [a] poſſit ſolus agere ſine conuentu in bonis pro-
prijs vel communibus, vt ſ. niſi eſſent cauſæ arduæ vt not. in
dicto c. edoceri. tamen ſolus conuentus abſque prælato non
poterit, vt no. in dicto c. cauſam. & hoc niſi ageret pro ſuis bo-
nis, vt ſ. & vide per Specula. in titulo de actore. §. item obijci-
4 tur. & per Lap. in allega. 50. & 51. † In gloſ. magna in princip.
tene menti gloſ. ordi. ponentem, an procedat libellus dicen-
do rem ad ſe pertinere iure dominij, vel quaſi, & quæ requi-
rantur de neceſſitate in Publiciana. Et ad hanc gloſ. vide per
Barto. in l. Celſus. ff. de vſucap. & in l. rem quæ nobis. ff. de
acquiren. poſſeſ. & ibi qualiter probetur dominium. & per
Bald. in l. conuenticulam. C. de Epiſco. & cleri. & in l. iudi-
cia. C. de rei vendica. & per Rotam in deciſi. 431. quæ incipit,
Item ſi vendico caſtrum. & per Barto. & Bald. in l. Titius. ff.
quibus mod. pignus. & in l. at qui natura. §. cum me abſente.
ff. de nego. geſt. In eadem gloſ. ibi quod præſumitur. nota ex
gloſ. quatuor, quæ requiruntur, vt competat actio Publicia-
b na. [b] Item requiritur quintum, quod traditio ſit facta a non do
mino, aliàs dominium eſſet tranſlatum, & Publiciana non
competeret, vt l. j. ff. de Publicia. Et ex iſtis quinque ipſi agen
ti duo ſunt difficilia ad probandum, ſcilicet titulus, & traditio.
Reliqua verò cum conſiſtant in animo agentis, probantur per
iuramentum, vt per gloſ. Inſtit. de act. §. aliæ. ſecundum Do-
mini. & per Bald. in l. j. C. ſi plu. vna ſententia. & vide per An-
ge. in l. eum qui. §. Publiciana. ff. de Publicia. dicentem inter
alia, quòd licèt bona fides præſumatur ex titulo probato, vt
per Ioan. And. in c. 2. ſ. de reſtitutio. in integ. & per Barto. in l.
Celſus. ff. de vſucap. & per Cyn. in l. ſuper longi. C. de præ-
ſcript. longi temporis, tamen requiritur neceſſariò quòd bo-
na fides ſit ſaltem allegata, aliàs ſuccumbit agens ſecūdum An
ge. ibi, quia præſumptio debet allegari, vt in l. ſi adulterium
cum inceſtu. ff. de adulterijs. & facit quod dicit Barto. in l. cum
quid. in fi. ff. ſi certum petatur. Quid autem ſi quis ſimpliciter
petit rem ad ſe pertinere iure dominij, an verificetur tam in
dominio directo quàm in vtili, vide in l. j. §. qui in perpetuū. ff.
ſi ager vectigalis. & plenè per Imol. in l. quod Principi. ff. de
5 aqua pluuia arcen. † In eadem glo. ibi. C. de iud. l. licet. nota ex
glo. ꝙ agens ſimul duabus actionibus ſi in vna ſuccumbit, po-
terit alteram intentare. facit. l. minor. & ibi glo. ff. de euictio. in
tellige quando alteram tantum fuit proſecutus, & proſecutio
fuit ſpecialis, quia tunc in altera non proſecuta non obſtaret
exceptio. & ita ſentit gl. hic, aliàs verò ſi ex proſecutione non
poſſet diſcerni, vt quia ſimpliciter dicat rem ad ſe pertinere, vt
l. pertinere. ff. de verb. ſignifica. tunc ſecus eſſet ſecundum Bar.
in l. & eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & per Bal. in d. l.
minor. & per Spe. in tit. de actione & petitione. §. ſequitur. ver.
6 quid ſi primo. & hic per Domini. † In eadem glo. ibi hoc ergo
non vetat. no. ex gl. limita. ad authen. malæ fidei. hic alle. quod
licèt habeat locum quo ad præſcriptio. tamen non habet lo-
cum quo ad Publicianam, quia non procedunt a pari præſcri-
ptio & Publiciana, vt per Bal. in dicta l. j. Secundò limita dictā
authen. non habere locum quo ad præſcriptio. longiſſimi tem
poris, vt hic in gloſ. & ibi nota. Tertiò limita non habere lo-
cum quando dominus alienaret in fraudem creditorum licèt
mala fide ſecundum Spe. in ti. de pręſcriptionibus, ad fi. & ibi
per Ioan. An. in addi. Quartò limita non habere locum in prę-
ſcrip. in qua ſufficeret bona fides per nota. in reg. cum quis. j.
7 eo. lib. & vide tres alias limitationes per Ang. in d. authen. † In
eadem glo. ibi hoc etiam notat Gul. in Spe. & Ioan. Mona. hic
& Archid. 3. q. 3. offeratur. vbi dicit, ꝙ regulariter libellus non
debet formari alternatiuè, vel conditionaliter, licèt aliquando
procedat vt no. in c. Raynutius. de teſtamentis. & in c. cum di-
lecti. ſ. de emptio. & venditio. & per Bart. in l. j. ff. quorum leg.
Et nota ex glo. ꝙ talis libellus potius admittitur ex conſuetu-
dine q̃ de iure, vt patet, quia licèt rei vendicatio, & Publiciana
tendant ad eundem finē ſcilicet ad rem reſtituēdam, tñ in ori-
gine

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde ꝙ Prælatus non poteſt agere ſine conſenſu capituli in arduis
etiam ſi ſint bona diuiſa. Fely. in c. edoceri. col. 2. cum ſeq. de reſcrip.
b Vinc. Gode. Nota quòd actio Publiciana non datur, nec competit ex titulo
etiam apto ad transferendum dominium, ſi poſſeſſio tradita non fuit. Cor.
conſi. j. in præſenti, litera h. la 2. & conſi. 89. viſa. litera c. lib. 3. Nec datur con-
tra tit. poſſidentem. Ruy. conſi. 25. nu. 3. lib. 4. & non datur illi, qui non ceci-
dit a poſſeſſione. Ruy. conſi. 54. nu. 3. lib. 4.

gine sunt contrariæ, & incompassibiles, vt s. in princip. huius glo. & habens rei vendica. non habet Publicianam vel econtra, vt in dicta l. minor. & actor contraria allegare non possit, etiam si tendant ad eundem finem, vt in c. sollicitudinem. s. de appellatio. licèt aliud sit in reo, vt nota. in regula nullus in pluribus. j. eodem libro. & quod talis libellus solùm de consuetudine admittatur, tenuit glo. Institu. de act. §. j. & Barto. in dicto §. actiones. & Bald. in dicta l. edita. & in dicta l. j. & in l. j. C. de furtis. non tamen admitteretur talis libellus copulatiuè, licèt admittatur disiunctiuè, vt hic per Pet. de Ancha. & tenet Bald.
8 in l. j. ff. de Publiciana. † In glo. in verbo largitione ibi, vbi de hoc scilicet per Ioan. And. super glo. fi. tenendum, quod licèt ecclesiæ, vel ciuitati quæratur dominium sine traditione, si tradens erat dominus, tamen non quæritur Publiciana, si tradens non erat dominus, cum tale priuilegium non trahatur ad ecclesiam. & idem tenet hic Lapus, & Specula. in titulo de locato. §. nunc aliqua. versi. 58. & per Bald. in dicta l. prima. C. si plures vna sententia. licèt præcisè hic non firmet, & licèt Pet. de Anchara. hic dicat æquum esse, vt etiam ecclesiæ competat Publiciana, si habuit titulum ab eo, qui erat in possessione tempore, quo concessa fuit ecclesiæ. & ita sequitur hic Lap. & Dominicus. imò Bald. in dicta l. finali. tenuit hoc procedere de iure, vt ibi per eum. pro quo facit. l. j. & 2. & ibi per Barto. ff. de Publiciana. & idem notat Rota in dicta decisio. 178. quæ incipit, item quod. In eadem glos. in fi. & dicit hic Ioan. Andr. quod talem expressionem facere non tenebatur per no. s. de libel. obla. in c. 2. vt hic per eum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium quæritur ecclesiæ sine traditione, quando contractus est purus, secus si sit factus sub conditione.*
2 *Testator si mandat in suo fundo ædificari ecclesiam, an videatur donare totum fundum ecclesiæ.*
3 *Donatio facta monasterio quod nondum est, an valeat.*
4 *Res existentes apud hostes licèt non sint in nostro dominio, possunt tamen donari sub honesta conditione.*

Allegabatur autem. Præmitte iuncta glos. prima hic in ver. allegabatur. Pro intelligentia totius decretalis quod Rex Aragonum donauit hospitalarijs Sancti Ioan. castrum cum suis finibus, inter quos erat locus de Rosellis, qui tunc erat sub potestate infidelium, & fuit talis donatio sub conditione, si ad manus fidelium peruenerit: deinde mortuo Rege eius nepos, qui successit in regno, acquisiuit illa de manu infidelium, & donauit monasterio Populeti, volens quòd in loco de Benefazano ibi incluso ædificaretur vnum monasterium, tandem cum esset quæstio inter monasteri. de Benefazano & hospitalarios super loco de Rosellis, monasterium Populeti donauit locum de Rosellis monasterio de Benefazano, & super hoc vertitur
1 quæstio hic decisa secundum Domini. † Nota primò quòd licèt ecclesiæ quæratur dominium sine traditione, vt l. fi. C. de sacrosanc. eccle. tamen illud verum quando purè, secus si sub conditione sit factus contractus, quia tunc expectatur conditio, qua eueniente statim contractus habet effectum. facit. l. cedere diem. ff. de verborum significa. licitum est enim in rebus donatis ipsi ecclesiæ apponere conditionem, vt in c. ve-
2 rum. s. de conditio. apposi. † Secundò nota ibi nec pro eo &c. quod licèt quis donet alium certum locum vel castrum cum hoc, vt ibi ædificetur monasterium, non tamen propter hoc videtur monasterio ædificando donare totum illum locum, ex quo infertur, quòd si testator mandat in suo fundo ædificari ecclesiam, non tamen propter hoc videtur velle, quod totus ille fundus sit ecclesiæ secundum Domi. & ita tenuit Bald. per hunc tex. in l. j. C. si plures vna sententia. in antepenul. column. Sed Pet. de Anchara. hic contra per l. prædijs. §. balneas.
a & §. qui domum. ff. de leg. 3. ideo aduerte, quia aliud est quærere an vendito, seu donato fundo [a] videatur vendita, seu donata domus, vel palatium in eo existens vel econtra, tunc procedunt dicta iura, & quod nota. per Bald. in authen. alearum vsus. C. de religio. & in l. j. in principio. C. communia de legat. Et aliud est quærere an totus locus videatur donatus ecclesiæ ædificandæ, quo casu locum habet tex. hic, ipse tamen ædificans ecclesiam bene tenetur assignare congruam dotem. vt
3 per glos. & Docto. in c. cum sicut. s. de consec. ecclesiæ. † Vltimò nota, & ita allegatur quòd licèt quis in suo testamento possit relinquere, vt monasterium construatur, & legare bona monasterio construendo, vt in c. nos quidem. de testamentis. imò etiam possit hæres institui ecclesia construenda secundum Bart. in l. seruos. tamen secus est in donatione, quia non valet donatio facta monasterio construendo, vel alteri ecclesiæ, quæ nondum est. & ratio differentiæ, quia legatum non requirit præsentiam personæ, sed potest fieri absenti & ignoranti, vt in lege cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. secus in donatione, quia requirit præsentiam alicuius personæ saltem repræsentatæ, ideo est quòd ad pias causas non valeret donatio inter viuos facta absenti nemine pro illo recipiente, secundum glo. notabi. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & hanc rationem differentiæ assignat Bart. in l. seruos. ff. de alimen. leg. de quo tamen per glo. & Docto. in c. ad audientiam. el 2. s. de eccle. ædifi-
4 can. † In glos. in ver. allegabatur. in fi. scilicet quòd ideo talis donatio valuit, quia non fuit facta simpliciter, sed sub conditione licita, vt hic in tex. vnde not. quod licèt existentia apud hostes non sint in nostro commercio, tamen possunt donari sub conditione honesta, putà si ad manus fidelium peruenerint, vt hic, & per Bald. in dicta l. j. secus si conditio esset talis, quam inhonestum esset expectare in l. inter stipu. §. sacram. ff. de verbo. obliga. sicut etiam non possent talia donari, vel legari simpliciter & purè, vt in l. liber homo. hic allega. intellige, si talia semper fuerunt apud hostes, aliàs si semel fuissent apud fideles, licèt nunc sint apud hostes, possunt purè legari, donari, & stipulari propter spem postliminij, vt in l. id quod apud hostes. ff. de lega. j. & ibi per Barto. in dicta l. liber homo. idem tenentem, & dicentem ex hoc valuisse concessionem factam per Papam Regi Carolo, & successoribus de regno Hierusalem, quod regnum fuit semel Christianorum, vt per Bart. in d. l. liber homo. & in d. l. id quod. cuius dicta sequitur hic Domi. In glo. in verbo multum in fine. no. ex glo. practicam, quam seruare debet bonus aduocatus vt prius fundet iura sua, deinde impugnet iura aduersarij secundum Io. And. & facit s. de testibus. c. ex tenore. & de verbo. significatione. c. Abbate. In glo. in verbo, non valebat in fi. non obst. dicta l. si seruitus. in fi. ff. de seruitu. vrbanorum. & l. seruos. ff. de libe. cau. cum ibi non quæratur ius in re, sed tantum personalis obligatio secundum Innocen. & Ioan. And. de quo per glo. in dicta l. seruos. & in dicto c. ad audientiam. In glo. in ver. accidit. in fi. non obstat. l. si rem. §. fi. ff. de pignorati. quia loquitur in pignoratitia, quæ statim oritur ex conuentione, & statim nascitur cum de pignore conuenit, sed impeditur, quousque solutio pretij sit facta secundum Ioan. And. de quo j.

ADDITIO.

a Nic. Sup. An vendito seu donato fundo. Adde, an videatur venditum ius patronatus. vide per Archid in c. piæ mentis. 16. q. 7. in 2. col. in glo. & per Abb. in dispu. incip. Augerio. in 13. col.
Vin. God. Adde quòd donatio facta ecclesiæ nemine acceptante non valet. & licèt valeat vt pollicitatio, vel pactum, ex ea tamen non quæritur ius reale, sed solùm actio personalis. Ruy. consi. 37. nu. 14. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Quæsita in bello iusto efficiuntur acquirentis.*
2 *Res pertinentes ad regnum possunt donari sub cōditione, cum peruenerint ad regnum.*
3 *Reus qui desiit possidere, quando debeat absolui.*

1 Pro parte autem. † No. j. ibi propria. quòd quæsita ex bello iusto efficiuntur ac-
a quirentis, [a] de quo in c. olim. el primo. s. de restit. spoliato. & in l. hostes. ff. de captiuis. Secundò nota quando sit, quòd ius superueniens actori pendente iudicio sibi prosit, de quo j. In gl. in ver. per partem ibi maximè no. pro eo quod est dictum s. §. proxi.
2 † In ea. glo. ibi malè allegabant. supple ipsi monachi, & hic per ea, quæ sequuntur in gl. & sentit glo. quòd etiam res, quæ non pertineret ad regnum possunt donari sub conditione, si fiant ipsius regni. & obligat talis donatio successorem in regno adueniente conditione, pro quo facit text. j. in §. sed ad hæc. per quem ita tenet hic Pet. de Anchara. dicens, quòd licèt successor in dignitate grauari non possit per prædecessorem in rebus proprijs, nec consentiat, vt no. in c. licet. s. de voto. tamen bene poterit grauari in rebus dignitatis ad ipsam dignitatem pertinentibus, & ideo donatio hic facta per Regem hospitalarijs non poterit per successorem reuocari per no. per Specu. in titu. de instrumen. edi. § vt autem, qui loquitur ad pias causas. in fi. vbi dicit, quòd successor non potest reuocare donationem prædecessoris in dignitate, nisi ipsa dignitas enormiter lædatur, quia tunc posset reuocare, nisi præscriptio vel aliud obstaret secundum Lapum, & Pet. de Ancha. volentem, quòd talis donatio facta hospitalarijs valuerit. Sed aduerte quia Bald. in l. j. C. si plures vna senten-

ADDITIO.

a Vinc. God. Bellum quando fiat, & quando res fint capientium, ponit Fely. in c. excommunicamus. de hæreti. Quis autem possit indicere bellum haberur in trac. de potest. secul. & eccles. c. 109. nu. 8. quòd habetur in lib. 10. trac. fol. 162.

sententia.colum.penul.in princip.videtur velle, quòd donatio facta monasterio Populeti valuerit, & non illa facta hospitalarijs, cum nepos illius Regis quæsiuerit illa bona, non vt Rex, sed vt persona singularis. Sed certè quæsiuit vt Rex, & sub vexillis regni, vt dicit hic Ioan. And. & j. §. proximo. Nec videtur verum, quòd Rex non possit donare, vel alienare res Regni quæsitas, vel quærendas, vt dicit Bald.ibi, quia imò potest dummodo ipsi regno non inferatur magnum præiudicium, vt s. patet. & in c.intellecto.s. de iureiurando. & in clementina Romani. eodem titu. & per Barto. & Bald.in proœmio digestorum.& sic sequitur, quòd donatio facta hospitalarijs valuerit, & sic potior.facit.l.apud Celsum.§.si a Titio.ff.de exceptione doli.& vide in c.j.& ibi per Docto.s. de probatio. facit etiam l. siue autem. §. j. ff. de Publiciana. & voluit idem Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam per hunc tex.In glo.in ver. separata in fi. aliqui dicunt, quòd hic omnino fuit facta separatio, sed simpliciter fuit adita hæreditas patris, ideo vna censetur hæreditas patris cum sua, vt in l. sed si plures.§.si filio.ff.de vulg.& pup.& maximè, quia regna transferuntur per successionem, & non per electionem ad hoc tex. & glo.in c.grandi.s. de supplen. negligen. eodem libro. & vide ibi nota.

3 † In glo. in verbo. in reo.in principio quando sit, quòd reus, qui desijt possidere, debeat absolui, vide in regula pro possessore.j. eodem lib. & in l.qui restituere.ff.de rei vendi.& licèt eo casu quo reus absoluitur, quia non possidet, si tamen actor de suo dominio probauit, debet pronunciari & declarari esse dominum, vt est glo.fingu.in l. si a te.§.si quis fundum. ff. de exceptio. rei iudi. In actore verò qui desijt habere ius quod habebat tempore litis contestatæ ex facto proprio ipsius actoris, & tunc reus debet absolui, secus si ex facto, ex quo actori non possit imputari, vt in l. si post acceptam. ff. de rei vendi. & in l. si seruus. ff. de condi. furti. secundum Ioan. Andre.& de his per Barto.in l.j. ff.de exceptio. & per Bald.in l.j.C. de alie. iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Quæsita per Regem, vt Regem efficiuntur regni, non personæ.*
2 *Donatio facta per Regem sub nomine dignitatis transit ad successorem in dignitate, & eum obligat.*
3 *Causa si exprimatur in libello, debet probari in specie.*
4 *Successor vniuersalis potest allegare causam suam, & prædecessoris secus in successore particulari.*
5 *Sententia absolutoria lata in iudicio, in quo est generaliter actum, parit exce.rei iudica. in qualibet causa, quæ poterat includi nisi in superueniente.*
6 *Allegationes partis positæ in corpore iuris non faciunt ius.*

1 **Sed ad hæc pars.** † Nota primò, quòd quæsita per Regem, vt Regem, & sub vexillis regni videntur quæsita intuitu dignitatis, & non personæ, & ita est de mente Ioan. And. hic.secus si vt priuata persona, & eius industria quæreretur, vt s.§.proximo. In dubio verò quæsita per eum, qui præest dignitati sæculari perpetuæ videntur quæsita intuitu dignitatis. Sicut dicitur in prælato. s. de testamentis. requisisti. secus si præest administrationi, & dignitati temporali, quia tunc in dubio præsumuntur potius acquisita ex industria, vt per glos. Cyn. & Bald. in authen.sacro.C. de Episco. & cleri. & tenet hic Pet. de Anchara. & vide Do-
2 cto. in c. inquirendam. s. de pecul. clerico. † Secundò no. ibi
a tenebatur.& tene menti quòd donatio facta per Regem [a] sub nomine dignitatis etiam cōditionalis, & etiam de rebus pertinentibus ad Regnum transit ad successorem in dignitate. & eum obligat. & ita tenet Bar.in l.prohibere.§.planè.ff. quod vi
3 aut clam.per hunc tex.de quo s.§.proximo. † Vltimò no.quòd si in libello exprimitur causa in specie, oportet quòd illa probetur, nec sufficit aliam probare, quod intellige, quando illa alia causa esset orta post petitionem, & ita sit tex.hic, als agens rei vendica. cum videatur omne ius suum in iudicium deducere cum dominium sit causa rei vendicationis.l.& an eadem.§. actiones.ff.de excep.rei iudica.tunc si petitur res ex vna causa expressa extendetur ad aliam vt in d. l.si mater.§.j. intellige, si talis causa suberat tēpore petitionis. hinc est quòd in reali procedit libellus generalis, vt dicta l.si mater.§.j.licet glo.ibi contra. & eam reprobat Bart. ibi, sufficit enim in libello dicere, quòd res pertinet ad eum iure dominij, nec requirit expressio alia causæ particularis secundum glo.in l.j.ff.de edendo. & tunc sufficit actori probare aliquam causam inclusam sub illo genere, etiam si talis causa non competebat tempore litis contest. sed postea incipit competere, & sic videtur, quòd si in libello exprimitur causa in genere, videtur tunc deducta quælibet cau-

4 sa competens, & competitura ipsi agenti, de quo j. † In glo.in ver. similis. in fi. aduerte quia licet successor vniuersalis possit allegare causam suam, & prædecessoris, vt no.in l.3.§. ex pluribus.ff.de acquiren.possess.tamen secus in successore particulari vt hic.& per Bart.in d.§.actiones.in fi. & sic monasterium de Benefazano non potuit hic allegare titulum, & causam sui autoris particularis scilicet monasterij Populeti, cui per Regē facta fuerat donatio.In glo.in ver.iudicium.in princi.no.quòd valet iudicium, si ex post facto superuenit ius durante iudicio, intellige quando libellus fuit generalis non expressa causa cer-
5 ta, prout est dictum s. in vlti. nota. † In glo. in ver. conscientia.in princi. vult glo. quòd absolutoria lata in iudicio, in quo est generaliter actum, parit exce.rei iudicatæ, in qualibet causa, quę poterat includi prçterquàm in superuenienti, vt dicta l. si mater.§.an eandem. & ita probat tex.hic, ibi mox &c.secundum Ioan.de Fan.& Domi.Sed certè glo. hic vult, quòd etiam in causa superuenienti obstet exceptio, quod procedit de æquitate huius decr.secus de iure ciuili.& eius rigore, vt dicto §.& an eandem. & ita tenet Cyn.& Bald. in dicta l.j.Nec ob. tex.hic mox &c. quia loquitur eo casu, quo non includebatur, & non posset ex ea ferri sententia, quia tunc exceptio rei iudica. non obstaret in superuenienti de quo j.in glo.pen.& ibi per Dom. Aduerte tamen, quia cum tex.hic ibi mox &c.fit de allegationibus factis pro parte hospitalis, quæ allegationes sunt approbatæ hic, vt dicitur j.in glo.in ver.iudicio.in fi. ergo secundum hoc videtur probare ille tex.opi.Pauli & Domi. quòd in superuenienti non obstet exceptio. In glo.in ver.iudicio ibi emergenti.hoc placet Ioan. Mona. & procedit de æquitate sed de iuris solennitate aliud esset, cum super eo, quod non est, non dicitur facta litis contestatio.argu.l. de his.ff.de transactio.nec sufficit quòd sit in potentia, vel habitu, vt ff.de iudi.l.non quidem secundum Archidiaco.& Ioan.Andre.Sed Ioan.de Fant.cum quo transit Domini.videtur velle, quòd tales probationes non valuerint in alio iudicio, ex quo causa superueniens non includitur super prima, nec ex ea posset ferri sententia, quod est verum de iuris rigore, secus de æquitate, vt dicetur j.§. proximo.
6 † In ea.glo.in fi.no.ex glo.quòd allegationes partis in corpore iuris positæ non faciunt ius, non ergo potest sumi decisio in iure de eo quod l.loquitur narratiuè.facit gl.28.distin. quia sunt. & in l.j.C.quando non peten.part. quod tamen limita, nisi tales allegationes appareant confirmatæ a compositoribus iuris sicut fuerunt hic confirmatæ allegationes pro parte hospitalariorum ex quadam æquitate, vt patet j.§.proxi.ibi sicut congruè, iuncto fine huius c.

ADDITIO.

a Vin.God. Adde quando Rex possit donare in diminutionem regni non modicam & quando non, Ruy.consi.25.nu.6.& 16.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Actor agens ex certa causa debet illam probare.*
2 *Aequitas attenditur de iure canonico potius quàm rigor.*
3 *Libellus alternatiuus licèt procedat, secus tamen in sententia.*
4 *Genera certis locis, vel temporibus non transferuntur.*
5 *Causa remota si probari debeat, qualiter sunt formandi articuli.*
6 *Libellus in criminalibus debet continere locum, & tempus, secus est in libello ciuili.*
7 *Locus & tempus requiratur in instrumento publico.*
Adde ad idem nu.8.

1 **Præfatus igitur.** † Nota primò quòd agens ex certa causa, & specialiter expressè debet illam probare, & eius circunstantias, scilicet locum, & tempus, sine quibus non valeret, secus cum generaliter est
2 actum non expressa certa causa, de quo infrà. † Secundò nota,
a quòd de iure canonico debet attendi æquitas [a] potius quàm rigor iuris, ideo est quòd subtilitas perniciosa hic reprobatur, & æquitas præfertur rigori, de quo s. de iudi. in c. dilecti. & l. placuit. C. eodem titu. & in cap. j. j. de rerum permutatio. Tertiò nota, quòd ex quadam æquitate est inductum, quòd quando est generaliter actum in libello, possit ferri sententia ex causa de nouo superueniente pendente iudicio, licèt de rigore iuris sit secus, vt est dictum s. §. proximo. & plenè per Bal.

ADDITIO.

a Nic.Sup. Aequitas potius quàm rigor. Adde c.fi.de transac. & per Cy.in l.j.in fi.C.de legi.& per Doct.in l. sic feci.ff. de eo quod certo loco. Vinc.Gode. Limitatur hoc nisi æquitas sit scripta in genere, rigor in specie. Fely.in c. cum illorum col.2.de sen.excom.& quid sit æquitas & quid rigor idem Fely.in c.2.in prin.de re iudi.

Bald. in l. j. C. de aliena. iudicij. Quartò nota ibi non probauerunt. quòd probatio debet fieri super causa specialiter expressa in libello, aliàs succumbit ipse actor, quod facit pro eo, quod dixit Innocen. in c.cum contingat.s̃. de officio delegati. & in c.ex parte Abbatissæ.s̃.de priuilegijs. Quintò nota ibi, de mandato, quòd auditor non dicitur habere potestatem decidendi causam, nisi habeat hoc specialiter in mandatis, de quo in clementi. auditor.de rescriptis. & ibi per glo.an auditor di-
3 catur habere ordinariam vel delegatam potestatem. † Vltimò nota quòd licet libellus alternatiuè concipiatur, vt patet s̃. in princip.c. tamen sententia absolutoria debet simpliciter proferri. Et in sententia condemnatoria Iudex debet alteram eligere, non alternatiuè condemnare, de quo per Bald. in l. j. C. si plures vna sententia. & nota. in l.miles. §. j. ff. de re iudi. & in c.cum dilecti.s̃.de emptio. & vendi. & aduerte quia hic fertur solùm absolutoria pro reo, non autem fertur sententia super iure ipsius rei, & hoc ideo, quia aliàs non poterat ferri. aliàs aliud esset, vt no.s̃.de restitu. spoliato.ex conquestione, de quo s̃. In glos. in ver. tempus. in princip. ideo dicit hic Innocen. & Ioan. Andre.quòd videtur quasi impossibile quòd certa donatio, vel venditio non habeat concomitantiam certi loci & temporis. idem voluit Barto. in l.an eandem. ff. de exceptio.rei iudi.in §.actiones. dicens, quòd si causa remota exprimatur in iudicio, tunc ius superueniens iudicio pendente non clauditur sub libello, quòd ideo est, quia causa remota de necessitate præsupponit tempus & locum, vnde de necessitate debet intelligi de certo contractu facto certo loco & tempore, & sic de re vel iure, quod consistebat tempore inchoati iudicij non post. In eadem glo. ibi, l. sinautem. hoc non probatur ibi, quia non superuenit ibi ius dominij, vel quasi ipsi actori, sed superuenit possessio ipsi reo, quia post lit. contesta. cœpit possidere, vt dicit glossa s̃. in §. pro parte. in verbo in reo.
4 † In eadem glos. in fi. & ratio est quia genera certis locis, vel temporibus non transferuntur secundum Ioan. Andr.& idem sequitur Barto. in dicto §. actiones. concludens, quòd quando causa exprimitur in genere, ex quo tunc non habet concomitantiam certi loci, vel temporis, tunc ius vel causa superueniens iudicio pendente prodest actori per hunc textum, qui procedit de æquitate canonica secundum eum ibi, & tenet Ioan. Andre. post Archidiaco. s̃.§. proximo super glos. in ver. iudicio. & Bald. post Cyn. in dicta l.j. dicens, quòd ista æquitas seruari debet in terris ecclesiæ, & non in terris imperij secundum Pet. de Anchara.& Domi.dicens, quòd in terris, quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ debet seruari tex. hic etiam in foro ciuili, vt in c. si duobus. & c. super eo. el secundo. s̃. de appellatio. sed de iure ciuili secus esset dicendum, vt hic plenè per Pet.de Anchara.& Domini.ponentes plures notabiles rationes, quare ista eadem æquitas non procedit de iure ciuili. & vide per Bald. in dicta l. j. & in l. j. C. si plures vna sententia. Sed limita primo hunc textum nisi ius superueniret pendente iudicio, quando esset in causa conclusum, quia tunc ex eo non posset ferri sententia per no. in c. auditis. s̃. de procurato.& in c.j.s̃. de iuramento calumniæ. eodem libro.& per Barto.in dicta l.si mater.§. eandem. & sequitur hic Pet. de Anchara. Secundò limita supradicta, quia quando superueniret ius pendente iudicio ex causa de præterito tunc etiam de iure ciuili posset ferri sententia, vt l.si rem.§.fi.ff. de pignor. & no.in dicta l. si mater.§. eandem. sed an hoc procedat, si causa de præterito sit talis, quòd trahatur retro vel non, vide per Ange.in l.non potest.ff.de iudicijs.& Bald.in l.j.C.de alie.iudi.& per Bart.in dicto §.eandem.in princi.& in fi.& in dicto §.actio
5 nes.circa finem. † In glo.in ver.censetur, ibi causam sine tempore, no.ex glo.practicam formandi articulos ad probandum causam remotam, quia debent concludere ius competijsse ante litem motam, vt probatio concludat, facit quod no.per Bar. in l.Celsus.ff.de vsucap. ideo si ex probationibus factis in iudicio non apparet, ꝙ causa remota in libello expressa habuerit initium ante litem motam, recuperat absoluendus, licèt de ipsa constaret scd̄m gl.facit l.eum actum.ff.de neg.gest.& l.non solum.§. sed vt probari.ff.de noui ope.nuncia.& tenuit Barto.in d.§.actiones.& Ioan.de Fan.& Domi.hic dicens, ꝙ non obstat c.cum Ioannes.s̃. de fide instru. quia ibi de tempore probatur per instrumentum, ex quo venditio vnica fuit, vt ibi nota. & per Bal.in dicta l.j.C.si plures vna sententia: dicebat tamen hic Domi. quòd si ego peto legatum, & vnus testis probat, ꝙ iam sunt 10.anni, alter dicit de 11.quod non probant, cum tex.hic dicat, ꝙ quando certa causa exprimatur, debēt de necessitate adesse concomitantiæ loci, & temporis, & sic vult tex.ꝙ qualitas loci & temporis de necessitate videtur deducta, licèt non exprimatur. Sed certè quidam Docto.consuluerunt contrarium, quia tempus non est de substantia huius legati per nota.in dicto c.cum Ioannes. nec ob. quòd qualitas loci & temporis videtur deducta, quia satis est, ꝙ probetur, quòd ante litem motam habuerit initium & ita vult gl.hic, secus tamen esset quando tempus punctualiter esset de substantia probationis, vt dicta l.cum actum.& nota.in c.duobus.s̃.de rescriptis.eodem libro.ad finem. & in c.j.s̃. de arbitris. eodem libro. & per Bald.
6 in l.testium. in fi. C.de testibus. & in dicta l.j.in fi. † In eadem glo. ibi, l.libellorum. dicas quòd in libello in criminalibus requiritur locus & tempus, vt in dicta l.libellorum. sed in ciuilibus non requiritur, quòd exprimatur locus & tempus ipsius causæ in iudicio deductæ secundum Innoc.dicentem, ꝙ actor non habet exprimere diem, vel locum cōtractus, sicut nec debet exprimere testis, vt d.c.cum Ioannes. intellige nisi agatur ciuiliter de crimine, vt in c. tuæ.s̃. de procurato. vel nisi iudici aliud ex certis causis videretur fiendum secundum Innocē. & Ioan.An.per d.c.cum Ioannes.in fi. In articulis tamen expressio loci & temporis fieri dēt, & hoc, quando causa remota fuit expressa, vt voluit glo.s̃.in princip. Sed si fuisset expressa causa proxima, secus esset, cum possit ex causa superueniēti ferri sententia secundum Domi.& vide dicta s̃.in glo.in ver. obnoxiū.
7 † In eadem glo. in fi.nota ex glo. an [a] in scriptura vel [b] instru-
a mento publico requiratur locus & tempus.& concludeꝙ scri
b ptura priuata valet sine loco & tempore, vt l. cum tabernam. §.idem quæsijt. ff. de pignoribus. quod intelligit hic Ioannes An.quo ad præiudicium scribentis.secus quo ad præiudicium tertij.& idem tenet Ioannes And.in c.inter dilectos & in ver. facilius. s̃. de fide instrumen. de quo plenè per Bald. in procemio.C.§.quibus.& in rubri.C. de fide instrumen. & per Ang. in l.scripturas.C.qui potiores.& per Specu. in titu. de procuratore.§. ratione autem formæ. ver. sed quid si mandato. Sed de scriptura publica dicas, quod requiritur locus & tempus, vt tenet glo.hic, & in l.optimam. hic alleg.& in l.generaliter. C.de tabularijs. lib.10. & per Specu. in titu.de instru.edit.§.postremo.aliàs incipit instrumentum ver.quid si locus. & ver.sequenti. Sed an sufficiat locus in genere, putà in ciuitate Peru. vel in specie, putà in tali domo, concludit hic Lapus & Domi. quòd in hoc debet stari consuetudini, facit c.cum dilectus.s̃.de fide instrumen. Sed si consuetudo nihil disponit. & tunc si ex generali expressione loci includitur tacitè locus specialis, sufficit sicut fit in data literarum apostolicarum.& ratio est, quia est notorium de loco, vbi Papa manet. & ita tenet hic Ioannes Andre. & facit c. cum redemptor. 12. q.3. & ibi per Archidiaco.aliàs autem expressio loci generalissima, putà si dicitur actum in prouincia Lombardiæ, vel in tali ciuitate non sufficeret secundum Ioannem Andr. & nota. in Authen.quibus modis natu.effici.legitimi in §. inquantum.nec etiam sufficeret expressio loci generalis, putà actum Perusij in tali porta nisi exprimatur locus particularis secundum Ioan.And.hic, & j.in data sexti libri.& Cyn.in dicta l.optimam.in 4.quæstione. Aduerte tamen quia licèt descriptio loci ita generalis non sufficit, non tamen propter hoc vitiatur instrumētum in totum, sed redditur suspectum intantum, quòd carebit viribus, nisi aliàs per testes coadiuuetur.& ita videtur tenere Ioan. And.in additio. Specu. in dicto versicu. quid si locus.& Domini. hic. Et prædicta quando apponitur locus gratia demonstrationis, quia sufficit taliter assignare locum, quòd aduersarius possit
8 redarguere de falso. vt dicto §.inquātum. † Sed quando locus esset de substantia actus, non sufficeret apponere locum in genere, nisi apponatur locus loci. vnde non sufficeret dicere actum in palatio Potestatis, nisi dicatur de loco loci, vbi iudex sedet pro tribunali secundum Bal.in l.contractus.C.de fide instrument. & per Barto. in l. de pupillo.§.qui nunciat.ff.de noui ope. nuncia. Quid aūt si tabellio omisit ponere locum, & tēpus. an possit postea addere, vide per Spe.in d.§.postremo. & per Ioā. And.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.An in scriptura.Adde gl.in c.quotiens cordis oculus.j.q.7.Abb.in c.j. de proba. Alex.de Imo.consi.76.inci.ponderatis his de quib.in 3.volu.idem Alex.consi.123 inci.discussis hesitationibus, in j.volu.

Vin.Go.Adde Ias.in l.ait prætor.§.si iudex.col.j.de re.iud.in l.vbi aūt non apparet §.illud.de ver.obli.in l.fi. col.2.C. de fideicom. & in consi. 195 lib.5.

b Nic.Sup. Vel instrumento publico.Adde gl.in c.G.perpetuus.de fi.instru.gl. in c.3.de proba.& glo.in c cām. de rescrip.

Vin.God.Adde Alex.consi.66.viso processu, nu.3.li.j.& in l.si librarius, de reg. iu.& in l.j.§.creditores.de eden.

And.in addi.in dicto ver.ſed nunquid.& per Bart. in l.ſi librarius.ff.de regu.iur.& per Ioan.And.& ibi dicta j.in data huius lib. In glo. in ver. huiuſmodi.in fi.vnde certo reſpectu vtilius eſt cauſam exprimere per iura hic alleg. & alio reſpectu,ſecus per hanc deciſi. ſecundum Ioan. Andr.ſi enim eſt generaliter actum , & ſequatur ſententia in omni cauſa , obſtat exceptio rei iudicatæ, & ita eſt de mente tex.hic, & voluit gloſ. in c.j.s. de libel.obla. quod intelligit hic Paulus,& Domini. de cauſa, quæ tunc competebat,ſecus in cauſa,quæ ſuperueniſſet de nouo poſt litem conteſtatam.Sed certè Ioan.And. hic ſentit contrarium, & ſatis probatur hic in textu. vt ſicut ex iure ſuperuenienti poſt lit.conteſta.poteſt ferri ſententia condemnatoria quando generaliter eſt actum . Ita eodem modo tunc ſententia abſolutoria iudicis exceptionem rei iudicatæ in omni cauſa,etiam quæ de nouo ſuperueniſſet poſt li.conteſta.dummodo ante concluſum in cauſa, vt s. eſt dictum . & ita tenet gloſ. s. in ver. conſcientia.& Barto.in dicto §.actiones. ante fi. de æquitate huius decret.licet in contrarium faciat tex.in verbo cum mox &c. & licèt illa ſit allegatio partis, tamen fuit poſtea approbata, vt eſt dictum s. in gloſ. in ver. iudicio. in fi. & ſic videretur, quòd non obſtaret exceptio, niſi eſſet facta proſecutio in tali iure ſuperueniente.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia quando poteſt proferri per alium. Et ponitur practica, qua vti debent iudices ſententiando. & nu.2.*

3 *Teſtes duo ſi deponant ſuper negatiua, an eis plus credatur, quàm vni deponenti ſuper affirmatiua.*

4 *Teſtes admittuntur, qui aliàs non admitterentur, quando res non poteſt aliter probari.*

C A P. IIII.

1 CVm ab vno. † Nota j.ꝙ licèt ſententia non poſſit proferri per alium, vt j. c.proximo. tamen fallit, niſi proferat per eum, qui ſit de numero ipſorum proferentium ſententiam, quia tunc de eorum mandato poteſt per eum proferri, & perinde habebitur,ac ſi ab omnibus eſſet recitata quod intelligit hic Ioan.And.quando omnes ſunt concordes in ſententia,als quilibet per ſe deberet proferre ſententiam, vt in §. ſinautem. in Auth.vt iudices non expectent.ex quibus infertur notabiliter,ꝙ actus,qui debet a pluribus recitari,ſi ab vno recitetur de aliorum mandato, & præſentia, cenſetur ab omnibus recita-
2 tus.† Vltimò nota practicam,qua vti debent iudices in ſententiando, quia apponunt primò nomen proprium quam appellatiuum.& ita de conſuetudine obſeruatur. dicit tamen Bald. in l.2.C.de ſententijs ex periculo.ꝙ cautius faceret iudex præmittere nomen appellatiuum,putà nos iudex Ioannes.de quo ibi per eum.In glo.in ver.mandantibus.in princip. pro declaratione huius tex.& gloſ.conclude, quòd aliquando ſententia profertur de mandato,& præſentia iudicum, vel iudicis ſeu arbitrorum ab illo,qui non eſt de numero ipſorum iudicum vel arbitrorum, & non valet vt j. c.proximo. ſecundum Ioannem And. Aliquando profertur ſententia ab eo,qui eſt de numero, & tunc ſi profert ſententiam alijs præſentibus, & tacentibus, non valet, vt tenet glo. hic, quia non dicitur tunc lata ab omnibus , cum taciturnitas iſto caſu non habeatur pro conſenſu, vt per Ioannem Andre. in regula, qui tenet hic allega. ideo text. hic requirit præſentiam, & mandatum, & facit text. in l. ſicuti. ff. de arbitris, vbi dicitur quòd omnes debent iudicare, licèt gloſ. ibi contrarium velit, & non bene, vt ex prædictis patet ſecundum Domini. & Barto. in l.ſummi.ff. de re iudicata. Aliquando vnus profert ſententiam alijs præſentibus & conſentientibus, ſed non mandantibus,tunc Archidia. hic ſentit,quòd ſententia valeat.idem tenet hic Pet.de Anch.cum talis conſenſus,ſeu voluntas inducat mandatum vt l.j.ff.mandati.& l.ſi cum dotem.& ibi per Barto.ff.ſolu. matri.& dicta l. ſummi. dicentem ſufficere talem conſenſum adeſſe tempore ſententiæ, vel immediatè poſt,non ex interuallo. & idem tenuit Bald.in l.fi.C. de ſententijs ex periculo. Aliquando vnus profert ſententiam alijs abſentibus, ſed mandantibus, & animi ſui motum committentibus, & ſententia non valet ſecundum glo. in dicta l, ſicuti. pro quo text. hic requirens duo, ſcilicet præſentiam,& mandatum aliorum,quod intelligit in arbitris, & iudicibus delegatis ab inferiore a Principe, qui non poſſent alteri committere.ſecus in iudicibus ordinarijs,vel delegatis a Principe, non tamen habebit tunc locum forma hic tradita, cum delegatus proferat ſententiam iure ſuo, & vt delegatus.de quo j.In eadem glo.ibi,ratihabitio.idem tenet glo. in l. licet. C. de iudicijs. & Innocen. s. de offic. delegati prudentiam. & Specu.in titu. de ſententia.§. ſequitur.ver. quid ſi ſunt duo. & Barto. in dicta l. ſi vni. in fi. & licèt, quando ſententia eſt nulla ex defectu proferentis,non poſſit ratificari,tamen ſecus ſi ex parte eius, contra quem profertur, vt in l.3.§. falſus. ff. rem ratam haberi. ſecundum Domi. In gloſ. in ver. oportet.in princi.vult glo.ſecundum Domini. quòd vbi committitur ſola recitatio ſententiæ, tunc ſocij autorizant actum, ideo debent eſſe præſentes, & ſententia proferri per verba pluralis numeri, vt hic in tex. Si verò committitur vtrunque ſcilicet recitatio, & pronunciatio.& tunc ex quo delegant vices ſuas,poſſunt abeſſe, & ſententia ferri per verba ſingularis numeri, poſſet etiam proferri per verba ſingularis vel pluralis numeri, quando eſſet vnus ſolus iudex, nec ex hoc vitiaretur ſententia per hunc textum vbi ſolum exciperet de electione, ſecundum Archidia.& Ioan. And. & ita voluit Bald.in dicta l. fi.& tenet Lap. & Domini. hic, quòd ſi ſunt plures iudices,& omnes ſimul dicunt,excommunicamus talem, excommunicatus erit,vt tenet Archidia.2.q.7.a iudice, cum in pronuncian-
3 do omnes conſentiant, vt in l. diem.§. ſi plures.ff.de arbi. † In
a eadem glo. in fi. No. glo. de hac dictione oportet, de qua per Docto. in c. fi. s. de iureiuran. In glo. in ver. electio. ibi, duobus quàm vni. No. ex glo. quòd duobus teſtibus ſimul deponentibus ſuper negatiua magis creditur, quàm ſuper affirmatiua.& ratio eſt, quia iſti duo non ſolum negant, ſed etiam aſſerunt contrarium eius,quod dicit affirmans, vt no.in l.hæredes palàm. in princip. ff. de teſtamen. & etiam quia deponunt ſuper facto proprio, vt in l. cum quidam.§. quod dicitur.ff.de
4 acquiren. hæredi. † In eadem gloſ. ibi , impoſſibile eſt & alio modo probari. No. gloſ. quòd quando res aliter probari non poteſt, creditur teſtibus , quibus aliàs non crederetur, de quo per gloſ. in c. cum dilecti. hic alleg. In eadem gloſ. in fi. Vide per Ioan.And.in c.publicato.hic alleg.in 2.q.Et no. hanc glo. quæ facit ad quæſtionem diſputatam de quatuor compromiſſarijs in vnum conuenientibus, qui nominauerunt Ioannem, & in eum conſcripſerunt ordinantes,quòd die ſequenti vocato tabellione fieret electio, an poſſint compelli, vt exequantur id, in quo erant concordes. Ioan.And. hic, quod ſic, vt hic plenè per eum, quod intelligit hic Bald. quando iſti ſuſpendunt in die ſequenti tantum rogatum notat, non autem conſilium,per no.in l.fideicommiſſa.§.quoties.ff.de lega.3.In glo. fi.in fi. Idem Ioan. And. hic, & Archidia. in c.ſicut.s. de elect. eo.lib.quia Epiſcopi de ſe conſueuerunt loqui in plurali. Si tamen vnus ſolus haberet eligere, vt quia alij eſſent priuati poteſtate eligendi, tunc deberet fieri electio per verba pluralis numeri a poteſtate ratione huius tex.In eadem glo. in fi. Nota ex glo. primò quòd iura loquentia in electione non habent locum in collatione,quando ratio diuerſitatis aſſignari poteſt, & ita poteſt limitari glo.in c.ſi poſtquàm.s.de elect.eo.lib.Secundò no.ꝙ conſtitutio declarans alium locum habet tantum in caſibus, in quibus locum habet ipſa conſtitutio declarata, facit s.de elect.eo.lib.c.qui contra.& c.is qui.

A D D I T I O.

a Vinc.Gode. De hac dictione oportet.Barto.in l.j.in princi.de iuſt. & iu. in l. pen.ff.de iud.mut. ca . fac.ar. in l.cum oportet. in princi. C.de bon. quæ lib. ſed quandoque honeſtatem vt per Io.And.in c.vt quis.de elect.in 6.lib.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia diffinitiua debet proferri in ſcriptis.*

2 *Libellus debet produci in ſcriptis.*

3 *Acta iudicij an poßint probari per teſtes.*

4 *Sententia interlocutoria poteſt proferri ſine ſcriptis.*

5 *Iudex ſi dicat pronuncio, vt in tali ſcripto, an valeat talis ſententia.*

6 *Sententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis, & per ipſum iudicem. fallit in multis caſibus, vt hic.*

7 *Appellatio a ſententia nulla, licèt non habet effectum ſuſpendendi, habet tamen effectum deuoluendi cauſam ad ſuperiorem.*

8 *Sententia an debeat ferri in ſcriptis in cauſis, in quibus proceditur ſummariè & de plano.*

9 *Partes quando poſſint renunciare ordini iudiciario.*

10 *Proceſſus non eſt neceſſe quòd redigatur in ſcriptis, quando ſententia non profertur in ſcriptis.*

11 *In his ſcriptis, hæc verba an ſint neceſſaria in ſententia.*

C A P. V.

ET ſi ſententia. Ponit tres cauſas nullitatis ſñiæ diffinitiuæ, & a prima vnum caſum excipit,ſm Io.An.† No.j.ꝙ ſñia diffi-
1 nitiua dēt proferri in ſcriptis, & idē in ſñia arbitri, vt per gl.in c.cū antea.C.de arb.& no.in c.cū dilecti.s. de arbi. nec

nec refert, in quo sit scripta, etiã si in pariete, vel tabula ſm Io.
And.& no.3.q.7.postulatus. & in l.j.ff. de bono. posses. Et de-
bet scriptura præcedere recitationẽ sententię, vt hic in tex. per
quem patet, quòd sufficit immediate quòd sententia fuerit scri
pta proferatur eodem contextu, vt tenet Bart. in l.2.C. de sen-
ten. licèt Domi. hic contra & non bene. Et debet ipsa senten-
tia proferri de scripti recitatione, vt hic dicitur, & sic legendo
scripturam. vnde non valeret sententia, si iudex eam recitaret
mentetenus, & non legendo eam, secũdum Do. & idem Bal.
in l.fina.C.de senten. ex peri. dicens non valere sententiam, si
iudex primò eam verbo protulit, & postea fecit eam per nota-
2 rium scribi in actis.† Et idem in simili dicitur in libello quia de
bet in scriptis produci, & non sufficit apud acta petere viua
voce, licèt faciat illa in scriptis redigi per notarium, secũdum
Bart. in l. in sacris.C.de proxi. sacro.lib.11. Et vide per Bart. in d.
l.fin. dicentem, quòd nisi ex actis appareat aliquod verbum, ꝙ
sententia fuerit lecta, erit nulla ipso iure, ideo si in actis dicitur
lata fuit talis sentẽtia, & nõ dicitur lecta, vel per verbum æqui
pollens, sententia erit nulla per tex. hic, & in d.l.fina. Secundò
a nota Episcopos æquiparari illustribus [a] de quo per glos. in c.2.
supra de offic. lega. eod. lib. & per Ioan. An. in c. inter dilectos.
§. cęterum. ꝟ. de fide instru. & per Spe. in tit. de iurisd. omnium
iudi. in ver. secundum canones. vbi dicit eos spectabiles, qđ fa
cit cõtra Legistas, qui vix fatentur eos clarissimos, secundũ Io.
An. ponentem hic post Archi. de varijs nominibus episcopo-
rum. de quibus in cle. si quis suadente. in ver. nec super. de pę-
3 nis.† In gl.j. in fi. vbi etiam no. ꝑ Io. An. an acta possint ꝓbari
b per testes [b], de quo ꝑ Bal. in d.l.fi.C. de re iu. & l. ne in arbitris.
C. de arbi. Et an sententia diffinitiua possit probari per testes,
vide per Rotam in deci.409. quæ inci. item fuit dubitatum vtrũ
4 diffinitiua. & no. in c. Albericus. supra de testi.† Et tene men-
ti ex hac glo. quòd licet a sententia interlocutoria sit necesse,
quòd appelletur in scriptis, vt in c.j. infra titu. proximo. tamen
non est necesse, quòd proferatur in scriptis. & ita etiam tenet
Barto. in l.2.ff. de appella. licet glos. dixerit contrarium ibi, &
malè, & dicebat Baldus in d. l. fina. quòd interlocutoria, &
super omnibus incidentibus potest ferri sentẽtia nudo verbo
per text. no. in l. defendente. ff. de auto. tuto. ex quibus infer-
tur, quòd cum secundum decretum sit sententia interlocuto-
ria, secundum Innocen. in c. dilecto. supra de verb. significa.
in glossa magna. & Ioan. Andream in c. consultationibus. su-
pra, de offic. delega. & Specu. in titu. de secundo decreto. §. iu-
sta. & ibi per Ioan. And. in additio. & tenet gl. in l. præsenti. C.
de his, qui ad ecclesias confugiunt. quòd poterit ferri sine scri-
ptis, licèt Specula. contra in titu. de secundo decreto. §. nunc
dicamus. ver. & proceditur. & non bene, vt ex prædictis patet.
& quia missio ex secundo decreto non finit totum negotium,
quia postea auditur super dominio, vt in c. quoniam. §. in alijs.
supra vt lite non contestata. secundum Domini. dicentem ꝙ
bene debet redigi in scriptis sicut alia interlocutoria, vt dicit
glos. hic, & in hoc differt primo sententia interlocutoria a dif
finitiua. Differt secundò, quia licèt diffinitiua non possit pro-
ferri per alium, tamen interlocutoria sic, secundum glos. in
d.l.fina. de quo ibi per Bartol. & Bald. in princi. Tertiò differt,
quia interlocutoria parui præiudicij potest proferri stando, li-
cèt non sedendo. secus si esset magni præiudicij. quia quo ad
hoc esset idem, quod in diffinitiua, secundum Bald. in l.j.C. de
senten. ex pericu. in penul. col. & per Bart. in d. l. 2. in fi. De
præcepto verò quòd fit in confessum ante li. contestatã, secun-
dum practicam, de qua in c. ex parte in Christo. & ibi per glo.
supra de verbo. signi. potest ferri sine scriptis, licèt postea de-
beat redigi in actis, sicut supra dicitur in alia interlocutoria
secundum Domi. hic referentem Rotam ita tenere in pluri-
bus decisionibus, in antiquis. de quo hic plenè per eum. & ita
etiam tenuit Bald. in l.fin. §. j. C. de bo. quæ libe. & Federi. in
suo consi. 205. circa princi. In glos. 2. in fine. Idem glos. in d. l.
fin. & idem faciunt Cardinales, & auditores curiæ & commu
niter omnes iudices, secundum Archidia. qui idem tenuit. 11.
q.3. summopere. Sed Bartol. in d.l.2. dicit, quòd quia ciuitates
eligunt sibi rectores illiteratos, videtur ciuitas tales eligendo
dispensare, quòd per alium possint legere, & proferre senten-
tiam, & idem in alijs maioribus iudicibus secundum eum, se-
cus si essent literati, quia tunc etiam per eorum assessores non
possent sententiam legere, secũdum Lap. hic & ita residet hic
Domi. & Pet. de Anchara. de iure ergo regulariter debent iu-
dices sententiam scriptam legere, & legendo recitare saltem
ab illo verbo, Christi nomine inuocato, vsque in finem sen-
5 tentiæ, secundum Domi.† Sed quæritur primò, an sufficiat, si iu
dex dicit pronuncio prout in tali scripto continetur in iudicio
producto. Bal. quòd sic in l.j. in fi.C. de senten. ex peri. & idem
si iudex diceret prout in tali consilio continetur, secundũ An
ge. in l.j.ff. de re iudi. vel de appella. quòd posset procedere, quã
do talia verba pronuncio &c. in quibus tacitè includitur, abso
lutio, vel condemnatio sunt scripta, & legendo per iudicem re
citata, vt hic in text. alias secus esset, vt tenet idem Bald. in l.
hac cõsultissima. C. qui test. Secundò quæritur, an sufficiat, ꝙ
sententia scripta recitetur per alium præsente iudice & man-
dante. Ioan. An. hic quòd nõ, vt patet hic in tex. iuncto c. supra
proxi. vbi est speciale solum in pluribus iudicibus, secundum
Ioan. And. reprobantem ex hoc dicta Cy. in d.l. hac consultis-
sima. Tertiò quæritur, an sufficiat, si postquam sententia est la-
ta per alium, iudex immediatè dicat, & ego ita pronuncio. Ioã.
And. quòd non in c.j. infra de sen. excommuni. eod. lib. & Bal.
in d.l. hac consultissima. ex quo ipse iudex tunc non legit, nec
6 recitat.† Sed limita primò omnia prædicta procedere nisi con
suetudo sit in contrarium, cum in hoc valeret, & tollere possit
has solennitates, secundum Archidi. 2.q.j. statutis. & ita posset
procedere glo. hic, secundum Domi. & sic stante cõsuetudine
valeret sententia per alium lecta iudice præsente, & mandãte.
Et posset etiam tunc ipse iudex lecta sententia per alium di-
cere, & ita absoluo, vel condemno, vt patet ex no. per Bald. in
d.l. hac consul. Item valeret tunc sententia, si notarius diceret,
lecta fuit hæc sentẽtia per talem iudicem, ex quo eo presente
lecta fuerit, si consuetudo ita disponit, secundum Bald. in d.l.j.
circa fi. Secundò limita in episcopis, vt hic in text. intellige de
confirmatis & consecratis, in alijs verò secus, cum ista respi-
ciãt consecrationem & ordinem episcopalem, vt in c.2.§. sicut
autem. supra de transla. prela. secundum Ioan. And. licèt dubiũ
faciat, quòd idem dixit in c.j.§.j. supra de offi. ord. eod. lib. Ter-
tiò limita in iudicibus illustribus & superioribus, vt in d. l. 2.
Quartò limita in inquisitoribus hæresis, vt in c. vt cõmissi. ꝟ. de
hære. Quintò limita in sententia interlocutoria, secundũ Bal.
in d.l. hac consu. & supra est dictum. Sextò limita, quando ex
pluribus iudicibus vnus alijs præsentibus, & mandãtibus sen
tentiam profert, vt supra c. proximo. Septimò limita in conse-
cratoribus, vt in c.fin. §. vices. de off. eod. lib. Octauò limita in
omnibus casibus, in quibus valeret sententia sine scriptis, de
quibus infra in glo. in ver. illustrium. quia in illis casibus sen-
tentia poterit legi, & recitari per alium, vt in Auth. vt ab illu-
stribus. §. sancimus. & sufficit, quòd sit lecta, & recitata per aliũ
præsente & mãdate iudice, vt supra c. proxi. vel postquam fue-
rit lecta iudex dicat, & ita pronuncio, secundum Ioan. And. in
c d.c.j. & Bald. in d. l. j. Nonò, & vltimò limita in notorijs [c] in
quibus licèt requiratur sententia, vt in c. porro. supra de diuor.
tamen non est necesse, quòd sententia feratur in scriptis, secũ
dũ glo. no. in Auth. vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatis. & ita
tenet Bald. in l. presby. C. de epis. & cle. & ratio est, quia in no-
torijs ordo iuris non requiritur, vt in c. ad nostram. el 3. ꝟ. de iu-
reiu. & ita tenet do. Ant. ibi, & sequitur Arch. & Ioan. And. in
cap. fi. ad fi. infra de pęnis. & Fede. in d. consi. & Io. And. in c.
vestra. ꝟ. de coha. cle. & Domi. hic. Et no. ex glo. quòd licet libel
lus & alia acta debeant redigi in sententia, vt in c. Abbate. su-
pra de re iudi. & per glos. in d.l.2. si tamen omittatur, non vitia
tur sentẽtia propter hoc, secundum Pet. de Ancha. hic, & Bar.
in d.l. 2. & an qui petit executionem sententiæ habeat produ-
cere dictum processum cum sententia, per Bald. tenentem, ꝙ
sic in l.fin. in fin.C. de ordi. cognitio.† In glo. in ver. necesse. in
7 fi. & dicit hic Ioan. And. post Archidia. quòd licet appellatio
a sententia nulla non habeat effectum suspendendi, habet
tamen effectum deuoluendi causam ad superiorem, facit. l. ab
sentis. C. de accu. nec talis sentẽtia nulla confirmatur per de-
sertionem appellationis, vt no. in l. si expressum. ff. de appel.
per Bart. & per Bald. in l.j.C. quando prouo. Quid autem si re-
nũciatur expresè appellationi interpositæ, an videatur renun
ciari nullitati in ea inclusæ. vide per Bald. in d.l.j.C. de senten.
& in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & in l. quędam
mulier. ff. famil. erciscundæ. In glos. in ver. illustrium. ibi, iudi-
cis

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Illustribus. Adde Ant. de Bu. in c. fi. de procu. & per Card. Zaba. in c. cum oporteat. de accus.

b Nic. Sup. Per testes. Adde Io. An. & Abb. in c. quoniam cõtra falsam. de proba. & per Ang. in l. testium. C. de testi.

Vinc. G. Acta iudicij possunt probari per testes & per partis confessionem cõcurrente Iudicis assertione. Ruy. consi. 16. nu. 5. lib. 5.

c Vinc. G. Adde quòd notorium in se plus habeat quam publicum. Cor. consi. 44. deueniendo, litera f. lib. 4.

cis arbitrio. Item sequuntur doctores & facit glo. in l. sed si suscceperit. ff. de iudicijs. & in l. illicitas. §. notorijs. ff. de officio præsidis. & per Bal. plenè in authen. nisi breuiores. C. de sent. iuratur tamen in istis breuibus causis de calumnia secundum Io. And. hic, & Spec. in tit. de iur. calum. §. 2. ver. quid si causa. In ea. glo. ibi, item cum Episcopus &c. Intellige quando Episcopus iudicat inter eos de minoribus causis, vt tenet Spe. in titu. de libel. conce. §. dicendum. ver. sed nunquid. & ver. præcedenti. & Io. And. hic, & Domi. maximè per tex. in c. si quis cum clerico. hic alleg. Sed si causæ sunt magnæ, tunc debet Episcopus ferre sententiam in scriptis etiam inter clericos suos, vt probat tex. hic generaliter loquēs, & non excipit Episcopum nisi quo
8 ad recitationem sententiæ, de quo hic per Dominicum. † In ea. glo. ibi, in causa criminali. Aduerte primò an in causis summarijs, & vbi proceditur de plano &c. sit necesse, ꝙ sententia proferatur in scriptis, & de scripti recitatione. dic ꝙ sic, vt est text. in cle. sæpe. circa fi. in §. sententiam. de verbo. signi. & ita tenet glo. ibi in ver. in scrip. licet Archid. hic, & quidam alij teneant contrarium & malè, prout hic refert Domi. nec etiam ob. tex. in d. §. sententiam. quia illa clausula ibi, & prout magis sibi placuerit, non refertur ad verbum in scriptis, quia copulatiua, &, ibi denotat diuersitatem a casu præcedenti. Item ibi ponit verbum, magis, quod est aduerbium eligendi. & sic datur optio diuersarum rerum, vnde refertur ad sequentia, vbi ponuntur duo diuersa, scilicet stans, vel sedens, & circa illa datur optio iudici non autem circa verbum in scriptis, quia dixisset tex. ibi in scriptis vel fine, prout dixit in casu sequenti, vt in c. ad audientiam. s. de deci. & ita est tenendum secundum Domini. istam partem sequitur Imo. in d. clem. sæpe, super glo. in ver. in scrip. quia etiam in illis causis summarijs &c. requiritur, ꝙ feratur sententia in scriptis, & per ipsum iudicem, & non per alium. Secundò aduerte quid in causis matrimonialibus. glos. in d. c. Albericus. per illum tex. vult esse speciale, vt valeat sententia sine scriptis. & idem Innocen. ibi, sequitur hic Domi. & do. Anto. & Imo. in d. c. Albericus. Non ob. tex. in d. cle. sæpe. quia ibi restringitur ordo iudiciarius aliàs requisitus a iure. nō autem ampliatur, vt sic debeat ferri sententia in scriptis, vbi aliàs de iure antiquo non requirebatur, aliàs ille text. operaretur contrarios effectus, quod esse non debet, vt in c. maiores. de bapti. Host. tamen in d. c. Albericus. tenet contrariam partem, vt in matrimonialibus debeat ferri sententia in scriptis, sicut in alijs causis, in quibus proceditur summariè, & sine strepitu & figura iudicij, vt s. idem tenet ibi Io. And. & do. Nic. & ita tenendum videtur arg. c. cum expediat. de ele. eo. lib. Ad intellectum huius glo. vide quia But. in c. j. de libel. obla. col. 3. & col. 12. tenet contrarium. idem Imo. ibi col. 3. Sed intelligatur tunc arbitrator, in arbitro verò fieri possit, ꝙ nulla iuris solennitate seruata procedat, & decidat, & licèt aliàs arbitria ad instar iudiciorum. l. j. de arbi. limita nisi partes in compromisso dent aliam formam, quia possunt, ex quo potestas arbitri ex compromisso dependet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & ita Imo. & Butr. in d. c. j. de libel. obla. idem est de mente Bart. in authen. offeratur. C. de li. conte. vide Inno. & Butri. in c. de causis. Panor. contra in d. c. j. col. 5. † In ea. glo. ibi fieri
9 non posse. tene menti glos. ordi. & semper allegatur, quando sit, quòd partes possint renunciare ordini iudiciario, de quo etiam per glossam & Docto. in c. de causis. hic alle. & per Lap. in alle. 102. in fi. & per Imo. in cap. Quintauallis. de iureiuran. in 11. col. & per Rotam in deci. 88. quæ incipit, item in causis. & per glo. in ver. necessario. & in glo. fi. in d. cle. sæpe, & per Bal. in authen. offeratur. C. de li. conte. & in l. prolatam. C. de sen.
10 ten. & ibi per Bar. † Et no. ex tota hac glo. omnes casus, in quibus valet sententia diffinitiua lata sine scri. de quo per glos. in d. l. statutis. & videtur velle Bar. in auth. nisi breuiores, ꝙ illis casibus vbi non est necesse, ꝙ feratur diffinitiua in scriptis non erit necesse, ꝙ processus in scriptis redigatur, & crederet simplici relationi iudicis, quod dicit esse no. ad compromissa, in quibus datur potestas procedendi cum scriptura vel fine, quia videntur tunc partes velle, ꝙ eius simplici informationi, & relationi credatur quod tene menti, de quo tamen dicto an pro-
11 cedat, vide per Imo. in dicto c. Quintauallis. † In eadem gl. in fi. No. ex glo. ꝙ non est necesse, ꝙ in sententia dicatur in his scriptis, sed sufficit, ꝙ fuerit lata in scriptis, & ita sequuntur Doct. quod etiam fit in appellatione, dicetur. j. titu. proxi. c. j. in glo. in ver. in scrip. & an in dubio præsumatur lata in scriptis, per Bar. in d. l. fi. & per Docto. in d. l. sciendum. & per Spec. in ti. de senten. §. iusta. ver. no. Sed quærit primò, si non dicatur per notarium lecta fuit dicta sentētia per iudicem, sed dicitur solum lata, dicit Bart. in d. l. fi. quod nisi appareat aliquod verbum ex quo colligatur, ꝙ lecta fuerit, erit nulla, quia dicendo simpliciter quòd sententia fuit lata per iudicem, non præsumitur, quod fuerit lecta & sic de scripti recitatione prolata, prout requiritur hic in tex. Secundò quæritur, quid si solum dicat notarius sententialiter promulgata fuerit dicta sententia &c. dicit Bart. in dicta l. sciendum. in fi. & in dicta l. fi. quòd tunc præsumitur lata a iudice sedente pro tribunali & de scripti recitatione. Tertiò quæritur, quid si notarius dicit, quòd sententia fuit lata in scriptis an tunc ita præsumatur, licèt hoc aliter non appareat. Imo. in c. quoniam contra. s. de proba. tenet quòd sic, vt ibi per eum. In eadem glo. in ver. sedendo. in princi. quod procedit etiam in interlocutorijs, dummodo requirat causæ cognitionem, vt est dictum s. & per Barto. in dicta l. 2. in fi. nam etiam vbi procederetur summariè, & sine strepitu & figura iudicij requiritur, quòd feratur sententia iudice sedente pro tribunali, vt in dicta clementi. sæpe. In eadem glos. ibi, tenebat, quod dicit glo. hic de turri & equo procedit, quando esset iustus timor, & intellige quòd processu citatio, sententia ferenda in illo loco, aliàs si sententia feratur in alio loco quàm solito, vel quia sit dictum in actione, esset nulla ipso iure, vt in l. sicut proponis. C. quomodo & quando iu. & hoc nisi ambæ partes essent præsentes ipsi sententiæ, vt per Bald. in l. j. C. de senten. ex pericu. aliàs cessante timore non posset iudex sententiare in equo vel turri quasi locus non sit honestus, nec vsitatus, vt vti. l. non distinguemus. §. si arbiter. ff. de arbi. & facit quod dicit glos. hic in fi. & quia ordinarius debet sententiare in loco solito, vt in l. pen. ff. de iusti. & iu. iudex tamen delegatus potest sibi eligere locum, dummodo tamen honestum, & vide plenè per Bald. in l. j. & per Specu. in titu. de senten. pro la. §. iusta. ver. quid si pronunciatur. & hic per Domini. In eadem glo. in fi. Nota glo. & facit quod voluit aliàs glo. s. de ele. eo. lib. in c. vt certa. in ver. corporali.

De appellationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid sit, tam a diffinitiua quàm ab interlocutoria.*
2 *Appellari potest ab omni sententia nisi reperiatur prohibitum.*
3 *Appellari an possit a sententia senatoris, qui est in vrbe Romana.*
4 *Appellari an possit a sententia arbitri.*

1 † Quæritur primò pro declaratione rubricæ, quid sit appel-
a latio [a] tam a diffinitiua quàm ab interlocutoria, & an officium iudicis, vel actio, de quo vide per glos. 2. q. 6. in summa. & per dominum Nico. in rubri. s. eodem & plenè per Imo. in rubri. ff. eodem titu. referentem plures, & varias diffinitiones. Secundò quæritur, quotuplex sit appellatio. & dic quòd duplex, & quædam iudicialis, quædam extraiudicialis, vt j. c. proxi. & dicitur extraiudicialis appellatio quasi ad causam prouocatio, vt in c. cum sit. & ibi glos. s. eo. Et de effectibus appella. extraiudicialis, vide plenè per Innocen. & Docto. in c. dilecti. s. de maiori. & obedien. & s. de appella. c. bonæ. Iudicialis verò appellatio est duplex, scilicet a diffinitiua & ab interlocutoria, vel alio grauamine, vt j. c. proxi. & in c. cum cessante. s. eo. dem. & licèt de iure ciuili regulariter ab interlocutoria, vel alio grauamine non appelletur nisi in certis casibus, de quibus per glos. & Barto. in l. 2. ff. de appella. reci. tamen de iure canoni. appellatur a qualibet interlocutoria. imò a quolibet
2 grauamine, vt j. c. proximo. & dicto c. cum cessante. † Tertiò præmitte quòd regulariter in omni causa, & ab omni sententia censetur permissa appellatio nisi reperiatur prohibita, & dicit gl. no. in l. qui restituere. ff. de rei ven. pro quo tex. in l. si quis prouocatione. C. eo. vnde qui dicit nō posse appellari, seu appellationem esse prohibitam, in aliquo casu tenetur hoc probare, cum ista iuris sit in ōriū ſm gl. in rub. de reg. iu. circa fi. ideo est ꝙ et a sñia lata pro libertate pōt appellari, vt in l. illud. ff. e. Et idem a sñia lata in decimis. & pro alijs pijs causis, vt voluit glo. no. in c. tua
b nobis. s. de deci. Reperit tamen prohibita appellatio [b] respectu iudi-

ADDITIO.

a Nic. Su. Appellatio. Adde Host. & Goff. in summis in isto tit. & per Do. in rub. huius titu. in antiquis.
Vin. God. Appellatio ab his, quæ arbitrio iudicis committuntur, an fieri debeat. Ruy. consi. 149. nu. 2. lib. 4.
Vin. God. Et insuper appellatio interponi debet coram iudice a quo appellatur, & in eius præsentia, si haberi potest, non autem in eius absentia, aliàs enim huiusmodi appellatio esset nulla. Thom. Gram. decisi. 36. nu. 76 & 77.
b Vin. Go. Nota quòd appellatione per statutum remota non censetur via supplicationis præclusa. Ruy. consi. 157. nu. 16. lib. 5.

iudicis sententiantis, ideo a sententia principis, vel senatus nõ appellatur, vt l.j. in princi. ff. a qui. appel. non licet. & ratio, quia non habet superiorem in iurisdictione, cum semper sit appellandum ad superiorem, vt in c. 2. supra de consue. eod. lib. & ea ratione, nec a sententia Papæ appel. potest, vt 2. q. 6. anteriorum. ver. illo. & per glos. & Do. in c. 2. supra de transla. præla. & ibi an a sententia concilij appelletur. & no. in c. significasti. supra de elec. Et eadem ratione a sententia regis Franciæ nõ appellatur, cum non recognoscat superiorem. supra qui fina. sint legi. per venerabilem. & ita videtur velle Ioã. An. in addi. Spe.
3 in titu. de appel. §. videndum. † Quid autem sit hodie an a sententia vnius senatoris, qui est in vrbe, possit de iure appellari. Ioan. And. in d. §. videndum. videtur tenere quòd non. & idem Cy. in l. fina. C. de pe. here. & in l. fina. C. de dona. inter virum vbi idem voluit de sententia ducis Venetorũ. Et per eandem rationem dicebat Bald. in l. fi. in prin. C. commu. de lega. quòd a sententia sortis, seu fortunæ non potest appellari, licet ratio ne magnæ læsionis posset peti in melius reformari, vt idẽ sin. dixit in l. maioribus. C. commu. vtriusque iudi. quod est no. quando inter fratres vel alias personas sit diuisio bonorũ per sortes seu per breuia, & alter est enormiter læsus. Aliquãdo verò prohibetur appellatio per rescriptum, quia cõmittitur causa appel. remota, & solus princeps potest talem clausulam apponere, vt l. j. §. fina. ff. a qui. appel. non licet. & in c. super quæstionum. & ibi per glo. supra de offi. deleg. in tantum quòd etiã legatus de latere non posset secundum Spec. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. versi. 14. & tenet Bald. in l. nec quicquã. §. fina. in prin. ff. de offi. procu. & quid operetur clausula appel-
4 latione remota, vide in c. super eo. supra de offic. dele. † Quid a autem sit in sententia arbitri an possit appellari a, per glo. 2. q. 6. a iudicibus. & in c. 2. supra de arbit. & ibi per Do. Et vide glo. no. in c. pastoralis. supra de offic. deleg. vbi dicit, quòd omissio appel. a sententia purgat omnem iniquitatem ipsius sententiæ, quia si non appellatur intra decem dies, sententia transit in rẽ iudicatam, & de cetero de iniquitate & iniustitia sententiæ dici non potest, vt in c. concertationi. infra eod. & supra de re iu. quo ad computationem, & de effectibus appellationis dicetur infra eod. cum appellationibus. & in c. non solum.

ADDITIO.

a Nico. Sup. Appellari. Adde Doc. in c. quintauallis. de iureiu. Doc. in c. 2. & in c. per tuas. de arbi. Bald. Salicet. & Pau. de Ca. in l. j. C. de arbi.
Vinc. G. Adde quòd appellationis causa debet regulari, secundum formã statu. ciuitatis, non autem secundum ius commune. Goz. cnos. 76. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interlocutoria interposita extra iudicium requirit eandem solennitatem, sicut quando interponitur in iudicio.*
2 *Appellari potest a quolibet grauamine.*
3 *Appellatio ab interlocutoria quot requirit, vt sit legitima.*
4 *Exceptio debet posse concludi in regula, alias non est exceptio.*
5 *Appellare dicitur quis incontinenti a diffinitiua, si appellet iudice sedente pro tribunali, etiam si per horam sedeat.*
6 *Causa specialis debet exprimi in appellatione ab interlocutoria nec sufficeret generalis.*
7 *Hæc regula limitatur sex modis, vt sequitur.*
10 *Adde ad idem nu. 8. & 9.*
Appellari si contingat ab interlocutoria ad inferiores a Papa, an requiratur talis solennitas, sicut quando appellatur ad Papam.
11 *Appellatio facta ab interlocutoria an requirat publicum instrumentum.*

CAP. I.

1 Cordi nobis. † No. primo. quod quo ad solennia appel. ab interlocutoria requiritur eadem forma in extra iudiciali, sicut & in iudiciali appel. & concludit hic Ioã. An. quod dicitur appellatio iudicialis, ex quo quis citatus est, vt in c. pe. supra de fo. compe. & sic exponitur text. hic iudicio. idest ab actu iudiciali in quo est iudicium per citationem secundum Ioan. An. ex quo infertur secundum Do. quòd appel. interposita ab actu gesto per iudicem ante citationem non dicatur esse iudicialis.
2 facit quod no. C. in rub. de in ius vo. & ibi per Bald. † Secundò no. ibi, grauamine, quòd potest appellari ab actu iudiciali non solùm si sit interlocutoria, sed etiã a quolibet grauamine illa
3 to vel etiam comminato secundum Ioan. And. † Vlti. no. quæ requirantur in appella. ab interlocutoria, nam ex parte iudicis requiritur traditio apostolorum, de quo in c. vt super. infra eod. Ex parte verò appellantis. Primò debet appellari in scriptis. Secundò debent peti apostoli, de quo in d. c. vt super. & c. ab eo. infra eod. & in clemen. 2. eod. titu. & dicuntur apostoli esse pars appellationis, intantum quòd si legitimè petiti non fuerunt habetur, ac si quis non appellauerit vt d. c. ab eo. & d. clemen. 2. & licet cautum sit eos petere tempore appellatio. vt hic dicitur, tamen possunt separatim peti & quandocunque intra triginta dies, vt d. c. ab eo. & ibi dicetur. Tertiò requiritur, quòd appelletur expressa in specie causa grauaminis, vt hic & in clemen. appella. eodem tit. etiam si causa grauaminis
4 esset notoria, secundum Ioan. And. de quo infra in glos. † In glossa in verbo, vel extra. in prin. Nota ex glos. quòd de essentia exceptionis est, quòd possit includi sub regula. alias non diceretur exceptio, nam exceptio declarat regulam non habere locum in casibus exceptuatis, vt dicit text. no. in c. 2. supra de coniu. leproso. & per glossam in rubrica, infra de regu. iuris. & in l. nam quod. hic alleg. In eadem glos. in fine. Aduerte quia licet Innocen. Ioan. Mona. & Archidiaco. hic, cum quibus videtur hic residere Ioan. And. tenent primam partem huius glos. tamen glos. in c. j. in prin. supra de postu. præla. & in c. vt debitus. in ver. ex rationabili causa. & in c. cũ causam. in fine. eodem titu. & Innocen. in c. ad aures. supra de temporibus ordina. sequuntur vltimam partem huius glos. & ita est tenendũ secundum Domini. dicentem causam debere exprimi non solum in appellationibus, quæ interponuntur in obiectionibus, in quibus locum habet c. quamuis. & c. vt circa. supra de electio. eod. lib. sed etiam in alijs electionibus in quibus iura illa locum non habent. imò & in alijs appellationibus extraiudicialibus, pro quo text. in c. bone. eodem titu. & hic qui ponit duas species appellatio. scilicet iudicialium & extra non distinguendo in extraiudicialibus an fiant a iudice vel a parte, facit quod habetur supra de deci. ad audientiam. & 9. distin. si Ro-
5 manorum. † In glos. in versi. interlocutoria. in prin. & dr incõtinẽti appellari a diffi. si appellet iudice sedente pro tribunali, etiam si iudex sedeat per magnam horam, secus si de tribunali seu a bancho discessit secundum Specula. eo. titu. §. qualiter autem. in princ. & tenet hic Lap. & Domi. & ita seruatur in practica. & sequitur Bald. in l. litigatoribus. & in l. eos. §. finautem. C. eodem titu. & Barto. in l. 2. hic alle. In ead. glo. ibi in scriptis. vt hic. de quo vide infra in glos. in versi. in scrip. & tene menti glo. quòd ab interlocutoria, siue incontinenti, siue ex interuallo debet semper appellari in scriptis expressa causa grauaminis. Quę autem dicatur interlocutoria, & quæ diffin. hic aliqualiter per Ioan. And. & per glos. no. in clemen. j. in versi. diffi. de sequest. pol. & in clemen. fina. de appella. & in l. si quis alibi. §. si quis ex his. ff. de libe. agno. & per Bald. l. post sententiam. C. de senten. In ead. glos. ibi, vt debitus. & ibi tex. solum requirit causam probabilem, secundum Ioan. And. quasi velit, quòd per alia iura antiqua erat necessaria expressio causę, sed per d. c. vt debitus, est necesse, quòd sit probabilis. In ea. glo. ibi, sed Bart. contra. idem tenet glos. supra proximo. & in d. c. vt debitus. in versi. ex rationabili causa. Glo. & Barto. in l. eius qui. & in l. fina. ff. de appella. recipien. dicens hoc procedere etiam de iure ciuili. & hodie est textus clarus hic, & in d. clemen. appella. vbi patet quod tam in appellatione iudiciali quam extra, a grauamine illato vel comminato causa est exprimenda, facit supra eod. cum causam. siue inferatur per iudicem siue per aliũ & satis diceretur appellare si sub ditus hoc intendens committeret se protectioni superioris, cum sufficiant verba æquipollentia, quando constat de mente, vt eod. tit. c. ad audientiam. secundum Ioan. And. Quid autem sit, quando appellatur a sententia excõmunicationis, an possit appellari sine expressione causæ. Innocen. in c. per tuas. supra de senten. excommu. tenet quòd non, quia non potest æquiparari appellationi a diffini. ex quo non suspendit executionem, vt in c. pastoralis. supra de appella. vnde æquiparatur appel. a grauamine. ideo requiritur, quòd in appella. exprimatur iusta causa grauaminis vt hic dicitur. & facit gl. 2. q. j. in sum. & tenet Io. An. in c. venerabi. §. similiter. infra de senten. excommuni. † In ead. glos. in fin. & sic debet exprimi specialis causa, & non sufficeret generalis. pro quo tex. hic, & in d. cle. appell. ibi, nominatim. etiam si ipsa causa esset notoria, secundum Ioan. And. hic & in c. accedens. el. j. supra vt li. non conte. & tenet glos. in d. clemen. appel. licet in d. c. accedens. velit contrarium & non bene, quia licèt notoriũ releuet ab onere probandi, tamen non releuat ab onere proponendi & colligendi vt dicit glos. singu. in d. clemen. appella. & Ioan. And. hic & Domi. hic in 2. col. in prin. & d. Flo. in d. cle. appella. in vi. q. Et per hanc glo. & tex. hic Rot. in dec. 7. que inci. item si appellatur. determinat duo dicta. Primò, quia licèt quidam voluerint, quòd valeat appellatio nulla causa grauaminis expressa. & respondent ad d. clemẽ. appella. vt habeat locũ quando

quādo aliqua cauſa grauaminis eſſet expreſſa, vt tunc nō poſſit iuſtificari ex alia, ſecus ſi nulla cauſa eſſet expreſſa, tamen per hunc textum hoc eſt expeditum, vt ſemper ſit neceſſe exprimere cauſam, etiam ſi eſſet notoria, vt ſupra Secundò determinat, quòd in tantum debet exprimi cauſa grauaminis, quòd licet appelletur ab interlocutoria vno vel duobus grauaminibus in appellatio. expreſſis ſecuta clauſula generali & ab omnibus alijs grauaminibus, quæ poſſunt colligi ex actis ſeu proceſſu cauſæ, tamen appellans non poterit proſequi niſi cauſas grauaminis in appellatio. nominatim expreſſas; & dicta clauſula generaliter nihil operatur per hunc text. & dictā clementinā appellanti. ita quòd ratio c. qui generali. ſupra. de procuratoribus, eodem, non habet locum in appellatione ab interlocutoria. & ita ſequitur Angelus & Imo. in l. 2. ff. de appel. & dominus Florenti. in d. clemen. appella. in 4. q. & Ange. in l. j. ff. de lib. & poſthu. 7 † Limita tamen prædicta, primò vt non ſit neceſſe exprimere cauſam in appella. quando appellatur ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, quia iudicatur de ea, vt de diffinitiua & non eſt neceſſe, quòd allegetur cauſa vt tenuit Ioan. And. in c. peruenit. el 2. ſupra eo. & Bald. in l. minoribus. C. de his, quib. vt indig. & in l. an ſententiæ. C. quō. appel. & d. Florian. in d. cle. appell. in fi. & ita etiam tenet Rota in deciſio. 13. quæ inci. item ſi iudex, & in deciſio. 85. quæ inci. item ſi a ſententia. vnde talis appellatio poterit iuſtificari ex alijs cauſis, quam expreſſis, & vide glo. in cle. fina. infra de appella. & quod dicetur in c. non ſolum. in gloſ. 2. infra eo. vide ibi per dominum Nic. in vlti. no. Et ideo ſi appelletur ab interlocutoria ſuper attentatis, & ſic quando reuocantur attentata, in appellatione non requiritur cauſa, & poterit iudex ad quem cognoſcere etiam de cauſis in appellatione non expreſſis ſecundum do. Flor. in cle. appellanti. in fi. & referentem Rotam ita tenere deciſio. 83. Secundò limita ſecundum Hoſt. niſi appelletur in maioribus cauſis ſoli Papæ reſeruatis, vt in d. c. ſit deuitus. de quo ibi. & in c. quamuis. in 6. glo. ſupra de elec. eo. lib. Tertiò limita niſi appelletur ab interlocutoria, de cuius grauamine verè conſtet ex inſpectione ſententiæ, vt quia in ea ſit inſerta cauſa a iure reprobata, ſecundum Pet. de Anchara. in d. cle. appellanti. Quartò limita niſi de grauamine appareat iuris preſcriptione, vel per allegationes iuris, vt ſi iudex mādat aliquē torqueri, vel ſequeſtrum fieri, quòd regulariter eſt prohibitū, quia tunc expreſſio cauſæ non requiritur, ſecundum Bald. in d. l. minoribus. arg. l. ſi quis prouocatione. C. eo. & in l. qui teſtamento. ff. de exc. & ita poſſet procedere dictum Innocen. in c. pe. ſupra de no. ope. nunci. Quintò limita, quia licet cauſa non ſit expreſſa ſpecialiter, tamen ſufficit exprimere per relationem ad aliud dicēdo, appello ab interlocutoria iniqua, prout ex dictis apparet, quia ſi iniquitas allegatur ex actis & allegationibus iuris abſque alia probatione facta, valet appellatio & ita procedat dictum Innoc. in c. pe. ſecundum Paul. & Lap. in d. cle. appellanti. & Domini. hic. 8 † Sed aduerte quia hoc dictum, non eſſet ita ſimpliciter verum, & contra hoc dictum tenuit Rota in d. deciſi. 7. & d. Flor. in d. cle. appellanti. & Bald. in d. l. minoribus. dicens, quòd bene procederet tunc appellatio, ſi exprimeretur nominatim, ex qua parte actorum appareat grauamen, quia tunc ſatis diceretur ferri expreſſio cauſę, & ita eſt de mente Rotę in d. deci. Et debet intelligi dictum Innocē. & Pau. ſecundum Bald. in d. l. minoribus. quando grauamen vel interlocutoria eſt talis, cuius iniquitas detegitur per allegationes iuris, tunc enim in appellatione nō eſſet neceſſe, quod inferatur cauſa, ſecus ſi iniquitas haberet detegi ex allegationibus & probationibus facti, & ita quòd eſſet quæſtio facti nō iuris, quia tunc locum habet d. cle. appellanti. & idem voluit Bald. in l. per hunc. circa fi. C. de tem. ap. Sextò limita quia licet a appellatio ab interlocutoria vel grauamine nō [a] procedat niſi nominatim expreſſa certa cauſa, tamē ſufficit, quòd cauſa exprimatur ſequenti die, vel quouſq; durat tēpus decem dierū datorū ad appellandū, quia quādiu eſt de tēpe dato ad appellādū pōt omiſſum ſuppleri, & habetur ac ſi cauſę a principio eſſent expreſſę ſm Bal. fin. in l. 2. circa fi. C. de epi. au. & facit, qđ hr̄ in reg. in alternatiuis. j. de re. iur. de declaratione fiēda intra tempus datum ad appellandum. Et aduerte quia licet appellatio ab interlocutoria non poſſit iuſtificari ex alia cauſa quam expreſſa, tamen pluribus cauſis expreſſis ſufficeret vnam probare, nec eſt neceſſe in appellatione apponere illam clauſulam non aſtringens ſe, & c. ita dicit Bald. in d. l. minoribus. per tex. in l. appellanti. §. j. ff. eo. titu. Quid autem ſit in appellatione a 9 diffinitiua, vide j. in gloſ. in ver. ſtatuit. † In gloſ. in ver. ad nos. in fi. concludens de quo ad deuolutionem negotij principalis, vide tex. ſolum habet locū in Papa & non in inferiore niſi inferior eſſet talis, qui poſſit adiri per viam querelæ, vt patet ex ratione gloſ. hic & ita procedat opi. Hoſt. quam ſequitur Archidi. 3. q. 5. quia ſuſpecti. Sed quo ad formam appellandi & petendi apoſtolos iſte text. pariter locum habet in omnibus appellationibus etiam ad inferiores interpoſitis, ſecundum Ioā. And. & Domini. & vide per Rotam in deci. 385. quæ inci. item ſi appelletur. & per gloſ. infra in ver. ſuperioris. & in gloſ. ſeq. 10 † In glo. in ver. in ſcriptis ibi, fides fieri per alia documenta, vt patet in d. c. quoniam. in fi. & ita dicit Hoſt. determinandum quod ipſe no. in ſum. eo. titu. §. qualiter. & concludo prout eſt dictum ſupra in gloſ. proxi. quòd quo ad ſolennia appellationis iſte tex. locum habet etiam ſi appelletur ad inferiores a Papa. & facit etiam quod eſt dictum ſupra in gloſ. in ver. interlocutoria. licet Domi. hic aliud velit, & non bene. Et licet Arc. in ver. de partium. in fi. videatur velle eſſe ſpeciale quomodocunque ad Papam appelletur etiam ſine ſcriptis, & etiam nulla cauſa expreſſa & non petitis apoſtolis deuoluatur negotiū ad curiam, tamen Rota in d. deciſi. intelligit hoc quando iudex a quo defert appellationi, vt ifra eo. cum appellationibus. alias ſecus eſſet, per no. in c. quamuis. ſupra de ele. eo. lib. ideo in omnibus appellationibus ad Papā requiritur forma huius c. in prin. vt tenet Archidia. & Ioan. And. in c. cupientes. in ver. appellatio. ſupra de elec. eo. lib. Et aduerte primo, quia licet de iure canonico ab interlocutoria debeat appellari in ſcriptis, vt hic dicitur, tamen de iure ciuili non eſt neceſſe, ſecundum glo. in d. l. 2. ff. eo. quod tamen de conſuetudine nō ſeruatur, ſecundum Bart. in l. eius qui. ff. de appella. reci. vbi plenè per eū. Secundo aduerte quando dicatur appellari in ſcriptis. Ang. in l. a ſententia. in fin. ff. eo. concludit, quòd debeat offerri libellus in ſcriptis, & quòd non ſufficeret ſi viua voce quis appellat, licet faceret incontinenti totam appellationem redigi in ſcriptis per notarium cum expreſſione cauſę grauaminis, facit quod eſt dictum ſupra. titu. proxi. c. fina. imo plus dicit Ange. in d. l. a ſententia. referendo. Spe. eo. titu. §. j. in quarta parte, ꝙ ſi quis porrigeret libellum appellatorium in ſcriptis, non ſufficiat niſi ſint adiecta illa verba in his ſcriptis. Sed certe hoc vltimum non procedit, vt vult in ſimili gloſ. no. ſupra titu. proximo. c. fin. & ita tenet Imo. in d. l. a ſententia. in fi. de quo ibi 11 plenè per eum. † In ea. glo. in fi. & hoc tutius eſt tenere ſecundum Hoſt. & Ioan. And. & facit quod no. in c. j. §. excm. infra de ſenten. excommuni. & per Spe. in d. §. j. ver. & notabiliter. non eſt de ſubſtantia appellationis, quòd ſcriptura ſit publica, ſed ſufficit priuata ſecundum gloſ. hic, & in c. appellatio. infra eodem. ſed talis priuata ſcriptura non probat eſſe appellatum in ſcriptis, niſi probetur per teſtes, vel niſi notarius ſe ſubſcripſerit, & teſtes appoſuerit dicendo, quòd in his ſcrip. appellauit ſecundum Domini. & vide per Rotam in deciſio. 409. quæ inci. item fuit dubitatum vtrū diffinitiua. Et hic in ſcedula quæ datur iudici a quo, in qua continetur appellatio, ſed in cedula quę datur parti ad intimādum ſecundum formam clem. cām, de elec. requiritur quod ſcriptura ſit autentica, vt ibi, in ver. autentica. & ibi per Pau. Et vide hic per Ioan. Andre. dicentem, quod ſi, dum ſubditus ſcribit appellationem, iudex eodem inſtanti ſcribit ſententiam excommunicationis, quam, profert ante appellationem, & poſtea interponitur appellatio, quod ſententia excommunicatio. non valebit, per c. per tuas. ſupra de ſenten. excommuni. de quo per Ioan. And. in regu. cum ſit partium. infra eodem libro. & hic per Domini. dicentem poſt Ioan. And. quòd tunc excommunicatio lata poſt appellationem eſt nulla vt dicto. c. per tuas. quādo appella. eſt iuſta, ſecus ſi iniuſta. ſupra de offic. delega. cum olim Abbas. in fine. & In gloſſa in ver. petat in fi. vide, vt plenè dicetur in c. ab eo. & c. vt ſuper. infra eodem. & dicit Ioan. And. ſupra in 4. glo. quòd etiam ſi appellaretur in extraiudicialibus, & in electionibus tutius eſt dicere, peto apoſtolos, ſi ſit qui dare poſſit. in ver. exhiberi. ibi, requiſitus. debet enim iudex requiſitus apoſtolos tradere, etiam ſi non recipiat appellationem, vt hic in tex. ſed ſi non ſunt petiti, non tenetur tradere quando appellationem non recipit, ſed vbi recipit, tenetur tradere etiam non requiſitus, vt in l. eos. in fi. C. eodem titu. alias puniretur pęna, de qua in l. quoniam iudices. C. eodem. titu. ſecundum Hoſti. & Ioan. And. & facit. l. iudicibus. C. eodem titu. licet Archidiacon. hic, velit

ADDITIO.

a Vinc. G. Adde infra quantum tempus fieri debeat appellationis cauſa. Ruy. conſil. 318. nu. 9. lib. 5.

velit pœnam esse arbitrariam, ex quo determinata non est, de quo hic per Ioan. And. & per Bald. in d. l. eos. & vide infra §. proximo. & per glo. in ver. requisitus. in dicto c. vt super.

SVMMARIVM.

1 *Causa est exprimenda in apostolis non solum delationis, vel non delationis, sed etiam causa ipsius appellationis.*

1 In quibus. † Nota primò in apostolis exprimendam esse causam non solum delationis, vel non delationis, & facit. l. sciendum. ff. de appella. reci. sed etiam causam ipsius appellationis, vt probat text. hic, pro quo facit copulatiua, &, hic posita, quæ de sui natura copulat diuersa, & requirit concursum copulatorum secundum glo. in clementi. in plerisque. in ver. & populo. de electio. & facit glo. in c. vt super. j. eodem. & isto respectu dicuntur tunc apostoli testimoniales. Debet etiam in eis exprimi causa admissionis appellationis vel non, vt hic in tex. & si exprimatur qualiter appellatio non recipitur, & eius causa, & dicuntur tunc apostoli refutatorij. Si verò exprimatur qualiter appellatio est recepta, & eius causa & tunc si causa erat, quia appellatio fuit legitima, & erunt apostoli dimissorij seu dilatorij. Si verò causa fuit propter reuerentiam superioris, & erunt reuerentiales, & plenius vide de istis quatuor speciebus & eorum formis in Specula. in 4. parte. eodem titu. §. sequitur. & ibi ponitur de quinque speciebus, vt sunt conuentionales qui dantur a parte quæ defert
a hodie tamen communiter dantur acta pro apostolis,[a] & in eis scribitur, an iudex deferat appellationi vel non, vt per glos. in clemen. 2. & ibi per dominum Floria. in §. verum. in 2. q. eo. titu. & per Barto. in l. j. ff. de libel. dimisso. Vltimò nota arg. quòd iudex a quo tradendo apostolos reuerentiales videatur deferre appellationi, de quo per glos. s. in ver. exhiberi. & dicetur j. eo. in c. cum appellatio. In glossa in ver. appellationis. in fi. vtraque expositio est tenenda & simul iungenda, secundum Domini. & ita tenuit glos. in dicto c. vt super. In glo. in ver. superiores. in fi. vnde dicit hic Hostien. quòd id, quod hic dicitur de apostolis, locum habet in omnibus iudicibus, secundum Ioan. Andre. In glossa in ver. delatum ibi, de veritate appellationis, vel eius iustitia. putà propter dubium opinionum secũdum Abba. ponentem exemplum per nota. in c. vt debitus. s. de appellatio. de quo in c. cum speciali. eodem titu. In eadem glos. in fi. secundum Innocen. licèt Hostien. hic dicat, quòd non incurrat pœnam illius c. dummodo illud non fecerit in grauamen alterius partis per gratiam, vel sordes, vt ibi not. secundum Ioan. And.

ADDITIO.

a Vin. God. Nota quòd apostoli possunt peti simul vno contextu sæpius. Fely. in c. cum tam. de offic. deleg. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo deferens appellationi potest præfigere tempus ad eam prosequendam.*
2 *Iudex ad quem non potest inuitis partibus cognoscere de causa principali, nisi primo discusso appellationis negotio.*
3 *Iudex a quo an potest præfigere tempus appellanti ad prosequendam appellationem.*
4 *Iudex ad quem potest de causa appellationis cognoscere, vel eam alij committere. Adde ad idem nu. 5.*
6 *Papa potest cognoscere de principali causa appellationis omisso articulo appellationis, quod Archiepiscopus non potest.*
7 *Causa appellationis si alicui sit commissa, an possit cognoscere de nullitate. & nu. 8. & 9.*
10 *Causa si non sit expressa, vel expressa certa causa quando appellatur a diffinitiua potest iustificari ex alia, & noua causa prosequi.*

1 Post hęc. † Nota primò quod iudex a quo potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, postquam ipse detulit appellationi, seu postquam apostolos dederit, & ita probat tex. hic, ibi, post hæc, idest, post traditionem apostolorum, secũdum Hostien. vel postquam fuerit appellatum, & delatum appellationi, secundum Archidiac. & ita residet hic Ioan. And. sed quando iudex non detulisset, non potest præfigere terminum secundum Innoc. in c. fi. s. de accusa. & facit clemen. j. de appella. de quo dicetur j. eo. in c. cum appel. Secundò no. ibi, si voluerit. quòd appellatus si velit, & petat, potest facere quòd per appellationem ab interlocutoria cognitio etiam totius causæ principalis deuoluatur ad iudicem ad quem, sed ipse appellans hoc non potest inuito appellato, vt hic plenè per Ioan. Andr. & per Rotam in decisi. 203. quæ incipit, item quòd appellatus. in 2. colum. vbi plenè ad intelligentiam huius tex. Tertiò no. quòd Papa potest committere in curia cognitionem causę principalis, licèt non sit deuoluta per appellationem, secundum Domi. sed certè hoc non bene probatur, cum hæc causa erat deuoluta, vt pa
2 tet ibi finito appellationis articulo, de quo j. † Quartò nota iudicem ad quem nõ posse inuitis partibus cognoscere de causa princi. nisi primo diffinito negotio appellationis interposi-
a tæ ab interlocutoria, cum instantia causæ princi. [a] sit diuersa ab instantia appella. ab interlocutoria, quod facit, vt iudex delegatus in causa appella. ab interlocutoria non possit illa finita cognoscere de causa princi. de quo plenè in c. vt debitus. s. eo. Sed consensu partium interueniente hoc posset, vt hic in tex. quia potest iurisdictio prorogari, licèt propriè non sit prorogatio, sed exceptionis omissio, secundum Innocen. dicentem, quòd sufficeret consensus solius appellati, licèt non sufficiat consensus solius appellantis, & ita tenet Hostien. in dicto c. vt debitus. & text. hic ibi de partium resoluitur in sęculari, idest, partis appellatæ, sic s. eo. accepta, secundum Innocen. & Ioan. And. & videtur tenere Fede. in suo consi. 237. quod incip. si a sententia. Sed certè etiam si appelletur ad eum, qui potest adiri per viam querelæ, non videtur, quòd possit cognoscere de causa principali omisso articulo appellationis, ex quo iudicium in causa principali est cęptum coram alio, vt in c. proposuisti. s. de foro competen. secundum Domini. & hoc nisi de consensu vtriusque partis. secus si partis appellatæ, vel appellantis tantum, quia alia non esset differentia, an sit finitus articulus appella. vel non, quam differentiam facit tex. hic, quia finito artic. appellatio. appellatus potest hoc facere inuito appellante, sed eo non finito non potest nisi de consensu partiũ, & quia expositio in singulari in vers. de partium, esset superflua cum s. hoc dicatur in tex. ibi, si voluerit appellatus &c. debet ergo intelligi tex. prout iacet. de quo j. in glo. in ver. omis-
3 sio. & j. in 2. charta. in fi. † In glos. in ver. indulto. in fi. & hoc potest tam iudex delegatus, quàm ordinarius, vt hic & s. eo. ad aures. siue sit appellatum a diffinitiua, siue ab interlocutoria,
b vt hic dicitur. Et potest præfigi terminus ab appellante, [b] qui potest abbreuiare terminum iuris ad prosequendam appellationem, vt s. eo. personas. Sed appellatus non potest, secũdum Ioan. And. & Domini. de quo hic per eum. & per Specula. eo. titu. §. qualiter. ad fi. & per Rotam in dicta decisi. & per do. Nico. in dicto c. personas. in 2. colum. In glo. in ver. petierint. ibi, ad contradicendum. vt in c. interposita. §. j. & c. Nico. & ibi per glo. & in c. oblatæ. s. eo. In eadem glo. ibi, ad prosequendam intellige si appellatio fuit recepta, vt dicto c. interposita, & idẽ si non est recepta, sed terminus assignatus ad prosequendam appella. vt no. in dicto c. Nic. In eadem glo. ibi, addit, dic quòd tex. hic habet locum, quando appellatus petit, quòd tota causa sit in curia, antequam literæ sint impetratæ ab appellante, vel antequam appellans miserit nũcium, aliàs si non petijsset, vel petijsset post impetrationem literarum, vel missionem nũcij, hæc glos. non haberet locum, cum res non sit integra. & hoc nisi ex malitia appellans ita festinasset, vt dicto c. obla. secundum Innocen. & Hostiens. dicentes prædicta procedere etiam in alijs causis quàm electionum vel beneficialium, cum in eis dicta petitio non requiritur, sed seruatur c. j. s. de electio.
4 eo. lib. † In eadem glo. in fi. vide hic per Ioan. An. & in c. super quæstionum. s. de offic. delega. & ibi per glo. & conclude secundum Domi. quod est in arbitrio iudi. ad quem, an velit ipse cognoscere, vel alteri committere. argumen. dicti c. super quæstionum. & s. de offic. ordina. vt litigantes. eodem lib. Si verò quæritur, an partes possint hoc petere, vt tota causa committatur per ipsum iudicem ad quem, & poterunt de ipso articu. appella. seruata forma. c. sæpe. s. eodem. sed de causa princi. poterit hoc peti seruata forma huius c. & vbi non concurrerent illa, quæ habentur in dicto c. sæpe. & hic tunc esset necesse de gratia impetrari a Papa, vt pars citetur ad curiam, & ita proce-

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde, ꝙ instantia causæ, principalis suspendi non potest, secus causa appellationis. Ruy. consi. 36. nu. 3. 8. & 10.

b Celsus. Appellante. Dic, quòd illi potest iudex a quo præfigere terminum, intra quem suam appellationem prosequatur. istud est singu. in c. fi. de accu. ꝙ pro sin. refert & sequitur Ludo. Ro sin. 165. inci. iudex a quo. quod tamen in sua restrictione non sequaris, vt per Fely. in c. cum Bertoldus. colum. 6. in fi. dum Ab. allegat de re iu. & in c. peruenit. lo j. & ibi Panor. de ap. & melius in c. prælatorum col 6. ver. secundo casu. de accu.

Vin. God. Limita tamen, quòd Iudex sine libello non potest procedere, & fatigare reum. Cor. consi. 91. In causa, litera c. lib. 4.

procedat dictum Ioan. Andr. hic ſecundum Domini. de quo in
dicto c. qua fronte, & nota ex 3. fol. huius gloſ. quòd eſt in ele-
ctione appellantis quem iudicem velit adire, quando ſunt plu
res iudices, qui poſſunt adiri per viam appella. Et an valeant
literę impetratę per appellantem non ſuper cauſa appella. ſed
ſuper alia, vt ſuper cauſa iam inchoata, vide hic plenè per Ar-
chidiaco. & Ioan. Andre. In gloſ. in ver. monumentis. in fi. de
teſtibus verò non intelligitur, vt in c. conſtitutus. de fideiu. ſe-
cundum Innocen. & Archidiaco. ideo pro inſtrumentis, &
alijs actis non daretur remiſſio, vt per Rotam in deciſi. 218. quę
incipit, item licet pro inſtrumentis. & in dicta deciſi. 204. circa
fi. & vide dicta de hoc in c. præſentium. ſ. de teſti. eodem lib.
5 circa fi. princip. † In gloſ. in ver. finito. in fi. & idem ſi eſſet fi-
nitum per lapſum termini ſtatuti a iure, vel ab homine ſecun-
dum Ioan. Mona. & Archidiaco. vt in dicto c. ſæpe. & j. eo. Ro
mana. §. ſi autem. Sed Ioan. And. contra, quia tunc iudex ap-
pellationis non cognoſceret de cauſa princi. vt requirit text.
hic, ſed rediret cauſa ad iudicem a quo, vt dicto c. vt debitus. &
eadem ratione non cognoſceret de cauſa appella. quando pro
nunciaret malè appellatum, vel caſſaret appellationem, ſecun
dum Lap. & Domini. quibus non placet, quod gloſ. hic de caſ-
ſatione dicit, ſed intellige gloſ. quando iudex a quo detuliſſet
appellationi per no. in dicto c. cum appella. ſecundum Lap.
vel quando appellatus approbauit appellationem, quo caſu
Papa, vel legatus poſſet cognoſcere de cauſa princip. ſi velit.
Sed certè videtur, quòd appellato approbante appellationem,
& petente quòd cauſa ſit in curia, poſſit procedi omiſſo appel.
arti. niſi conſentiant ambæ partes, vt hic in tex. licet ſecus, ſit
quando defertur appellationi per iudicem, vt ſ. vnde plus ope
ratur delatio iudicis, quàm approbatio, & petitio appellati, vt
6 hic per Lap. & Domini. de quo j. † In gloſ. in ver. omiſſo. in
princi. an idem ſit in delegato Papæ, quod in Papa. Innocen.
& Ioan. And. hic quod ſic, & idem tenet in c. Romana. hic al-
lega. quia in cauſa delegata a Papa ipſe delegatus habet ean-
dem iuriſdi. ſicut Papa, vt ſ. de offi. delega. ſanè, el 2. vnde po-
teſt eius iuriſdictio prorogari, & partes poſſunt renunciare ap
pella. articu. vt hic dicitur, quod intelligit Domini. in dicto c.
Romana. quando Papa delegauit tam cauſam appella. quàm
cauſam principalem, ſecus ſi cauſam appella. tantum, quia illa
finita non poſſet delegatus ſe intromittere in cauſa princip. ſi
bi non delegata, vt no. Ioan. Andre. in dicto c. vt debitus. & in
c. fi. ſ. de iudi. Sed aduerte, quia do. Nico. in dicto c. vt debitus.
in pe. colum. indiſtinctè tenet, quòd delegatus poſſit, quia cau-
ſa principalis venit acceſſoriè ad cauſam appella. vt in dicto c.
vt debitus. commiſſo ergo principali & ſic cauſa apella. vide-
tur commiſſum omne conſecutiuum. argu. c. prudentiam. in
fi. ſ. de offic. delega. de quo plenè vide per Fede. in ſuo conſi.
7 187. & per gloſ. in clemen. j. in princi. de cau. poſ. Quid † autem
ſi alicui eſt commiſſa cauſa appella. an delegatus poſſit cogno
ſcere de nullitate dicetur j. In eadem gloſ. in fi. ſed limita pri-
mo niſi archiepiſcopus pronunciaſſet iuriſdictionem ad eum
deuolutam per legitimam appellationem, quia tunc poterit
cognoſci de principali, licèt etiam non fuerit appellatum in
ſcriptis, vel cum expreſſione cauſæ, quia talis ſententia facit
ius inter partes, vt ſ. de reſcrip. ſuper literis, ſecundum Inno-
cen. & Ioan. And. & ita etiam eſt de mente Lap. licèt loquatur
in nullitate, de quo j. Secundò limita, niſi iudex a quo detuliſ-
ſet, quo caſu iudex appellationis, etiam ſi ſit Archiepiſcopus,
vel inferior etiam inuito appellato, & etiam ſi appellatio ſit in
terpoſita ſine ſcriptis, & ſine cauſa, vel ſine apoſtolorum peti-
tione, poſſet in cauſa procedere ſecundum Innocen. & Ioan.
Andr. & facit dictũ c. cum appella. & idem tenuit Ioan. And.
in dicto c. Romana. in princi. per tex. in dicto c. cum appella. &
ita ſequitur Rota in deciſi. 385. quæ incipit, item ſi appellatur ſe
cundum Domini. dicentem poſt Innocen. & Ioan. And. quòd
ille cui eſt commiſſa cauſa appella. poterit cognoſcere de nul
litate, & pronunciare ſuper ea, per l. ſi expreſſim. ſ. eodem titu.
& no. in c. dilecto. ſ. eo. in fi. & in l. quædam mulier. fam. erciſ.
quod tene menti. & idem tenet Imo. in dicta l. ſi expreſſim. in
vlti. charta, vbi plenè per eum de hoc. Sed Lap. intelligit hoc,
quando appellatur ad iudicem, qui poteſt principaliter adiri
per viam querelæ omiſſo medio, vt eſt Papa, vel legatus de la-
tere, & tunc habet locum tex. hic ſecundum glo. in dicto c. Ro
mana. in princi. ſecus in alio, vt in Archiepiſcopo, & hoc niſi
prius pronunciaſſet bene appellatum & a tali pronunciatio-
ne non appellaretur, quia tunc ſententia faceret ius inter par-
tes, vt ſ. Sed aduerte primo, quia ſi nullitas venit incidenter,
vt in cauſa appella. poteſt Archiepiſcopus de ea cognoſcere ſi
cut de appellatione, vt dicta l. ſi expreſſim. ſecus ſi principali-
ter deducatur nullitas, vt in dicto c. Romana. & ſic eo caſu quo
poteſt cognoſcere de appellatione, poterit cognoſcere de nul
litate, intellige incidenter, & iuſtificata appella. vt dicit Lap.
aliàs ſecus, niſi eo caſu, quo poſſet cognoſcere de cauſa princi.
omiſſo appella. articu. de quo j. Secundò aduerte, quia vt patet
ex præcedentibus, & prout vult gl. hic, quando iudex ad quem
eſt talis, qui non poteſt principaliter adiri per viam querelæ
omiſſo medio, tunc talis etiam de conſenſu partium poſſet co
gnoſcere de cauſa princi. omiſſo appella. arti. vt in dicto c. Ro
mana. in princi. quod ſine dubio procedit in clericis, vt ibi, &
idem in laicis quod cauſa eſſet ſpiritualis, vel feudalis ſeu cri-
minalis, per no. in dicto c. Romana. ſed ſi cauſa eſt ciuilis, tunc
Lap. hic tenet, ꝙ quilibet iudex appellationis poſſet de con-
ſenſu partium cognoſcere de cauſa principali omiſſo appella.
articulo, ex quo laici poſſunt in eum conſentire, ſecundum
no. ſ. de foro competen. ſignificaſti. & hic per Innocen. & per
Hoſtien. in ſum. eodem titu. in ver. ſed nunquid laicus. & idem
Domini. hic, quando appellatur ad iudicem a quo ante iudi-
cium cęptum, ſecus ſi iudicio cępto, quia tunc de cauſa princi.
deberet cognoſci coram iudice a quo, coram quo ipſa cauſa
eſt cępta, vt in c. pen. ſ. de foro competen. ſecundum Domini.
tenentem, quòd excepto Papa nullus alius, qui etiam poſſet
adiri principaliter per viam querelæ, poſſet etiam inter ipſos
laicos cognoſcere de cauſa princi. omiſſo arti. appella. & idem
tenet Lap. & Ioan. de Fan. in dicto c. Romana. prout ibi refert
Domini. per nota. in dicto c. vt debitus. & per Ioan. Andr. in c.
paſtoralis. in j. glo. & per tex. 11. q. 3. peruenit. quia ex quo or-
dinarius præoccupauit iuriſdictionem inter laicos, ergo non
poſſunt eius iuriſdi. declinare conſentiendo, quòd iudex ap-
pella. cognoſcat de cauſa princi. omiſſo appella. artic. vt in di-
cto c. pen. ſecundum Domini. Sed aduerte, quia quod tex. hic
habeat locum non ſolum in Papa, ſed etiam in omni iudice,
qui poſſet principaliter adiri per viam querelæ, tenuit gloſ. in
dicto c Romana. in princi. & ſequitur ibi Archidiaco. & Ioan.
And. & gloſ. hic, & ſ. in ver. ad nos. Item aduerte hoc ſiue in
8 laicis ſiue in clericis. † Sed in laicis dicendum eſt, quòd non ſo
lum Papa, & Legatus, ſed etiam Archiepiſcopus, & omnis iu
dex appella. poſſit cognoſcere de cauſa princi. omiſſo appel-
la. arti. de voluntate partium, vt eſt text. in dicto c. Romana. in
princip. a contrario ſenſu, iuncta gloſ. ibi in ver. clericorum.
quod idem tenet. Non ob. dictũ c. ſignificaſti. quia loquitur in
clericis. Non obſtat dictũ c. pen. quia procedit, niſi ambæ par-
tes velint contrarium, quia laici poſſunt in alienum iudicem
conſentire, vt dicto c. Romana. in princ. iuncta glo. Nec etiam
ob. quòd text. hic loquatur in Papa, quia videtur, quòd habeat
locum in omni iudice. Nam illæ eædem rationes, ex quibus di
citur alios iudices hoc non poſſe, habent locum etiam in Pa-
pa, nam iuriſdictio Papæ poteſt pręueniri, & pręoccupari per
ordinarium, vt in c. vt debitus. & ibi per glo. ſ. eo. & in c. ſi a ſe-
de. j. de præbend. ſi ergo cauſa principalis eſt cępta coram or-
dinario, non deberet ipſe Papa poſſe agnoſcere de cauſa prin
cipali omiſſo appella. articulo, ex quo cauſa ipſa eſt cœpta, &
pendet coram ordinario, & tamen hic eſt text. in contrarium.
Nec ob. ſi diceretur, ratio ſit, quando Papa eſſet iudex ordina-
rius omnium, vt 3. q. 9. cuncta. & propter hoc nec clerici, nec
laici dicuntur in alienum iudicem conſentire, nam remane-
ret alia ratio, ex quo iuriſdictio eſt præuenta ab ordinario, vt
dicto c. pen. & dicto c. vt debitus. imò videretur, quòd etiam
tunc Papa, vel alius non ſit dicendus de cętero iudex illorum,
ex quo cauſa eſt cępta, ſicut contingeret in duobus iudicibus
ordinarijs, quia ſi vnus præoccupauit, non poteſt tunc dici,
quòd alter ſit iudex illorum, niſi dicatur, quòd licèt iuriſdictio
Papæ ſit præoccupata, tamen purè remanet iudex ordinarius,
vnde de conſenſu partium poſſit cognoſcere de cauſa princi-
pali omiſſo articulo appellat. quia partes non dicuntur tunc
conſentire in alienum iudicem, quæ ideo habet locum in Pa-
pa, & Legato, & ceſſat in Archiepiſcopo, & inferioribus cle-
ricis, vt dicto c. j. ſed in laicis idem dicendum videtur in Papa,
& in omnibus iudicibus inferioribus, vt videtur hic probare
in tex. qui licèt loquatur in Papa, & ipſe Papa poteſt cognoſce
re de conſenſu partium, ergo & alij iudices poſſunt, quia ratio
præoccupationis, quæ prohiberet alios iudices, haberet lo-
cum etiam in Papa, ergo ſicut poteſt Papa, poſſunt & alij, vt
dicto c. j. & ibi glo. Nec ob. ratio præoccupationis, quia non
habet locum, ſi ambæ partes conſentiant, vt eſt tex. hic, & cla-
rius in dicto c. Romana. iuncta gloſ. Pro quo facit ratio, quia
propter hoc, quòd lis pendeat, & ſic quòd ſit præoccupata iu-
riſdictio,

risdictio, non redderet iudicium nullum, si litigaretur coram
alio iudice, quia exceptio litis pendentiæ debet opponi, &
aliàs si non opponatur, procedit iudicium, licèt causa sit prius
cœpta, & pendeat coram alio iudice, vt dixit singu. Innocen.
s. de constitu. cum M. fortius ergo procedat iudicium, si ambæ
partes consentiant non opponendo litis pendentiam. remanet tamen dubitatio, an tunc cognoscat, vt iudex appellationis, quod videtur hic tenere Innocen. an vt iudex prorogatus, quod videtur tenere glossa in ver. clericorum. in dicto c.
Romana. Sed videtur, quòd vt iudex appellationis non dicatur procedere, quia sequeretur, quòd clerici possent facere omisso appella. articulo Archiepiscopus procederet, quia non dicuntur consentire in alienum iudicem, si esset iudex appellationis. & ita colligitur ex tex. & glos. in dicto c. Romana. in princip. Item quia si non cognoscit de appellatione, & non pronunciat super ea, non dicitur tunc ad eum deuolutum negotium, ergo omisso appellationis articulo non videtur, quòd
9 cognoscat vt iudex appellationis. † An tamen iudex appellationis possit cognoscere de causa principa. omisso appellationis articulo, de consensu solius appellati tantum. do. Nico. in c. interposita. §. idem quoque. & in dicto c. vt debitus. in fi. s. eodem, tenet quòd sic, quia etiam inuito appellante debet hoc posse peti. nam quòd prius cognoscatur de articulo appellationis, est fauor appellati. si ergo appellatus non vult, quòd de hoc cognoscatur, appellans ipse non potest de hoc conqueri, ex quo appellauit, volendo quòd causa tota ad iudicem appellationis deuoluatur, ita quòd potest sibi dici, quod quæris intus habes, vt in c. super quæstionum. §. porro. de offic. delega. vnde appellans allegare non potest litis pendentiam coram iudice a quo, cuius iurisdictionem ipse declinat appellando, facit c. 2. s. de do. & contu. eodem libro. Nam qui suo facto procurat conueniri coram alio iudice, nunquàm potest opponere exceptionem litis penden. secundum Bald. in l. j. in fi. C. commu. de leg. ergo appellans qui procurat, quòd causa sit coram iudice ad quem, non potest opponere de exceptione litis penden. coram iudice a quo, nec etiam ipse iudex posset de hoc opponere, & supplere, vt per Innocen. in dicto c. cum M. & tenet Bal. in l. j. C. qui admit. vnde videretur, quòd de consensu solius appellati possit cognosci per iudicem appellatio. de causa principali omisso appellatio. articulo etiam inuito appellante, dummodo tamen prius reuocetur grauamen, propter quod fuit appellatum, cum tunc non habeat de quo conqueratur appellans. Et ita residet hic Innocen. & Ioã. Andre. licèt Domini. hic velit, quòd debeat interuenire consensus vtriusque partis, per tex. hic in ver. de partium. sed certè potest suppleri maximè, vel resolui in singularitate primæ
10 partis appellatæ, ex quo appellans ipse non possit conqueri de hoc vt s. † In glo. in ver. statuit. in princip. & si appellatur nulla causa expressa, vel expressa certa causa, potest ex alia iustificari, & noua causa prosequi, vt per glos. in c. cum causam. in fi. s. eodem titu. secundum Ioan. An. hic. Pro quo est text. in l. 2. §. quid ergo. ff. eodem titu. & ibi per Barto. & idem tenet Lap. in sua allega. 6. in fi. Pro quo etiam text, nota. in l. Titianus. ff. quod cum eo. vbi iudex ad quem potest reformare sententiam diffinitiuam ex noua causa non allegata, nec probata coram iudice a quo, & intellige prædicta dummodo in appellatione a diffinitiua non exprimatur causa manifestè friuola, quia tunc vitiaretur appellatio etiam a diffinitiua, vt not. in simili in c. fi. s. de conditio. apposi. secundum Ioan. Andre. licèt in contrarium facit glos. in l. vinum. ff. si cert. peta. In eadem glos. in fi. intra quem, si non prosequatur rata manet sententia, vt dicto c. sæpe. §. saluis. vide per Rotam in decisi. 361. quæ incipit, item si appelletur. Quid si appelletur a sententia diffinitiua, quæ est nulla, & deseratur appellatio, item vide in deci. 365. quæ incipit, item si a diffinitiua. Quid si appellatur a sententia diffinitiua habente plura capitula, an possit per iudicem a quo ad instantiam partis appellatæ pronunciari super omissis in dicta sententia.

SVMMARIVM.

1 *Appellans non legitimè habetur pro non appellante.*
2 *Appellans contumax potest cõdemnari in expensis absque alia citatione.*
3 *Contumax infert iniuriam tribus, scilicet iuri, iudici, & parti.*
4 *Iudex appellationis an possit appellantem condemnare in expensis, qui appellauit non seruata forma. c. 1. de app. in 6.*
5 *Iudex ad quem si omisit frustratoriè appellantem condemnare in expensis, an iudex a quo poterit eum condemnare in fine litis.*
6 *Appellatus si est contumax condemnatur in expensis. quid si succumbat, an excusetur ab expensis propter primam sententiam pro se latam.*

1 §. Quod si appellator. † Tene menti, & ita alleg. quòd qui non legi-
a timè appellat, habetur pro non appellante, [a] ex quo infertur, quòd vbi in actu exercendo datur a iure certa forma, si forma non seruatur, non valebit actus, & reputatur non factus, facit c. fi. s. titulo proximo, & c. quia propter. de elect. quia paria sunt non fieri, vel non legitimè fieri, vt hic dicitur. Secundò nota, quòd si appellatio est minus legitima, tunc appellans remittitur ad iudicem a quo, & in expensis condemnatur, facit c. cum appellatio. j. eodem & c. vt debitus. & c. ad hæc si in vna. & c. sæpe. & c. per tuas. & vide in c. Romana. §. fi. j. eodem. & eodem modo condemnatur in expensis si appellatus succumbit in causa appellationis, de quo j. in fine. vt in l. tu-
2 tores. §. tutor. ff. de administra. tutó. de quo j. † Tertiò nota quòd appellatus, seu appellans contumax potest condemnari in expensis absque alia citatione, etiam si contumacia in tali causa sit talis, in qua possit procedi contumacia non obstante, vt in c. j. s. de electio. eodem libro. de quo in c. auditis. s. de procur. & in c. finem. s. de do. & contu. & per Innocen. in c. calumniam. de pœnis. & per Rotam in decisi. 424. quæ incipit, item si a diffinitiua sententia. circa fi. vbi plenè de hoc.
3 † Vltimò nota quòd contumax infert iniuriam tribus, scilicet iuri, iudici, & parti. ideo est, quòd contumacia appellatur de-
b lictum, [b] vt in l. omne delictum. ff. de re milita. & pro omni contumacia potest quis excommunicari, vt 96. distinc. duo sunt. Sed an habeant etiam locum aliæ pœnæ legales, de quibus in l. a proconsulibus. C. eodem & in l. ab executore. C. quorum appella. vide plenè per dominum Nico. in dicto c. vt debitus. in 13. colum. In glos. in ver. præmissa. in fi. idem Innocen. & Ioan. Andre. qui post Archidiaco. videtur tenere, quòd si appellans veniat, tamen non portat monumenta causæ, incurrit hanc pœnam. & idem sequitur Domini. licèt Innocen. in alia glos. & Ioan. Mona. aliud velint, & non bene,
4 cum non seruent hanc constitutionem. † In glos. in ver. condemnandus. in fi. pro declaratione huius glos. quæritur primò, an iudex appellationis possit condemnare in expensis appellantem, qui non seruata forma huius c. appellauit. glo. hic, quòd sic, & idem Ioan. Andre. & Archidiaco. in dicto c. cum appella. licèt Archidiaco. hic, & Specula. in titulo de expensis. §. iusta. ver. 7. dicat quòd cum appellans non seruans hanc constitutionem habeatur pro non appellante, sequitur quòd iudex ad quem non possit dici, quòd fuerit iudex appellationis, ergo non condemnabit in expensis. Sed certè satis est iudex in cognoscendo, an sua sit iurisdictio, quo casu potest postea temere litigantem condemnare in expensis, licèt pronunciet se non iudicem vel incompetentem, vt est text. in dicto c. cum appellationibus. & clarius in clementi. j. de rescrip. & ita dicitur hic & sequitur Bald. in l. eos. §. fi. C. eo. & procedunt prædicta, etiam si appellatio fuisset notoriè iniusta, putà quia non fuit appellatum in scriptis, vel intra 10. dies, vel erat appellationi tacitè, vel expressè renunciatum. vt tenet Federi. in suo consi. 128. in vlti. colum. pro quo etiam facit, quod habetur in l. properandum. in fi. C. de iudi. & ibi per Cy. vbi dicitur quòd quando iudex non potest super principali procedere, quia est perempta instantia, poterit tamen in expensis condemnare. Et idem si appellatio sit deserta, nam etiam poterit iudex appellationis condemnare in expensis, vt in c. ex parte. S. s. de rescrip. & s. de priuileg. cum olim. & idem Fede. in dicto consi. quod no. Secundò quæritur, quid si iudex ad quem omisit condemnare hunc frustratoriè appellantem in expensis, an iudex a quo poterit in fi. litis talem succumbentem condemnare in expensis. Specula. in titulo de expen. §. videndum, ver. quid si iudex. tenet quòd sic, & idem sentit glossa hic, de quo etiam vide glos. in ver. non parcit. in c. fi. j. eod. & ibi dicetur. Tertiò quæritur, a quo tempore iudex ad quem faciat hanc cõdemnationem expensarum factarum ab appellato. Ioan. And. hic tenet, quòd a tempore appellationis interpositæ, quia ex tunc cœpit differre negotium, vt in c. Nico. s. eo. titu. Quartò quæritur, quis exequatur sententiam condemnationis expensarum latam per iudicem ad quem. Specula. in titu. de senten. execu. §. 2. ver. quid si. tenet, quòd iudex a quo, cum ad eum fiat remissio. & ita sequitur do. Nico. in dicto c. vt debitus. in 2. col.
In

ADDITIONES.

a Vinc. God. Ita etiam appellans decursis fatalibus habetur ac si non appellasset. Thom. Gram. deci. 13. nu. j.
b Vin. God. Contumacia quòd sit delictum, ponit Fely. in c. super. el j. in fi. de test. latè in c. ex literis. de consti. Alex. in l. si mora, col. 6. ff. sol. mat.

In gl.in ver.contempſerint.in prin.facit c.j.s̃. de elec.eo.lib.&
qualiter procedatur ꝯ appellatum, ſi ſit contumax.no. per Ioã.
5 An.in c.ſępe.s̃.eo.†In ea.gl.ibi,in expenſis, ſi ergo appellatus
eſt contumax condemnatur in expenſis, ſed quid ſi ſuccum-
bat.vide per Spe.in tit.de expen.§. nunc videndum. in prin.in
ver.quid de appellato.& hic per Io.Mo.& Archi.dicentes ap-
pellatũ excuſari,niſi prima ſnĩa fuiſſet euidenter iniqua. & idẽ
tenet Inno.in d.c.finem.de quo ibi plenè per eum,& Doct.Et
dr̃ euidenter iniqua qñ ex eiſdem actis ſuccũbit,ſecus ſi ex no-
uis probationib.& ita voluit gl.no.in reg.ignorantia.ĩ.eo. lib.
ꝙ eſt verum niſi probaretur probabilis error aliter q̃ per iura-
mentum,vt quia plures ꝯſuluit ſm Hoſt. & Lap.s̃.eo.in §.poſt
hęc.de quo vide no.per Ro.in deci.252.quę inci.item licèt ſnĩa.
& per Bald.in d.l.eos.§. cautione.& in auth. generaliter.C.de
Epiſc.& cleri.& in l.fi.C.quando prouo.& in l.generaliter.§.j.
C.de re.cred.& plenè per do.Nic.& Inno.in d.c.ſępe.vide per
Rotam in deci.99.quę inci.item ſi fiat. Quid ſi fiat condemna-
tio expenſarum in cauſa attentatorum,poterit fieri taxatio an
te ſententiam diffinitiuam latam in principali, vide ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa recuſationis debet non ſolum proponi coram iudice recuſato,ſed etiã exprimi talis cauſa,quæ ſit legitima.*
2 *Iudex recuſatus poteſt aſſignare arbitris terminum,intra quem cauſam ſuſpicionis decidant.*
3 *Iudex non poteſt cognoſcere de cauſa ſuſpicionis contra eum propoſita, an ſit legitima.*
4 *Cauſa ſuſpicionis debet proponi in ſcriptis, & continere quis recuſat, & quis recuſatur. & ex qua cauſa.*
5 *Arbitri electi ad cauſam ſuſpicionis decidendam an poſſint eſſe laici.*
6 *Cognoſcat,hoc verbum inducit poteſtatem decidendi.*
7 *Arbitri duo ſi ſunt electi ſuper cauſa ſuſpicionis,et appellatur ab eis,vnus appellationi detulit,alter nõ, an iudex recuſatus poſſit procedere in cauſa finito termino dato arbitris ad cauſam ſuſpicionis terminandam.*

CAP. II.

1 LEgitima. † No. j. ꝙ cauſa recuſationis debet
non ſolùm proponi corã iudice re-
cuſato, vt hic,& c. ſi contra vnum.s̃.de offi.delega.
eod.lib. licèt eius probatio coram eo fieri non de-
beat ſed coram arbitris, vt hic, & ibi. & c. cum ſpeciale. s̃.eo.
titu.ſed etiam debet coram eo exprimi talis cauſa, quòd ſit le-
gitima, & in ſpecie, cum multiplex eſſe poſſit & tali legitima
cauſa propoſita debent poſtea eligi arbitri a partibus & non
prius,vt hic dicitur & Ioan.Andr.ponit hic.18. cauſas ſuſpicio-
nis,de quibus per Specu.in titu.j.§.ſupereſt.& per Hoſtien.in
ſum.de offi.delega.§.quæ ſunt cauſę. & vide no.dictum Inno.
2 in dicto c.cum ſpeciali.Secundò nota, & ita alle,quòd † iudex
recuſatus poteſt aſſignare terminum arbitris, intra quem cau
ſam ſuſpicionis decidant,vel tertium eligant, & ſic electio ter
tij pertinet ad arbitros,non autem ad partes,& ſi tertius arbi-
ter diſcordaret in ſententia ab alijs.per Innocen.in dicto c.ſu-
ſpicionis. & per Bald. in l. iubemus. C.de appella. poſſunt ta-
men ipſæ partes a principio conuenire in vnum ſolum arbi-
trum,vel in tres,ſecundum Hoſt.& Ioan.And.& glo.in c.2.re
quiris.s̃.eo.& tenent ibi Doct.Vltimò no.quòd arbitri habent
ſolùm terminare negotium ſuſpicionis. & ſic vr̃ hic tex.a ꝯrio
ſenſu,ꝙ de negocio principali nõ cognoſcãt ẽt terminato ne-
gotio ſuſpicionis,licèt Hoſt.hic ꝯ ꝑ no.ĩ d.c.ſuſpicionis,cuius
dictũ procedit de iure ciuili,vt in l.apertiſſimi.& l.fi.C.de iud.
ſed de iure canonico ſecus ſm Io.An.& alios Do.hic & Bal.in
dicta l.apertiſſimi.vnde dicit hic Pet.de Anchara.quòd ſi recu
ſatus ſit ordinarius ſuſpicione probata coram arbitris, debet
tunc cauſam alteri delegare.s̃. de foro compet.ſi quis contra.
Si verò ſit delegatus debet remittere ad ſuperiorem, de quo
plenè per Archidia. & Docto.in c.iudex.s̃.de offic. delega.eo.
lib. & in c.2. requiris.s̃. eo. & per Specu.in titu.de renuncia.
3 §.affectus autem.& §.fi.circa princi.† In glo.2.in fi.no.quòd li-
cèt iudex ipſe cognoſcat,an ſua ſit iuriſdictio,tamen de ſuſpi-
cione contra eum allegata, & an cauſa ſit vera, vel legitima,
ipſe iudex cognoſcere non poteſt.& idem tenuit Specu. in ti-
tu.de recuſatio.§.qualiter.in princi.& glo. in dicto c. ſuſpicio-
a nis,in princip.& idem ſi diceretur ipſi recuſationi [a] renuncia-
tum,cum tunc ipſi arbitri debeant de hoc cognoſcere,& non
iudex, ſecundum Archidia. & Ioan.Andr.limitantem prædi-
cta,niſi cauſæ recuſationis eſſent notoriè iniuſtæ,cum tunc ip
ſe iudex illas repellere poſſit,vt in c.cum olim.s̃.de cau. poſ.&
ita fuit ibi ſecundum Innocen.& Hoſtien.in dicto c.cum ſpe-
ciali,de quo per Archidia. in c.ab arbitris.s̃. de offic.deleg.eo.
lib.& no.in dicto c.iudex. & plenè per Lap. in ſua prima alle-
gatione, vbi dicit, quòd debet tunc iudex exprimere cauſam
repulſionis,ſcilicet quia ipſa recuſatio eſt notoriè falſa.In gloſ
ſa in verbo, iudicem. in princip. intellige in iudice iam dele-
gato, quia ſi vellet recuſare iudicem dandum, eſſet tunc recu-
ſatio probanda, & proponenda coram delegante, ſecundum
Ioan. And. In eadem glo. ibi, non itur.& tunc non poſſet vi-
carius Epiſcopi, vel delegatus recuſatus aſſignare terminum
ſecundum formam huius c. ſed poterit tunc ipſe Epiſcopus
procedere reaſſumendo in ſe cauſam principalem, vel com-
mittendo alteri, vel cognoſcendo & diffiniendo de ipſa recu-
ſatione, ſi tamen neutrum de ſupradictis facere vellet, poterit
interponi appellatio,ex quo grauat non faciẽdo,vt no.in c.j.s̃.
de ſup. neg. Et idem fieri poſſet ſi collega non procederet,
qui cognoſceret de recuſatione ex vi ipſius clauſulæ, vt in di-
cto c.ſi contra vnum.ſecundum Ioan.And.In eadem glo.in fi.
4 †quod procedit tam in iudice ordinario quàm delegato,ſecun
dum Hoſtien. & Ioan. And. Et debet ipſa cauſa proponi in li-
bello in ſcriptis,& continere quis recuſat,& quis recuſatur,&
ex qua cauſa, & cautum eſt in ipſa recuſatione nominare ar-
bitrum, ſicut in appellatione nominatur iudex, licèt hoc non
ſit neceſſarium,cum ſit actus, qui debeat ſequi, vt s̃. in tex. de
quo per Bald.in dicta l.apertiſſimi.& in dicta l.fi.In glo.in ver.
formam. ibi, recuſari.intellige, quòd ſuſpicio ſuperueniat de
nouo,vt in c.inſinuante.s̃.de offi.deleg.& poterit ſolùm recu-
ſari ſuus arbiter, non autem electus ab altera parte, quæ ami-
5 ciſſimum eligere poteſt, ſecundum Ioan. And. † In ea. glo.in
fi tenet glo.quòd tales arbitri non debeant eſſe laici,& ita te-
net hic Archid.in d.c.ad arbitros. & Specu.in titu.de recu.§.fi.
ver.nunquid poſſunt.dicens hoc procedere in cauſis eccleſia-
ſticis,vel ſpiritualibus,vel inter clericos,ſecus ſi in cauſis pro-
phanis laicorũ,quia etiam laici literati poſſunt ſecũdum Lap.
Sed Domini. idem tenet indiſtinctè etiam inter clericos cum
poſſit clericus compromittere in laicum, quãdo non eſt de re
ſpirituali,vt in c.dilecti.s̃.de arbi.ſed cauſa ſuſpicionis non po
teſt dici ſpiritualis,quia ꝙ quis ſit ſuſpectus non eſt quid ſpiri-
tuale. Et licèt arbitri laici non poſſint compellere per excõi-
cantem,tamen poterunt per aliam pęnam, vel mulctam,cum
oĩa videantur eis cõmiſſa, ſine quibus cauſa ſuſpicionis expe-
diri non poſſet,vt d.c.ſuſpicionis. & habebũt iuriſdictionem,
& coerctionem in clericos cum hoc habeãt a iure, vt no.in c.
cum non ab homine.s̃.de iud.licèt tales arbitri eligantur a par
tib.vt d.c.ab arbitris.ſm Dom. Dubium tamen facit,quia non
ſunt iſti arbitri voluntarij,& ſic non ob.d.c.dilecti.ſed ſunt ne
ceſſarij,& ſunt iudices,& habent iuriſdictionem, vt d.c.ab ar-
bitris. vnde non videtur, ꝙ arbitri laici poſſint eſſe inter cleri-
cos etiam de reb.temporalib.vt d.c.decernimus.& licèt ipſa cã
ſuſpicionis ſit temporalis,tñ tangit ius ſpirituale, vel eccleſia-
ſticum,de quo agitur,vnde de ea ita iudicari debet.arg.c. quan
to.de iudi.& cle.diſpendioſam.de iud.& per Bar.in l. ſolent.ff.
de ali.leg. Quando tamen interueniret conſenſus Papæ, tunc
laici poſſent eſſe etiam in ſpiritualibus.94.diſt.c.j.& in c.bene
quidem.hic alle.& inferioris autoritas non ſufficit,licèt ꝯrium
voluerit Inno.in c.contingit.de arb.& non bene ſm Hoſt.ibi,
& Arch.hic,pro quo.s̃.de offi.dele. cum te.ſm Io.An.& no.ex
hac glo.ꝙ arbitri neceſſarij electi in cauſa ſuſpicionis pñt com
6 pellere teſtes,quod procedit etiam hodie ſm Io.And.†In glo.
b in ver.cognoſcat.in fi.no.ex glo.ꝙ verbum, cognoſcat, [b] indu
cit poteſtatem decidẽdi.& vide quod no.in c.licèt.s̃.de of.ord.
In gl.in ver.proferat.in fi.ſiue ſit delegatus, ſiue ordinarius,vt
ibi, & poſſet etiam ipſos arbitros alia pęna compellere quàm
excommunicationis,vt d.c.ſuſpicionis.ſm Hoſt. & ſic mulcta
re,& pignora capere ſm Arch.& Io.An.In glo.in ver. per iudi
cem.in fine.Idem Hoſt.& Io.And.& no.ex gl.ꝙ pendente re-
cuſatione iudex recuſatus poteſt aliquid innouare, quando il-
lud venit ad expeditionem cauſæ recuſationis.Sed in præiudi
cium cauſæ principalis nõ poſſet,cum iuriſdictio ſit ſuſpenſa,
quia pendente relatione,appellatione,& recuſatione nihil eſt
innouãdum,vt d.c.ſuſpicionis.& s̃.eo.ſecũdò requiris.& ſicut
non teneret excõicatio lata poſt appellationẽ, ita nec poſt re-
cuſationem,quod eſt not.ſm Hoſt.& Io.An.de quo etiam per
eum in d.c.cum ſpeciali.in glo.proprium.& per Spec.in tit.de
recu.§.ad qualiter.ad fi.& per gl.3.q.5.quia ſuſpecti.& facit tex.
hic in fi.de quo tñ vide plenè dicta in d. c.iudex. In glo.in ver.
compe-

ADDITIONES.

a Vin.God.Cauſæ recuſationis ponunẽ per Dec.in c.poſtremo.col.j.& 2.de ap.
b Vin.God. Verbum,cognoſcat,eſt iuriſdictionale.Car.in cle.j.q.11. de offi.de-
leg.Dec.in conſi.189.col.3.

competens.in fi.& debet tunc appellari per partes, quę in hoc
grauantur nō per arbitros, secus si arbitri grauarentur, vt quia
contra eos profertur excommunicatio si intra terminum non
diffinirent.Nam tūc ipsi possent appellare, facit quod no.in d.
capitu.ab arbitris.in versic.partibus,secundum Ioan. And. di-
centem per hanc glo.esse terminatam.q.Barto.& Hosten. vt si
est q. inter arbitros, & iudicem de termino, an sit compe-
tens,uel non,quòd potest appellari. In glo.in versic.alioquin.
ibi, negotium scilicet principale, & idem si est præfixus ter-
minus ad terminandum media causæ,nam elapso termino ha
beret locum tex. hic,& omni casu quo arbitri discordant,secū
7 dum Ioan.Andr.& Domini.† In glo.fin.in fi.vlti.fol.est tutior,
secundum Archid.& Ioan.And.Quid autem, si erant duo arbi
tri super causa suspicionis,a quibus appellatur, & vnus detulit
appellationi alter non, an tunc iudex recusatus solus, vel vna
cum collega si illum habeat,possit in causa principali procede
re elapso termino datis arbitris ad causam finiendam, hic per
Ioan.Andr. pro & contra qui inclinare videtur,quòd nō, cum
quo transit hic Pe.de Ancha.& posset dici, quòd si in termino
arbitri pronunciauerunt iudicem suspectum, & tunc ipse iu-
dex procedere non possit, etiam si sit delatum appellationi ꝑ
vnum,vel per omnes arbitros,vt d.capitu. iudex. Sed si arbitri
intra terminum non decidunt causam suspicionis, vel decidūt
pronunciando non suspectum,tunc elapso termino,vel sentē-
tia lata possit iudex recusatus procedere, siue non fuerit appel
latum,siue fuerit & per unum tantum ex arbitris delatum ap-
pellationi, cum unius delatio effectum nō habeat,vt no.infra
eodem,cum appellationibus,& in clemen.j.eodem titulo,per
Lap.cogita tamen.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius generalis Episcopi quam potestatem habet.*
2 *Siue dictio,qualiter ponitur.*
3 *Vicarius Episcopi in quibus differt ab ipso Episcopo.*
4 *Iurisdictio Episcopi est firmior quam vicarij,nam iurisdictio vicarij se habet,vt riuulus ex fonte.*
5 *Appellari ab officiali ad illum,cuius uices gerit, non debet nec iure canonico nec iure ciuili.*
6 *Appellari si contingat ad imperatorem omisso medio, ad quem deuoluetur appellatio.*

C A P. III.

1 ROmana. Summa & diuide,vt in glo. j.† Nota
primò de iurisdictione, & potestate
vicarij,seu officialis episcopi,nam potest cognosce
re ex virtute generalis mandati de omnibus causis
spectantibus ad forum Episcopale,intellige in ciuilibus, secus
in criminalibus,vel in alijs requirentibus specialem commis-
sionem,vt in c.2.s̃.de offi.vica.eod.lib.& ibi vide plenè de hoc.
2 †Item no.de dictione siue, secundum Domi. quòd quando di-
a ctio siue,[a] ponitur inter diuersa,quorum vltimum tantum cō-
gruit materiæ,tunc ponitur correctiuè secundum Domi. Secū
dò no.ꝙ auditorium Episcopi,& sui officialis generalis cense-
tur idem, vnde facit, ꝙ de causa inchoata per vicarium possit
cognoscere Episcopus,sed nō sic ecōtra,quia de causa inchoa-
ta per Episcopum vicarius se non intromittit, quia quo ad illā
videtur reuocatus,per no.in simili in c.si quem.s̃.de procu.eo.
lib.de quo plenè in d.c.2.In gl.2.in fi.& ita hic sequuntur Doc.
3 de quo plenè per gl.in d.c.2.†In gl.in ver.idem in fi. vide aliam
differentiam,in d.c.2.& in c.3.eo.tit.& in c.Romana. in fi. s̃.de
offi.ordi.eo.lib. Differt etiam in alijs vicarius generalis ab Epi
b scopo, & primò quia Episcopus potest degradare, [b] sed nō vi-
carius,quia etiam electus,& confirmatus in Episcopū hoc nō
posset,si non est consecratus,vt no.s̃.de ele.transmissam. Secū
dò quia vicarius non habet potestatem reconciliandi excōmu
c nicatum,nisi sit sacerdos, [c] secundum Host. de quo s̃. de sentē.
excō.cū desideres, & c.canonica,quod non placet hic Arch. &
4 remittit ad no.per eum.23.q.4.notādum.†Item iurisdictio Epi-
scopi,est firmior,cum iurisdictio vicarij habeat se,vt riuulus ex
fonte,secundum Io.And.Ideo est, ꝙ eps potest prohibere suū
vicarium ne iudicet,sed non econtra, vt ff.de iudi.l.iudiciū sol-
uitur.fin Inn.& vide no.per Bal.in l.si quis ad declinandam.C.
de Epi.& cle.dicentem,ꝙ ipse Episcopus vt procurator, & pa-
ter pauperum potest agere coram vicario.de quo ibi per eum,
& in l.j.C.ne quis in sua causa.Vnde ex hac glo.iunctis prædi-
ctis no. ꝙ illud potest dici idem, quod participat de identitate
5 alterius in certis casibus,licet non per omnia,pro quo gl. in c.
non potest.j.de præb.& s̃.de sen.excom.significauit.† In gl. in
ver.ad seipsos,in fi.idem de quolibet alio generali officiali al-
terius, quam episcopi,ut non possit appellari ad illum,cuius ui
ces gerit non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili,
vt in l.præcipimus.C.eo.titu.& ita voluit Bar. per illum tex. in
l.j.§.j.ff.quis & a quo,& Pe.de Anch.hic,licet Bal.in l. a procō
sulibus.C.eod.dicat ibi contrarium per illum tex.quod tamen
ibi non probatur.Secus verò est,quando officialis est foraneus
vel delegatus, quia debet appellari ad eum, qui eum deputa-
uit,vt d.cap.Romana,& vide plenè dicta in c.2.s̃.de consue.eo.
lib.& per glo.in clemen.2.de rescrip.etiam si talis officialis vo
caretur vicarius,secundum Bart.in d.l.1.Quid autem si Episco-
pus,vel alius delegatus est suspectus, vel per fraudem delegat
causam, ne perueniat ad superiorem per viam appellationis,
vide per Specu.eodem titulo.§.nunc tractemus.versicu.sed se-
cundum prœmissa, tenentem posse tunc appellari ad superio-
rem,dummodo de fraude possit probari uocatis his, qui dicun
tur commisisse fraudem,ut per glo.in clem.fi. de censi. secun-
dum Lap. dicentem, valere sententiam excommunicationis
in forma constitutionis latæ per Metropolitanum contra com
mittentem huiusmodi fraudes,secundum Ioan.Mona. & Do-
mini. Sed an possit supplicari Episcopo de sententia vicarij.
dic, quòd capiendo supplicationem propriè, prout est contra
ius commune,& in præiudicium alterius, & fieri non pōt nisi
coram principe,vt no.in c.ex literis.s̃.de resti. in integr. & per
Spec.in tit.de suppli.§.j.& ita potest procedere opi.Inn.Hosti.
& Archid.Sed si sumatur supplicatio largè pro restitutione in
integrum,& poterit fieri, cum & coram ipso uicario fieri pos-
sit,ut no.in l.præfecti.ff.de mino.& ita procedat opi.Innocen.
qui hoc tenuit secundum Io.An.& Domini. & vide per Arch.
2.q.6.anteriorum,& idem no.in clem.j.de resti.in inte.In gl.in
ver.de iure.in fi.valeret tamen consuetudo, ꝙ possit appellari
ad parem,dummodo disponat,ꝙ talis quo ad articulum appel
lationis sit maior,secundum Io.And.& Domini.& secundum
hoc valeret cōsuetudo appellandi ad minorem, dummodo vl-
tra disponat, ꝙ talis quo ad hoc censeatur maior, & vide per
Rotam in decis.313. quę incip. item fuit dubitatum vtrum Ar-
chiepiscopus.In glo.in ver.curiam.in prin.vide gl.no. in c. di-
lecti filij prior.s̃.eo.In ea.glo.ibi,legatum.no.glo.quòd ad lega
tum potest appellari omisso medio,idem voluit glo.in d. ca.2.
6 de quo per Docto.in c.j.hic alleg. † In ead. glo.in fi.& licet se-
cundum leges non possit appellari omisso medio ad impera-
torem,tamen si appellaretur, valeret appellatio,& deuolueret
ad proximum superiorem, ut in l. imperatores. hic alleg. & in
l.j.§.penul.ff.eodem titulo,& ibi plenè per Barto.& Imo.Et an
valeat appellatio alternatiua,vide glo.ordi.in capit. is cui. s̃. de
offic.deleg.eod.lib.& plene est dictum in reg.in alternatiuis. j̃.
eod.lib. & per Rotam in decisio.209. quæ incipit, item quod
appella.Et an valeat appellatio, dicendo, appello ad iudicem
competentem,vide glo. singu. in l. cum proponas. C.de bon.
auto.iudi.possi.& ibi per Bald.& in l.apertissimi.C. de iudi. &
j̃.in §.cum autem.in prin.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Supe. Dictio siue.Adde Bar.in l.si quis ita.ff.de au.& arg. leg. Bar. in rub. C.de naui.lib.11.
V. G. Ista dictio,quando disiungat tantum verba,& non personas, & quando pro copulatiua habeatur.Ruy.consi.149.nu.5.lib.2.
b Nic. Sup. Degradare.Adde Do in c.degradatio,de pę.lib.6.
c Nic. Supe. Sit sacerdos.Adde Io.de Imo.& Barba.in c.ab excommunicato,de rescri.& per Do.in c.noua quidem,de pęn.& remis.

S V M M A R I V M.

1 *Archidiaconi comprehenduntur appellatione pręlatorū non obstante,quòd sint subiecti Episcopo.*
2 *Consuetudo vt possit appellari ad superiorem omisso medio,valet.*
3 *Consuetudo,& priuilegium æquiparantur.*
4 *Appellari debet gradatim, & non omisso medio,quæ regula limitatur duodecim modis.*

1 Ab Archidiaconis. † No.j.ibi,alijsque pręlatis,
quòd appellatione prælato
a rum [a] comprehenduntur Archidiaconi, licèt sint subiecti dię-
cesano,de iure enim pręlati dięcesis sunt subiecti Epō, vt tex-
tus hic de quo s̃.de offi.ord.conquerente.Scd̃o no. quemlibet
pręlatum etiam inferiorem ab Episcopo posse constituere sibi
vicarium,seu officialē in pertinentib. ad suam iurisdictionem.
facit

A D D I T I O.

a Nic.Supe. Prælatorum.Adde Abb.in c.1.de eo qui or.fu.re.Domini.in c.1. in §.nec iam.in 2.no.de foro compe.lib.6.
V. G. Adde,quòd prælatus,qui diu fuit in possessione pręlaturæ, præsumitur canonicè electus,& institutus,Mar.Soz. consi.15. visis.versi. confirmatur.lib.2.& Bar.Soz.eius filius,consi.153.pulchra ver.ad hanc obligationem. lib. 2.

2 facit.c.Romana.§.j.j.de ſen.excom.†Vlt. no.ꝙ licet non valeat conſuetudo, ꝙ appellari poſſit ad minorem vel parem, vt eſt dictum s.§.proxi.tn̄ bene valet, vt poſſit appellari ad ſuperiorē omiſſo medio, & eodem modo poſſet hoc induci per præſcriptionem, licet præſcribi non poſſit, ꝙ non appelletur ad principem, ſecundum Bald.in auth.quas actiones. C. de ſacroſan.
3 eccle.†In glo.in ver.conſuetudine.in fi.No.j.ex glo. ꝙ conſuetudo, & priuilegium æquiparantur, de quo per glo. & Inno. in c.nouit.s.de iudi.†Secundò no.ex glo.iuncto tex. ꝙ licèt regulariter gradatim ſit appellandum, & non omiſſo medio, vt hic in tex.& 2.q.6.anteriorum.§.illo.Tamen limita primò niſi conſuetudo diſponat contrarium, vt hic in tex.Secūdò limita, niſi ex priuilegio aliud competeret, vt hic in glo. Tertiò limita, qn̄ eſſet ex præſcriptione aliter inductum, ſecundum Bal.in d.l.fi. Quartò limita, quando epiſcopus agit contra ſubditum ſuum, quo caſu eliguntur arbitri, a quibus appellatur ad Papam, vt no.in c.ab arbitris.s.de offi.delega.eod.lib.in vltima glo. Quintò limita, quando proximus in gradu non eſſet catholicus, vt in c.quia diligentia.s.de electio.& in cap.ſi is cui.s.de offic.delega.eod.lib.Sextò limita, quando iuriſdictio mediata, & immediata concurrit, vt in prælatis ſubiectis Archidiacono, qui nihilominus ſubſunt Epiſcopo, qui eſt ordinarius totius diœceſis, ad quem appellari poteſt, vt hic, & 11.q.1.de perſona. Septimò limita, quando Epiſcopus recuſatur, vt ſuſpectus, vt per gl. in d. c. ſi is cui.Octauò limita, quando Archiepiſcopus coram ſuffraganeo conuenit ſubditum ipſius ſequendo forum rei. s. de foro competē. cum ſit. tunc enim non appellabitur ad Archiepiſcopum, ne ſit iudex in cauſa ſua, facit s.de inſti.capit. fi. cum concordan.ſecundæ glo.Nonò limita, quando appellaretur ad legatum, vt per gloſ. ſupra, in princip. ſecundum Ioan. Andr.hic ponentem ſupradictas limitationes.Decimò limita, quando appellaretur ad Patriarcham ſecundum Innocen.in c. antiqua. s.de priuileg.Vndecimò limita, quando appellatur ad Papam, vt ſupra per glo.in princip.& vide quod no.in capit.ſi delegatus.ſupra de offic.deleg.eod.lib.& per glo. no.in d.cap. dilecti filij prior. s. eod. titu. & in capit. ſuper quæſtionum. §. porro.de offic.deleg.eod.lib. Duodecimò limita, quando non opponeretur exceptio, quo caſu valet appellatio omiſſo medio ſecundum gloſ.in dicto capit. dilecti. & vide dicta in dicto cap.ſi delegatus. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio valet, licèt non exprimatur nomen iudicis ad quem, ſed duntaxat tribunal eius.*

2 *Ante, hæc dictio qualiter poteſt referri.*

3 *Iudex ad quem, non poteſt citare, ſi tamen citet, tenet citatio.*

1 **Cum autem.** †Nota primo ibi ad curiā, ꝙ valet appellatio, licèt non exprimatur nomen iudicis ad quem, ſed tantum eius tribunal, facit text. s. in principio, imo valeret appellatio, ſi diceretur ſimpliciter appello ad ſuperiorem, vel ad iudicem competētem, vt eſt tex.in l.qui Romæ.§.Seia.ff.de verbo.obliga.& ita tenuit Bald. in l.apertiſſimi.C.de iudi.& in l.cum proponas.C. de bonis autoritate iudic.& ibi eſt gloſ. notabilis. intellige dummodo intra tempus decem dierum datorum ad appellādum declaret iudicem certum, ut per gloſ.in c.ſi is cui.ſupra de offic.delega. eod. titu. & per Barto.in l.j.§.penul.ff.eodem titulo, & ibi per Imo. Secundo no.quod de appellatione interpoſita ad tribunal alicuius iudicis poteſt cognoſcere non ſolum ipſe, ſed eius officialis generalis.facit capit.dilecti filij prior.& capit.dilectis.s.eod. titu.
2 de quo vide j.eod.cum appellationibus †Tertio no.ibi ante, de
a hac dictione ante, [a] quę poteſt referri ad actum immediatum, & mediatum præcedentem, quod no. pro teſtibus dicentibus aliquem poſſediſſe ante alium, ſecundum Do. de quo in l. qui ante, & in l.anniculus.ff.de verbo.ſignifica.Vltimo no.ꝙ generalis officialis poteſt committere vnam ex cauſis, de quibus poteſt cognoſcere vigore ſui officij, etiam ſi ſit cauſa appellatio.dummodo ſeruetur diſpoſitio cap. vt litigantes. s. de offic. ordi.eod.lib.& vide per glo.in c.j.in prin.s. de offic. vica. eod. lib.In glo.in verſic.citent.ibi niſi cauſa talis, &c. tene menti ex glo.ꝙ ſola narratio cauſę concludentis iudicem habere iuriſdictionem in citatum arctat ipſum ad comparendum, de quo articulo ſi vero conſtaret citatum eſſe de iuriſdictione citantis, vt quia ſit inuentus in eius territorio, tunc ſemper tenetur comparere, licèt non ſit de eius foro ſecundum Innocē. & Io. And. dicentem ita debere intelligi. in l.ſi quis ex aliena. ff.de iudi.de quo tamen vide per Innocen.in c.preterea.s.de dilati.& per glo.in ver.niſi forſan.in c.ſuper literis.s.de reſcri. & quod ibi notat Io.And.poſt Inno.& in c.prudentiam.ff.de offi. deleg.& per glo.in c.veniens, hic alleg. & per Doct. in l.2.ff.ſi quis in ius vocatus, & per Bal.in l.generaliter.C. de Epiſco. &
3 cleri.& per Io.And.in regula ſcienti.j.eo.lib.†In glo.in ver.expreſſa.in fi.idem tenuit glo.s.proxima.& ita videtur hic reſidere Ioan.And.poſt Hoſtien.vt ſic teneat citatio facta per iudicē appellationis, & arctet, ſi etiam fiat ab Archiepiſcopo, licèt cā appellationis non ſit in ea expreſſa, & idem videtur tenere Archid.j.§.proxi.dicens, ꝙ citatus ad petitionem illius, qui finxit ſe appellaſſe vel qui appellauit ſine cauſa, vel tertio appellauit, tenetur comparere, intantum ꝙ valebit iudicium agitatū contra eum, per no.per Ioan.Andr.in c.ſuper literis.de reſcrip. Sed ꝙ in citatione ſit exprimenda cauſa appellationis ab interlocutoria tenuit hic Innocen. & ſequitur Pet. de Ancha. Imo. & Domi.cum tex.hic videatur requirere expreſſionem cauſę, per quam eſt appellatum, ſecundum Innocen. cui credendum videtur, ex quo fuit actor huius decre. Sed aduerte, quia in appellatione a diffinitiua clarum eſt, ꝙ ſufficit generalis expreſſio cauſæ in citatione dicendo, ꝙ compareat coram iudice ſuper cauſa appellationis interpoſitę, & ita poſſet intelligi ca. ſi duobus, hic alleg. Et idem videtur poſſe dici in interlocutoria, ex quo ſatis dicitur Archiepiſcopum habere iuriſdictionē fundatam in ſubditos ſuffraganeorum, vt teneantur ſubditi cōparere, quando eſt expreſſum in citatione, ꝙ ex cauſa appellationis.Non ob.tex.hic, quia debet intelligi, prout intelligit gloſ. vt fiat expreſſio cauſæ, antequam iudex committat citationē, non autem, ꝙ in citatione debeat exprimi cauſa citationis, vt patet ex iſto ablatiuo expreſſa hic poſito, qui condi. facit, vt.l. euictis agris.ff.de euictio.quę conditio debet procedere & exponi.i.ſi expreſſa non fuerit, vt ſic cauſa appe. ab interlocutoria debeat exprimi non ſolum in appellatione interpoſita coram iudice a quo, ſed etiam in libello appellationis, qui producitur coram iudice ad quem, & alias ſi non exprimitur ipſa cā iudex ad quem procedere nō debet nec citare, & ita procedit tex.hic, unde non vr̄ neceſſe, ꝙ poſtquam libellus eſt admiſſus per iudicem ad quem, ꝙ in citatione exprimatur ſpecialis cauſa & legitima, ſed ſufficit generalis, & ſimpliciter, ꝙ appellatū fuerit, cum ex illa appareat, ꝙ ſit iudex, facit glo. s. proxi. & ad ipſum iudicem poſtea ſpectat cognoſcere, an appellatio ſit legitima vel non, & in expenſis condemnare, vt infra eodem, cū
4 appellationibus.†Nec ob. quod dicit hic Innocen.cum loquatur, vt Doctor, non vt Papa, vnde eius dictum non facit ius, vt dicit Hoſti.& Io.An.in c.ſolet.j.de ſent.excom. & ideo cōis cō
b ſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, [b] vt in ca. cum dilectus. s. de conſuetud. habet, ꝙ in citatione exprimatur ſolum generalis cauſa.ſ.appellationis.

ADDITIONES.

a Cel. De hac dictione, ante. Adde Bal.in l.ex his, in 2.oppo.C.quando dies legacedat.Bar.in l.ab hoſtibus.§.ſed ſimpliciter.colū. 1. ff. ex quibus cau.maio.& Oldr.conſi.49.

V. G. Quomodo hæc dictio ante accipiatur, ponit Ruyn. conſi. 118. nume. 1.4.& 8.lib.3.

b Nico. Supe. Quæ eſt opi.in materia legum interpres.Adde gl.in c. ab eo.infra eo. tit.& li.& gl.in c.ex parte.de celeb.miſ.

V. G. Ideo conſuetudinis interpretationi ſtandum eſt, licet poſtea mala appareat Ruy.conſi.104.nu.3.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Citandæ ſemper ſunt partes, antequam in iudicio ſuper appellatione procedatur.*

2 *Excipere nullo modo fuiſſe appellatum, vel non fuiſſe appellatum intra decem dies, idem eſt.*

3 *Appellatus & ſi contumaciæ cauſa condemnari poſſit in expenſis, ipſe tamen iudex ad quem de cauſa principali cognoſcere non poteſt, priuſquā appellans de appellatione legitima, & tempore debito probauerit.*

4 *Probare quid incumbat tam appellato, quam appellanti remiſſiuè.*

1 **Si verò.** †Nota, ꝙ antequam procedatur in iudicio ſuper appellatione, ſemper ſunt citandæ partes, etiam ſi agatur de appellatione a diffinitiua, ſic s.eod.tit. per tuas, & 2.q.6.appellatore.ſecundum Inn.& Ioan.Andr. & ſic ſequitur, ꝙ per iudicem ad quem debet aſſignari terminus ad opponendum contra appellationem, antequam procedatur vlterius, ſecundum ſi ſit appellatum a diffinitiua, ut patet ex hoc tex. ſecundum Domi. & vide quod no.in cap.cum dilecti.in fi.ſupra de elect.
2 †Vltimo tene menti ex hoc textu, quod non refert, ſiue excipiatur nullo modo fuiſſe appellatum, vel non fuiſſe appellatum intra decem dies cum omni caſu ipſe appellans debeat facere fidem ipſi iudici a quo de ſua appellatione legitima, cum tempore interpoſita, etiam ſi conſtaret de appellatione, cum nō præſumatur, ꝙ intra 10.dies, niſi hoc probetur per ipſum appellantem,

pellantem,& idem tenet Specu.eodem titulo.§.de offi.ver.pe.& Ioan.Andr.hic & Imo.in c.significauerunt.de testi. in prin. Et antequam de his fiat fides, iudex ad quem non potest procedere, nec inhibere, vt hic est textus no. Videtur tamen hic sentire Ioan.An. quòd si appellatus dicat esse appellatum post decem dies,vel sine iusta causa,sibi incumberet probatio,quia cum asserat affirmatiuam, sibi incumberet probatio, vt ff. de probati.l.ei qui dicit,& ita transit hic Domi.& Bald. in authē. hodie,circa principium.C.eodem. Sed certè quomodocunque excipiatur etiam affirmatiuè videtur, quòd appellans probare debeat,quia cum ipse dicat coram iudice ad quem se appellasse,ergo ipse probare debet suam intentionem,vt s̄. §. proxi. & hic,& in d.l. ei qui. & facit. l. quęcunque. in fi. ff. de publicia. cum solennitas extrinseca non pręsumatur,vt ibi,& ita tenuit Bald.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appe.in 2.colum. De modo ergo excipiendi non est curandum, cum appellans debeat probare intentionem suam,vt s̄.§. proxi. & hic in tex. & sic debet probari per ipsum appellantem,qui petit, ꝙ in causa procedatur, & dicit se legitimè appellasse.Imo. etiam videretur ꝑ hūc textum quod ipse appellans teneatur probare, & producere sententiam coram ipso iudice ad quem,cum alias ipse nō possit procedere,nisi sibi constet de legitima appellatione legitimo tempore interposita, & hic non potest apparere nisi visa sententia, vnde dicit hic Ioan. Andr. quòd cauti appellantes portant sentētiam diffinitiuam,vel interlocutoriam, & ipsam appellationem, vt per ista simul appareat esse appellatum intra 10.dies. Sed certè hoc est non solum cautum, imò necessarium per tex.hic,& maximè quia in dubio non præsumitur appellatum intra 10.dies,nisi probetur,vt supra,per Ioan.And. & sic ante non est fundata iurisdictio iudicis ad quem licèt Inno. in c.g.perpetuus.s̄.de fide instrumē. dixerit, quod si appellans non posset habere sententiam, dicto casu iudex ad quem potest mandare,quòd appellationem ipsam producat,& alias talis sententia sibi non valeat, & ita sequuntur ibi Docto. & Baldus,in d.l.ei qui.Nam hoc dictum posset procedere,si probaretur de die latæ sententiæ,& de sententia lata,alias non videtur, quòd iudex ad quem possit aliquid facere,nisi sibi constet, quòd sit legitime appellatum, & debito tempore, ut hic est tex. no. & de his vide per Lap. in sua allega.10. in fi. & per
3 Fede.in suo.consi. 19. † Et per prædicta redditur dubium quod hic dicebat Archid. cum quo videtur hic residere Ioan. Andr. de citato ad petitionem eius,qui finxit se appellasse,vel qui appellauit sine causa vel tertia vice.quia secundum Archid.valebit sententia lata in contumacem,licèt ipse appellans aliter de appellatione,vel quòd intra decem dies appellauerit, non doceat,nam in contrarium videtur tex.hic,& supra.§.proxi. quia licèt appellatus ratione contumaciæ possit mulctari seu condemnari in expensis,si in citatione est expressa legitima causa,vt per glo.supra.§.proximo.in versi.citent.tamen ipse iudex ad quem de causa principali cognoscere non potest, nisi appellans prius probet de appellatione legitima,& debito tempore interposita,& debet de hoc constare ipsi iudici,vt hic in textu, & supra.§.proximo.alias his non probatis reperitur sententia lata contra contumacem ab eo, qui nullam habet iurisdictionem,vt patet hic in tex.supra.§.proximo.& ipse contumax nūquam videtur prorogare iurisdictionem ut dixit singu.Innoc. in c.innotuit.s̄.de eo qui furtiuè. vnde talis sententia non valeret, facit clemen. si appel. eod.titu.Quando tamen iudex ad quem prius pronunciasset se iudicem, vel legitimè appellatū, tunc talis sententia faceret ius inter partes, & posset procedere super principali,& de incompetentia directè dici non posset,vt tenet Innoçen.& Ioan.Andr.in c. j. §.post hęc.s̄. eodem titu.& lib.& in c.2.s̄.de dilationibus,& domi.Anto.& Imo. in c.super literis,de rescript.in vltima.circa princ.& vide per Ioā. And.in regula scienti.in eod.lib.& per Barto.in l.2.ff. si quis in ius vocatus,& ita notabiliter potest limitari text.hic, & d. clementi. si appellationem. Si verò ipse appellans nihil peteret coram iudice ad quem,sed appellatus dicit appellationem desertam,vel petit sententiam confirmari,tunc bene sibi incumberet probare appellationem,& debito tempore,& sententiā, & acta causæ, quia sine his de iurisdictione sua, seu de iustitia primæ sententię constare non potest.argumen.tex.no. hic, & ita determinat Bald.in d.l.hi qui.in 2.colum.facit.l. actor. C.de proba. & not.in d.clemen.si appel.& per Bart.in d. l. hi qui ad
4 ciuilia. † ibi quid incumbat probare tam appellato quam appellanti de actis primæ causæ,de quo etiam nota. in l. 2. C. de edendo.In glo.in versic.simile.in princ. quid autem si excipitur,ꝙ sit appellatum post 10.dies.dicit hic Ioan.And.quòd talis exceptio non est aptè proposita, quia non sequitur si post 10. dies.ergo non prius,& idem tenet Bal.in auth.hodie,in princ. C. eod. titu. Sed certè non videtur debere attendi modus excipiendi,cum appellans debet probare suam intentionem, & sic, quòd legitimè appellauerit, & intra decem dies, & antequam constet de omnibus his,quæ dicit glo. hic non est fundata iurisdictio iudicis ad quem,imò etiam si appellatus de appellatione non exciperet,tamen debet de illa constare,vt hic, & supra.§.proximo.de quo etiam hic per Archid. & per Spec. in titu.de excep.§.dicto.versic.sed pone,quòd in causa.Et dicebat idem Specu.in titu.de instrum.edit.in §.nunc dicamus. versic. sed pone,quòd de iure appellans non tenetur facere fidem appellato de ipsa appellatione ante lit. contesta. sed de æquitate est secus, & ita transit hic Ioan. Andr. & huic rigori est standum secundum Lap.hic de quo per Ioan.Andr.& Docto.in c. j. s̄. de proba. imo videtur, quòd etiam de rigore debeat fieri fides ante,vt supra est dictum.In ead. glo. in fi. tene menti ex tex.& glo.vnam regulam,quòd iudex appellationis nunquam potest inhibere iudici a quo, prius quam sibi constet legitimè appellatum,& debito tempore, & si ante inhiberet diceretur grauare partem, & esset legitima causa appellandi secundum Archid.& Ioan.And.de quo dicetur j̃. §.proxi. & in capit. non solum.j̃.eodem.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio,quæ fit contra causam in appellatione expreßam, quando sit declinatoria, vel quando sit peremptoria.*

2 *Iudex ad quem non poteſt inhibere iudici a quo, niſi prius admiſerit appellationem tanquam legitimam, & inceperit cognoſcere de veritate cauſæ appellationis.*

3 *Statutum ſi diſponat,quòd ſpurius ſuccedat in aliqua parte bonorum iudex eccleſiaſticus poteſt ſtatim inhibere iudici ſeculari, ne cognoſcat virtute talis ſtatuti.*

4 *Cauſa appellationis,quando dicatur eße dubia.*

1 Quod si obijciatur. † No. j. quòd si excipiatur causam expressam in appellatione ab interlocutoria nō esse legitimam, talis exceptio est declinatoria,sed si excipiatur,quòd causa non sit vera, tunc
2 ista exceptio est peremptoria. [a] Secundò no. ibi emissa, quòd per iudicem ad quem potest admitti appellatio tanquam legitima causa, antequam cognoscatur, an ipsa causa sit vera vel non,facit secundum Domini.vt sola admissio appellationis ꝑ iudicem ad quem non habeat uim pronunciationis super legitimatione causarum expressarum in appellatione. Sed dic, quòd admissio habet vim pronunciationis quo ad legitimationem causarum scilicet, ꝙ causæ sint legitimæ, licèt non super veritate,ideo est, quòd & ipsa appellatione admissa, vt legitima debet postea super ueritate causarum procedi, vt patet hic in tex. & facit quod not. in cap.j.supra,de restitu. spo. eod. lib.
2 †Vltimò tene menti, ꝙ si in appellatione ab interlocutoria coram iudice ad quem excipiatur, ꝙ appellatio non sit admittenda tanquam ex causa iniusta vel minus legitima, iudex ad quem non potest inhibitionem facere antequam admiserit appellationem,tanquam legitimam,& inceperit cognoscere de veritate causæ ipsius appellationis putà assignando terminum ad ueritatem causæ probandam,uel super hoc instrumenta vel testes recipiendo ſm Io.An.Et ex hoc tex.& s̄.in §§. præcedentibus hr̄ practica,quę debet seruari in appellatione ab interlocutoria per ipsum iudicem ad quem,antequam inhibeat. Nā primò debet citari appellatus ad opponendum contra appellationem,vt s̄.§.proxi.& si opponitur, ꝙ cā in ea expressa non sit legitima vel vera, tunc si constat iudici, ꝙ per appellationē sit ad eum deuoluta cā, vt quia cōstat esse appellatum intra 10. dies,vt s̄.§.proximo,& ꝙ causa sit legitima,debet tunc admittere appellationem ex cā legitima interpositam, & deinde debet incipere cognoscere de veritate causæ, & his præcedentibus statim potest inhibere,& non ante,ut tex.hic secundū Domini.& ita etiam tenet Rota in sua decis.402.quæ incipit,Item appellatur, ubi dicit, ꝙ his interuenientibus inhibitio dicitur canonicè facta, postquam inhibitio non valet, quòd aptantur per iudicem a quo,secus si inhibitio non fit canonicè, & legitimè, quia tunc non operatur effectum reuocationis attentatorum,cum sit necesse,ꝙ inhibitio sit canonicè facta,vt in c.non solum.j̃. eodē. Per quem text. etiam ibi notabiliter probatur, ꝙ ad hoc,vt inhibitio dicatur canonicè facta requiritur etiam

quòd

A D D I T I O.

2 V.G. Nota,quòd exceptio peremptoria opponi potest contra instrumentum habens executionem paratam.Ruy.consi.37.nu.10.lib.5.

quòd citata parte fiat ſecundum Do. ibi. Et conclude ex dictis Io. And. & Doc. hic, quando fieri poſſit inhibitio. Nam aliquãdo quæritur de iudice a quo, & talis iudex nunquam poteſt inhibere iudici ad quem, vt in c. dilectus. el 2. ſ. de reſcri. ſm Ioan. And. & Domi. Aliquando & ſecundo quæritur de iudice, qui ſimpliciter cognoſcit de aliqua cauſa incidenti, vel etiam principaliter in aliqua cã, de qua non poterat cognoſcere alius iudex, & talis poteſt ſtatim inhibere ſine alia cauſæ cognitione ẽt antequã incipiat cognoſcere de illa cã, vt no. in c. tuam. ſ. de ord. cog. ſm Do. quod ſine dubio procedit, qñ aliquis articulus incidenter tractatur coram iudice eccleſiaſtico, vt d. cap. tuam. vel quando diceretur inſtrumentum vſurarium coram Epiſcopo, nam his caſibus poterit ſtatim inhiberi iudici ſeculari, ne procedat, vt per Feder. in ſuo conſi. 93. & pleniſſimè per domi. Nic. in c. j. ſ. de iureiurando. Et idẽ quando agitatur aliqua cauſa præiudicialis ad alias cauſas, quia ſtatim iudex cauſe prȩiudicialis poteſt inhibere, ne alius iudex procedat, vt tenet ſingul. Lap. in ſua alleg. 61. in fi. & plenè per do. Anto. & Imo. in d. cap. tuam. & per Fede. in ſuo conſilio. 230. quod incipit, In quæſtione. tenentem, ꝙ pendente quæſtione adulterij coram eccleſiaſtico poteſt ſtatim inhiberi iudici ſeculari, ꝙ ſuperſedeat in cã
3 dotis vel alimentorum.† Ad idem etiam facit quod idem Fed. no. in ſuo conſil. 258. dicens, ꝙ ſtante ſtatuto laicorum, ꝙ filius ſpurius ſuccedat in certa parte poteſt iudex eccleſiaſticus, coram quo agitur de nullitate dicti ſtatuti, inhibere ſtatim iudici ſeculari, ne vigore dicti ſtatuti procedat. Aliquando, & tertiò quæritur de iudice appellationis, tunc dic, quòd in appellationibus extraiudicialibus non poteſt inhibere ei, a quo vel contra quem eſt appellatum, etiam poſtquam iudex cęperit cognoſcere de negotio principali, & hoc ne ſua poſſeſſione priuetur ſecundum Innoc. hic, & Spec. eod. titu. §. de officio. verſi. quid ſi extra iudicium, & facit quod no. per Rotam in dec. 209. quæ incipit, Item quòd attentata. Sed in appellationibus iudicialibus interpoſitis ante ſententiam diffinitiuam, vt iudex appellationis poſſit inhibere, requiritur illa expreſsè, vt ſ. in tex. in vltimo notabili. Quod tamẽ fallit in appellationibus ad Papam interpoſitis, cum ipſe poſſit ſtatim inhibere, vt in c. paſtoralis. §. præterea. ſ. de offic. deleg. vt videtur velle hic Dom. Sed Lap. hic contra, & idem Inn. in d. c. dilectus. de quo hic per Io. Andr. in verſicu. Archiepiſcopum. Sed an delegatus a Papa in cauſa appellationis poſſit ſtatim inhibere, videtur ꝙ ſic, vt in d. §. præterea. intellige, quando Papa ex certa ſcientia expreſſo grauamine committit, quia tunc videtur approbare ipſam appellationem, vt legitimam. vt d. §. præterea. ſecundum Abb. hic de quo ibi per Ioan. Andr. & ita videtur hic tenere Lap. ſecus ſi Papa ſimplr̃ committit appellationem ab interlocutoria, cũ ex hoc non videatur approbare cauſas in ea inſertas, vt in c. j. ſ. eod. titu. & lib. de quo hic per Domi. & per Docto. in d. c. dilectus, vbi ita communiter tenent, & plenè per Rotam in dec. 11. quę incipit, Item fuit dubitatum vtrum auditor. Si verò quæritur de appellatione a diffinitiua, tunc debet primò conſtare eſſe appellatum intra decem dies, vt ſ. §. proximo. & ſtatim poterit inhibere, etiam ſi cauſa non ſit expreſſa, intellige niſi interponatur appellatio a ſententia diffinitiua eo caſu quo eſſet prohibita a iure, vel ab homine, quo caſu dic. vt in §. proximo. & per Rotam in deciſio. 346. quę incipit, Item ſi appellatur.
4 †In glo. in verſic. minus legitima. in princip. tunc enim poteſt dubitari, an cauſa ſit legitima, ex quo non ſunt expreſſę in iure omnes legitimę cauſę appellandi ſecundum Innocen. & Io. Andr. dicentem, quòd cauſa dicitur dubia, quando appellatur, eo quia iudex non admittit exceptionem recuſationis ratione compaternitatis, vel affinitatis ad coniugem, vel quando eſſet quęſtio dubia propter opiniones, vt ſupra eod. capitu. vt debitus, de quo plenius in capit. cum ſpeciali. in 3. glo. & capitu. paſtoralis. hic allega. In eadem gloſ. in fi. & idem ſi reprobatam vellet dicere legitimam ſecundum Innocen. & Ioan. And. In glo. in verſic. vera. in princip. cognitio autem huius dubij, an cauſa ſit legitima vel non, bene poteſt ante omnia committi, vt per Ioan. Andr. ſ. §. proxi. In ead. glo. in fi. vide quod not. in capit. ex parte Adæ. ſupra de teſti. & in capitu. interpoſita. hic allega. & hic per Ioan. Andr. & Domi. & per Doct. in clem. appellanti. eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, & an appellatio ſit admittenda.*
2 *Iudex ad quem non poteſt ſtatim cognoſcere de cauſa principali, ſi dicatur appellatum in cauſa a iure prohibita.*
3 *Notorij appellatione intelligitur de notorio facti non iuris.*
4 *Notorius criminoſus, & confeſſus qualiter poteſt appellare.*
5 *Quid ſi ſit confeſſus, & conuictus.*
6 *Cauſa debet exprimi in appellationa a diffinitiua, quando appellatur in caſibus a iure prohibitis, alias non.*

1 Si autem. †No. primò ibi cognoſcere cęperint, ꝙ licèt coram iudice ad quem excipiatur, quòd ſit appellatũ in caſu a iure prohibito, tamen ipſe iudex ad quẽ cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, & an appellatio ſit admittenda, vel non. facit quod no. in §. ſi verò. ſ. eod. Et ideo quantumcunque iudex a quo non admiſerit appellationem, tamen vtrum appellatio ſit admittenda vel nõ ſpectat ad iudicem ad quem, vt hic, & ſ. §. proximo, & in l. chirographis. §. j. ff. de adminiſtra. tutorum, & in l. j. in princi. ff. nil nouari, & per Barto. in d. §. j. & videtur hic caſus pro eo, quod no. glo. magna, in fi. in clem.
2 ſi ante. de dolo, & contuma.† Secundò nota, quòd licèt in ap-
a pellatione a diffinitiua [a] iudex ad quem poſſit ſtatim cognoſcere de cauſa principali ſecundum no. in c. j. §. his quę. ſupra eodem, tamen hoc fallit, ſi dicatur eſſe appellatum in caſu a iure prohibito, quia tunc debet cognoſci de legitimitate ipſius appellationis ſeparatim ab articulo cauſę principalis, vt hic dicitur. Vltimò no. quòd licèt in appellatione ab interlocutoria iudex ad quem inhibere non poſsit antequam appellationem vt legitimam admiſerit, & incœperit cognoſcere de veritate cauſę in appellatione expreſſę, vt ſupra §. proximo. tamen ſi appellatur ad inſtantiam etiam in caſibus, in quibus allegatur appellari non poſſe, poterit inhibere ſtatim, quòd incęperit cognoſcere, an appellatio ſit recipienda uel non, & ſic antequam appellatio ſit admiſſa, pro quo textus hic, ibi, recipienda uel non, & facit. d. l. j. in principio, ſecundum Lap. & Domi. quicquid aliter dicat Hoſtien. hic adducendo cap. paſtoralis. §. prȩterea. ſupra eodem, & de re iudic. cum ſuper & hoc quando allegatur, quòd appellatio ſit interpoſita in caſu a iure prohibito, tamen de hoc non conſtat, quia ſi de hoc conſtet, tunc iudex a quo, & iudex ad quem ipſam recipere non debet, vt ſupra eodem, vt debitus. & ſic nec inhibitio fieret, ut uidetur hic velle Domi. poſt Hoſtien. & Ioan. Andr. In glo. in verſic. prohibitis. in fi. aduerte quia in caſibus non prohibitis in appellatione ad inſtantiam eo ipſo, quòd conſtat appellatum, & debito tempore, poterit per iudicem appellationis ſtatim inhibere abſque eo quod alias incipit cognoſcere, an appellatio ſit recipienda, vt in §. ſi uerò. ſupra eodem, & no. ſupra. §. proxi. & in c.
3 cum appella. & c. non ſolnm. j. eod. †In glo. in uerſic. notorio, in fi. no. quòd appellatione notorij intelligitur in dubio de notorio facti, & non iuris ſecundum Domi. de quo etiam nota. per Ioan. And. in c. dudum. el 2. ſ. de electione, & quid ſit notorium
b facti, [b] hic aliqualiter per Ioan. Andr. & per Docto. in capit. veſtra. ſupra, de coh. cleri. In glo. in uerbo uel de quo. ibi argumẽtis, putà ſecundum Ioan. And. ſi inuentus eſt cum cultello ſanguinolento in manu, uel in uagina. de quo per Bald. in l. fi. C. de proba. & in l. conuenticulam. C. de Epiſ. & cleri. In ead. glo. ibi, tormentorum, unde tunc ſine dubio appellari poteſt, ut ꝑ Barto. in l. 2. hic alleg. & Bald. in l. j. ff. de quęſtioni. opponẽtem etiam quando dicatur confeſsio facta metu tormentorum, & quando dicatur perſeuerare, de quo in c. cum in contemplatione. ſ. de regu. iur. per Ioan. And. In ea. glo. ibi, errorem corrigere. Idem ſi uellet quis ſuam confeſsionem interpretari, ſeu declarare tali declaratione, quę ipſam non perimeret, ut in c. cum dilecti ſ. de accu. ſecundum Ioan. And. In eadem gl. in fi. dic, ut j. in glo. in uerſic. mandetur. In glo. in uerſic. conſimilibus. uide plenè no. in d. cle. ſi ante, & alios caſus, in quibus appellare nõ licet, uide per glo. 2. q. 6. in ſumma, & in l. 2. hic alleg. & hic per Ioan. Andr. & per Spe. eo. tit. §. in quibus. enumerantem. 37. caſus, in quibus appellare non licet. Et an tex. hic habeat locum in ſententia excommunicationis, uide in capit. uenerabilibus.
ba quæ non poſſunt referri nec reſpicere ipſam ſcripturā vel
vocem appellantis ſed ipſam appellationem interpoſitam, &
tunc eam recipiendo vr̄ deferre per dictum c.ſepe,& d.c.inter
poſita,& plenius,vide per Domi.in d.§.in quibus.pro quo opti
me facit tex.hic non impropriando literam, vbi dicitur quod
iudex admittendo appellationem videtur deferre,& ita deter-
11 minat hic no.Archi.†Sed limita prædicta primo niſi iudex di-
ceret non admitto niſi ſi & inquantū de iure teneor, quia tunc
nunquam videtur deferre,vt tenuit do.Flo.in dicta cle.2. ad fi.
ĵ.eo.Secundo limita niſi iudex diceret admitto vel recipio adi-
iciendo dictam clauſulam,ſi,& inquantum,&c.quia tunc nun
quam vr̄ deferre ſi appellatio ſit talis cui deferri non debuerit,
facit in ſimili gl.in c.cum contingat.ſ̄.de offi.deleg.& quod in
ſimili no.ꝑ Bar.in l.ambitioſa.ff.de decre.ab ord. fa.licet aliud
videatur ſcripturæ.in l.ſi quando.de leg. 1. imo ſi iudex diceret
formaliter defero inquantum teneor,non vr̄ deferre ſi deferē-
dum non erat,vt determinat ſingulariter Bald.in l.edita. C. de
edendo.in repe.poſt mediū.facit quod no.in l.2.C. quomodo,
& qn̄ iudex,& licet iudex poſt appellationem fruſtratoriā dif-
ferat procedere,non tn̄ per hoc deferre vr̄ ſm Ioā. And. in d. c.
meminimus,ſm Pet.de Anch.hic quæ tene menti. Et vide per
Rotam in dicta deciſi.70.vbi determinat, ꝙ ſi iudex dat acta de
apoſtolis reuerentialibus vr̄ deferre,licet non vtatur verbo de
fero,ſufficiant ergo æquipollentia verba.Et tanta eſt potentia
ipſius delationis quod licet aliàs in appellatione ab interlocu
toria ſit data certa forma de qua in d.c.cordi.& in cle. appellā-
ti.eod.tit. ſi tamen appellaretur ſic ſeruata dicta forma,& ſine
ſcriptis,& non expreſſa, tamen vel etiam poſt decem dies, ta-
men ſi iudex defert talis delatio deuoluit totum negotium ad
ſuperiorem,vt dixit ſingulariter Inn.& Io. And.in d.c.cordi.in
§.poſt hæc,per rationem huius tex.imo & licet in notorijs, &
quando quis eſt confeſſus non admittatur appellatio ſecundū
no.in c.Romana.§.ſinautem poſt ſententiam. ſ̄. eod.titulo,ta-
men ſi appe.iudex detulit totum negotium ad ſuperiorem de-
uoluitur,vt dixit Bald.per hunc text.in l.2.C.quorum appella.
& fuit dictum in d.§. ſinautem, & vide plene per Federi. in
dicto conſil. 187.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli debent peti per appellantem,& non per appellatum.*
2 *Terminus ſtatutus pro Apoſtolis eſt cōmunis tam appellanti quam iudici.*
3 *Apoſtoli ſunt pars appellationis, ita quòd ſi non petentur præſumitur renunciatum eſſe appellationi.*
4 *Tempus apoſtolorum petendorum a quo tempore incipit currere.& nu.5.*
6 *Annus datus ad proſequendum appellationem a quo tempore currit.*
7 *Appellans antequam petat Apoſtolos vadit ad iudicem ad quem,& ille citat partes,& procedit in cauſa,an valeat proceſſus.*

CAP. VI.

ABeo. Diuiditur in tres partes, quia primo de-
terminatur tempus intra quod debeant
peti, & tradi apoſtoli, ſecundo ibi,alias in harum,
pœna non petenti, tertio ibi, illud ponitur decla-
1 ratio iuris noui pendentis certam pœnam iudicis non dantis
apoſtolos.† Nota primo apoſtolos debere peti per appellan-
tem, & non per appellatum, non eſt neceſſe, quòd petan-
tur tempore appellationis, ſed ſufficit quandocunque in-
tra 30.dies, vt eſt text. hic, & tenet gloſ. fina. in l.j.ff.eod. titu.
& in clemen.2.in ver.contextu.ĵ.eod.tit.& Bald.in l.eos.§.apo
ſtolos.C.eod.titu.& Ioan.And.hic dicens,quòd in ipſo vltimo
die potuerint peti, cum talis dies includatur ſecundum no. in
glo.quia dies.in c.frequens.ſ̄.de reſcrip.Spe.eod.lib.de quo.in
c.anteriorum.2.q. 6. quod tamē limita niſi talis vltima dies eſ-
ſet ſeruata,quia tunc non diceretur congruum tempus, prout
hic requiritur vt vide no.per Fede.in conſ.72.Et dixi etiam no.
per Ioan.And.non eſſe neceſſe,ꝙ apoſtoli petantur in ſcriptis
licet tantū ſi in ſcriptis peteret, vt poſtea faciliter probari poſ-
ſit, licet datio apoſtolorum debeat per iudicem de neceſſitate
2 fieri in ſcriptis,vt per Spec.eod.tit.§.ſequitur. in fi.† Secundo
no. ibi. intra dictum tempus quod terminus ſtatutus pro apo-
ſtolis eſt communis tam ipſi appellant quam etiam iudici, vt
intra illud tempus dari debeant,ex quo infertur, ꝙ ab eo tem-
pore quo incipit currere tēpus appellanti incipiat currere iudi
ci.de quo.ĵ.Et poſſunt dari apoſtoli appellanti etiā abſenti,ſm
Bald. in d.§.apoſtolos dicens, ꝙ debet tunc notificari ipſi ap-
pellanti,vt voluit in ſimili glo.no in cle. in fi. eod. titu. in ver.
præfixionis.Et dicit Bald.in d.§.apoſtolos, ꝙ non poſſunt plu-
ries dari intra.30.dies, & ꝙ iudex non poteſt variare nec corri-
gere errorem ſuum quod intellige niſi datio non tenuerit ad
hoc quod no.per Io.And.ſ̄.c.proxi.vel niſi apoſtoli primo fue
rint refutati, quia tunc ex quo non eſt functus officio ſuo pōt
dare dimiſſorios,& ſic reuo.& cor.ſicut,& aliam interlocuto-
3 riam.vt in c.cum ceſſante.ſ̄.eo.†Vltimo no.& ita alleg. ꝙ apo-
a ſtoli [a] ſunt pars appellationis intantum, quòd ſi non petantur
debito modo,& intra debitum tempus præſumitur renuncia-
tum appellationi,& eſt præſumptio iuris, & de iure cōtra quā
non admittatur appe.in contrarium,vt in c.is qui.& ibi per gl.
ſ̄.de ſponſali.intellige,quando appellans fuit negligens ſecus
ſi impeditus.arg.c.fi.ſ̄.qui ma.accu.poſ.ſecundum Io.An.& ad
prædicta vide per Roma.in deci.366.quæ incip. item ſi appella
tur,vbi intelligit iſtum tex. habere locum indiſtincte ſiue ap-
pelletur ab interlocutoria ſiue etiam a diffi. nam licet iudex
deferat appellationi a diffi.vt ſ̄.c.proxi. & iudex debeat defer-
re,& ſi non deferat puniatur.vt no.in c.de priore.ſ̄.eod. tit. &
ſic iudex non poſſit dare alios apoſtolos, quam reuerentiales,
tamen eodem modo per appellantem debent peti intantum,
ꝙ ſi non petantur habet locum pęna iſtius decre. quę indiſtin
4 cte loquitur in omni appellante etiam a diffi.quod no.† In gl.
2.in fi. vult gl.ꝙ iſtud tēpus currat vna cum tempore appe. in-
terponendę,quia a tempore ſententię vel ſciētiæ, vt hic in gl.
& idem tenuit glo.in l.j.ff.de libel.dimiſ.& in d.c.2.in 3. gl. ſe-
cundum Io.And.licet Hoſtien.in c.cordi.ſ̄.eo. teneat ꝙ currat
a tempore appellationis interpoſitè, ſed hoc non probatur in
tex.ſecundum Ioan.And. qui poſt multa videtur cōcludere, ꝙ
iſti.30.dies incipiant currere a die appellationis interponēdę,
& ſic a tempore ſcientię nō ſolum ipſi appellanti ad petendū,
ſed etiam iudici ad dan.vt hic plene per eum. Sed Rota.in dec.
29.Sed dubitat̄ quid ſi iudex detulit appellationi,an ſit neceſſe
tunc petere apoſtolos,& an habeat locum pęna iſtius decre. ſi
non petantur.Ro.in d.deciſi.366.vr̄ ſentire,ꝙ ſic,& idem videt̄
tenere in deci.351.quę inci.item ſi appelletur vbi no.voluit,ꝙ
quando iudex detulit ſufficit tūc ipſi appellanti ſemel petijſſe
licet non inſtanter petierit.Sed Inno.& Ioan. And. in c.cordi.
ſ̄.eo.videtur ſentire contrarium quod ſi iudex defert fit deuo-
lutio ad ſuperiorem,licet apoſtoli non ſint petiti, niſi dicatur,
ꝙ licet fiat deuolutio tamen ſi apoſtoli debito tempore nō pe
tantur videtur poſtea ipſe appellans renunciare appellationi,
prout hic dicitur cogita quia dependet ab illo dubio,an poſtq̄
iudex detulit poſſit appellans renunciare appellationi re inte
gra vel non de quo eſt dictum.ſ̄.c.proxi.Et di.no.Bald. in d.§.
apoſtolos.in prin.quod iudex poteſt ſtatim dare apoſtolos pe
tenti,& poteſt ſtatim cogere ad eos recipiendos,& ipſis obla-
tis ſtatim ſtatuere ſibi diem ad iterum recipiendum,nec pote-
rit ſe excuſare ob aliquod impedimētum ſuperueniens poſt-
ea in tempore dato ad peten.apoſtolos,ex quo a prin.ſunt ob-
lati per iudicem.Nec ob.ſi dicatur, quòd iſti. 30. dies habentur
a iure,vnde dilatione pen.nihil debet innouari.vt in c.ſignifi-
cante.ſ̄.eo.nam iſte terminus datur a iure, niſi prius iudex ſpō
te offerat,tunc enim non poteſt appellans non accipere arg.l.
fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.ſecundū Bal.in d.§. apoſtolos.
limitan-

ADDITIO.

a Nic. Sup. Apoſtoli ſunt pars appellationis.Adde Rotam in deci.360.inci. fuit dubitatum in nouis.contrarium tenet.Ro.deciſ.223.in antiquis.
V.G. Apoſtoli græce latine dicuntur miſſi.Ita ipſe litere dicuntur dimiſſoriæ Troil.de Maluez.in trac.de canoniz.ſanc.q.4.nume. 8. quod habetur.in lib.9. tracta.fol. 131.

limitantem istum tex. dum vult, quòd debeant peti per appellatem ipsi apostoli, vt procedat, nisi si iudex sponte dederit, quia tunc non tenetur appellans amplius petere, & non imputatur sibi si non petijt, ex quo per iudicem sponte sunt exhibiti quod no. & ita voluit Rota in d. decisio. 351. quæ incip. item fuit dubitatum a quo tempore. refert Ioan. de Lig. tenentem. in c. dilectus. eo. titu. quòd aut requiritur de tempore apostolorum quo ad appellantem, & tunc si appelletur vna vice statim post sententiam, & currunt a die sententiæ, vt l. iudicibus. C. eo. titu. canonizata. 2. q. 6. Si vero appellatur ex interuallo, puta in vltima die. 10. die. & tunc si ignorauit sententiam latam vsque ad tempus quo appellauit, & tempus apostolorum incipit currere a tempore appellationis interpositæ, ex quo tempore appellandi prius non currunt. & ita vult glos. hic, & Cy. in d. l. iudicibus. Sed si prius sciuit sententiam fuisse latam, tūc propter æquitatem quam no. hic Ioan. An. credit, quòd currat
3 à tempore sententiæ si sciuit tunc. † Si verò quæritur de tempore apostolorum quo ad iudicem, & tunc iudici non currit tempus, nisi a tempore appella. interpositæ, vel etiam a tempore intimationis sibi factæ si appellatio fuit facta ab eius absentia, & ita dicit quidam dominus Egidius suo tempore fuisse obtentum. Collector vero decisionum, ꝙ tempore suo fuit obtentū & seruatum indistinctè seruari opin. Host. tam quo ad iudicem quàm quo ad appellantem, & ita refert in palatio seruari, vt sic currat indistinctè a tempore appellationis, & istā opi. sequitur Gemi. in d. cle. satis tamen videtur ęqua opi. Ioā. de Lig. secundum Domini. quam videtur sequi Bal. in d. §. apostolos. & in d. l. iudicibus. De iure tamen verior videtur opin. Ioan. An. quam sequitur Pau. in d. clemen. 2. pro qua facit tex. in d. l. iudicibus. vbi etiam iudicibus incipit currere a tempore quo incipit ipsi appellanti, & ita etiam probatur hic ibi intra
1 dictum tempus, vt s. est dictum. † A[a] quo autem tempore inci-
2 piat currere annus ad appellationem prosequendam hic per Ioan. An. & est tex. in clemen. sicut. j. e. & ibi per glo. ordin. In glo. in ver. instanter. in prin. vide hodie in clemen. 2. j. eod. titu. vbi appellatur, & sufficit quòd apostoli per appellantem instāter, & sæpius postulentur vno contextu. vnde non sufficeret vna die dicere peto, & alia die dicere apostolos secundū Bal. in d. §. apostolos. vbi etiā voluit quòd apostoli peti possint per negotiorum gestorē debent tamen ratificari ante lapsum termini petendorum apostolorum ar. l. bonorum. ff. rem ra. hab. Et nota. ex hac glo. quòd quando quis actatur ad actum faciendum instanter, & sæpius non sufficit si sępius eo contextu faciat facit glo. in l. si conuenerit. ff. de pigno. act. vt hic per Do. quod forte procedit de iuris rigore secus si de æquitate. in d. clemen. In ea. glo. in fi. vide dicta. in c. vt super. in prin. & in ca. 1. in fi. prin. s. eodem titu. & li. In glo. in ver. vadat. in fi. Quid si appellans antequàm petat apostolos vadit corā iudice ad quē & ille citat appellatum, & procedit in causa cōcludit hic Lap. quòd valebit processus si postea intra 30. dies petat apostolos, vt hic in tex. vnde depēdent ex futuro euentu. & ita tenet Ro. in decisi. 149. in antiquis. de quo hic per Domi. quod no. in ca. sæpe. supra eodem titu.

ADDITIO.

a Nic. Supe. A quo autem tempore incipiat currere annus. Vide per Hostien. in sum. 11. de rescri. in §. & cui præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli qualiter probetur peti debent.*
2 *Iudex si dixit se daturum apostolos nullo tamen termino assignato, an videatur eos denegare.*

Illud autem. Nota primo ibi a quo appellatur &c. ꝙ sicut aliàs dicitur, quòd per appellantē deberent peti apostoli siue appellet ab interlocutoria vel grauamine siue a diffi. & sic indistinctè quomodocunque appelletur cum tex. c. vt super. s. eo. indistinctè loquatur, prout voluit Ro. in deci. 366. quæ inci. Item si appelletur. ita & eodem modo debent indistinctè exhiberi apostoli per iudicem cuicunq; appellanti cum iste tex. indistinctè loquatur. pęna ergo istius decre. quod processus non valeat, habet locum siue appelletur ab interlocutoria vel grauamine siue a diffi. & sic indistinctè. & ita determinat Bal. in l. eos. §. apostolos. in 3. col. C. eo. tit.
1 circa fi. per glo. in d. cle. 2. in fi. † In tex. ibi cum debita instantia. puta bis vel ter & tutius est, quòd tertio requiratur per no. in c. interposita. & c. cum speciali. circa princ. s. eod. titu. & s. de senten. excom. c. 2. secundum Archi. & Ioan. An. remittentem hodie ad clemen. secundam. In tex. ibi loco & tempore congruo. no. quòd licèt aliàs dicatur, quòd citatus vel iussus, vt comparеat vel aliquid faciat uel petat intra certum terminum sufficiat vt intra illum terminum quandocunque compareat, vel id faciat tamen requiritur, quòd cōgruo loco, & tempore hoc faciat ut hic dicitur, & ita uoluit glo. no. in uer. intra dictum. in d. cle. 2. In tex. ibi requisitus. no. quòd licèt apostoli possint dari absenti. est tamen necesse ꝙ petantur in præsentia iudicis, nisi præsentia iudicis haberi non posset vel iudex esset ferox, & dedignatus de appellatione interposita, ita ꝙ appellans corā eo ire non audet, quia tunc sufficit hoc protestari intra debitū tempus. argu. c. pen. s. eo. titu. & si potest debet intra illud tempus adire iudicem ad quem 2. q. 6. biduum. secundum Archid.
2 & Ioan. An. † In tex. ibi expresse. idem si iudex respondit se daturum nullo certo termino assignato, quia tunc habetur pro expresse denegante, vt in d. cle. 2. in fi. & idem si iudex requisitus nihil respondet, quia eo. modo habetur pro expresse denegante vt determinat glo. fin. in ver. aut si. in d. cle. 2. intantum, ꝙ licèt dicto casu iudex postea intra iuris terminum citauit appellantem ad recipiendum apostolos, tamen appellans nō tenetur cōparere, nec ipse iudex vlterius refutatorios daret poterit, quia cum iudex nihil respondendo habeatur pro expresse denegante. & qui expresse denegat videtur deferre, vt hic in tex. ergo iudex a quo amplius se intromittere non potest, & ita plenius & no. determinat Lap. in sua alleg. 222. vbi vide. In glo. in uer. loco. in fi. aduerte, quia non tenetur quis requirere iudicem extra locum tribunalis cum talis dicatur congruus locus, nec tenetur ire ad domum eius, vel ad hortū, vt est tex. no. in l. j. §. adeundi. ff. quando appellādum sit. ut tenet hic Pet. de Anch. si tamen requireret quis iudicem extra locum tribunalis, puta ad domum iudicis, vel ad cameram, & ibi eum requirat diceretur in loco congruo eum requirere dummodo, tunc nō sit impeditus in alijs negotijs totaliter diuersis, & ita vult hic glo. & facit quod no. Rota in dicta dec. 366. vbi tenent quod potest appellari etiam a diffinitiua in domo iudicis, vel in camera & valida erit appellatio & datio apostolorum cum datio vel petitio apostolorum non sit actus iudicialis, nec sit in ea necessaria citatio partis pro quo facit. item glo. & tex. hic secundum Domo. An autem possint peti apostoli tempore feriato in honorem Dei, & an dicatur tunc congruum tempus, vide per Fede. in suo consi. 72. Et inquantum glo. loquitur hic de nocte.[a] & vide per Bal. in auth. hodie. C. eo. titu. in vlti. col. in prin. an possit appellari noctis tempore.

ADDITIO.

a G. V. Factum de nocte quomodo probetur Alex. in l. aut facta. §. tempus de pę. Fel. in c. sicut col. 4. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Articulus appellationis non est distinctus a causa principali.*
2 *Reuocatio attentatorum, an fieri possit per solum iudicem ad quem, an etiam per alium.*
3 *Interlocutoria habens vim diffinitiuę iudicatur vt mera diffinitiua.*
4 *Iudex a quo in casibus in quibus non potest appellari potest sententiam exequi non solum ante appellationem infra 10. dies, sed etiam post appellationem.*
5 *Attentata quod debeant ante omnia reuocari, an semper sit verum, an autem debeant libello porrecto vel separatim, uide limitationes. & numero 6.*
7 *Executio sententiæ an possit fieri durante tempore dato ad appellandum.*
8 *Iudicatum propriè dicitur quando a sententia non potest appellari.*

CAP. VII.

Non solum. Diuiditur in duas partes. nā primo loqtur de appellatione diffinitiua ponendo regulam generalem a qua vnum casum excipit ibi, exceptis. Secundo ibi, illa vero. loquitur de appellante ab interlocutoria, & ponit regulam ge-
1 neralem a qua alium casum excipit ibi, nisi. † No. primo, & ita alleg. quod quando appellatur a diffinitiua articulus appel. nō est distinctus a causa principali, et sic non requiritur iustificatio appe. etiam quo ad reuocationem attentatorum cum ante omnia reuocentur attentata etiam non discusso appel. arti. ut hic dicitur quod intellige dummodo constet iudici, ꝙ fuit appellatum intra decem dies, ut in glo. immo dicebat Rota in decisio. 190. quę incip. Item quo ad reuocationem, quod quo ad hoc ut possint reuocari attentata non sufficeret de hoc constare per confessionem partis appellatę, nisi appellans probet sore appellatum intra 10. dies et per habentem potestatem, et ita dicit debere intelligi istum tex. facit c. Romana. §. si vero. s. eo.
2 † Secundo no. ibi per appel. iudicem. ꝙ reuocatio attentatorū fieri potest solum per iudicem ad quem, et non per alium s̄m Io. An. qđ tu limita primo qñ petit̄ reuocatio ꝑ viā attētati implorato iudicis officio quod circa hoc implorari potest, ut no. j. in

j.in glo.mag.secus si adeatur iudex super ipsa reuocatione per
viam simplicis querelæ, quia tunc posset adiri alius iudex, vt
ordinarius in c.solicitudinem.& c.cum teneamur.s. eod. titu.
Secundo limita, quia etiam ipse iudex a quo posset reuocare
a attentata [a] per eum, vt in cap.venientes.in fi.s.de iureiuran.&
per Fede.in suo consi.123.circa princ.& per glo.& Doc. in c.2.
s.de ma.contracto. Vltimo no.& ita alleg.paria esse fore appel
b latum vel esse intra tempora appellandum [b] dummodo appel
latio postea intra legitimum tempus interponatur, vt hic est
tex.singu.pro quo etiam alleg.glos.singularem in l.ex iudicio
rum.ff.de accu.sed melior gl.est in l.j.ff.nil nouari. & vide per
glo.in ver.appellatum.in c.venerabilibus. §. porro.j.de senté.
excom.& in c.licet canon.s.de elec.eo.lib.& per Bal. in l.j.C.
3 de delictis defun.de quo.j. † In glo.in ver. diffi. in fi.conclude,
quod de interlocutoria habente vim diffini. iudicatur quo ad
hoc vt de mera diffi.vt voluit Fede.in suo cōsi.193. post mediū.
& sic quemadmodum quo ad appel. iudicatur de interlocuto-
ria habente vim diffinitiuę, vt de mera diffi. vt volunt Doc.in
cle.appellanti.j.eo.titu. & tenet Rota in decisi. 12. quæ incipit,
Item si iudex.& in deci.85. quæ incipit, Item si a sententia.ita
4 & quo ad reuocationem attentatorum. quod no. † In glo. in
ver.casibus. in prin.& sic in dictis casibus iudex a quo poterit
sententiam exequi non solum ante appellationem intra 10.
dies, sed ēt post appellationem, nec reuocabitur tūc executio
per viam attentati.facit l.si quis filio.§. quid tamen.ff.de iniust.
test.& voluit Oldr.in consi.18.& facit quod no. Bald. in l.addi-
ctos.C.de episc.audien.& in l.fi.C. si a non compe.iudi.quod
intellige, nisi præcesserit canonica inhibitio per iudicem ad
quem,quia tunc iudex a quo exequi non poterit, vt no.in d.c.
Romana.§.si autem post.In ea.glo.in fi.Sed Ioan.de Fan.addu
cit in contrarium tex.in d.§. si autem post. Sed non obst. nam
ista glo. procedit quando non apparet appellatum fore inter-
positum in casu prohibito a iure.Sed appellatus hoc asserit,vt
sic impediat reuocationem attentatorum cum tunc non im-
pediat, nisi offerat se paratum incontinenti probare. & ratio
est,quia quando in ap. diffi.à appellans habet ius cōmune pro
se & appellatus contra se. Sed si apparet ex inspectione ap.qđ
sit interposita in casibus à iure prohibitis, & tunc iudex nō re
uocabit attentata statim,nec inhibebit anteq̃ incipiat cogno-
scere, an appellatio sit recipienda vel non, vt in §.si autem.&
ratio est,quia appellans habet tunc ius cōe cōtra se,vt hic ple-
ne per Domi.In glo.in ver.ante oīa.in princ.no. glo.pro his q̃
dicta sunt.s.in prin.& vide glo.in ver.constituatur.in c.ex par-
5 te Adæ.s.de testi.†In ea.glos. in fi. idē Arch.vel potest dici qđ
illa lex factum recitet,vt no.in d.ca.venientes.in vlti.gl. vel lo
quitur cum condemnatus ante app.solueret,vt per glo.in c.pa
storalis.s.eod. s̄m Ioan.And. Sed certe iste vltimus intellectus
non procedit, quia sic soluendo renunciasset appellationi, vt
l.absolutionem.C.de re iud.& no.in c.solicitudinem. s.eo.tit.
nisi dicatur quod illa solutio non fuit facta sponte, vt ibi dicit
glo.merito posset illud attentatum post sn̄iam reuocari sicut,
& alia attentata. Et no.ex hac gl.quod attētata post sn̄iam dif-
fi.possunt reuocari per iudicem ap.finito ap.art.& ēt ante, im
mo iudex debet de necessitate a prin. & ante oīa reuocare, vt
hic in tex.ibi debet,& sic importat necessitatē, & iudex appel
lationis faceret iniuriam si non reuocaret s̄m Io.An.referentē
hic Spec.eo.ti.§.pe.ver. sed pone. dicentem quod debet caue-
re ille qui dat libellum quo petit sn̄iam retractari & attentata
ante oīa reuocari,ne contestetur litem, quia si postea petat re-
uocationē attentatorū ante oīa fieri per officium iudicis nō au
diretur cum super eo elegerit viam ordinariā, & sic cessat ex-
traordinaria, & ita sequitur hic Archi. Sed non placet hic Io.
An.talis subtilitas non solum qñ esset petitum attentata ante
oīa reuocari,sed ēt si non sit adiectum ante oīa, quia omni ca-
su ēt post li.contesta.ante oīa debent reuocari attentata proba
tis his de quibus hic in gl.& ita tenet Io.Mo. in c.cupientes.§.
pe.in fi.s.de elec.eo.lib.vt hic plene per Ioā. An. rn̄dentem ad
oēs & authoritates in ꝯriū.Io.de Lig.ꝑut refert hic Do. cōclu
dit quod si petuntur attētata reuocari s̄m formam huius c.im-
plorato iudicis officio mercenario, tunc ante oīa reuocanda
sunt dato qđ super hoc libellus porrigatur quod nō est neces-
se,& dato ꝙ super hoc arti. lis sit cōtest. quod tenuit Bald.in l.
appel.in prin.C.eo.ti.aut petitur sn̄iam retractari,& innouata
reuocari,& sic accumulantur hæc duo, & tunc non fiet reuo-
catio nisi feratur sn̄ia super negotio principali in iudicium de
ducto,& super his in quibus petitur reuocatio,& ita procede-
re possunt dicta Gui.& Arch.aut in ipso libello vltra dicta ver
ba additur verbum ante oīa, & idē erit, cum debeat super his
sn̄ia differri,vt in c.licet Heli. s.de sent. nec illa verba ante oīa
debent aliquid operari ne possint priuati iura tollere, vt in ca
requisisti.de testamentis & attentatorū reuocatio de iure non
fiat ante sn̄iam nisi petatur & officium imploretur s̄m eum,
& hoc vr̄ tenere hic Bal. arg.l.de qua re.ff.de iud.& l.chirogra
phis.ff.de adm.tu.Io.de Lig.prout hic refert Do. facit sup̄ hoc
certam distin.tenens in effectu ꝯ Io.An.Sed Ioā. de Fan.tenet
se cum Io.An.qñ sunt apposita illa verba ante oīa, & ita sequi
6 tur hic Domi.† Pau.verò hic concludit,ꝙ licet tutius sit ꝙ peti-
tio reuocationis attentatorum fiat inseparate a libello princi
pali,tn̄ curia vt ipse audiuit,tenet opin.Io.Mo.& Ioā.An.quos
ipse adduc. d. c. venientes. vbi dr̄ quod iurans seruare ordinē
iudiciarium in causis, non videtur iurare in his quæ ordinem
non requirunt, ita ergo ꝯte. litis nō vr̄ q̃s recedere ab his quæ
ordinē nō req̃rūt, vt hic refert Domi.& facit l.3.& ibi ꝑ Bal.ff.
de test.mili.& glo.no.in verbo partibus.in cle.sæpe.de verbo.
sig.& ratio glo.in l.qui testa.s.j.ff.de testa.mili.& in l.vinū.ff.si
cer.pet.ex quibus vr̄ concludere quod ēt li.conte.super princi
pali debent reuocari attentata si petantur,dato quod a princi-
pio fuerit simpliciter petitum sn̄iam retractari & attentata re-
uocari,licèt non sit dictū ante oīa,& ita tenet Ioan. Mo. in d.§.
pen.Ioan.And.hic,& Pe.de Anch.imo Ro.in decis.57. quæ in-
ci.item ꝙ attentata.videtur velle quod licet a prin.non sit peti
ta reuocatio attentatorū,tamen pōt quandocūq; peti ex post-
facto vsque ad conclusum in causa conclusiue,& ita intelligūt
tex. hic, & ita etiam tenet Ro. in deci.185. quæ inci.item quod
pars. Limita tamen prædicta primo, quod licet petitio reuoca
tionis attentatorum possit fieri in quacunque parte litis tamē
procedit dummodo non sit cōclusum in causa,& ita tenet Ro
ta in supra proxima deci. Secūdo limita nisi peteretur reuoca-
tio talis attentati,quod de facili reuocari non posset,quia tunc
ante omnia nō fieret,vt no Ro.in antiquis in deci.260. ex hoc
inferens qđ si pen.lite super funere sepulti in cemiterio vnius
ecclesiæ exhumatur funus & ponat̄ in cemiterio alterius ec-
clesiæ litigantis,tunc nō retrahitur per viā attentati ex quadā
ęquitate,licet de rigore iuris aliud sit per no. in c. cum liberū.
s.de sepul.vt refert hic Do.in fi.huius c. Tertiò limita nisi peta
tur reuocatio fieri super tali attentato,quod de sui natura non
possit rescindi nisi per sententiam diffi. ferendam super appel
latione,vt in d.l.chirographis. §.fi. secundū Bal.in d.l.appel.in
prin.Et ad prædicta vide per Rotam in decis. 102. quæ incipit,
item quod fatalia.vbi tenet quod quousq; litigatur super atten
7 tatis non currunt tempora fatalia appel.†In glo.in ver.innoua
ta.in prin.& sequitur ꝙ executio sententiæ fieri non possit du
rante tempore dato ad appel.& ita tenuit glos.in l.j. hic alleg.
quod sine dubio procedit in ciuilibus,sed etiam in criminali-
bus, secundū Bart. in l.si contra pęna.ff.de verb.sig. & in l.qui
vlt.ff.de pen.licet dicat quod aliud de consuetudine seruetur,
sed de iure fieri non debet. tenuit Bal. in l.fi. C. si a non cōpe.
iudice.dicens hoc esse verum nisi sit notorium,vel nisi sit con
uictus & confessus vel nisi sint ita valida indicia cū confessio-
ne,ꝙ malefactum negari non possit,& clarius tenet hoc Bald.
in l.j.C.de deli.defun.& sic potest concludi ꝙ regulariter.j.10.
dies datos ad appellā.non possit executio fieri.& si fiat poterit
reuocari per viam attentati si postea appellatio sequatur,vt est
tex.hic siue in ciuilibus siue in criminalibus.cum tex. hic indi
stincte loquatur & tenet glo.in d.l.2.ff.nil nouari.& facit ratio
c.vbi periculum.in prin.s.de ele.eo.lib.Posset tamen d.regu.li
mitari primo nisi consuetndo aliud disponat in criminalibus,
ꝗ̄ui sentit Bart.in d.l.qui vlt.Secundò limita nisi in executio. iu-
ris quæ sit intra 10. dies,vt per Bart. in l. qui vlt.& per glos.in l.
furti.ff.de infami.Et ibi per Bal.& in d.l.fi. Tertiò limita nisi in
casibus.appellatio prohibeatur de quibus.s.in glo.3.Quartò li-
mita nisi in casibus in quibus propter immanitatem criminis
venit imponenda pœna mortis,vel mutilatio mēbri, quia in
illis an possit fieri executio.j.10.dies, vide plene per Bar. in d.l.
qui vltimo.& in l.non tātum.ff.de appel.& in l.addictos.C.de
episco.aud.& C.eo.ti.& ibi per Bal.& in alijs iuribus.s.alleg.
Quintò limita nisi executio fiat post interlocutoriam intra 10.
dies,cum iudex non teneatur executionem differre,& in hoc
differt

ADDITIONES.

a V.G.Attentata quando petantur reuocari,Ferret consi.110.nu.5.& Paris.con
si.108.nume.27.lib.1.

b Celsus.Esse intra tpa appellandum.Adde,quia iste dicit istum tex.esse sing.ad
hoc ad quod hic alle.adde ei glo.sociam.in l.ex iudiciorum.in ver.secuta se
cundum Dy.ibi ad quem notaui in apostil.ff.de accusa. & istum tex. pro hoc
quod hic alle.dicit sing.Ant. Cor.sing.suis.in ver.appellatio.incip.idem ope
ratur tempus.

differt a ſententia diffini.vt voluit glo.no.in c.fi.j.eo.in ver.ap-
pellatum,& tenet hic Ioã.An. & Ioan.Mona.in d.§.pen.& ſic
nullo caſu reuocantur attentata intra tempora appellandi ab
interlocutoria,& ita ſequitur Bal.in l.ita demum.C.de procu.
& in l.a procedente.C.de dilationibus.& ibi per glo.Sexto li-
mita,niſi fieret executio nondum elapſis.10.diebus datis ad ap
pellandũ a tempore ſcientiæ, vt qñ ſnĩa lata fuit ꝯ fictum con-
tumacẽ cũ tunc iudex a quo ipſam ſnĩam exequi poſſit ſi ſint
elapſi.10.dies a die ſnĩæ,nec talis executio reuocabitur per viã
attentati, ſed bene per viam iuſtitiæ facta de hoc fide,vt tenet
Rota in deciſi.187.quæ inci.Item licet.& dicit ita debere intel-
ligi iſtum tex. qui tm̃ loquitur de attentatis intra 10. dies poſt
8 ſnĩam.†Septimo limita,quia attentata pendente appel. a diffi.
ſi talis appella.deſeratur non veniunt reuocanda, immo recõ
ualeſcunt.ar.c.licet,a ꝯrio ſenſu,& quod ibi no.j. de ſent.excõ.
& ita determinat Rota. in j.deci. vbi ẽt notabiliter concludit,
ꝙ ſi ex actis conſtaret ap.fore deſertam,licèt actis cõſtaret ali-
qua fuiſſe attentata ap.pendente,tamen non poterunt,nec de
a bent talia attentata [a] reuocari ẽt anteq̃ pronuncietur per iudi
cem ſuper dicta deſertione, quia cum conſtet ex actis ap.fore
deſertam. ergo ipſe non eſt iudex,ſed ille qui tulit primã ſen-
tentiam,ergo ſi ſuper attentatis pronũciet talis ſnĩa tanq̃ a nõ
ſuo iudice lata non teneret: ſecus verò ſi ex actis non conſta-
ret de deſertione,ſed pars ipſam allegans vellet ipſam proba-
re,tunc enim propter priuilegiũ attentatorũ quæ in cauſa an-
te oĩa ſunt reuocanda poterit iudex ea reuocare non obſtante
deſertione appel.allegata probanda, ſed nõ probata,& hic in
tex.iunctis no.hic per Io. Mo. licet collector deciſionũ ibi di-
cat quod ſibi videatur, quod cum exceptio deſertionis ſit præ
iudicialis petitioni reuocationis attẽtatorũ quod de illa eſſet
prius pronunciandũ & cognoſcendũ.ar.c.tuam.ſ. de ordi.co-
gni. & cogita ſi omni caſu opponens exceptionẽ deſertionis
impediat reuocationẽ attentatorũ, qñ offert ſe illam inconti-
nenti probare prout in ſimili voluit glo. ſ. in ver. caſibus.Ad-
uerte tñ quia ꝯ hanc vltimam limi.tenuit Lap.in j.alle.circa fi.
vbi voluit quod ſi pendente appel.aliquid ſit attẽtatum, tñ nõ
propterea valent attentata dato quod appellatio deſeratur vel
renuncietur & poterit iudex ad quem de tali nullitate cogno-
ſcere per plures rõnes de quibus ibi per eum. idem ẽt voluit
Rota in deci.130.quæ inci.Item ſi poſt. vbi tenet quod attenta-
ta poſt inhibi. ſunt nulla dato quod appellans renunciauerit
ſuæ app. tacite vel expreſſe. ibi plene vide,ideo cogita.vide j.
9 §.proxi.ſuper j.glo.& ſuper 4.no. & ibi apoſtilla.† In ead.glo.
ibi proprie dr̃ iudicatum.no. ex glo. qñ dicatur iudicatũ, quia
proprie dr̃ qñ a ſnĩa appellari non poteſt, quia trãſiuit in rem
iudicatã quod eſt notandũ pro ſtatutis ſm Domi. de quo ple-
ne per Do.in l.j.ff.de re iud.In ea.glo. ibi, in ſnĩa excom.vide
per Lap.in ſua j.alleg.in 2.col.& per Rotam in dicta deciſi.137.
& in deciſio.193. quæ incipit, Item ſi ab excõmunicatione, &
in dec.379.quæ inci.Item ſi committatur. circa med.uide in de
ciſi. 425. quę incipit, Item ſi dicamus. in fi. Aduerte, quia
Lap.in j.alleg.ſua in 2. col. allegat multa iura,& multas remiſ-
ſiones bonas in hac materia, an deſerta appellatione proceſ-
ſus factus appellatione pendente remaneat validus, & videtur
ibi cõcludere quod ſi interponatur appellatio poſt actum qui
reddit proceſſum nullum,puta propoſita exceptione ſuſpicio
nis,& quia non admittitur poſtq̃ ſit appellatũ, vel quia fertur
excõicatio poſt appellationẽ, & tunc deſerta appellatione re-
maneat proceſſus inualidus, ſecus ſi proceſſus ſit factus poſt
appellationẽ interpoſitã poſt actum,qui nõ reddit proceſſum
nullum,ſed ſuſpenſum, quia tũc deſerta appellatione proceſ-
ſus remanet validus.Sed idem Lap.ibi in 3. col. vr̃ tenere indi-
ſtincte quod proceſſus omni caſu remanet nullus pro qua par
te facit qđ hic.j.in §.illa verò.in 4.no. plene & no. eſt allega.&
pondera oẽs rationes & deciſi. Rotę ibi alleg. & cogita ſi poſ-
ſet diſtingui,an ſit attentatũ poſt inhibitionẽ, & tunc quia ex
quo ſunt nulla,vt j.§.proxi.non reconualeſcunt poſt deſertio-
nem vel renunciationem appellationis, vel poſtq̃ eſſet pronũ
ciatũ appellationẽ non fuiſſe legitimam,vt hic in tex.in §.illa.
& ita procedat quod tenet Rota in deciſi. 130. ſecus in attenta-
tis nulla facta inhibitione, ſed in ꝯrium facit quod no. Lap. in
dicta prima alleg.in fi.pondera tex.j.in §.proxi. nam vr̃ ibi cla
riſſime ꝓbari ſi eſt facta inhibitio proceſſus poſtea factus ſit
nullus ẽt ſi ſit pronunciatũ poſt appellationẽ non legitimam.
Idem ergo ſi eſſet renunciatũ appellationi vel appellatio eſſet
deſerta,quia eadem eſt ratio, & ita procedat quod tenet Rota
in deciſ.130.& 412. & quia paria ſunt eſſe appellatum a diffiniti
ua vel ab interlocutoria inhibitione ſecuta cum vtroque caſu
ante omnia fiat reuocatio attentatorum, vt patet hic in tex.iõ
videtur,ꝙ licet appellatio a diffinitiua ſit deſerta vel renuncia-
tum appellationi vel pronunciatum male appellatum, quod
omni caſu attentata ſint nulla, vt hic in tex. & quia ſi iſtud eſt
in interlocutoria poſt inhibitionem, ergo idem in diffinitiua
in qua ius commune inhibet & alia iudicis inhibitio non eſt
neceſſaria,& ſic videtur ꝙ male dicat Rota in prima deciſione
cum loquatur in ap.a diffinitiua, vt ſ. Si verò loquimur in ap-
pellatione ab interlocutoria non facta inhibitione,& tunc eſt
hic tex.clariſſimus,quòd attentata poſt appellationem,an ſint
nulla dependet ex futuro euentu ſi conſtiterit cauſam appella
tionis eſſe veram,& tunc reuocabuntur, aliàs ſecus, quia tunc
reuocantur quando eſt inhibitum, ergo ſi non eſt inhibitum
non deberent reuocari,niſi conſtet cauſam appellationis eſſe
veram,vt patet ex hoc textu.

ADDITIO.

a V.G.De modo reuocandi& materia attentatorum.Felyn. in c. dilecti. de maior.& obed.latius Alex.conſi.99.lib.5.& Dec.conſi.200.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſt iuterlocutoriam non debent reuocari, niſi prius cauſa appellationis verificata, ſecus eſt in attentatis poſt ſententiã diffinitiuã.*
2 *Iudex ad quem vt inhibere poſſit, neceſſe eſt quod ſibi conſtet appellationem fuiſſe interpoſitam ex cauſa probabili.*
3 *Attentata poſt inhibitionẽ ſtatim reuocantur licet cã nõ ſit vera. & nu.4.*
5 *Attentata poſt appellationem ab interlocutoria non ſunt reuocanda per modum attentati,niſi prius conſtet, quòd cauſa in appellatione inſerta ſit vera.& nume.6.*
7 *Iudex a quo poteſt attentare aliquid in certis caſibus qui enumerantur per Specu.&c.*
8 *Attentata per tertium,an & quando debeant reuocari.*
9 *Statutum ſi dicat,quòd bannitus poſſit impune offendi, an appellatione pẽdente poſſit offendi.*
10 *Attentatorum reuocatio fit per quandam ſententiam interlocutoriam.*
11 *Iudex cui commiſſa eſt cauſa nullitatis,an poſſit inhibere iudici principali,vt exequatur ſententiam.*

1 Illa vero. †No.j.differentiã quia attẽtata poſt ap. ab in-
terlo. nõ debẽt reuocari niſi primo verificata
cauſa ipſa ap. ſecus tamen eſt in attentatis poſt ſententiã diffi.
quia ante omnia debent reuocari,vt ſupra in princ. Et per hũc
tex.Rot.in deciſ.224.quæ inci.item ſi rector.determinat ꝙ ſi re
ctor eccleſ. epiſcopo ſubiectę appellat a ſua viſitatione & cita
tione alleg.in ſua appel.ſe exemptum & petat coram iud. ad
quẽ reuocari quædam attentata per epiſcopum poſt appel. ꝙ
niſi prius probetur exemptio.& ſic veritas cauſæ ap. attenta-
ta non debent reuocari, vt hic in tex.qui habet locum indiſtin
cte ſiue appellatio ſit iudicialis ſiue extraiudicialis, vt tenet
Rota in deci.346.quæ inci.itẽ ſi appellatur.& in deci.344. quæ
inci.item licet.de quo hic per Domi.in prin.huius.§. & per Io.
2 An.in c.dilectus.§.quia vero.ſ.eo.titu.†Secundo no.ibi poſtq̃
ſibi conſtiterit ꝙ iudex ad quem ad hoc vt inhibere poſſit re-
quiritur ꝙ eidem primo conſtet ap. fuiſſe interpoſitã ex cauſa
probabili ſeu legitima.vnde videtur ꝙ iudex non poſſit inhi-
bere niſi vocata parte & cognito,an ex illa cauſa ille ſit iudex
ſecundum Domi.facit.c.Romana.§.ſi vero vocatis.ſ.eo.& l.fi.
C.ſi per vim vel alio modo.requiritur etiam aliud.ſ. ꝙ incepe-
rit cognoſcere de veritate ipſius cauſæ, vt d. c. Romana.§. ꝙ ſi
obijciatur.alias inhibitio non diceretur canonicè facta prout
requirit iſte tex.ſecundũ Ioan.And.ex quo habetur ꝙ nunquã
inhibitio inducit reuocationem & nullitatẽ attentatorũ niſi
quando eſt canonicè facta, quod tene menti, & quando dicatͭ
canonicè facta,vide in deci.312.poſt prin.Tertiò no. ibi iudici a
quo.a cõtrario ſenſu,ꝙ alteri iudici ordinario vel deleg.inhibe
re non poteſt,vt in d.c.Romana.§.in alium. intellige niſi habe
ret cauſam a iudice a quo,vt no.j.in glo.fi.nec etiam poſſet in-
hibere parti, ex quo hoc non conceditur hic ſecundũ Io. An.
idem ſequitur Bal.in l.ap.in prin.C.eo.tit.Sed certe etiam par-
ti poteſt inhiberi quando iudex a quo ad eius inſtantiam pro-
cedit. ſecus ſi ex officio ſecundum Lap.& Domi.per no. in c.
mandato.ſ.de procura.& per Io.An.poſt Innocẽ.& Hoſt.in c.
duobus.ſupra eo.titu.& voluit hoc prima glo.in d.§.in alium.
3 †Quarto no.ibi,licet cauſa non ſit vera,ꝙ attentata poſt inhibi
a tionem legitimam ſtatim reuocantur per viam attentati, [a] cũ
poſtea

ADDITIO.

a Celſus.Statim reuocantur per viam attentati.Adde,an & quando & qualiter per iudicem appellationis attentata per viam attentati reuocentur. Lanfrã. de Oria.c.quoniam contra falſam. §.interlocutorię & appellationes. nu.7. ver.circa ſecundum principale.cum 4.ſeq.ver.de proba.& ibi,an expectetur finis ipſius litis.

postea appareat ꝙ causa appel.non sit in veritate vera. & iste
est verus sensus huius literę,secundũ Ioã. And.& Domi. quod
procedit etiam si appellatus velit probare de falsitate causæ
appellationis si in hoc appellans cõtradicat,secus si permittat,
quia tunc si ex probationibus constaret ipsam causam falsam
non fieret reuocatio cum exceptio defectus proprietatis no-
toria impediat reuocationem attentatorũ per no. per Lap. in
c.ad decimas.s̃.de resti.spo. eo. lib. & ita procedat intellectus
quem sequitur Io.de Imo.hic exponens tex.hic ibi non sit ve-
ra.i.non appareat adhuc vera. pro quo facit quod tenet Ro. in
dicta decisio.412.quæ incipit, item si appellatur,vbi cõcluditur
quod si causa appel.manifeste friuola cõmittatur & iudex inhi
beat:tamen tenet processus primi iudicis non obstante inhi-
bitione,facit ẽt quod tenet Rota in decis.14.quæ inci.item fuit
dubitatum,vbi dicitur ꝙ si constat notoriẽ de non iure appel-
lantis non debent ad ipsius petitionem reuocari attẽtata post
inhibitionem, sed bene possent tunc reuocari ex puro & me-
ro officio iudicis,& hoc in pęnã attentantis & offendentis ius
& iudicem. Sed aduerte,quia etiam si notorie constet causam
appellationis non esse veram, quia ita sit sententiatum,tamen
attentata debent reuocari etiam ad petitionem ipsius appellã
tis,& ita est tex.clarissimus hic in fi.& ita sequitur hic Ioã. An.
dicens ꝙ licet appareat causam appellationis non esse veram,
tamen non debent reuocari attentata post inhibitionem , &
ita sequitur Rota & intelligit istum tex. in dicta deci. 412. in fi.
dicens ꝙ licet iudex appellationis pronunciet male appellatũ
non tamen validatur processus factus post inhibitionem ca-
nonice factam,vt est tex.hic & ita tenet glo.magna hic in fi.fa
cit etiam quod tenet Rota in dicta decis. 130. quæ incipit, item
si post inhibitionem, vbi voluit ꝙ processus post inhibitionẽ
est ipso iure nullus,licet appellans suę appellationi renunciet
tacitè,vel expresse,& pro prædictis facit,quia in plus est priui-
legiatum interdictum attentatorum quàm interdictum vnde
vi,vt voluit glo.no.in clem.2.in prin.vt lite penden.Merito nõ
ob.exceptio defectus proprietatis notoria, & est ratio, quia in
hoc offenditur iudex inhibens & lex prohibens & ipsa pars
quãdo post inhibitionẽ procederet, merito grauius punit̃ qui
ius,iudicem & partem offendit q̃ qui solam partem.arg.c.cor
di.in fi.s̃.eo. Non ob. differentia quam facit Ro. in dicta decis.
14.quia loquitur ibi in beneficialibus quando tractatur de re-
stituẽda possessione,secus ergo in alijs vbi patet.†Vltimo no.
4 ꝙ innouata per iudicem a quo post inhibitionem legitimam
sunt per viam attentati reuocanda & in pristinum statum re-
ducenda quotiens de facto processerunt cum ex se sint irrita
& nulla,secundum Arch.& Io.And. facit tex. in §. sententias.
in d.c.Romana.& tenet Rota in dicta decis.130. de quo infra c.
proxi. & peti debet. Et si contra talis reuocatio ex puro & me
ro officio iudicis & non requiritur libellus & sine litis conte
sta.vt dixit glo.no.in d.clemen.2. Rota in dicta deci.14. & Bal.
in dicta l.appellatione. in princi.& supra per Ioan. And. & ꝙ
5 fiat ex officio iudicis tenet glo.magna.j. circa medium.†In gl.
in versi.diffinitiua.in fi.no.ex glo.quòd innouata post appel-
lationem ab interlocutoria vel grauamine, non sunt reuocan
da prius quàm constet ꝙ causa in appellatione expressa sit ve-
ra non solum secundum iura noua, sed etiam secundum iura
antiqua,quod procedit etiam si fuisset innouatum per iudicẽ
a quo postq̃ sciuisset quod iudex appellationis iam inceperat
cognoscere de veritate appellationis,vt in c.audita.s̃.de restit.
spolia.& hic in tex.secundum Io.And.dicentem hoc procede
re etiam si iudex appellationis hoc insinuasset iudici a quo:
qualiter cępit cognoscere de atticulo appellationis, & post ta
lem insinuationem iudex a quo aliquid innouasset,quia inno
uata non erunt reuocanda antequã constet quod dicta causa
sit vera,cum hoc non sufficiat nisi sit facta inhibitio, vt hic in
tex.requirente inhibitionem canonicam.facit quod no. in si-
mili.j.de conces.præben.si soli.& ff.de adult.denunciasse,secũ
dũ Io.An.ita tenentem quicquid aliter tenuit Inno. in d.c. Ro
mana.§.quod si.& Spec.eo.tit.§.fi.ver.sed pone. & ita sequitur
Domi.notans ex prædictis,quod si lex vel statutũ requirit pro
hibitionem fieri alicui postq̃ alius gerit certũ actum, nõ suffi-
cit quod ille cui debet fieri inhibitio sciat illum actum talem
gerere,patet ergo quod illud quod tenet Rota in dicta decis.
130.scilicet quod attentata post appellationem ab interlocuto
ria sunt nulla etiam non facta inhibitione per multa iura ibi
alleg.procedit quando postea appareret de veritate causæ ap-
pellationis,aliàs nunq̃ attentata sunt nulla quando non esset
facta inhibitio nisi cã appel.existẽte vera,vt hic tenet Ioã. An.
& est tex.clarissimus, & probatur etiam in alijs iuribus in gl.
alleg.in quibus Papa semper mandat inquiri si est ita,& sic an
causa appellationis sit vera, qua non existente vera attentata
nunq̃ reuocantur.& voluit Lap.in j.alleg.in fi.qđ qñ causa ap
pellationis ab interlocutoria esset vera dato quod sit facta in-
hibitio,tamen attentata post appellationẽ sunt ipso iure nulla
in tm̃ ꝙ ad hũc finem vt sic declarentur nulla dicta attentata,
poterit appellans excipiens de dicta nullitate probare de veri
tate causæ appellationis,dato quod appellationi fuisset renun
ciatum vel fuisset deserta appellatio,quia iste tex.differens re-
tractationem attentatorũ ad tp̃s iustificatio appellationis pro
cedit vbi sit prosecutio per viam appellationis,secus si per viã
nullitatis quod nota,secus tñ esset qñ cõstare posset quod cau
sa appellationis non sit vera,quia tunc nunq̃ retractantur attẽ
tata post appellationem ab interlocutoria , immo sunt valida,
ideo est ꝙ Papa semper mandat inquiri si est ita, vt s̃.sed qñ es-
set facta inhibitio attentata sunt nulla dato , ꝙ postea consta-
ret causam appellationis non esse veram,& istud operatur in-
6 hibitio,vt est tex.hic no.& s̃.dictũ est.†In glo.in versi.nisi in fi.
idem sequuntur Doc. & idem si iudex requisitus legitime de-
negat apostolos,vt s̃.c.prox.Et idem si appellans obtulit se pro-
baturũ veritatẽ causæ appellationis coram iudice a quo , nec
fuit admissus & propter hoc appellauit,vt in c.interposita.s̃.e.
& ita tenet Rota in dicta decisi. 344. & idem cum in præiudi-
cium appellati aliquid attentatur per appellantem.s̃.de rescri.
c.ex parte.S.Idem in casu c.si postq̃.s̃.de elec. eo.li. Idem cum
appellatio ab appellato est approbata , & fortius cum petit,ꝙ
causa sit in curia,vt d.c.cordi.s̃m Lap.& Domi.cum istis casib.
an fiat reuocatio per viam attentati,vel quomodo no.in dictis
7 iuribus.†In glo.in ver.quicquid.in fi. vide quatuordecim alios
casus in quibus iudex a quo potest aliquid attentare per Spec.
eo.tit.in 2.parte.§.pe.circa prin.& per Io.And.in c.cum tenea-
mur.s̃.eo.& per Bal.in l.furti.§.j.ff.de infa.& per Rotam in de-
ci.425.quæ incipit,Item si decanus.in fi.& no.j. de sen.excom.
c.licet. & no. ex glo. iuncto tex. de dictione quicquid, vt dẽat
restringi qñ si vniuersaliter ĩtelligeret , corrigeret alia ĩ illa ma
teria loquẽtia qđ est notãdũ pro statutis s̃m Domi. In gl.mag.
in prin.ibi loquitur de attentatis per iudicem a quo.De atten-
tatis verò per iudicem ad quem vide per Bald.in l.appel.C.eo-
8 ti.†In eadem glo.ibi,hęc tñ omnia &c.nota glo.ponentem,ꝙ
qñ sit quod attentata per tertium debeant reuocari,s. qñ atten
tat vna cum parte vel ab ea hẽt cãm,vel qñ attentat cum iudi-
ce a quo , vel ab eo cãm habet vt hic in glo. quę facit ad q.de
qua per Io.Mo.& Inno.in c.cupientes.§.pe.s̃.de elec.eo.lib.Si
iudex per diffinitiuã deposuit aliquem a dignitate & deposi-
tus appellauit,& pendente hac appellatione dubia alius sub-
stituatur,an talis substitutio debeat reuocari per viam attenta
ti.& conclusit hic Io.An.quod si electio vel prouisio fundatur
super dicta depositione quicunque sit eligens vel prouidens,
talis substitutio venit reuocanda per viam attentati , cum hẽat
causam a iudice deponente,vt patet ex regula huius glo. facit
quod no.s̃.eo.c.sæpe.in glo.sic.s̃.& 8.q.3.in summa. Sed si non
fundetur super facto iudicis qui deposuit, tunc non reuocabi-
tur per viam attentati,sed pendebit ex futuro euentu,& ita p-
cedat nota.per Io.Mo.in d.§.penul.s̃m Io.An. facit qđ no.in l.
sępe.ad fi.ff.de re iudi.& s̃.de accu.ad peti.& 3.q.6.hoc quippe.
& prædicta procedunt qñ qõ pẽdet inter depositũ & alios pe-
tentes depositionẽ fieri.Sed qõne pẽdente inter duos dilectos
vel inter possessorẽ & petitorẽ,tunc dic vt no.in c.j.& 2.s̃.vt li-
te penden.eo.lib.de quibus omnibus hic plenissime per Ioan.
And.de quo ẽt per eum,in c.cum M.s̃.de constit. & ibi per In-
nocen.vbi ponitur de innouatis pẽdente appellatione vel cã
9 principali.†Item facit ad q.de bannito qui ex forma statuti põt
impune offendi, si appellet appellatione pendente non possit
offendi etiam per alium cum quo non dependeat ap. cum ta-
lis tertia persona offendens fundet se super illo banno, & sic
habet causam a iudice,& ita tenet Dy.& Bar.in l.j. ff.nil noua
ri.& in l.3.§.si seruus.ff.de acqui.pos. & per Bal. in d.l.appella-
tione.& ibi plene de hac materia bannitorum. In ea.glo.ibi.I.
vlti.Sed an tunc fiet reuocatio per viã attentati qñ iudicis pro
hibitio interuenit.Lap.& Domi.hic super tex.concludit,ꝙ via
attentati locum habet circa innouata pertinentia ad iudicium
vel processum causæ , vel sunt de contingentibus appellatio-
nem.de quo per Inn.& Io.And.in c.cum nobis olim. s̃. de ele.
Et

ADDITIO.

a V,G.Innouata appellatione pendente possunt statim reuocari.Oldrad. consi.
198.per quem autem iudicem reuocentur.Bar.in l.si cuius.de appel.reci.&
in l.1.C.quando prouoc.non est neces.

Et ad quem pertinet reuocatio attentatorū hic per Lap. dicentem, ꝙ si inhibitio est facta iudici & partibus,& tunc iudex ad quem reuocabit attentata per iudicem, & partes, & idem si alteri tm̄ eorum facta fuerit inhibitio si attētata sunt de actibus iudicialibus & iudex non procedit ex offi.sed ad partis instantiam. Si verò attentatum est à partibus & illicite tūc reuocabitur per iudicem appellationis etiam si non sit inhibitum,dummodo sit attentatum post causam in eo cęptam poterit ēt reuocari per iudicem a quo si sit appellatum ante snīam diffi. & nondum per iudicem a quo inhibitum ne procedat.s̃.eo. titu. Romana.§.si verò.& d.c.cum teneamur.ſm Lap.In ea.glo.ibi. s̃.eo.an sit. uide ibi per Ioan.And.& per Bal.in d.l.appellatio-
10 ne.†In ea.glo.ibi,quasi interlocutoria,no.glo.volentem, ꝙ reuocatio attentatorum sit quasi quędam snīa interlocutoria.de quo vide no.per Rotam in decisio.12. quæ incip.Item si iudex, an habeat vim diffinitiuę, & quid si iudex in reuocatione attētatorum omisit condemnare partem in expensis, an possit ex postfacto condemnare.Et quid si iudex inhibuit,an posset postea reuocare inhibitionē,vel postq̄ reuocauit, an possit emēdare reuocationem inhibitionis, uide no.per Fed. in consi.93. In ea.glo.in fi.tene menti glo.& uide per Inno. in c.dilectę.s̃. de except.vide quod no.in c.dudum.s̃.de elec.eo.lib.quam intelligit hic Lap.si reuocatio est facta per viam iustitiæ per iudicem ex officio vel ad petitionem partis ꝯ quam est attentatū. Et sic vult ꝙ reuocatio fieret per modum gratię & supplicationis,quia tunc non haberet locum ista glo.per no.25.q.2.& si legibus.& ibi per Archi.& per Inn. & Io.An. in c. cum dilecta. & in c.super literis.& c.cum ordinem.s̃.de rescri.Extra glo.uide per Rotam.in d.deci.412.an auditor in curia Ro.ante omnia possit inhibere & inhibitio diceretur canonica, licèt non seruetur forma.c.Romana.s̃.eo.titu. & vr̄ velle, ꝙ requiratur dicta forma.vide de his,& idem vr̄ sentire in decisi.546. quæ inci.Item si appellatur.Sed in decisi.xj.quæ incip.Item fuit dubitatum vtrū auditor. vbi plene tractat de hoc, & ibi quid qn̄ est ꝯmissus solus articulus appellationis, vel vna cū negocio principale,vel qn̄ est ꝯmissa & aduocata cā ipsa principalis, an sta-
11 tim possit fieri inhibitio. †Quid aūt de iudice cui est ꝯmissa cā nullitatis, an possit inhibere iudici principalis cāę exequenti. & concludit Rota in deci.280.quæ incip.Item licet, ꝙ non,& ꝙ valebit executio facta lite penden. & post inhibitionem,de quo ēt per Rotam in d.decisi.356. Et vide per Rotam in decisi. 379.quæ incip.Item si committatur,an si committatur causa restitutionis ad appellandū a diffinitiua,& dicta causa pendente mandatur sententia executioni veniant attentata reuocanda.

S V M M A R I V M.

1 *Electio,postulatio,prouisio,sunt actus extraiudiciales.*
2 *Appellari potest ab actibus extraiudicialibus,an tamen semper.*
3 *Appellari debet ab omni grauamine intra decem dies a tempore scientię, alias excluditur.*
4 *Sed si.hæc dictio est aduersatiua in iure & in facto.*
Quid de dictione at si.
5 *Exclusus ab appellando non excluditur ab alijs remedijs iuris sibi competentibus super reuocatione actus.*
6 *Appellatio iudicialis est multiplex.*
7 *Decē dies qui dantur ad appellandū siue in iudicio, siue extra iudiciū sunt vtiles a principio, & sic nō currūt,nisi a tpe scientiæ illati grauaminis.*

C A P. IX.

1 CONCERTATIONI. † Nota. j. quòd postulatio electio & prouisio sunt actus extraiudiciales,& sic sequitur, ꝙ tales actus possint fieri extra territorium, vt no.ca. nouit.s̃.de
2 offi. leg.†Secūdo no. posse appellari ab actu extraiudiciali nō tm̄ semper vt vult tex.hic,de quo per Innoc.in c.j.s̃.de his quæ fiunt a maio.parte.& per Bar.in l.fi.ff.de ap.recip. & Bal. in l.j.
3 C.de arbi.& in l.hi qui ad ciuilia.C. eo. titu. † Tertio no.& ita allega.quòd ab omni grauamine debet appellari intra x. dies, a die scientiæ aliàs lapsus x. dierum præcludit viam nō solum appellationi extraiudiciali, sed etiam iudiciali, immo ēt adhæsio & ratificatio debet fieri intra x.dies a die scientiæ, & non post ſm Arch.& Io.And.vt no.in c.auditis.s̃, de electio. & per glo.in ver.adhærentes.in c.vt circa.s̃.de electio.eo.li.& in quo
4 differat iudicialis ab extraiudiciali,plene per Innocen. & Do-
a cto.in c.dilecti.s̃.de ma.& obed. † Quarto no.de hac dictione, sed [a] si. quæ aduersatur in iure & in facto, & idem in dictione at si, vt in c.per tuas.s̃. de arbi. Sed si apponatur copula in medio,siut sed & si, tunc aduersatur in facto non in iure ſm Archi. pro quo facit quicquid dicat hic Io.And.in c.is cui,ꝫ. de præbē. & glo.in l.sed si lege.ff.de peti.hæredi. & vide per Bar. in l.j.ff.

5 ne quis eum. † Vltimo no. ꝙ exclusus ab appellando per lapsum.x.dierum,non tamen propter hoc excluditur ab alijs remedijs sibi competentibus de iure cōi super reuocatione act⁹, qđ facit, ꝙ à snīa arbitratoris possit peti recursus post x. dies, de quo per Bart. in l. fi.de ap.reci.& in l. si societatem.§. arbitrorum.ff.pro socio.& plene per d.Flo.in cle.j.ꝫ.eo.titu. & per Doc.in c.Quintauallis.s̃.de iureiur. Item facit vt post desertionem vel omissionem appellationis possit agi de nullitate snīę. de quo in l.si expressim.ff.de ap.& ibi per Bar.& no.in c.licet.
6 ꝫ.de sen.excō.†In glo.2.in fi. vide hic per Io. Mo. dicentem qđ multiplex est appellatio extraiudicialis, quid qn̄ appellatur a iudice non iuridice vel nulliter procedente, ut hic plene ꝑ eū & Io. And. Quid aūt si appelletur a prouisione executoris, an sit extraiudicialis.concludit hic Pau.& Domi. quod nō sit mere extraiudicialis,ex quo prouisio per eos facta nō sit actus mere extraiudicialis,vt tenet Arch.in c.pia.s̃.de exce. vbi de hoc. In glo.in ver.grauatum.in fi.vult glo. quod appellatio extraiudicialis interposita intra x.dies deuoluat negotium ad superiorem,& idem tenet hic Archi.dicens, ꝙ dicta appellatio extraiudicialis operatur,quia deuoluit factum super quo appellatur ad iudicem ad quem,& ꝙ si ex iusta causa appellatur ad Papā, tunc inferior de illo non cognoscit,nec valent literę impetratæ ab altera parte non facta mentione de ipsa appel. vt in c.ex parte.S.s̃.de rescrip.& per Inno. in d. c.j. & ita residet hic Ioā. An.Super quo aduerte primo, an actus extraiudicialis trāseat in rem iudi.Nam Inno.in d.c.j.tenet,ꝙ non, & intellige quando per alia remedia iuris peteret quis retractare grauamen coram superiore,tunc enim lapsus.x.dierum non noceret. & ita est tex.hic in fi. Quantum verò ad hoc, vt deuoluatur negotiū ad superiorem, & quo ad cæteros alios effectus quos operatur appellatio,de quibus in c.bonæ.s̃.e.per Doc. & tunc actus extraiudiciales transeunt in rem iudi. post x. dies. est tex. hic. & ita intellige hanc glo.sed limita hoc procedere, nisi post x. dies petatur reuocatio talis actus per remedia iuris cōis, quo casu si non reuocetur, poterit tunc appellari ab isto nouo grauamine,ꝙ infertur si petatur reuocari,& non reuocatur,dummodo appelletur intra decendium, & ita tenet Innocen. in c. dilectus.el 2.s̃.de rescri.Aduerte ēt quia dicit Inno.in d.c.j. ꝙ ille a quo appellatur non omittit propter appellationē quin faciat illud propter quod appellatur, nec reuocabuntur attentata,nisi probata veritate causæ ap.vt no.s̃.c. proxi. in glo. mag. circa medium,sed ipsa veritate probata erunt nulla, vt s̃.eo.c. dilecti.& c.ad audientiam.ſm Ioan.And.hic, & ita vide dicta. s̃.c.proxi.§.j. in prin.& ad prædicta vide no. per Rot. in decisi. 309.quæ incip.Item ꝙ attentata.volentē,ꝙ attentata per iudicē vel partem post ap.extra iudicium interpositam ante notificationem dictæ appel. factam iudici & parti nullo modo veniūt per modum attentati reuocanda propter iustam causam ignorantiæ,ꝙ no.& colligit hic Do.ex dicto Io.An. ꝙ attētata post appellationem legitimam ēt extraiudicialē ipso iure sunt nul-
7 la.intellige iustificata appellatione,de quo s̃.c. proxi.†In glos. in ver.sciuerit.in prin. tene menti glo. & semper alleg. ꝙ tam in appel.iudiciali q̄ extra x. dies, qui dantur ad appellandum sunt vtiles a princi.& sic non currunt, nisi a die scientiæ.Et ꝑ hoc dicit.Rot.in deci.49.quæ incip.Item si fertur, ꝙ citatus ad domum cum sit factus contumax, poterit qn̄cunque intra x. dies.a die notitiæ appellare.& idem tenet glo.pen. in cle.cām. de elec, de citato ad ecclesiam vel alium locum pub. Et idem tenet Rot. in decisi. 374. quæ incip.Item cum iura.de citato ꝑ edictum iuxta formam cle.j.de iudi.licet ibi dicatur quod citatio arctat ac si personaliter citatus fuisset.Quid autem si appellans dicat, ꝙ a x.diebus proxime præteritis citra ad eius notitiam peruenit, an præsumatur interposita appellatio post x. dies uel intra.uide per Rotam in decisio. 356. quę incip.Item si possessor.& vr̄ tenere, ꝙ in dubio ꝓsumatur appellatio interposita intra x.dies a tēpore notitiæ,nisi ꝯrium probetur. Idem tenuit Rot.in d.deci.374.in fi.quod no. & sic in dubio ignorantia præsumitur vt in regula ꝓsumitur,ꝫ.eo.li.Quid aūt si snīa fertur sub condōne,an tps x.dierū currat a die scientię uel existētis condōnis vide per gl.& Doc.in l.j.§.biduum. ff. qn̄ app. sit. In ea.gl.in fi.no. ex glo. ꝙ si lex vel statutū ponderat notitiam alterius respectu certę qualitatis,tunc non dr̄ ille scire qui scit actum,sed ignorat qualitatem ponderatam,de quo hic ꝑ Do.

ADDITIO.

a Nic.Sup.Dictione sed si.Adde glo.& Bar. in l.j. in §.sed & si forte. ff. si quis in ius voc.non ierit.Bar.in l.si ita.ff.de liber.& posthu.
V.G.Adde Alex.in l.lecta.ff.si cert.pet. & in l.j.§. si pecunia.ff.depos.And.Barb. in consi.75.in lib.4.Alex.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet interponi coram iudice a quo quo ad validitatem appellationis, sed quo ad deuolutionem est notificanda parti.*
2 *Appellatio licet non legatur coram iudice a quo, dicitur tamen legitime interposita.*
3 *Appellari vbi debet, an semper in iudicio vel aliquando extra sufficiat appellare.*
4 *Appellatio si interponatur in absentia iudicis, an sit necesse quod sibi intimetur.*
5 *Appellari potest etiam die feriato in honorem Dei. Et an debeat iudici dari copia appellationis.*
6 *Appellatio producta in scriptis coram iudice a quo dicitur libellus appellatorius.*
7 *Exceptiones an proponi debeant in scriptis, vel an sufficiat eas solo verbo proponere.*

CAP. X.



Ppellatio. Appellatio in scriptis iudici porrecta valet, & tenet, licèt coram eo nõ legatur. hoc dicit. † No. j. appellationem esse in præsentia iudicis a quo, & eidem iudici a quo, & nõ ipsi appellato quo ad eius validitatem, sed quo ad hoc ut causa deuoluatur ad iudicem ad quem bene est intimanda ipsi appellato, vt in clemen. j. eo. tit. & in clemen. causam. de elec. Et de intimatione seu notificatione appellationis, vide no. per Rotam in decisi. 127. quæ incip. Item ꝙ valet. & in deci. 82. quę inci. Item ꝙ in causa. per Lap. in alleg. 119. quæ incipit, Quantũ. & in allega. 39. quæ incipit, an valeat. † Vltimo nota, ꝙ appellatio dicitur legitime interposita, licèt non fuerit lecta coram iudice a quo, nec est necesse, ꝙ appellans loquatur, vel dicat appello qñ tradit schedulã ap. ſm Archi. & Ioan. An. sed sufficit sola porrectio in scriptis, vt hic in tex. qui procedit siue appelletur in iudicio siue extra, dum tñ a iudice. Sed si appellatio esset omnino extraiudicialis, tunc licet sint opi. an in ea habeat locum. c. j. s̄. eo. titu. & lib. si tñ appelletur in scriptis sufficit in ea porrigere scripturam, sicut dr̃ hic in iudiciali, licèt nõ legatur cum eadem sit ratio, ergo & idem ius. s̄. de consti. translato. ſm Io. An. In glo. in ver. iudici. in fi. vide de hac materia per Bar. in l. j. §. dies. ff. qñ appel. sit. & per Doc. in c. vlti. hic alleg. & per Inno. in c. fi. s̄. de dolo & contu. & in c. dilecti. s̄. eo. ti. & plene per Lap. in d. allega. 39. & hic per Domi. † & conclude, ꝙ regulariter in præsentia iudicis a quo est appellandũ, aliàs appellatio non valeret, vt dicit hic glo. & tenet Inn. in d. c. vlti. & est tex. in d. §. dies. & rationem quare sit in præsentia iudi. appellãdum, & non in præsentia partis, vide per Io. An. in regu. in generali. s̄. eo. lib. dicentem, ꝙ ratio est, quia principaliter rescinditur iudicis factum, & de eius iniquitate agitur, vt ibi per eũ. Et si appellatur incontinenti sine scriptis requiritur quod appelletur iudice sedente pro tribunali, & vide no. in c. j. s̄. eo. in glo. in ver. interlocutoria. & per gl. 2. q. 6. in summa. Si verò appelletur ex interuallo in scriptis nõ est necesse, ꝙ iudex sedeat pro tribunali, cũ sufficiat appellare in omni loco, de quo eius copia haberi posset, vt in d. §. dies. & tenet hic Domi. dicens, ita debere intelligi omnia iura requirẽtia præsentiã iudicis in appellationibus. Fallit tñ supradicta regula si copia iudicis haberi non posset, quia tunc etiam in eius absentia potest appellari, debet tñ tunc corã iudice ad quem appellari si eius copia haberi potest, aliàs non valeret appellatio, vt in d. §. dies. & tenet Lap. in d. alle. 39. in prin. & Inno. in d. c. vlt. in fi. secus si neutrius copia haberi posset, vt ibi, vbi ẽt dr̃ posse haberi copiam qñ iudex exhibet se in publico hoc est in loco sui tribunalis, nec tenetur quis eũ requirere in domo, vel in orto, vel in villa suburbana, vt ibi est tex. & dicit ibi Bar. quod qñ copia haberi non potest, tunc põt appellari coram vicinis, & honestis viris, & quod cautela est, ꝙ corã ipsis protestetur, ꝙ corã iudice appellasset si eius copia haberi potuisset, & idem qñ quis per metum non vult appellare corã iudice, vt in d. c. vlti. & ibi plene per Doct. & per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui ope. nuncia. Et vide per Spe. in tit. de appel. §. qualiter. vbi dicit quod licet sine causa fuerit appellatum in absentia iud. tñ curia Roma. non repellit tales appel. vt ibi per eum, & per Lap. in d. alleg. 39. † Aduerte tñ, quia licet quo ad validitatem appel-
4 a lationis [a] possit in supradictis casibus appellari in absentia iudicis a quo, tñ quantum ad hoc vt vitietur eius processus, & ad suspendẽdam eius iurisdictio. requiritur, ꝙ ei fiat postea intimatio, & ita procedat dictum Inno. in c. dilectis, in fi. s̄. eo. & tenet hic Ioan. And. & in c. si duobus, circa prin. s̄. eo. titu. & ꝑ Rotam in decisio. 366. quæ incip. Item si appelletur, aliàs nunquã reuocarentur attentata per iudicem vel partem, nisi facta noti-

ficatione, vt no. in dictis iuribus, & tenet Rota in deci. 369. quæ inci. Item ꝙ attentata. & Domi. hic, & vide quod plene no. in clemen. j. j. eo. titu. & in clemen. causam. de elec. & per Specu. in titu. de appel. §. qualiter. ver. cautius. & plene per Lap. in d. alleg. 39. ante fi. In gl. in uer. proponis. in fi. Intimatio verò appellationis debet semper fieri in publica scriptura, vt in dicta cle.
5 causam. † In glo. fi. ibi die feriato, etiam si sint ferię repentinę, vt in l. j. C. de ferijs. ex quo sequitur, ꝙ ẽt diebus feriatis in honorẽ Dei poterit appellari, cũ ferię repẽtinę, & in honorem Dei æquiparentur ſm glo. singu. in clemen. sæpe. de verb. signi. in ver. ob necessitates. Et no. ex tota hac glo. primo, ꝙ appellatio
b debet non solum [b] interponi in scriptis, sed ẽt assignari & porrigi ipsi iudici. Sed an requiratur, ꝙ detur ei copia. Pau. hic tenet, ꝙ sic si eam petat, aliàs secus. Sed Zen. in d. clemẽ. causam. tenet, ꝙ licet appellans non faciat copiam iudici propter hoc non vitiatur appellatio. Sed certè glo. in §. biduum. 2. q. 6. sentit ꝙ indistinctè debeat dari copia iudicis. Pro quo tex. in l. eos. § sin autem. C. eo. titu. vbi dicitur libellum offerri debere, & sic est necesse dari iudici copiam, cum verbũ debet, importet necessitatem ſm glo. in cle. dispendiosam. de iudi. cõcludit tñ hic Domi. ꝙ si appelletur in casu quo requiritur expressio causæ in appellatione, puta ab interlocutoria vel diffinitiua in casib. prohibitis appellari, vt in c. Romana. §. si autẽ post, & tunc si iudex petat debet ei tradi copia, vt sic possit deliberare sup causis expressis, & eam exprimere in apostolis, vt in cap. cordi. in prin. s̄. e. & si appellans, tunc non daret copiam & perseueret vsque ad finitum tempus apostolorũ petẽdorũ habetur appellatio pro deserta, ex quo debito modo non petit apostolos, vt c. super. & c. ab eo. s̄. eod. secus si in appellatione non requiritur expressio causæ, quia tunc non uitiaretur appellatio, licet iudici petenti copiam non tradat, ex quo tunc non habet deliberare. & ita procedat dictum Zen. in d. cle. causam. ſm Dom.
6 † Secundo no. ex hac glos. ꝙ appellatio in scriptis producta coram iudice a quo dr̃ libellus appellatorius, & ita voluit Specu. in titu. de libel. conce. §. ꝙ autem. & qualiter debeat fieri, & quid continere debeat talis libellus, uide in l. j. §. libelli. ff. eo. ti. Alius est libellus qui datur coram iudice ad quem, qui an debeat de necessitate dari. Spec. in titu. de appella. in 4. parte. in §. nunc dicendum restat. & §. præcedenti tenet, ꝙ sic. satis tamẽ sufficeret si producatur appellatio & petatur super ea procedi & alius libellus non est necessarius, vt tenuit Innoc. in c. cum contingat. circa fi. magnę gl. s̄. de offi. deleg. & Bar. in d. §. libelli. & Bal. in l. si quis libellos. C. eo. titu. vbi dicit, ꝙ non sufficeret producere ap. coram iudice ad quem, nisi petatur super ea procedi, vt ibi per eum, de quo articulo vide plene per Imo. in d. §. libelli. vbi ɔcludit quod aut est talis causa prin. in qua libellus necessario non erat offerendus, quod qñ sit patet ex his q habentur in c. 1. s̄. de libel. obla. & in cle. dispendiosam. de iudi. iuncta cle. sæpe. de ver. sig. & tunc libellus non sit necessarius in causa ap. ex quo dicitur eiusdem naturę cum causa prin. vt habetur in l. j. C. ne li. in vna eademque causa, & est tex. in l. prisi. an & a quibus in causa appella. vbi dicebat Ang. quod si prima causa est summaria, eodem modo causa appel. erit summaria. Sed si in causa principali requirebatur libellus, tunc aut in causa appe. proceditur in presentia partium, libellus est necessario offerendus, ex quo tunc est necessaria li. conte. vt probatur in d. l. j. & facit glo. no. in c. per venerabilem. s̄. qui fi. sint legi. & tex. in c. interposita. §. fi. a contrario sensu. s̄. eo. Nam licet causa appel. & causa prin. censentur eadem, vt in d. l. j. C. ne li. in vna. tamen est diuersa instantia, vt in c. 2. s̄. de iura. calum. & lib. ubi sicut non sufficit iura. calum. prestitum in causa principali, sed ẽt prestari debet iuramentũ in causa appellationis, ita non debet sufficere libellus ipsius causę principalis. Si verò procederet in absentia partis, tunc libellus non est necessarius, sicut ẽt non est tunc necessaria li. conte. ut in l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. & in d. §. fi. & ita tenet Rota in deci. 8. et uide in deci.
7 365. quę incipit, Item si auditor. † In ea. glo. in fi. immo plus videtur, vt sufficiat exceptiones verbo proponi, dummodo verba statim in actis scribãtur, vt in c. quoniam contra. hic alleg. secundum Ioan. And. facit auth. querelam, C. de non nume. pecu. & in l. scire. §. scire. ff. de excusa. tuto. & no. s̄. titu. proxi. circa fi. in

ADDITIONES.

a V. G. Nota, ꝙ appellationis interponendæ tempus est vniforme a quocunque actu appelletur. Bart. Socy. consi. 45. visa appellatione. versi. circa hanc dubium libro primo.

b Nic. Sup. Non solum interponi in scriptis. Adde. §. litigatoribus. 2. quæ. 6. & in c. 1. supra e. tit. & li. & glo. in cle. quamuis. de elec. & per Ang. in l. eos. in §. C. de appella.

si,in l.gl.imò vr sufficere ꝙ factū ipsum ꝓponať, ex quo resultat exceptio, esto qđ nō dicať exceptio ſm Bal. i l.j. ff. de exce. & uide dicta in c.pia.§.j.in prin.ſ. de exce. Exceptio tñ recusationis bene est in scriptis proponenda, vt in l. apertissimi. C. de iudi.secundum Ioan.And.de quo etiam per eum. ſ. eo.titu. in c.legitima.Et idem in exceptione excommunicationis, vide no.in d.c.pia.de excep.eo.lib.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio licet non extinguat iurisdictionem iudicis a quo, tamen suspendit eam intantum quod iudex a quo procedere non potest.*
2 *Reuocatio grauaminis debet fieri partibus citatis & præsentibus.*
3 *Sententia diffinitiua non potest reuocari per iudicem qui eam protulit. fallit in casibus ut hic.*
4 *Grauamen si infertur per diffinitiuam non potest reuocari, sicut nec diffinitiua, secus per interlocutoriam.*
5 *Iudex a quo quare non potest cognoscere de veritate causæ appellationis.*
6 *Renunciare appellationi quando quis videatur per actum contrarium.*
7 *Iudex a quo, an reuocando grauamen debeat restituere expensas parti grauatæ.*
8 *Iudex potest facere quod appellans renunciet suæ appellationi eo inuito, & etiam inuito appellato.*
9 *Appellari an possit a sententia nulla.*

CAP. XI.

Si a iudice. Non tenetur appellās a grauamine cōparere corā iudice a quo ad docendum de eo, sed tm̄ ad audiendā reuocationē 1 si eā duxerit faciendā. hoc dicit.†In tex.ibi, suspensa,no.& ita alle. quod licet per appel. non extinguatur iurisdictio iudicis a quo tñ suspenditur & ad superiorē deuoluitur in tm̄ quod iudex a quo procedere non debet, sed supersedere. facit c. venientes.ſ.de iureiu. & vide per Lap.in 2.alle.in prin.de quo j. attentata tñ per eum post ap. nō sunt statim reuocanda, sed pendent ex futuro euentu si causa ap. si vera, nisi esset appellatum a diffinitiua, vel esset facta inhibitio, vt ſ.eo.c. nō solum in prin.§.illa.ſm Lap. & Domi. per Rotam in decisi. 462. quæ inci.Item si ille. De snīa verò, & eius effectu, an suspendatur vel extinguatur. vide quod no.in l.j.ff.ad Turpil. & in l.furti.§.j.ff.de infa.Secundo no. ibi comparere, quod non cogitur quis ad comparendum per citationem factam a iudice, cuius iurisdictio est suspensa tpe citationis, quod facit ad no. in c.2. ſ.de dila.Tertio no.ibi, nisi ad hoc solum, quod per appellationem non intelligitur suspensa iurisdictio iudicis a quo circa ea quæ tendunt ad faciliorem expeditionem causæ ap.sicut est reuocare ipsum grauamen.& ad hoc citare, sicut aliàs dr̄ de assignatione termini in c.cordi.& c.cum ap.ſ.eo.quæ omnia faciunt ad no.in d.deci.†Quarto no.ibi in termino, quod partib. 2 præsentibus vel cita.debet fieri reuocatio grauaminis per iudicem a quo quod inducit Io.An.contra iudices, qui reuocant grauamen non citata parte, vt sic postea illudant appellantes in procedendo in eorum absentia. & vide per Spec. in titu.de excep.§.viso.ver.sed & si iudex. Vltimo no. quod reuocato grauamine potest per iudicem a quo procedi in causa, ac si appellatum non esset, & an requiratur postea citatio in processu hic per Arch.tenentem quod non per c.eum qui.ſ.de dolo & contu.Sed Ioan. An. ɔ dicens quod reuocato grauamine appellās dēt de hoc certificari, & pòstea citari, & si de facto insistēs appellationi non vult comparere, tunc procedat opi.Arch. Do. verò concludit quod si appellans est citatus ad videndum reuocationē grauaminis in termino certo, & in citatione addatur, & ad procedendum in causa, poterit tunc absque alia citatione procedi ad primum actum qui fieri debebat post actum a quo fuerat appellatum.& hic no.per d.c.eum qui. vt dicebat hic Arch.sed ex virtute citationis quæ tendit ad vlteriorē processum vt tenet hic Io.de Lig.Sed si in citatione non fuit dictū ꝙ veniret ad procedendū in causa, & tunc si constet, ꝙ venire non vult insistens in sua ap.& vlterius non erit citandus, vt dicit Io.And.Sed si de hoc non constaret, & erit citandus ad oēs alios actus, vt dicit hic Io.An.quia tunc fit cōtumax, in vno tamen ad alia est particulariter citandus ſm glo. no. in d.c. eum qui.In glo.j.in prin.determinat ēt no.per Specu. in d.§.viso.& corrigit quod no.Bar.in c.ad apostolicæ.ſ.de re iud.eod.lib.de 3 quo ibi, in glo.in ver.parata, ſm Ioan.An.†In glo. in ver. grauamen.in princ. quod procedit ēt de consensu partium vt voluit a glo.sing.in l.si diuersa.C.de transa.& per Bart.in l.j.C.senten. tiam rescin.non posse.Sed limita primo hanc glo.nisi notorie constaret de iniustitia snīæ per confes.partis, ſm Inn. in c.quia plerique.ſ.de immu.eccle.& idem si constaret ex probationibus factis parte non opponente, vt dixit Inn. in c.cum Bertoldus.ſ.de re iudi.& no.in c.fraternitatis.ſ.de test.& in c.cū cessante.ſ.e. Secundo limita, nisi esset talis snīa, & non transiret in rem iud.vt in c.lator.& c.consanguinei.ſ.de re iu. Tertio limita, nisi esset lata super his quæ officio iudicis nobili explicarentur cum iudicis officium nobile ēt post snīam duret, vt no. per Bar.in l.j.in fi.de præto.stip.& in l.iudex postq̄.ff. de re iudi.& ibi plene per Do.& per Bal.in l.j.C.snīam rescin.nō posse.Quarto limita, nisi esset imposita mulcta officio iud. nobili. quia ex causa posset ratione paupertatis domini, vt in l. illicitas.in fi.ff. de offic. præsid. Quinto limita, nisi fieret mediante restitutione in integ. quo casu potest fieri correctio iudicis ex officio iud.nobili, vt in l.diuus.ff.de in integ. resti. Sexto limita, nisi esset lata snīa prætextu probationis priuilegiatæ, & ab ea appellari non possit, vt sentit Inno.in c.tua.de coha. cleri.& mulie.de quo in l.j. & ibi per Bal. C. si a non compe.iud. Septimo limita, nisi snīa sit lata a Papa, cum eā reuocare possit de plenitudine potestatis ſm Bald.in l.2. C. de sententijs ex 4 periculo.†In ea.glo.in fi.vult ergo glo.ꝙ si grauamen infertur per diffinitiuam non posset reuocari, sicut nec ipsa diffinitiua siue grauamen, sit verbale, siue reale. Secus si grauamen infertur ex interlocutoria, & ita etiam tenet glo.penul.j.Sed limita primo hoc ꝓcedere, nisi esset interlocutoria habens vim diffinitiuę, vt no.per Bar.in l.ꝙ iussit.ff.de re iud.& per do.Anto.in d.c.cū cessante.ꝙ intelligit Inno. verum qn̄ non expectat post se aliam snīam, aliàs secus de quo.j. Secundo limita, nisi esset talis interlocutoria ex qua iudex esset functus suo officio, quia talis non poterit reuocari, vt tenet Rota in antiquis in decisio. 357.quæ incip.Vtrùm si appelletur, ꝙ iudex datus in appella.ab interlocutoria si pronunciat male appellatum, & remittat causam ad primum iudicem, & ab ista snīa appelletur nō poterit reuocare grauamen, & reponere partes in pristino statu. facit quod no.in c.significantibus.ſ.de offi. deleg. & in d.c.cum appel.ſm Dom.Sed certè si iudex pronunciat se incompetentē, & propter hoc app. poterit tunc reuocare talem interlocutoriam, vt in c.dilecti.el 3.ſ. de præben. & tenet Rota in deci. 86. quæ inci.Item si a pronunciatione, vbi plene de his, & de alijs casibus in quibus iudex non potest reuocare suam interlocutoriam. vide plene per Doc.in d.c. cū cessante.in l. quod iussit. 5 ff.de re iud.†In glo.in ver.per sen.in fi.vide per glo. quę incip. sed quæritur, in c.solicitudinē.ſ.eo. tit.quare sit, ꝙ iudex a quo nō pōt cognoscere de veritate causæ appellationis bene tñ debet inquirere, & se informare, an causa in appellatione expssa sit probabilis, vel non etiam extraiudicialiter & aperte cum eius sit æstimare.ff.de arbi.l. qualem. & si post inquisitionē remanet dubius, debet tunc iudex potius supersedere, cū in dubio stetur potius appellationi q̄ sententię.ſ.eo.dilectis.& præsumitur propter grauamen appellatum.ſ.e.tenor. ſm Io. And. & facit ꝙ ipse dicit in c.pastoralis.ſ.eod.in glo. non tñ.in fi.In dubio ergo debet potius iudex deferre appellationi, & supersedere post app. secundum Pet. de Anchara. Pro quo glos.in ver.ex rationabili causa.in c.vt debitus.ſ.eo.titu. & voluit Fede.in consi.182.post prin.In glo. in ver.teneris. ibi ante appel. No.glo.ꝙ licet appellans per actum gestum corā iudice a quo renunciet appellationi interpositę, vt infra dicetur, tñ appellationi interponendę renunciare non videtur. Idem tenuit Hostien.in c.quo ad consul.ſ.de re iudi. & uide per Host. & Ioan. And.in c.significauerunt. ſ. de testi. Rota tamen in decisi.287. quę inci.Item quod licet, concludit prędicta procedere quando actus tenderet ad declinādam iurisdictionem iudicis, secus si esset approbatorius iurisdictionis, puta si ꝓduceret quis testes in negotio principali vel aliter, & de hoc etiam vide per 6 Inno.& Docto.in c.solicitudinem.ſ.eo.†In ea.glo. in fi.no.gl. quando sit quod per actum contrarium appellationi interpositę videatur quis renunciare suę appellationi. Pau. tamen hic contra hanc glo.per iura pro parte contraria inducta, quia talis actus, de quo hic in glo. est cōtrarius respectu iudicis a quo cum veritas grauaminis debeat probari coram iudice a quē vt in d.c.vt debitus. Idem tenet Ioan.de Lig.dicens, ꝙ est contrarius etiam respectu iurisdictionis cum asserat eū iudicem, cuius iurisdictio erat suspēsa. dicit tamen tenendum, quod placet.Sed Ioan.de Fan.concordando opi.dicit, quòd aut iste cōparet ad docendum de grauamine per viam simplicis informationis non tanquàm coram iudice, & tunc sit vera opinio glo.secus si comparet tanquàm coram iudice, cum per talem actum

ADDITIO.

a V.G.Adde, ꝙ grauamen in dubio referri debet ad casum, in quo quis dispositiue uocatur. Ruy.consi.130.nu.8.lib.1.

actum fateatur eum suum iudicem, & sic iurisdictionẽ per appel. non suspesam secundũ eum, cuius distinctio est satis ęqua ſm Domi. Tu aduerte, quia indistincte videtur tenendum, ꝙ tenet ista glo. quam sequitur Rota in d. decisi. 287. in fi. dicens, ꝙ per actum tendẽtem ad declinandum iurisdictionem iudicis nunquàm videtur quis renũciare appellationi interponendæ, vel interpositæ, faciunt etiam notabiles rationes adductæ per Rotam in decisi. 483. quæ incip. Item si ille, vbi tenet quod ille qui a diffinitiua appellauit si post appellationem comparet coram iudice a quo, & producit suam appella. vel ostendit suam sententiam fuisse iniustam ad istum finem, ꝙ ab executione dictæ sententię recedat, per hoc suæ appellationi renunciare non videtur, quod tamen ibi in fi. intelligit, nisi peteret a tali iudice, ꝙ pronunciaret super executione nõ fienda, vel quod citaret partem ad dicendum contra. nam cum talia non possint fieri a iudice, nisi in vim suæ iurisdictionis, quæ per appellationem erat suspensa apparet quod tales actus sunt contrarij suspensioni, & per cõsequens prædictæ appellationi, de his tamen vide plenius per Doct. in d. c. solicitudinem. & in d. cap. gratum. Et adde primo, ꝙ quando iudex detulit appellationi, tunc per nullum actum quantumcunque directè ꝯrium videtur appellans suæ appellationi renunciare, vt determinat Rota in decisi. 363. quæ incip. ex hoc insurrexit. in fi. de quo tamen in d. c. cum appellationibus. Secundo adde quod nunquam ꝑ actum contrarium appellationi videtur quis eidem renunciare quando talis actus non acceptatur per appellatum, facit qđ no. in regu. ex eo quod. j. eo. lib. & ita voluit glo. nota. in c. cum venissent. s. de testi. de quo ibi per Docto. & sequitur Imo. in

7 dicto c. gratum. †In glo. in ver. effectu. in fi. idem Arch. & Ioan. And. dicens non sufficere iudicem dicere reuoco, nisi recedat a grauamine interlocutorię, immo dicit Innocen. & Ber. in d. c. cum cessante, ꝙ non videtur reuocare grauamen, nisi etiam restituat expensas factas occasione dicti grauaminis. Sed Hostien. ibi in hoc tenet contrarium dicens, quod reuocare potest etiam non restituendo expensas, & imputet sibi appellans qui interim eas facit, & ita residet hic Lap. & Domini. de quo tamen vide per Docto. in d. c. cum cessante. & ad prædicta vide per Rotam in decisi. 392. quæ incip. Item si auditor, & ibi ad

8 materiam huius decretalis. †Extra glo. videtur hic tex. esse no. limitatio. nam licèt aliàs dicamus quod appellans non possit renunciare suæ appellationi inuito appellato, tamẽ iudex põt facere vt appellãs renũciet suę appellationi eo inuito, & inuito appellato, & sic reuocãdo grauamẽ facit, ꝙ appellãs ꝓsumatur renũciare appellationi, & ꝙ in causa possit procedi ac si appellatum non fuisset, vt hic est tex. in fi. Super quo posset dubitari vsque ad quantum tempus possit fieri reuocatio istius grauaminis, an solum re integra, vel etiam postquàm iudex appellationis incœpit cognoscere de causa principali cogita & vide. Et quando sit quod appellans possit renunciare suæ appellationi inuito appellato, uide per Ioan. And. in c. ex parte. S. s. de rescri. & tex. in c. sacro. circa fi. s. de senten. excõ. & per Docto. in l. si quis libellos. C. de appella. & per Rotam in decisio. 363. quę incipit, Et hoc insurrexit. & in decisio. 424. quę incipit, Item si a diffi. in fi. Et an appellatus possit prosequi appellatio-

a nem inuito appellante,[a] per Rotam in decisi. 65. quæ incipit, Item si appellatus. Et licet quis faceret actum ꝯrium appellationi, & sic propter hoc videatur renunciare, an si facit protestationem in ꝯrium, talis protestatio sibi prosit. Io. An. sentit, ꝙ sic, in c. cum venissent. s. de eo qui mittitur in possess. circa fi. & in c. significauerunt. s. de testi. in glo. vide no. j. in c. fi. in glo.

9 fi. †An possit appellari a sñia nulla, & an si est renunciatum appellationi videatur renunciatum nullitati, vel ecõtra, per Bal. in l. j. C. de sententijs ex periculo.

ADDITIO.

a Cel. Inuito appellante. Adde Car. in cle. j. in 3. no. eo. titu. Inno. in c. ex ratione. col. 2. ver. item videtur, ꝙ appellatus. eo. tit. in anti. Bar. & Do. in auth. ei qui. ver. venio ad secundam partem. col. 2. C de temp. appel.

V. G. Adde, ꝙ appellatus non potest appellationem prosequi ante executionẽ sententiæ super attentatis. Ruy. consi. 75. nume. 5. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Collatio præbendarum & beneficiorum, an spectet communiter ad episcopum & capitulum, vel an tantum ad episcopum.*

2 *Appellari non potest a seipso ad seipsum.*

3 *Episcopus si intersit in capitulo, an præsumatur interesse, vt prælatus.*

4 *Prælatus si intersit in capitulo, vt canonicus debet sedere in loco, in quo sederet si non esset prælatus.*

CAP. XII.



A Collatione. A collatione capituli ad episcopum appellatur si vt canonicus

1 interfuit, secus si vt prælatus. hoc dicit. †No. j. ibi cõmuniter, ſm Ioan. An. ꝙ de iure cõi collatio præbẽdarum vel beneficij spectet cõiter ad episcopum & capitulum, licèt Host. dixerit, ꝙ ad episcopũ tm̃, & non bene, vt per Ioã. An. in c. ecclesia Vulterana. in glo. 2. s. de elec. & plene per Rotam in decisi. 167. quę incip. Item de præbendis in collegiatis ecclesijs. Et dicitur collatio pertinere cõiter ad episcopũ & capitulum, siue episcopus interueniat vt prȩlatus, siue vt canonicus, vt probatur ex isto tex. quod est notandum ad impetrãtes beneficia pertinentia cõiter ad prȩlatum & capitulum, vt vter que modus includatur. Eo tamen casu quo collatio cõiter spectat ad prȩlatum & capitulum si episcopus confert vni, & capitulum alteri, neutra collatio valebit, vt no. Vincen. in d. c. ecclesia. Et idem si episcopus simul cum vno vel duobus canonicis confert, vt hic refert & sequitur Ioan. And. & in c. postulasti. su per glo. 2. s. de conces. prȩben. Et idem si episcopus conferret vna cum duobus vel pluribus canonicis non fa ientibus cum episcopo maiorem partem capituli, & ita Ioan. And. hic refert Fede. de Senis consuluisse, de quo hic plenissime per Ioã. An. ita tenentem. & vide per Fed. in suo consi. 266. Et ex his faciũt no. in c. constitutis. el 2. s. eo. titu. & in c. tua. de his quę fi. a prȩla. & in c. ea noscitur. de his quę fiunt a maio. par. capi. & quod

2 no. in c. 1. in ver. assensu. j. ne sede vacan. †Secundo no. ibi, non ad ipsum episcopum, & ita alle. ꝙ a seipso ad seipsum non potest appellari dato, ꝙ actum a quo appellatur non fecerit solus sed simul cum alio, & ita ampliatur tex. in c. Romana. §. j. s. eo. Vltimo nota, quod respectu diuersę qualitatis potest quis fungi nere vicem duorũ etiam in actibus incõpassibilibus respectu vnius qualitatis ſm Domi. In glo. j. in fi. & in d. c. postulastis. & ibi per Inno. cuius dicta debent intelligi prout hic habetur in

3 tex. ſm Io. And. †In glo. in ver. prælatus. in prin. idem Archi. & quia in dubio prȩsumitur interesse, vt prȩlatus debebit in dubio ad superiorem appellari ſm Io. Mo. & Io. And. & no. ex gl. ꝙ in dubio pręsumitur quis interuenire in actu ut prȩsidẽs maiori dignitati si aliud non appareat: dato ꝙ possit interuenire, vt simplex ꝑsona, ꝙ inducitur ad qõnem de donatis ambascia-

a toribus, an quęrantur ipsis[a] vel eorum ciuitati, & uidetur hic velle Ioan. And. quod donata cedant ciuitati quando ei cõueniebant vt si donatur leo, vel statua, vel simile, secus si conueniebant personis, vt si doctori liber, vel militi arma donantur. Sed si dona erant talia quę possent pariter cõuenire personis & ciuitati, & tunc in dubio quęrantur ambasciatoribus si erãt noti. arg. l. qui habebat. ff. de reb. dub. & quod in dubio ipsis q-ratur & ciuitati non sit restituendum, tenuit Bar. in l. si verò. ff. solu. matri. vbi per gl. & in l. qui proprio. §. procurator vt in cęteris. ff. de procu. & l. socium qui in eo. ff. pro socio. In eadem glo. ibi prȩsit capitulo, & ab illo vocatus venit ad capitulum,

4 ſm Ioan. And. †In ea. glo. in fi. no. ex glo. ꝙ quando quis est in capitulo vt pars capituli, & non vt superior, tunc sedere debet in eo loco, in quo sederet si non esset superior, quod facit ad qõnẽ de vicario episcopi, qui est canonicus ecclesię, vt in choro non debeat sedere primus inter alios quando extat in apparatu canonicali. facit etiam ad qõnem de episcopo, qui est in studio, vt scholaris vt in actibus scholasticis debeat ante ipsũ sedere rector vniuersitatis ſm Dominicum, & facit quod notatur. s. in proęmio huius libri. In glo. fi. ibi, & debuisti. intelligitur eo casu quo capitulum contulit, & quando episcopus, vt vnus de capitulo interfuit, secus si episcopus contulisset de consensu capituli, quia tunc licet haberet vocem in capitulo, vt vnus de canonicis, tamen semper erit appellandum ad superiorem, & non ad ipsum episcopum, quia cum capitulum non conferat, ergo ab ipsius collatione appellari non potuit, & aliud est conferri & aliud conferenti consentire, vt in c. 1. j. ne sede vacante, secundum Ioan. An. Nec obst. ca. pastoralis. s. de dona. quia ibi consentiens habebat ius in illa re, merito donare videtur secundum Domi. facit l. si liqueat. ff. de inoffi. dona. & l. aliud. ff. de

ADDITIO.

a Cel. An quærantur ipsis. Adde Flo. in c. si seruis. ff. de usufru. & per Bar. & Io. de Imo. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vul. & pup. Bar. & Alex. in l. socium. & Bar. & Ioan. de Pra. in l. qui proprio. §, procurator vt in cæteris. & per do. Guil. de Cug. & ibi etiam no. per glo. Dy. Bar. Bal. Imo. & Doctores, in l. si verò. in prin. ff. sol. ma. per Cy. in l. manifestissimi. C. de furtis. vbi Bal. dicit in §. pen. ꝙ in dubio non debet restitui domino mittenti, sed retinendum est ab eis, & pro præmissis est casus si bene inspiciatur, in l. socium qui in eo. in fi. hic alleg. Adde Bal. in terminis, consi. 57. vol. j.

ff.de reg.iuris.Prędicta tamen procedunt quādo talis ſuperior
ad quem poteſt appellari, cum vna cum alijs actum geſſit. ſe-
cus ſi ſolus,puta ſi archiepiſcopus legatus Papæ in ſua prouin
cia aliquid facit vt archiepiſcopus,quia tunc ad eum,vt legatū
non poſſet appellari,ex quo ſolus actum geſſit, & ita determi
nat Rota in deci.313.quæ incipit,Item fuit dubitatum vtrum ar
chiepiſcopus,vbi vide & hic per Domi. In ead.glo. in fi.idem
Inno.& Hoſtien.in c.irrefragabili.s̃. de offi.ordi.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata ſuper exceptionibus peremptorijs, vel reddentibus iudiciū nullum eſt interlocutoria.*
2 *Et an & qualiter poſſit talis ſententia reuocari.*
3 *Et an de talibus exceptionibus poſſit poſtea diſcuti in ſententia diffinitiua.*
4 *Exceptio declinatoria quæ reddit iudicium nullum, an & qualiter poteſt interponi in cauſa appellationis,*
5 *Appellatio ab interlocutoria quando poſſit iuſtificari vel impugnari ex nouis probationibus vel non.*

C A P. XIII.

1 LIcet. † No.j.ibi ab interlocutoria,tex.clariſſimū,
ꝙ ſnīa lata ſuper exceptionibus perempto
rijs vel iudicium nullum reddentibus eſt interlo-
cutoria & nō diffinitiua, & ſic eſt hic caſus per gl.
in cle.fi.j̃.eo.titu.Et eſt ratio,quia de natura diffinitiuę eſt, ꝙ fe
ratur ſuper principali, non ſuper exceptionibus, per glo. no.
in ver.diffinitiua.in cle.j.de ſeque.poſ.& per Ioan. Mona.in c.
cupientes.s̃.de elec.eod.lib.in glo.mag.in ver.priuatos.& per
Bald.in l.fi.C. de ſententijs ex peri.glo.tamen in d.clemen.fi.
dixit,quòd talis ſententia lata ſuper exceptionibus perempto-
2 rijs habet vim diffinitiuę, de quo ibi per Doct. † Secundo no.
ibi vltra decennium,quòd interlocutoria lata contra exceptio
nes peremptorias vel iudicium nullum reddentes non firmat
iudicium quin grauamen non poſſit reparari per appellatio-
nem ab ea interpoſitam intra x.dies, vel a diffinitiua etiā poſt
x.dies lata,ex quo infertur, quia licet ſi iudex interloquitur re
ſcriptum non fore impetratum ab excommunicato valeat ta-
a le[a] reſcriptum,dato quòd veritas eſſet in contrarium, vt tenet
Lap.& Doct.in c.j.s̃.de reſcri.eo.lib.tamen illud procedit, niſi
appelletur a tali interlocutoria vel etiam a diffinitiua, quia ta-
le grauamen poterit tunc reparari, vt hic dicitur. Et idem eſ-
ſet ſi iudex interloquitur reſcriptum non eſſe ſubreptitium,
vbi veritas eſſet in contrarium, quo caſu licet per talem inter-
locutoriam firmetur tale reſcriptum,vt per Inno. & Doc.in c.
ſuper literis.s̃.de reſcrip.tamen poterit tale grauamen repara
ri per appellationem a tali interlocutoria vel etiam a diffiniti-
ua.Et idem quando iudex pronunciaret ſe competentem,quo
caſu licet non poſſit amplius dici de incompetentia ſi nō fuit
appellatum,vt no.in c.ſignificantibus.s̃.de offi. delega.& in c.
cum appel.s̃.eo. tamen poſt appellationem a diffinitiua pote-
rit de hoc dici dummodo aliàs nō fuerit prorogata iuriſdictio,
quæ omnia dicta clare probantur hic in tex.de quo hic in glo.
3 in ver.reddens.Vltimo no.a ɔ̃rio ſenſu quod interlocutoria la-
ta cōtra exceptiones peremptorias vel iudicium nullum red-
dentes facit quod de talibus amplius diſcuti non poteſt ſi ſnīa
diffinitiua tranſit in rem iudicatam, & ſic talis interlocutoria
in effectu tranſiuit in rem iud. tunc cum tranſit ſnīa diffiniti-
ua poſtea lata intellige prout habetur in cle.fi.j̃.e.tit. & ex his
habetur no.limitatio ad c.cum ceſſante.s̃. eod. & ad ibi no.vt
interlocutoria lata ſuper exceptionibus peremptorijs vel iu-
dicium nullum reddentibus nō tranſeat in rem iud.etiam quo
ad partem,ſi poſtea appellatur a diffi.quia non ſolum iudex ex
officio poteſt tunc illam reuocare,ſed etiam ad petitionē par-
tis hoc debet, & verbum poteſt exponatur hic pro debet, vt
per glo.in ver.potuiſti.s̃.c.proxi. & facit tex. clarus in d. cle.fi.
vbi pars ita demum repellitur quando bis fuit appellatum &
ſuccubuiſſet, alias ergo iudex tenetur etiam ad petitionē par-
tis,vt ibi probatur.Pro quo etiam facit glo.hic in ver.emenda
4 ri,de quo etiam ibi dicetur.†No. etiam ex hoc tex. quòd exce-
b ptio declinatoria reddens iudicium retro nullum [b] poteſt op-
poni in cauſa app.etiam ſi fuerit oppoſita in cauſa prin. & per
interlocutoriam repulſa,quod ideo eſt,quia iſta exceptio ſapit
naturam peremptorię reſpectu talis iudicij, ex quo iudicium
nullum reddit. vnde non eſt mirum ſi poteſt opponi in cauſa
appellationis ſicut & alię peremptorię, quod eſt notandum
ad l.ita demum.C.de procu. In glo.j. in fi. & ſic innuit glo.ſe-
cus eſſe in pacto de non petendo ad tempus, & ratio eſt, quia
talis dicitur propriè exceptio dilatoria ſolutionis, & negotio
principali non præiudicat ſecundum Do.& no. per Inno.in c.
paſtoralis.s̃.de excep. In glo. in ver.reddens.in princ. vide per
Bal.in l.ita demum.C.de procu.& quod nota.in c.ex parte.M.
s̃.de appel.& in d.c.ſuper literis.In ea. glo. in fi. puta exceptio
ſubreptionis vel incompetentiæ iudicis,vt eſt dictum.s̃. Fallit
tamen niſi ſententia lata fuiſſet ſuper exceptione oppoſita cō
tra falſum reſcriptum, quia licet iudex pronūciet illud verum
& ſe iudicem competentem,tamen talis ſententia non præiu-
5 dicat,voluit Inn.in d.c.ſuper literis,de quo ibi per Doc.†In gl.
in ver.vltra decennium.in fi.quicquid dixerit Hoſtien. opi.In-
no.eſt hic approbata. pro quo faciunt rationes, de quibus hic
per Io.Mo.& Ioan. And. Ex quibus infert hic Pet. de Ancha.
quod appellatio ab interlocutoria iuſtificari nō poſſit, niſi ex
antiquis actis,vt in cle. appellanti.j̃. eod. titu. tamen ſi per ap-
pellationem a diffinitiua cognitio huius interlocutorię deuol
uatur ad iudicem ad quem poterit tunc impugnari & iuſtifi-
cari ex nouis probationibus, ſicut & ipſa appellatio a diffiniti
ua, quaſi ſequatur naturam appellationis a diffinitiua vt ac-
ceſſoria,vt in c.ſi ſuper gratia.s̃.de offi.deleg.eo. lib. & ita no-
tabiliter limitatur d.cle.appellanti.vt hic plene per eum, & vi
detur hoc tenere d.Flo.ibi.Pro quo facit glo.j.in ver.emenda-
ri.& tex.in l.generaliter.§.iudex.C.de reb.credi. ſecundū Bal.
in l.ab arbitro.ff.qui ſatiſda.cog.cogita tamen in hoc, quia ni-
hil hic dicitur de iuſtificatione vel impugnatione appellatio-
nis ab interlocutoria ex nouis probationibus,ſed tantum, an
in appellatione diffinitiua poſſit ipſa interlocutoria emenda-
ri,& dicitur, quòd ſic.deberet ergo intelligi hoc prout habe-
tur in d.clemen.appellanti.arg.c.cum expediat.s̃.de ele.eo.lib.
& in l.j.C.de inoffi.donatio.In glo.in ver.emendari. in fi.q.d.
nihil.appellatio ergo a diffinitiua operatur,vt iura vetera repe
ti poſſint etiam ſi ſuper eis fuerit lata interlocutoria, & ab ea
non fuit appellatum intra x. dies, & idem ſi fuit appellatum,
dummodo in appellatione bis nō ſuccubuerit, vt in dicta cle-
menti.fina.de quo ibi plene per Docto.

A D D I T I O N E S.

a V.G.Nota,ꝙ reſcriptum ſecundum ſubreptitiū videtur, niſi de proceſſu prę-
cedenti ſit facta ſpecialis mentio.Ruy. conſi.200.nu.8.lib.2.
b Cel.Reddens iudicium retro nullum.Adde Panor.in c. paſtoralis. & ibi Fely.
col.7.in prin.de excep.eundem Fel.in c.inſinuante.col.3.fallit quinto. de of-
fic.deleg.

S V M M A R I V M.

1 *Interlocutoria lata ſuper his,quæ non reſpiciunt directè negotium principale,nec reddunt iudicium nullum, tranſeunt in rem iudicatam lapſis decem diebus.*
2 *Iudex ad quem, licèt poßit reuocare ſententiam latam ſuper expenſis cū ipſa diffinitiua,ſecus tamen in expenſis interlocutoriæ.*
3 *Iudex a quo,ſi tulit interlocutoriam,an pars poßit ab eo petere, vt ſuperſedeat procedere in cauſa decem diebus, vt videat ipſa pars ſi appellare debeat,vel non.*
4 *Statutum epiſcopi factum de conſenſu capituli, quòd non poßit appellari ab eius interlocutoria,an valeat.*

1 Vbi verò. † Nota primo declarationem ad c.cum ceſ-
ſante.s̃.eo.& ad ibi no.per Doc.quia interlo
a cutoria[a] lata ſuper his, quæ non reſpiciunt directè negotium
principale,nec iudicium nullum reddunt, tranſit tunc in rem
iudicatam per lapſum decem dierum, non ſolum quò ad par-
tes,ſed etiam quò ad iudicem appellationis a diffinitiua, ſecus
tamen eſſet quò ad iudicem primum, qui eas poteſt reuocare
vſque ad ſententiam diffinitiuam,vt d.c.cum ceſſante. ex quo
infertur quòd iudex appellationis a diffinitiua nō ſuccedit per
2 omnia in locum iudicis a quo,vt ex prædictis patet. †In glo.in
ver.non parat.in fi.no.ex glo. quod licet per iudicem appella-
tionis poſſit fieri reuocatio ſententiæ latę ſuper expenſis prin
cipalis cauſę vna cum ipſa ſententia diffinitiua, & poſſet eam
ſupplere quando eſſet omiſſa,vt l.fi.C.quando prouoc.tamen
ſecus in expenſis interlocutoriarū,de quibus hic, nec poterit
ſupplere,licèt primus iudex poſſit, vt per Innocen. in c.ſæpe.
3 s̃.eo.& no.in c.cum appel.s̃.eodem. † In glo.in ver. ab ipſa.in
fi.tene menti ſingu.hanc glo. & idem voluit glo. in l. a proce-
dente.C.de dila.procedit tamen hæc glo.ut refert hic Ioā. An.
quando eſt talis cauſa in qua iudex appellationis nō deferret
ſi fuiſſet appellatum, aliàs verò ſi deferret uel dubitatur,an eſ-
ſet deferendum, & tunc debet ſuperſedere, niſi conſtaret, ꝙ
appellatio non valeat vel ſit res tempore peritura, ut s̃.de iu-
di.c.fi.ſecundum Ioā.An. ſed Domi.tenet,quòd indiſtinctè iu-
dex poſſit procedere,& nullo caſu ſuperſedere teneatur, pro-
ut

A D D I T I O.

a V.G.Adde,ꝙ ſentētia interlocutoria debet in actis redigi,alias nulla eſt.Ruy.
conſi.69.nume.9.lib.5.

ut tenet glo.hic,& Arch.2.q.6.anteriorum. in fi. & Bald.in d.l. ita demum, & licet hoc videatur inducere perplexitatem cū iudex qui grauauit partem aſſignaret ei ſtatim terminum ad producendos teſtes vel ſimile,& ſi non acceptauit excommunicabitur vel vt contra contumacem procedetur,& ſi acceptauit videtur renunciare appellationi,vt ſ.de offi.deleg.gratum. & C.de re iudi.ad ſolutionem . quia dicit Innocen.in c.ſolicitudinem. ſ. eo. quod grauatus licet teſtes producat non videtur renunciare appellationi interponendæ . ſecus in appellatione interpoſita.Nec obſt.glo. in d.l.ad ſolutionem . volens, quòd petens terminum ad ſoluendum videatur renunciare appellationi interponendæ , quia procedit in eo qui ſponte hoc facit,ſecus in eo qui procedit ad mandatum iudicis quem ante appellationem iudicem eſſe conſtaret. conſilium tamen eſt,quòd fiat proteſtatio,quòd ſibi ſit ſaluum ius appellandi ſuper quo deliberare vult, an ſibi expediat appellare ſecundum Ioan.An.& Hoſtien. in c. ſignificauerunt.ſ. de teſti. Sed certe glo. in d.l. ad ſolutionem . non obſt. quia loquitur in faciente actum contrarium iudicio appellationis,& ſic in petente terminum ad ſoluendum quo caſu videtur cōfiteri. arg. l.ſi reus. ff.de procura.ſecus ergo ſi peteret alium terminum non contrarium iudicio appel.quia non videtur pronunciare appellationi vt per glo.in c.ſi a iudice.ſ.eodem,& vide ibi nota. & ita tenet hic Pet.de Anchara.

4 † In glo.fi.in fi. & ſic patet multum eſſe præiudiciale impedire appellationes interponendas ante ſententiam diffin.ſecundum Ioan.And.inducentem prædicta ad quæſtionem vtrum valeat ſtatutum epiſcopi factum de conſilio vel conſenſu capituli , quod in ſuo foro non poſſit ab interlocutorijs appellari,& arguit pro & contra. & concludit quòd quicquid fuerit diſputando concluſum tenendum eſſe, quòd dictum ſtatutum non valeat,& idem tenuit poſt Hoſtié. in c. fi.ſ.de offi.archi.cum epiſcopus non poſſit aliquid ſtatuere quod obuiet canonicis inſtitutis,vt in c.quòd ſuper his.ſ.de ma.& obe.nec poteſt tollere,emendare,vel mutare legē ſuperioris,vt in cle.ne Romani.de ele. & quia ex hoc tolleretur defenſio quæ tolli non poteſt,vt in clemen. paſtoralis. de re iudi. & hic pleniſſime per Ioan.And.cuius opi.communiter approbatur ſecundum Ioan.de Ligna.& Domi.bene tamen valeret ſtatutum epiſcopi ſi concordaret cum iure communi , vt l.fi. C.de ſententijs & inter.& eius effectus poterit augeri per appoſitionem pęnæ ſecundum Bal.hic dicentem,quod ciuitates habentes primas,& ſecundas cauſas appellationis poſſunt ſtatuere quod non appelletur , aliàs ſtatuere non poſſent,vt in c. venientes.ſ.de iureiuran.& ita tenet Bar.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iure.& in l.penul.ff.de aqua plu. arcen. dixit tamen Bal.in l.j.ff. de conſti. princ. quòd per ciuitatem poſſet induci vt ad ſuperiorem non appelletur , puta faciendo tot iudices quod prima & ſecunda cauſa ſit in curia illius ciuitatis . Sed in l.fi.in fi. C.de temporibus appel.tenet contrarium quando fieret in præiudicium ſuperioris , vt ibi plene per eum,& in l.fi. C.de ſententijs & inter.& in l.pen.C. comminationes vel epiſto. vbi notabiliter voluit quod non poteſt facere ciuitas ſtatutum [a] quod ab interlocutorijs poſſit appellari ſine ſcripturis, vel quod in appellando vel appellationem proſequendo abbreuietur tempus datum a iure communi , de quo ibi per eum,& per Doc.in clemen. quandiu. j. eodem. & plene in dicto c.venientes. Philip.Franchus ſacri iuris profeſſor.

ADDITIO.

a V.G.Nota,q ſtatuto a dominis Caſtri condito poteſt per aliquod eorum derogari vno ipſorum ignorante.Ruy.conſi.130.nu.1.lib.5.

Primæ partis Commentariorum Philippi Franchi de Peruſio, ſuper VI. Decretalium.

FINIS.

PHILIPPI FRANCHI COMMENTARIORVM Super Sexto Decretalium, SECVNDA PARS.

De vita & honestate clericorum. Rub.

a QVIA hac in rubri. vita,[a] & honestas vt diuersa ponuntur, infertur esse differētiam inter vitam & honestatem, ar. l. si idem. C. de cod. quod procedit, s̄m Io. An. si sumat̄ honestas strictè pro castitate corporis, vt in Authē. q̄uo opor. epi. §. hæc de Deo. sed si sumat̄ largè, & tunc ista sunt promiscua, vt quicquid vitæ attribuitur etiam ad honestatem pertineat, & econtra cum honestè viuere spectet etiam ad laicos, vt s̄. in proœ. Decr. & in l. iustitia. §. j. ff. de iusti. & iu. ideo est, q̄ laici honestè viuentes largè religiosi appellantur, vt in c. duo sunt genera. 12. q. j. Et vide hic per Io. And. ponentem de vita clericorum qualiter viuere debeant, secundo de eorum honestate, & in quibus consistat, & in summa repetit quicquid habetur in toto tit. s̄. eo. & in hoc tit. & in Cle. eo. tit. de quo etiam per Host. in summa huius titu.

ADDITIO.

a Vin. God. No. q̄ vita actiua præfertur contemplatiuæ, & magis meretur, licèt tutior sit contemplatiua. 2. q. 7. sancta quippe, cum gl. de renun. c. nisi. in fine. vide de his in c. diuersis. de cle. coniu. & in c. licet. de reg. & q̄ non sit vita cōtemplatiua melior actiua, facit quod habetur in euang. Luc. 10. c. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.

SVMMARIVM.

1 *Clericalis ordo patitur vilipendium propter exercitium artis prohibitæ.*
2 *Buffonaria, & ioculatio sunt artes prohibitæ.*
3 *Et an vno actu quis efficiatur ioculator vel mercator.*
4 *Clericus ipso iure priuatur priuilegio clericali in certis casibus absq; alia sententia vel monitione.*
5 *Verbum futuri temporis importat canonem latæ sententiæ.*
6 *Annus qui statuitur clericis ad priuationem clericalis priuilegij debet esse continuus.*
7 *Monachus si habitu dimisso exerceat artem prohibitam, est ipso iure excommunicatus.*

CAP. I.



xime vacaturã, vt hic in tex. ibi, obtemperatũ non fuerat. & ibi iusta ipsius legati, vt sic determinet duplex dictũ. l. de pbenda & canonicatu, & non de præbenda tm̃, & ita pertrãsit hic Io. An. de quo per eum in d. c. si apostolicæ. in gl. non in forma cõmuni. & per Spec. in titu. de leg. §. nunc tractemus. ver. sed si legatus. Et dicit hic Io. de Lig. cõiter approbari, vt sic anteq̃ vacet præbenda possit legatus mandare aliquem recipi in canonicũ. pot enim pbendã non vacantẽ reseruare, vt afficiatur pro certa psona, ergo & canonicatũ facere cõferre, cũ illa dicantur annexa, vt in c. si clericus. j. e. & ita sequitur hic Io. de Fantu. ad hoc inducens tex. vt s. alias iste tex. esset de casu nõ dubio, qa cum fuisset dubiũ pro quo ille legatus solũ reseruasset si non mandasset recipi, si postea sit per literas Papæ receptus, nõ diceretur receptus auctoritate legati, sed si legatus mandauit eũ recipi, & quia non fuit receptus, Papa postea mandauit illum recipi iuxta otinentiã literarũ legati, & recipiat, tunc bene erit dubiũ, cuius auctoritate dicat receptus, cuius decidit iste tex. in eum. & pro hac parte vr̃ tex. in c. hi qui. in prin. j. e. Nec non intelligitur ibi de legato habente speciale mandatũ, qa tunc dr̃ receptus Papæ auctoritate & nõ legati, prout ibi dr̃ in scd̃o rñso, sm̃ Domi. Et pdicta procedunt siue in ecclesia nõ sit statutus numerus & iuratus, vt vult hic Lapus & Domi. siue ẽt si sit statutus per inferiorẽ a Papa & iuratus, non tñ ofirmatus, vel auctorizatus per Papã, quia licet tale iurm̃ vel statutũ obstet qñ impetrans de ipsis non facit mentionẽ, s. de rescrip. cõstitutus. & ẽt de ipsis statuentib. s. eo. tit. dilecto. tñ non obstat legato de latere, & ad eius mandatũ poterit & debebit veniri ɔ tale statutũ sine metu periurij, ẽt per ipsos canonicos. arg. c. venientes s. de iureiu. & facit qd̃ no. Archi. in c. auctoritate. 15. q. 6. dicens, ꝙ si aliq̃s iurat nõ exire domũ per 15. dies, si citetur a iudice, tenetur parere, nec erit periurus. & ita voluit Spe. in ti tu. de citatione. §. j. ver. quid si quis. & Io. An. in c. cũ parati. s. de ap. & in c. quia plerique. s. de offi. ord. e. li. & intellige pdicta qñ in literis legati fieret mentio de iurõ & statuto: aliàs recipere non tenetur, cum obstet statuentibus, licèt si scienter recipiãt, teneat receptio, & erunt periuri, vt tenet Spe. in d. ver. sed si legatus, sm̃ Lap. Sed si in ecclesia numerus esset statutus & iuratus, & per Papã approbatus, tunc canonici eidẽ obedire vel recipere non tenentur, cum numerum infringere non possint, vt voluit glo. sing. in c. pro illorũ. s. e. ti. valeret tñ receptio si reciperet, cũ eorũ fauori possint renũciare, vt no. Spe. in ver. sed si legatus. & Io. An. in d. c. dilecto. & ibi per Inn. & Doct. In gl. in ver. auctoritate, in fi. vide qd̃ dixit Io. An. in regula q. prior. j. e. ꝙ si cõstet mandantẽ executioni factũ intentatũ per alium velle, ꝙ censeatur propriũ, & procedat iste tex. ꝙ patet, quia dixit, auctoritate nostra: in dubio verò non apparente qua intentione fecerit, tunc potius vr̃ exequi factum alterius q̃ velit, proprium facere, vt in c. literis. s. de rescri. sm̃ eum ibi, vt refert hic
4 Do. † In glo. in ver. receptus, in fi. no. ꝙ talis prouisio dr̃ papalis. & rõ est, quia iste nullum ius fuit consecutus per factum legati, sed per Papã habuit. vnde totum est papale, cum fuerit noua iuris collatio papaliter facta, sm̃ Pau. & tex. hic loquens de prouisione legati non obstat, quia intelligitur de prouisione facienda, non aũt de facta, sm̃ Arch. & Io. An. nam si gratia esset facta per legatum, tunc mandatũ Papæ postea emanans foret executiuũ, non aũt cõcessiuũ, ut quia forte de facto non admittebat ad possessionẽ, sm̃ Pau. aliàs adaptari nõ posset finis istius tex. dum dicit, ꝙ talis est oĩbus præferendus in assecutione præbendæ: vnde loquitur de eo cui non erat facta collatio, sm̃ Domi. Nec ob. si diceretur, ꝙ si per factum legati iste non fuerit aliquod ius assecutus, sed per Papam, ꝙ tũc talis sine dubio diceretur auctoritate Papæ receptus absque eo, ꝙ in literis exprimeretur auctoritate nostra, quia respondetur ꝙ ipse legatus incepit, & Papa illud inceptum perfecit. vnde in dubio videtur potius factum alterius exequi quàm factum proprium facere. & per hoc non obstat glo. 2. s. & quod ibi dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Formæ prouidendi de beneficijs per Papam sunt quatuor de quibus hic.*
2 *Alternatiua dispositio est primo implenda quæ prius peruenit ad casum inclusum in dispositione.*
3 *Alioquin, verbum respicit primam vacaturam & sic ordinem vacandi, nõ autem potestatem conferendi ordinem.*
4 *Alternatiua vel disiunctiua non resoluitur in coniunctam in mandatis.*

CAP. X.

Mandato. Mandatũ alternatiuũ plures collationes includens, verificatur in primo vacante, sed in vacantibus simul, ordo scripturæ atteditur. h. d. sm̃ Do. & primo ponit thema, cuius duo dubia soluũtur, primũ ibi, de beneficio. sm̃ ibi, si verò.
1 † No. j. ibi, sub ea forma. vnam formã de quatuor formis prouidẽdi alicui de beneficio, & prima est ista, de qua hic in tex. qñ Papa scribit de certa persona & bñficio incerto. Qñq; & secũdo scribit pro certa psona & pro certo bñficio. & de istis duabus formis habetur s. de offic. delega. ex parte. el j. Tertia forma est qñ scribitur pro persona incerta, & certo beneficio, & de ista habetur s. de offi. deleg. is cui. 2. respon. eo. lib. Qñq; scribitur pro incerta persona, & incerto beneficio, & tunc gratia respicit eum cui scribitur, vt j. eo. dudũ. in prin. & c. q̃uis. vt hic plene per Io. An. & j. dicetur.
2 † Secundo no. ibi, primo vacabit ꝙ in alternatiuis dispositionibus illud est primo implendum qd̃ prius peruenit ad casum in dispositione inclusum. Vltimo
a no. ꝙ in præstationibus alternatiuis ª seruari dẽt ordo scripturæ, qñ qualitas additur secundæ in defectũ vel subsidiũ primæ, de quo per glo. in c. metropolitano. 63. dist. & 8. q. j. licèt ergo. facit reg. in alternatiuis. iuncta glo. j. eo. vr̃ ẽt hic Papa addidisse de collatione bñficij alterius in subsidiũ si non vacaret ad collationẽ illius cui scribitur, & talis appel. alternatiua ordinis nõ pstationis: regl'r verò alternatiua intelligitur esse pstationis, & nõ ordinis, ut per glo. in c. cũ plures. s. de offi. dele. eo. li. In glo. j. in fi. & ibi posuit de duplici forma. Et de prima est hodie tex. hic. Scd̃a forma est si diceretur, puideas tali de bñficio spectãte ad collationẽ tuam, alioquin de bñficio spectante ad collationẽ cuiuscunque, & tunc voluit hic Arch. ꝙ ex quo is cui scribitur, hẽt bñficia ad suã collationẽ spectantia, ẽt si non vacant, nõ poterit de alijs puidere, quasi plus iportet ista dictio, alioquin, q̃ alternatiua, uel hoc dictũ pcedit si scriberet in forma, q̃ ponit Spe. in ti. de ac. & peti. §. sup actionib. ver. Item si scribitur, puta ꝙ mihi de bñficio prouideat si quod ad sui collationẽ pertinet: alioquin de alio ad cuiuscunque collationem spectãte, quia intentio scribentis est tunc grauare alios solum qñ ille non haberet beneficia conferre. aliter verò dictum Arch. nõ procederet, quia dictio, alioquin, vr̃ respicere vacationem, nõ aũt ptãtem conferendi, quod maxime procedit qñ scribitur sine ptãte acceptandi, sm̃ Io. An. & sequitur Io. de Lig. Sed Io. de Fan. dicit super hoc cogitandum, cum non uideatur bene posse colligi diuersitas in dictis formis, ut hic refert Do. dicẽs, ꝙ contra dictum Ioan. An. facit, quia dictio, alioquin, est relatiua, & referri debet ad qualitates expressas, vt per glos. in ver. alioquin. in c. vt circa. de elec. eo. lib. & per Bar. in l. j. ff. de condi. & demon. ideo si dicitur, prouideas tali de beneficio ad tuã alioquin ad cuiuscunque collationẽ spectante, non põt referri ad uacationem quæ non fuit expressa, sed ad collationẽ, secus si fuisset expressum de vacaturo, puta quia dixit, prouideas de beneficio vacaturo ad tuam collationem, alioquin &c. quia cũ dictum alioquin debeat determinare suum añs, videlicet verbum, vacaturo, non aũt qualitatem adiectam suo antecedenti, vt est uerbum, tuam, ꝙ venit restrictiuè ad uerbum, vacaturo, tunc posset procedere dictum Io. An. intellige qñ verbũ, vacaturo ad tuam, iũgitur dictio. alioquin, ut in terminis prædictis, quia tũc intelligitur, si non vacat ad tuã, cõferas de vacãtibus ad collationẽ alterius pertinentibus. Si verè non iungat, sed disiunctiuè ponat, ut si dicat, uolentes tibi gratiã facere de bñficio vacaturo, mandamus tali, ut tibi ɔferat beneficiũ ad suam, alioquin ad collationẽ cuiuscunque, tũc nõ posset conferre de pertinentibus ad collationẽ aliorũ, nisi qñ non hr̃et cõferre de
3 suis, sm̃ Do. † Cogita, qa tenendũ vr̃ qd̃ dicit hic Io. An. Nam
b dictio, alioquin, ᵇ hẽt respicere primã vacaturã, & sic ordinẽ uacandi, nõ aũt ptãtem ordinẽ cõferẽdi, ut colligit ex tex. hic, qa uerbũ ad collationẽ importat uacationẽ. i. q̃ primo uacauerit. Sed qñ nõ possit apparere de ordine uacandi, qa plura bñficia simul uacauerũt, tũc est qd̃ attendit ordo scripturæ, & posset pcedere qd̃ s. dicit Do. In gl. 2. in fi. rõ est, qa qd̃ cõe est epo cũ alio, eps suũ dicere non põt. ff. de au. et ar. leg. l. Quintus. et Papa nõ expresso nõ intẽdit p̃iudicare, uel nouã formã dare, et per hoc rñdet ad c. dilectus. s. de offic. leg. sm̃ Ioan. de quo j. In

ADDITIONES.

a Vinc. God. Alternatiua resoluitur in coniunctam ex mente disponentis, & ratione absurdi euitandi. Paris. consi. 44. nu. 10. lib. 1. & aliquando alternatiua significat ordinem. Ruy. consi. 69. nu. 4. lib. 3.

b Cel. Dictio, alioquin. Tu dic, ꝙ ista dictio non solum facit orationem conditionalem, sed in seipsa orationem continet, & inducit conditionem contrariam dispositioni præcedenti, & exponitur alioquin. i. si prædicta non fuerint, ut no. Bar. in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infe. & in l. elegan. §. pecum si. per Bar. alle. ff. de dolo. plenis. per Bal. in l. j. col. 5. versi. quarto quæro. ff. de condi. & demon.
Adde de ista dictione, alioquin, Ias. in §. in personam. nume. 8. & 23. Inst. de act.

In glo.4.in fi.idem Arch.In glo.in ver.simul.in prin.& procedit iste tex.siue simul vacent, videlicet tpe datæ, siue post datã, ſm Archi.& Io.An.qui dicunt, ꝙ si scribatur epo de bñficio ad eius collationẽ spectante, & vacent simul tria bñficia, & eps oĩa alij conferat, ꝙ solum vltimũ euincitur, & vltima collatio tractabitur.& est rõ, quia eps erat astrictus ad vnã dimittendã, poterat ergo dimittere quã volebat.l.plerunque.ff. de iure do. & sic duo prima fuerunt rite collata.& facit quod no.j. e.si pluribus.in ver.elegerit.qđ limitat hic Do. qñ esset apposita clausula proprij motus, qa tunc dẽt dimittere bñficiũ maioris valoris, vel illud qđ optauerit ille pro quo scribitur, vt hr̃ in ca.si pluribus. Scđo limita, nisi esset apposita cła acceptandi intra mensem, & cum decreto, qa ordinarius non posset intra mensem conferre, & tollere illi optionẽ, vt in cle.j. de cõces.pben. ſm Dñi.Regulariter ergo dicto casu vltimũ bñficium, qđ vacauit, poterit vẽdicari. facit in simili qđ dr̃, qñ excedit modus in donatione facta per patrẽ in pіudiciũ filiorũ, vel per prelatũ in pіudiciũ ecclesiæ, qñ plures donationes facit: nã per vltimam insurgit inofficiositas, & illa tm̃ reuocatur, & non aliȩ pcedentes.de pla.no.in c.cæterum.s.de dona.& de pr̃e no. in l.j. C.de inoffi.dona.& in l.Titia.§.Imperator.de leg.2.secus tñ est in falcidia detraheda, qa licèt p p vltimũ legatũ falcidia immineat, tñ non ex illo solo, sed ex oĩbus dẽt detrahi.& rõ, qa in legatis oĩa codẽ tpe ɔfirmant.s.per mortem testatoris. l. si seruus cõis Meuij.de sti.ser.Idẽ intellige vbi apparet de prioritate, vel posterioritate collationis, sed si non appareret, sed eodẽ tpe sunt factæ, tunc cũ eps oĩa ɔferẽdo deliquerit rõne talis delicti dat ptãs aduersario, seu illi impetranti quã voluerit ecclesiã vendicare, quia si hoc operatur negligentia, fortius delictũ, vt in d.c. si pluribus.& s.de cõces.præbẽ.c.2. & in l.cũ quidã.de le. 2. Et pdicta pcedunt qñ simul vacant, sed si successiue, tunc primũ debet, vt est tex.hic.& illud solũ afficitur, & eius collatio non valet, vt hic.& in d.c.dilectus.el 3.s.eo.In gl.in ver.ordinẽ.in fi. vbi de hoc in 4.gl.& ibi per Io.An.& dicit hic Io.Mo.& Ioan. An.rıᷓiter, ordinẽ non esse spectandũ, vt l.nec ordo.ff.de sol. & l.cũ pater.§.fidei tuæ.de leg.2.qđ limita primo, qñ ex ordi-
a ne euitatur dispendiũ, ut l.quoties.hic allegata. [a] Scđo limita, qñ ex ordine tollitur suspicio indebitȩ gratiȩ.l.gñaliter.§.quis ergo.ff.de fideicom.li.Tertio limita, vbi si nõ seruaretur ordo, fieret indebita exoneratio, & ius alterius læderetur, vt est tex. hic.Quarto limita, qñ esset materia in qua ex prioritate tẽporis inducit prærogatiua iuris.l.si duas.ff.de excu.tut. & ibi per Bal.& no.in c.duobus.s.de rescri. eo. li. Quinto limita in diuinis, vt de cõsecra.dist.2.in Christo pr̃.& ibi p Arch. Sexto limita, nisi in dubio, & qñ dubitaret, tunc enim ordo scripturæ attẽditur, & ex ordine pſumitur voluntas, vt l. Gallus.§.j.ff.de lib. & posth.& l.hæredes mei.§.fi.& d.l.quotiens. & l.si seruus cõmunis.ff.de stip.seruo.Septimo limita, qñ ipse ordo hr̃et in se rõnẽ, & statuentis voluntatẽ, vt d.c.cũ dilecta.& per Bal.in d.l. si duas.Et dixit hic Io.An.ꝙ est via brocardica.& p p hocglo. no.in ver.existat in c.j.s.de iura.calum.eo.li. dixit nunq̃ ex ordine scripturæ esse licitum arg. qñ in iure ɔ̃rium reperiret expressum.& vide no.per Bal.in j.cõstitutione C.§.quib. [b] In gl.
b fi.ibi, se exonerare.supple & aliũ onerare, qđ fieri nõ dẽt, vt l. 3.in prin.ff.de eo qđ cer.lo.ſm Arch.& Io.An. In ead.glo.in fi. Idem Arch.volens hunc tex.& hanc glo. pcedere, qñ beneficiũ qđ primo vacabit, vel bñficia simul vacantia spectabãt ad collationẽ illius vel illorũ diuisim, & per se.vnde punctari dẽt tex.post verbũ, spectantia.& ante verbũ, simul: secus si spectarent simul ad collationẽ istorũ grauatorũ, quia licèt Papa scriberet, ꝙ puideat de bñficio spectante ad collationẽ suã, vel alterius, si vacat beneficiũ spectans ad collationẽ pariter vtriusque, de tali bñficio non debebit prouideri, cũ in executione mandati Papa velit solũ alterũ grauare, non vtrũq;: als nõ esset dr̃ia inter cõiũctã uel disiũctiuã, & an scribat simpł r, uel cũ cła, cõiter, uel diuisim, qđ est falsum, ut j.eo.titu.c.fi.Nec ob.re gu.plus.& reg.in toto.j.eo.lib.per quã videbat, ꝙ si Papa intendit grauare quẽlibet insolidũ, fortius quẽlibet pro parte, quia pdicta non hñt locũ, vbi attendit forma mandati, vt est hoc casu, vt no.j.eo.titu.cui de non.& in dicta reg.plus.ſm Io.An.pro quo facit tex.hic.ibi, ꝙ a te.quasi velit, ꝙ in tali forma includat solũ beneficiũ spectans ad illius collationẽ, nõ cõe, ſm Domi. & Io.de Lig.dicentẽ fortius hoc idẽ pcedere, qñ bñficium vacans spectat ad collationẽ illius pro quo scribit, & alterius tertij, eadem rõne.& facit c.cũ in illis.in fi.j.eo.ſm Do. † Ex quib.
4 oĩbus infertur, ꝙ in mandatis alternatiua vel disiunctiua non resoluitur in coniunctam, de quo plene in l. si is qui ducenta §.vtrũ.ff.de rebus dub.per Bar.in l.cũ quidam.ff.de ver. sig.vn de si Papa concessit alicui potestatem legitimandi spurios, vel incestuosos, non cõcessit legitimare spurium & incestuosum simul.de quo per Bar.in l.2.ff.de verb.obli. & in l. si ita scriptũ. ff.de lib.& posth.& p Do.in c.at si clerici.s.de iud.& in c.p venerabilẽ.j.qui filij sint leg.& per Io.An.in addi.Spe.in rub.e.ti.


ADDITIONES.

a Id est de vsufru.legato.super uer.impedien.
b Ber.de Roma.Pro hoc vide glo.no.in d.l.cum pater.in pe.§.vbi dicitur, ꝙ et verborum conceptione, & personarum affectione sequendus uel abijciendus est ordo scripturæ.

SUMMARIUM.

1 *Impetrans debet ad minus exprimere, quòd est clericus, licèt taciturnitas sacrorum ordinum non vitiet rescriptum.*
2 *Papa si mandat alicui prouideri simpliciter de beneficio, intelligitur de primo, non autem de secundo.*
3 *Præbenda instituta pro canonico si conferatur, an intelligatur etiam collatus canonicatus.*
4 *Negligens quis dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*
5 *Aequitas de iure est tenenda.*

CAP. XI.



SI clericus. Soluit duos casus dubios circa illum qui gratiam prosequi negligit.& primo primã rõnem subdens ibi, cũ facta. secundo scđam ibi, verũ. rõnẽ diuersitatis interserẽs ibi, tunc: cum determinat ibi, dũmodo, & declarat ibi, & eidẽ,
1 & decretũ apponit ibi, als facta, ſm Io.An. † No.j. ꝙ licèt defectus sacrorũ ordinũ, & eius taciturnitas nõ vitiet literas ad bñficia, nec subreptionẽ inducat.s.eo.ti. si clericus. ipse tñ impetrãs beneficiũ debet ad minus exprimere, ꝙ sit clericus, ut hic & facit quod no.in c.postulasti.& c.cũ adeo. & ita per glo.s.de
2 rescrip.& de transa.c.ex literis.†In tex.ibi, aliam.no.ꝙ si mandatur alicui simpł r prouideri de bñficio, intelligitur de primo, nõ de secũdo.sic s.c.proxi.ex quo no.ꝙ dispositio simpliciter emanans intelligitur de primo actu.facit c.non põt.j. eo.& l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.si. Vlti.no. & ita alle. ꝙ propter negligentiã gratia extinguitur, in tm̃ ꝙ non reuiuiscit. ex veteri iure, sed ex nouo sic.l.cũ seruus. ff. de adi. leg.& s.de renun.ex transmissa.ſm Arch.& Ioan.And.& dicit hic Lap.ꝙ gratia fortius extinguitur rõne doli, vt est si impetrans sciẽter facit sibi cõferri præbendã alteri debitã.ad hoc j.eo.ti.c.cũ qui. & c.si bñficia.& per gl.in c.cũ ſm.& c.inter cætera. in fi.s.eo. In gl.2.in prin.vide de alijs formis, qđ no.j.de ɔces. pben.in c. si solum.in prin.& dixit hic Arch.& Io.An.in tm̃ formã mandati esse seruandã, vt j.eo.cui de nõ. ꝙ si fieret in forma, de qua hic, ẽt si non sit adiectũ illud verbũ, postea, per tex.tñ non poterit executor anteq̃ vacet pbẽda cõpellere canonicos, ut impetrantẽ recipiant in canonicum, cum ordo scripturæ debeat
3 in pdictis attendi, vt s.in c.pxi.† Sed quid si cõferatur pbenda vacans instituta pro canonico, an intelligatur collatus ẽt canonicatus. [a] Arch.& Io.An.tenent ꝙ sic, per respectũ quẽ hẽt pbenda ad canonicatũ, cũ ex eo procedat & pro eo instituta sit. tutius tñ esset si prouisor dicat, cõfero tibi pbendã cũ plenitudine iuris canonicatus.s.de cõces.pben.pposuit. & facit quod no.Io.An.post Cõpo.in c.cũ M.s.de cõsti. super glo. vnde eis. Et ex his infertur, ꝙ receptio de qua hic in facto cõsistit, cũ ex collatione pbendæ sit canonicatus, ſm Arch.& Ioã.An. & ita sequitur Io.de Li.& Lap.j.eo.ti.si postq̃. sed Imo.& Pe.de Ancha.tenent ɔ̃rium de iure, quia licèt canonicatus & pbẽda habeat quandã cõnexitatẽ, tñ sunt diuersa & vnũ ɔferri põt absque altero, & p solã collationẽ pbendæ vacãtis, nõ vr̃ collatus canonicatus, vt est tex.hic.facit c.cũ ecclesia.j. eo. ti. nec pbat iure, ꝙ ex collatione pbendæ videat collatus canonicatus, licèt in practica seruet qđ dicit Arch.& Io.An.Sed certe ẽt de iure pcederet eorũ dictũ, loquendo de præbenda instituta p canonicatu, ut pbat in c.puenit.el 2.in fi.s.de app.vbi patet, ꝙ sola cõcessio præbẽdæ habet vim collationis, ẽt canonicatus. facit ẽt tex.in c.pposuit.s. de ɔces.pb. vbi nõ facta mẽtione canonicatus fuit quis solũ de præbẽda inuestitus.& d.c.cum ecclesia.nõ ob. quia non loquitur de pbenda instituta pro canonico, sed pro epo.& idem si præbenda esset deputata pro laico, vt no.s.de

ADDITIO.

a Cel.Etiam canonicatus.Adde Car.in cle.fi.col.2.de rescri.& Gemi.hic.nu.3.& quod ibi notaui in apost.ad eum.in ver.etiam canonicatus & Fed. de Senis.consi.209.
V.G.Nota, ꝙ præbendæ appellatione veniunt omnia beneficia.Fel. in c.postulasti.col.9. versi. tertia conclu. de rescrip. An autem præbenda sacerdotalis possit conferri ei qui non est actu presbyter, sed in potentia, ponit Decius consi.129.col.2.& 3.in fi.cum seq.

de magistris.quia nonnulli.vnde tex.in d.c.cū ecclesia.non facit pro,cum prohibeatur ibi illa ɔferre,ne canonicorū numerus amplietur,quasi ex eius collatione videatur ɔferri canonicatus & numerus ampliari,& pro hac parte facit c. super eo.s. eo.vbi nomen p̄bendæ compræhendit canonicatū, & p̄bendam,ideo ea collata vr̄ canonicatus collatus, f̄m Do.& ita vr̄ velle Rota in decisi.457.quæ incipit,Item quæritur. Et hoc ita vr̄ tenere glo.in d.c.proposuit.& Imo.ibi super glo.in ver.irritauit.ponens quid eē,an per collationē canonicatus videat collata præbenda?de quo ibi plene per eum.& dicetur j.eo. in c.si postq̄.Pro quo ēt facit,quia licēt præbēda sit accessoria,& minus digna,tn̄ cum veniat in consequentiā, ea collata vr̄ collatus canonicatus,cū volens ɔ̄ns videatur velle antecedens, vt l. ad rem mobilē.& l.ad legatū.ff.de ꝓcura.& l.illud.ff.de acqui.
4 hæred.vt no.in c.ex ore.s.de his quæ fiunt a ma.par. ca.†In gl. in ver.negligenter.in fi.no.glo. & semper allegatur,ꝙ iudicis arbitrio relinquitur,qn̄ quis dicatur negligens. de quo ꝑ Lap. & Do.in c.tibi qui.s.de rescri.eo.lib.& per Io.An. in c.capitulū.super glo.& ita.s.de rescri.Est tn̄ necessariò ante oīa probādum de scientia,vt si dicatur quis fuisse negligens, f̄m glo.no. in c.statutū.s.eo.Qn̄ verò dicatur quis habuisse scientiā præbēdæ vel beneficij vacantis,vide in cle.j.in fi.j.de cōces. p̄ben.& ibi per glo.& per Rotā in deci.263.quæ incipit, Itē si p.p.In rescriptis verò ad lites per quantū tp̄s inducatur negligētia, no. in c.plerunq;.s.de rescri.In glo.in ver.aliam.ibi,possum petere pro quo facit tex.hic ibi,qn̄ vacat.id est quandiu vacat, petere negligēter omittat.& ita sequitur hic Arch.& Io. An. ꝑ no. per Host.in c.capitulū.s.de rescri.vbi dicit,ꝙ si prius est prouisum secundo,obstat tunc exceptio primo impetranti, vt in d. c.tibi qui.sed si re integra reclamat, auditur, & sufficit ꝙ petat anteq̄ sit collata secundo. Et si eo agente & petente cōferat alteri,collatio esset nulla, & non reconualesceret talis collatio per subsequentē negligentiā.ar.c.auditis.s.de elec.& reg. non firmatur.j.e.li.dēt enim ꝓcedere negligentia impetrantis collationē alteri faciendā,vt sic valeat.Sed Lap.in d.c. tibi qui.tenet negligentiā impetrantis ipsum excludere anteq̄ alteri fiat collatio,& ideo si primus fuit negligens de cætero illā petere non pōt:imò debetur scd̄o impetrāti, vt in d.c.tibi qui.in fi.& hic no dēt sumi ar.a ɔ̄rio sensu, ex quo reperit ɔ̄rium exp̄ssum in d.c.tibi qui.vt voluit glo.no.in c.i.s.de ęta.& qual.eo. li.nec ob.c.si tibi absenti.hic alle.quia loquitur in collatione, in qua hr̄ plus iuris, & est fauorabilis: secus in impetratione quæ est odiosa,vt.s.eo.q̄uis.f̄m Lap.& Io.de Lig.in d.c.tibi. Sed Imo. & Do. ibi dicunt dictū Lapi ꝓcedere qn̄ in ecclesia illa fuisset secundus impetrans:aliàs si nō erat alius impetrans procedat glo.hic,& dictū Io.An.& Arch.volentiū, ꝙ si non fuit deuentū ad collationē,possit ipse impetrans p̄bendā petere & obtinere,licēt fuerit in notabili negligentia, & nō expirat officiū executoris ante collationē alteri factam, quasi velit iste tex.ꝙ nunq̄ dicatur quis esse in notabili negligentia, nisi post colla. alteri factam:intelligendo qn̄ in ecclesia non esset alius secundo impetrans.& vide glo.in ver. negligentiā. in fi.& per gl.in ver.intra mensem.in cle.j.de cōces.p̄ben. Sed aduerte,quia verū vr̄,ꝙ ordinarius possit eidem volūtariè cōferre si velit, si nō sit ibi secundus impetrans,tn̄ qn̄ fuit in negligentia vr̄, ꝙ eam ab executore petere nō possit,nec ab ordinario,vt sic ex debito teneat cōferre vigore ipsius gr̄æ q̄ est extincta per negligentiā,vt ꝓbat tex.hic, qui loquit̄ de negligentia qn̄ vacat p̄bēda, & tp̄e quo vacat, nec requirit tex. ꝙ negligentia ꝑficiatur per collationē,imò per negligentiā extinguit̄ gratia, nō per ipsam collationē,vt patet ex tex.ibi, cū facta &c. p̄terea tex. hic ibi, nec tu,esset superfluus,cū tunc per ipsam collationē extinguatur gr̄a,qd̄ tex.hic non dicit, & q̄a tex.hic frustra q̄reret,an ipse executor posset eā cōferre si ea fuisset collata.Sed dic,ꝙ tex. loquit̄ de scd̄a,an possit ꝓuidere de secunda,q̄a p̄supponit primā fuisse collatā,vt patet ex tex.vide tn̄ per Lapū & Do.hic in fi.& in cle.vnica.j.de cōces.præbē. In ea.glo. in fi. Quid aūt de habente gratiā cum p̄tāte acceptandi b̄n̄ficiū intra mēsem, an poterit post mēsem acceptare adhuc vacantē?vide no.per Rotā in deci.328.q̄ incipit,Item ꝙ h̄n̄s.& ꝑ glo. in ver.intra men-
5 sem.in d.cle.j.de cōces.p̄ben.†In gl.in ver.extincta,in fi. q.cq d putauerit magis æquū de iure est tenendū, ꝓut dicit ista gl.in prin.vt hodie est diffinitū hic in tex. per q̄nē tex. dicit hic Ioā. An.tolli qd̄ no.in c.relatū.s.eo.tit.vt ibi per Io. An. in gl.dicit Inn.videlicet de illo primo,cuius p̄benda tenet per f̄m, & primus execrando litē ɔ̄sentit suo ordine h̄re aliā uacaturā, ꝙ illa sibi debeat,cū nulli fiat p̄iudiciū:nā hoc est falsum, vt est tex. hic.Sed licet executor nō possit prouidere de illa præbēda, an possit facere illū recipi in canonicū? Lapus hic,ꝙ non,q̄a primo dēt ꝓcedere collatio p̄bendæ,ut s.in tex. & q̄a gratia totaliter est extincta:vnde p̄tās executoris nō durat, cū veniat accessoriè,& nō principaliter,ut in c.si super gr̄a.hic alleg.secus in casu §.sequentis,vbi pōt se intromittere de receptione in canonicū, s̄ nō de collatione p̄bendæ & receptione ad eā,& ita sequitur Io.de Lig.Sed Io.de Fan.ɔ̄.quia in hoc casus sequens nō differt ab isto,& esset ɔtra tex.ibi, ab initio &c.quasi secus post negligentiā. Quare debet intelligi dictum Lapi de exceptione facti post collationem canonicatus,secundum Domi.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus quis esse potest sine præbenda si sit in spe.nu.2.*
3 *Papa si mandat alicui quòd prouideat impetranti de beneficio spectante ad eius collationem, debet etiam ei prouideri de beneficio spectante ad collationem Papæ.*

Verum. No. j. ꝙ licēt quis ex negligentia ꝑdat p̄bendā sibi debitā,nō tn̄ perdit ius canonicatus a principio acquisitū,q̄a negligentia in vno nocet in altero:secus si fuisset negligēs in canonicatu,ut hic colligit̄,& in glo.in vers.
a officijs.de quo j.[a] † Scd̄o no. ꝙ pōt q̄s esse canonicus sine p̄bē-
1 da,nō tn̄ sine spe, cū expectet,ut in c.relatū.s.e. & j.e.c. si postquàm.qd̄ intelligit Lapus,nisi fuerit in dolo, ut q̄a sciēter fecerit sibi ꝓuideri de ꝓbenda ad aliū spectante. arg. c.eū qui.j.eo. q̄a tunc rōne doli est sine spe.facit regula dānum.j.eo. li.& ita posset limitari d.c.relatū.& d.c.si postq̄.f̄m Dom. Tertio no.ꝙ si non pōt pareri in totū mādato,est parendū pro ea parte qua pōt,cū hic fuerit executū mandatū in canonicatu,& nō in prebenda.& ex hoc tenuit Lap.in sua alle.14. circa fi.ꝙ si mandat̄ ꝓuideri de canonicatu & p̄benda,cū uacauerit, licēt nō possit ꝓuideri de p̄benda,q̄a nō sit ibi numerus p̄bendarū, debebit tn̄ prouideri de canonicatu, & hēbit portiones vnà cum alijs.
b Quarto no.ibi, poterit prębendā aliā &c.ꝙ exclusus [b] a prosecutione sui iuris ex iure sp̄āli,poterit ad id admitti ex iure cōi, qn̄ non est extincta res,cuius de cā cōpetit tale ius, qd̄ inducit hic Domi.ad id qd̄ tenuit Io. Cald.in sua q. ꝙ negligēs petere apostolos intra tres dies sibi assignatos,licēt sit exclusus a ꝓsecutione illi[us] appellationis,tn̄ poterit iterato appellare, ex quo restat aliq̄d de decē diebus datis ad appel.& facit qd̄ p̄tās executoris nō extendit̄ ad nō cōpræhensa in l̄ris, f̄m ordinē, &
c formā ipsius mandati,ut per Io.An.s.in prin. huius c. [c] Ideoq; si h̄n̄s mandatū nō exequat̄ onus ꝓuidendi de p̄benda,spectat ius ad ordinariū collatorē, an tn̄ iste ordinarius ɔferens p̄bendā de qua hic in defectū executorū,dicat̄ cōferre ut ordinarius vel delegatus?Guil.in extrauag.sedes apostolica. in gl. mag.in fi.tenet, ꝙ ut sp̄ālis delegatus siue executor Papæ, & sic ad Papā esset appellandū, cū ex collatione Papæ canonicatū obtineat,pro cuius dicto facit de rescri.l̄ras.Sed in ɔ̄rium facit, f̄m Do.q̄a iste hēt iurisdictionē a lege, ergo in dubio est ordinaria,ut no.in c.cū ab ecclesiarū.s.de offi.ordi. & q̄a ubi ordinarius aliq̄d supplet in defectū delegati Papæ, illud facit ut ordinarius,ut in c.significauit.s.de offi. ordi. & ita est hic f̄m eum. Sed certe, ꝙ ut delegatus, q̄a in tali p̄benda dēt iste cæteris anteferri,qd̄ esset si iure ordinario deberet ɔferri. In gl.in uer. effectus,in fi.ergo hēt locū iste tex.in eo qui ɔsecutus est canonicatū a Papa,uel a delegāte,seu executore Papæ,imò ēt in eo qui effectus est canonicus a legato de latere vigore suæ legationis sub expectatione p̄bēdæ, dūmodo nō sit alius expectās
2 auctoritate Papæ,ut j.c.ꝓx. f̄m Lap.†In gl. in uer.negligentiā, in prin.qn̄ tn̄ illa p̄bēda sibi debita iterū uacaret, posset tūc petere,ꝙ sibi ɔferat̄,sicut petere posset de alia p̄bēda, ꝓut hic dr̄ in tex.ut hic per Lapū. qui tex.an hēat locū qn̄ debebat̄ certa & exp̄ssa p̄benda,& sic uacatura in specie,nō in gn̄e,& quid si debebat̄ p̄benda uacatura per mortē talis, an si est negligens in illa,possit postea aliā petere, dato ꝙ sit canonicus effectus? dic per Lapum,& Do.& facit quod no.in c.ei cui. in prin.per Ioan.An.j.eo.no.Specu.in titu.de probatio.§.j.uer.quid si pars agri.& in c.ueniens.el 2.s.de testib. In ead. glo. in fi.uoluit hic Lap. quòd si talis prębenda non sit alteri collata, quòd is ad quem spectat, poterit ex sua liberalitate conferre negligenti, sed

ADDITIONES.

a Et etiam secus,si ipsa præbenda connexa esset canonicatui, quia tunc negligētia in vno bene noceret in alio,ut in l.fi.C.de his qui à non do.manu.sunt.cū si.ibi notatis.
V.G. Adde, ꝙ negligens in vno actu non facit sibi in sequēti actu præiudiciū, ut tradit Ruy.consi.50.nu.10.lib.5.
b V.G.Nota,ꝙ exclusus ab actione, intelligitur etiam exclusus ab exceptione. Ruy.consi.37.nu.5.lib.5.
c Pro quo vide quod hic notat Domi.& quod no.in c.pen.de offic.deleg.

sed de necessitate non tenet de illa neglecta ꝓuidere, sed de alia, vt hic plene per eum. & in cle. vnica. de cõceſ. ꝑbẽ. pro cuius dicto facit finis huius c. vbi decretũ apponit super alia, nõ super neglecta, ſm Do. Sed certe ẽt de necessitate tenet ꝓuidere ipse executor de illa neglecta, ex quo alteri collata nõ fuit, & ita vult finis istius gl. & Io. An. ꝫ. in prin. dummõ nõ sit alius expectans auctoritate apostolica, vt dictũ fuit. & facit gl. j. j. ꝓx.

3 † In glo. in ver. spectat, in fi. no. ex glo. ꝙ in mandato Papæ ad collationẽ alterius includit ẽt illud qđ spectat ad eius collationẽ de iure spãli, ſm Do. de quo s. eo. c. quãuis. & plene in cle. si de beneficio. j. eo. In glo. fi. in prin. remaneret tñ sibi ius saluũ in tertia ꝑbenda vacante, ẽt cum effectu decreti, ſm Archi. & Io. An. Et aduerte, ꝙ aliqñ mandat prouideri de ꝑbenda, & postea de canonicatu, tunc propter negligentiã in ꝑbenda perdit non solũ gratia in ꝑbenda, sed ẽt in canonicatu, vt hic in prin. Aliqñ mandat prouideri de certo canonicatu, & postea de ꝑbenda, tunc per negligentiã in canonicatu expirat gratia, puta secundus cõsequitur talẽ canonicatũ, eo sciente & patiẽte, qđ secus si mandet ꝓuideri de canonicatu incerto, q̃a negligentia non ꝑiudicat, nec secũdus eidem prẽferretur, licèt in canonicũ prius recipiatur. facit c. eum cui. s. eo. nec ob. tex. hic, & in c. tibi qui. nam non loquitur de canonicatu, sed de ꝑbenda. Si verò mandetur prouideri de canonicatu incerto, & postea de ꝑbenda, tunc si ille pro quo scribitur non fuit negligens in canonicatu, ut quia per tale mandatũ fuit receptus, sed fuit negligens in ꝑbenda, & hẽt locũ tex. hic, in §. verũ. aut fuit negligentia in ipso canonicatu, non aũt in ꝑbenda, ut quia nõ vacabat, & tunc negligentia non ꝑiudicat, vt s. aut fuit negligens in canonicatu, & ꝑbenda, ut quia tunc uacabat ꝑbenda, & sibi ꝑiudicat in canonicatu, & ꝑbenda, cum nec illam, nec aliã possit hẽre. ad hoc j. q. j. sunt quidam. quod ꝓcedit qñ cũ illo ꝯcurrit secundus impetrans, ut d. c. tibi qui. ſm Lapũ, qui hoc vr̃ hic uelle. de quo hic plene per Do. In ea. glo. in fi. uide gl. s. in uer. dũmodo, licèt alijs uerbis utatur, de quibus hic per Domi.

SVMMARIVM.

1 *Approbati a maiori parte sunt præferendi approbatis ab inferiore, licèt recepti ab inferiore præcedant tempore.*

2 *Legatus Papæ potest compellere canonicos, ut recipiant illum pro quo præbendam reseruat in canonicum, etiam antequàm præbenda vacet.*

3 *Impetrans a Papa est potior in iure omnibus alijs, licèt sit tempore posterior.*

4 *Receptus auctoritate legati qui ad hoc habet speciale mandatum, videtur receptus auctoritate Papæ delegantis.*

5 *Legatus si facit aliquem recipi vt legatus, an videatur receptus auctoritate apostolica.*

CAP. XII.

SI qui. Receptus auctoritate Papę, ẽt ad mandatum alterius, ꝑferendus est alijs in ꝑbenda. h. d. uel sic. Receptus auctoritate Papę prẽfert in ꝑbenda postea uacante oĩbus receptis auctoritate inferiorũ. h. d. Et primo diffinit de prẽrogatiua receptorũ, secundo de ipsorũ qualitate. ibi, eũ quoque.

1 † No. j. receptos uel approbatos a maiori seu digniori debere prẽferri omnibus receptis, & approbatis ab inferiore, dato ꝙ ab inferiore recepti

a tpe prẽcederent, quod inducit hic Io. An. ad milites, [a] seu doctores si quẽratur de eorũ prẽrogatiua, de quo uide in c. statuimus. & c. per tuas. s. de maio. & obe.

2 † Secundo no. ibi, legatorũ. legatum Papæ posse compellere canonicos, ut recipiant illum in canonicũ, pro quo prẽbendã reseruauit, ẽt anteq̃ prẽbẽda vacet, ſm Do. Aduerte tñ, quia licèt hic probetur, ꝙ auctoritate legati possit canonicus recipi anteq̃ præbenda vacet, non tñ probatur, quòd canonici possint ad hoc cõpelli: possunt. n. si volunt, sed an inuiti cogantur, uide no. in c. si eum. s. eo. titu. Tertio no. ibi, receptis antea. ꝙ anteq̃ ꝑbenda vacet, possunt recipi canonici vltra numerũ, non solũ auto. Papæ, sed aliorũ, de quo in d. c. si eum. sed an habeant tunc uocẽ in capitulo, & distributiones? Arch. hic, ꝙ sic, de quo per Io. An. in c. cum M. s. de consti. in glo. hic ponit. & in c. transmissam. s. de elec. In gl. j. in prin. & per Spe. in titu. 2. §. nunc tractemus. ver. de illo.

3 † In glo. 2. in prin. patet ergo, ꝙ habens gratiam a Papa, licèt in tempore sit superior, tñ in iure est potior omnibus habẽtibus gratiam ab inferiore, licèt prioribus in tpe, quod ꝓcedit in iure ad rem ut hic: secus est de iure in re, ut j. e. ti. si a sede. nam si appareret de prioritate ꝑferretur prior in tpe habẽs ius in re, dato ꝙ haberet gratiam ab inferiore, ut ibi. & per glo. in c. 1. in fi. s. de offi. lega. eo. lib. Et uide hic per Archi. & Io. An. rationem quare habens causam a Papa in terminis huius c. præferatur omnibus prioribus in tpe, & dicunt quod ideo est, q̃a dare ius ad uacaturam est prohibitum. s. de conceſ. præben. c. 2. cui consilio per legatũ vel capitulum non potest prẽiudicari. s. eo. titu. dilecto. solus ergo Papa qui consilijs non ligatur. s. de ele. significasti. potest dare ius ad uacaturã, ut in c. 2. s. eod. Dat autẽ hoc ius cum uacabit non obstante numero. Et si dicatur, ꝙ ẽt legatus dare potest ius ad uacaturã, cũ possit reseruare beneficia uacatura, quæ reseruatio adeo afficit, ꝙ non ualeret postea collatio alteri facta, ut in c. 3. & 4. s. de offi. le. eo. lib. nam legatus hoc facit ex constitutione papali, & fortius afficit & plus durat reseruatio Papæ q̃ legati, quia licèt reseruatio legati afficiat ordinariũ, non tñ ualet ꝯ Papã uel habentẽ causam ab ipso, ẽt post, ut hic in prin. tex. quasi Papa legatos non priuilegiauerit ꝯ se. s. de censi. cum instantia, de quo hic per Arch. & Ioã. An. ut hic plene per eos. quæ dicta tene menti. Ad c. si a sede. j. eo. uide j.

4 † In glo. fi. in prin. no. ex glo. ꝙ receptus auctoritate legati habentis in hoc a Papa spãle mandatũ, vr̃ receptus potius auctoritate Papę delegantis, & sic apostolica, q̃ auctoritate legati, quod procedit qñ cõstat, ꝙ ut delegatus Papæ mandauerit, hoc expſſo. Sed in dubio qua auctoritate ꝑsumatur mãdasse? Io. de Lig. hic tenet ꝙ ut legatus. per no. in c. mandatũ. s. de rescrip. & per glo. in uer. testari. in l. pro hærede. ff. de acqui. hę red. & in l. j. ff. de iudi. & ita vr̃ velle Pe. de Anch. & facit quod no. per Ioan. An. in c. si postq̃. s. de elec. eo. lib. ſm Do. dicentẽ prædicta procedere, quando uirtute legantis tale quid fieri poterat, alias uidetur factum, ut a delegato Papę, ut probatur in c. nisi. s. eo. titu. in c. cum aliquibus. s. de rescri. eo. li. & ibi uide plene de hoc. Quando uerò legatus mandasset aliquẽ in canonicũ recipi auctoritate qua põt. dic ꝙ si in mãdato narret se legatum, & vr̃ auctoritate legati mandare, vt s. Sed si narraret se legatum, & delegatum simul, & dicit auctoritate qua potest, tunc in his quæ facere non posset, vt legatus, iudicatur facere vt delegatus, vt sic res potius valeat q̃ pereat, vt in c. abbate. s. de verbo. signi. imò etiam si solum narret se legatũ, adijciendo tñ illa verba, quòd faciat auctoritate qua põt, semper videt facere vt delegatus, qñ alias illud facere non posset vt legatus, vt tenet hic Io. de Lig. & Io. de Fan. & facit quod voluit Imo. in c. cũ ex officij. s. de prẽscri. & Spe. in tit. 2. §. sequitur. ver. quid si eps̃. & Io. And. in c. ꝙ clericis. s. de fo. compe. in j. gl. & in d. c. si postquã. & ꝑ Lapũ in c. q̃uis. s. e. Si verò mandat aliq̃d quod põt virtute legationis, & adijciat, auctoritate qua põt, & tũc vr̃ vt legatus, & non vt delegatus facere, sicut qñ simpliciter mãdaret, vt s. ſm Io. de Li. & Do. Sed Ioã. An. ꝯ, in d. c. si postq̃. & Lapus in d. c. cũ aliquibus, vt in dubio, ex quo põt videat facere potius vt delegatus, & sic auctoritate apostolica, pro quo glo. vi hic iuncto tex. & c. si a sede. s. eo. quia acceptando mandatũ videtur eius vigore facere, vt d. c. cum aliquibus. & in clem. 1. de procura. secus tñ esset si mandatum non acceptasset. In ea. gl. ibi, sed ꝯrium est verum. no. ex glo. 1. ꝙ in receptis auctoritate apostolica prẽfertur qui est prior in tpe. sic s. eo. c. si eũ. & c. is cui.

5 † Secundo no. ꝙ si legatus facit aliquem recipi vt legatus, tunc non dicitur receptus auctoritate apostolica, ideo est ꝙ receptus in tpe præceptus auctoritate apostolica, dato ꝙ sit posterior in tpe prẽfert tali recepto auctoritate legati, vt hic in tex. Tertio no. ꝙ si legatus facit aliquẽ recipi, vt legatus, tũc receptus vt a delegato Papæ esset potior. s. de offi. le. studuisti. ſm Io. An. ẽt si ipse legatus faceret, & non solũ in præbenda postea vacãte, ut hic in tex. sed etiam quod fieret collatio, vt voluit Ioan. Cal. in con-

b sil. 8. huius ti. dicens, quòd si legatus [b] auctoritate apostolica posset conferre etiam beneficia, & ipse auctoritate legationis reseruauit vnum beneficium pro Titio, & postea illo vacante illud contulit Petro auctoritate apostolica, & nihilominus Titius fecit illud sibi cõferri per suũ executorẽ, ꝙ tunc ꝑualet collatio facta Petro, nõ obstante reseruatione & collatione facta Titio virtute legationis. & de hoc dicit eẽ casum hic in primo & scđo rñso simul iunctis, q̃a si sola receptio facta per legatũ auctoritate Papę facit ipsũ ꝑferri receptis antea auctoritate legati in præbenda postea vacante, multò fortius hoc operabit collatio,

ADDITIONES.

a Cel. Ad milites. Adde de hoc plenissime per Lud. Ro. in l. si uerò. §. de viro. in 39. fallen. ff. solu. mat. & Alex. in l. de albo scriben. & Fel. in rub. de maio. & ob. nu. 5. col. 2. versi. miles imperialis præcedit ducalem.
V. G. Adde, ꝙ doctor dicitur nobilis. Soc. in consi. 39. perspectis. nume. 27. li. 2. & ꝙ doctoratus sit dignitas, uide Hypo. de Marſ. in repeti. l. eictum. nu. 5. de quęst. An autem doctor præferatur militi, Fely. in rub. de maio. & obed. & in c. quanto. ad fin. col. 3. ibi 3. conclusio. de magist.

b V. G. Legatus Papæ quando possit facere constitutiones in prouincia sua, & interpretari eas. Cor. consi. 121. videtur. litera c. lib. 3.

collatio,ſm Io.Cal.ibi, & tenet hic Do.in fi. Tu aduerte,quia hoc procedit qn̄ tale beneficiū fuit affectū auctoritate Papę, vel qn̄ collatio facta auctoritate Papæ pręceſſit,& ſic fuit prior in tēpore,alias ſi non fuiſſet affectū & collatio facta auctoritate legati fuiſſet prior,tunc præferrentur,vt in c.ſi a ſede.j̃. eo.licèt enim prædicta haberent locum qn̄ datur ius ad rem: ſecus tñ qn̄ datur ius in re,& ſic per collationē,quia tunc in illis qui prior eſt in tēpore præfertur ēt receptis auctoritate Papæ, vt d.c.ſi a ſede.& vt s̃.dictum fuit, & intellige niſi tale beneficiū afficiatur anteq̄ vacet,vt s̃.In ea.glo.ibi,eſt eiuſdem naturæ & formę.no.ex glo.limitationē ad l.ſed ſi manente, hic alle. vbi dr̃,ꝙ prima poteſtas cenſetur prorogata per ſecundā conceſſionē.nam procedit ſi prima & ſecunda ꝯceſſio ſunt eiuſdē naturæ & formæ,aliàs dicetur noua cōceſſio. & ita tenet hic Bal. & Pe.de Anc.inducens ꝑdicta, qn̄ Papa cōcederet ordinario,vt ꝓcedat ꝯ exemptos,tunc vt delegatus, vt no.per Ioā.An.in c.ad abolendā.de hæreti. & per glo. in cle.j. de ſupplen.negli. vel vltra ēt inducit,qn̄ eps concedit vicario poteſtatē conferēdi beneficia vel inquirēdi,& ꝯrendi exceſ.vt ſit delegatus, ſm Do.de quo per Lapū in c.2.s̃. de offic.vica.e.lib.qđ inducit hic Bal.vt ſi in ꝓrogatione officij vel cōpromiſſi mutet̃ forma ipſius officij,vel aliquid addat̃,tunc nō dicatur ꝓrogatio,ſed noua ꝯceſſio,& ſic nouū officiū & diuerſum.& idē voluit in l.pe. ff.de excu.tut.& in l.ſi cōſtante.C.de do.ante nup.per hanc gl. no. & ſin. de quibus tñ vide pleniſſime per eum in l. ſi a te. C. de pac.inter emptorem.inducitur etiam hic glo.per Pe.de Ancha.& Do.quando epiſcopus concedit vicario &c.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores a Papa poſſunt concedere beneficia proprio motu.*
2 *Collatio canonicatus facit acquirere ius ad rem,non in re,ſi præbenda non vacat.*
3 *Collatio canonicatus facta per Papam afficit manus ordinarij collatoris etiam ignorantis.*
4 *Prouiſio primæ vacaturæ extendit ſe non ſolum ad vacantem de futuro, ſed etiam ad vacantem de præſenti.*
5 *Iura prouiſionis a Papa de canonicatu vel recepto eius auctoritate habent ius ad præbendam.*
6 *Collatio præbendæ facta per inferiorem vni debitæ,an ſit nulla.*
7 *Affectio præbendæ,an liget manus Papæ.*

CAP. XIII.

1 Si poſtquàm. Primò diffinit caſum. Secundò reddit rōnem. ibi, nam eo ipſo.†No.j.inferiores a Papa poſſe conferre beneficia motu proprio,in tantū ꝙ dicta clauſula poſita ab inferioribus idē operatur, ſicut ſi eſſet appoſita a Papa, vt voluit glo.no.in c.ſi.s̃.de offi.leg.eo.li. quod qualiter procedat
2 vide ibi no.†Secundò no.ibi,ius ad obtinendum &c. & ita alleg.ꝙ per collationē canonicatus acquiritur ius ad rem, nō in re,quando præbenda non vacat.ſic j̃.de conceſ.præben.c.fi. & j̃.in gl.vnde eo ipſo ꝙ quis in canonicū eſt receptus habet ius ad præbendā vacantem vel proximè vacaturā,vt hic in tex.Et procedit quod hic dr̃,non ſolum qn̄ canonicatus fuit collatus, & fuit quis receptus in canonicum,vt tenuit Innocen.in c. inter cætera.s̃.eo.ſed ēt ſi nō fuiſſet receptus, vt patet hic in tex. ſm Io.An.licèt Pet.de Anch.teneat ꝯrium,& male,in c.eū cui. s̃.eo.tit.& habet canonicus rōne iuris canonicatus ad petendū præbendā perſonalē actionem vel cōdictionem ex decre.relatum.s̃.eo.vel condictionē indebiti cōtra poſſeſſo. vel actionē de dolo.de quo plene per Io.An.in c.mandatū.s̃.de reſcr.in
3 vlt.glo.in ver.quærit Dom.†Vltimò tene menti, & ita allegat ꝙ collatio canonicatus facta per Papā afficit manus ordinarij collatoris,etiam ignorantis, & ſic effectus collationis canonicatus eſt non ſolū facere ꝙ præbenda ſit debita, ſed etiam ꝙ ſit affecta,ſm Io.An.eſto ꝙ hoc non ſit expreſſum,vel aliud decreti appoſitum,vt ēt voluit gl. in ver. canonicatum.j̃.c.proxi. Et ſic talis collatio ꝯ ordinarium habet eūdē effectū quem habet decretū Papæ,vt patet hic, & in c. ſi eo tempore.s̃. de elec.
4 eo.li.& in c.tibi qui.j̃.de reſti.ſpol.eo.lib.†In gl.3.in fi. no. gloſ. quā ſequuntur Doc.& ita allegatur,ꝙ prouiſio primæ vacaturæ extendit ſe non ſolum ad vacantem de futuro,ſed etiā ſi de præſenti.idem voluit gl.in ver.notitia. in cle.j. de conceſ. præben.& vide etiā per glo.in c.dilectus.el 2.s̃.eo.tit.ponentē,ꝙ ſi diceretur ſi qua præbenda tūc vacat,nec aliud dicitur de vacatura,an poterit vacaturam cōferre.de quo ibi per Doc. & vide j̃.in gl.pe. In gl.in ver.motu proprio,in fi. intellige ſi fit collatio primo impetrāti,& expectanti auctoritate apoſtolica:aliàs
5 ſecundo non tenet collatio,vt in c.eum cui.& c.ſi eum. in fi. s̃. eo.& in d.c.tibi qui.ſm Do. †In gl. pen.in fi. aduerte quia iura ꝓuiſores a Papa de canonicatu,vel eius auctoritate recepto habent ius ad præbendā, & ſic ad rem, vt hic in text. non tamen prouiſus,cū vacat ꝑbenda propria auctoritate ꝑipſam apprehēdere,vt patet in tex.ibi,ius ad obtinendā præbēdā, & ibi iuſte petere,non aūt habet ius in re, vt patet j̃.de conceſ. ꝑben.c.fi. & facit c.ſi tibi.j̃.eo.ſm Io.An.licèt quidam ꝯ̃,quaſi ad illum recta via tranſeat s̃.e.inter cętera.Lap.concludit, ꝙ dictū Io.An. & iſte tex.procedit, qn̄ confertur canonicatus eo tpe quo nō vacat præbenda, quia tunc poſtea requiritur collatio præbendæ.Sed ſi præbenda conſueta tm̃ cōferri canonico vacet, & ad illam vacantē recipiatur aliq̃s in canonicū, tūc talis receptus, licèt habeat ius in re, tñ nō poteſt propria auctoritate,vt vides tex.& glo.in d.c.eum qui.in fi.& ibi vide dicta in re ad præbēdam,ad quam ſic recipitur.Et ita eſt,qn̄ confertur alicui præbēda vacans conſueta tm̃ canonico conferri, talis cui præbenda confertur,ſtatim eſt canonicus, vt per Archi.in c.ſi clericus.s̃. eo.& iſtis duobus caſibus non eſt neceſſaria alia receptio, vel collatio canonicatus,vel ꝑbendę,& ita procedit opin.ꝯ̃ria,ſm eum.Sed cogita,quia in ꝯ̃rium facit c.eum qui.in fi.j̃.eod. quia non poteſt propria auctoritate appręhendi, vt ibi dicetur, qn̄ tñ eccleſia non conceditur in titulū, ſed in proprios vſus, vel in proprietatē,ſine dubio tunc non poſſet propria auctoritate poſſeſſio appręhendi, vt in c. paſtoralis.s̃. de priui.In glo.fi.in fi.Quid aūt de eo qui diu tenuit ꝑbendā, & poſtea euincit ab eo talis prębenda, & eo tpe reperitur aliqua prębēda vacans, an debeatur eidem potius q̄ alteri,pro quo eſſet ſcriptum?Archi.hic ꝙ ſic,qn̄ fuit receptus auctoritate illius,qui poteſt dare ius ad vacaturā, vt colligitur ex no.in d. c. inter cætera.de quo per Inno.& Io.And.in d.c.relatum.vbi dicit tenendum eſſe,vt habetur in c.ſi clericus.s̃.eo.Sed certe ibi loquitur in negligente:hic in probabiliter ignorante, qui præferendus eſt alijs poſtea exceptis,ēt auctoritate apoſtolica,& poterit aduocare pręœbendam ſibi debitam alteri collatam, ſicut euincitur ab eo,cū collatio minus legitima ſibi non pręiudicet.7. q̄ō.j. paſtoralis. ſaluo eo quod no.in d.c.ſi beneficia,ſm Pe. de Anch. intellige qn̄ ille ignoranter recipit pręhendā alteri debitā:ſecus ſi ſcienter,vt per Lap.d.c.ſi clericus.& in d.c.eum qui.& no.in c.cum
6 in multis.s̃.de reſcrip.eo.lib.†Extra glo.quęrit hic Arch.an collatio prębēdę vni debitę, alteri facta per inferiorē a Papa eſſet nulla,vt hic in tex.& ſi fiat collatio per ipſum Papā, non facta mentione de primo mandato.& concludit ꝙ ſic, quia talis collatio eſt ſubreptitia,vt d.c.ſi beneficia. Et non prę̃ſumitur Papa illud ius tollere,ex quo id non exprimit.s̃.de verb. ſig.dilecto. ſm Arch. quod procedit ſiue ipſe Papa conferendo vtatur verbis generalibus,puta dicendo,ꝑbenda ſi qua vacat,uel ſpālibus,vt talem prębendā vacantē per mortē talis, vel per ꝓmotionē talis,quia tunc collatio eſt ſubreptitia,ſm Io.An.& ita tenet Rota in deci.329.quę incipit,Item in obtinendo. & facit c. in noſtra.iuncta glo.s̃.de reſcri.vide in c.quia ſępe.j̃.eo.in pen. no.& in c.ſi tibi.ante fi.j̃.e. & ibi dicta. Quod tñ limita primo, qn̄ talis prębenda nō fuit affecta per collationē canonicatus,
a vel alio modo, quia tūc collatio alteri facta per Papā valeret, cū valeret tunc ēt collatio ordinarij, vt in d.c.dilectus. & j̃. de ꝯceſ.ꝑben.ſi ſoli. primo rñſo. & maxime qn̄ ſcribat cū bñficio acceptandi,vt in c.1.de cōceſ.ꝑben.ſm Arch.& Io. An.& ideo dicebat Rota in deci.244.quę incipit,Itē licet de more, ꝙ licèt recepto in canonicū auctoritate ordinaria acquirat̃ ius in ꝑbēda ꝓximè vacatura iuxta ordinē ſuę receptionis,vt d.c.dilect⁹. & d.c.relatū.tñ expectantes auctoritate apoſtolica, nullā mentionē de illis facientes,eis pręferuntur in ꝑbenda poſtea vacāte,vt hic,& s̃.c.prox.Secundo limita,quia dato ꝙ talis ꝑbenda fuerit affecta,tñ ſi poſtea vacauit in curia,ſine dubio tenet collatio alteri facta,ut in c.2.s̃.eo.ſm Ioā.An.Tertio limita,quia ſi in collatione per Papā facta,fuerunt appoſitę clauſulæ ꝑ quas ꝓiudicatur expectantibus in illa,& reſeruatur ipſis expectantibus in eccleſijs,pūt cōiter fit,tūc valeret talis collatio,ſm Ioā. And.& facit qđ no.per eū.j̃.c.prox.in j.glo. & tenet Rota.in d. deci.244.Quarto limita,qn̄ Papa conferret proprio motu, hoc expreſſo,quia tunc valeret collatio, maxime ſi nō erat affecta, ut j̃.c.ꝓxi.& q̄a tunc ceſſat ſubreptio,ut j̃.eo.ſi motu ꝓprio.ſaluo eo qđ ibi dr̃ in glo.idem uerbum,ſm Ioā. An.& eius diſtinctionē ſeq̄tur Pau.Sed Lap.& Io.de Lig.hic, in hoc ult.tenēt contra, cum Papa non intendit alicui præiudicare in iure ſibi

ADDITIO.

a V.G.Adde,ꝙ Papa mandans alicui prouidere de beneficio proxime vacaturo, includitur beneficium quod vacabat tempore datę. Ruy.conſ.81.nu.16.li.3.

bi competenti in re, vel ad rem, niſi hoc exprimat.ad hoc cap.
q̃uis.s̃.de reſcrip.eo.lib.& ibi per Lap. nam licèt proprius mo
tus tollat ſubreptionem,tñ non tollit ius alteri quæſitū, & præ
7 ſumitur ꝙ Papa tunc fuerit oblitus. 23.diſtin.præterea. † Io.ve
rò de Fan.hic dicit,ꝙ hoc non eſt ita clarum,cum affectio pre-
bendæ non liget manus Papæ, ſed inferioris: vnde quò ad Pa-
pam perinde eſt ac ſi non eſſet affecta. ſic ergo ubi nō eſt affe-
cta valeret, collatione inferiorū non obſtante. Item quæſito
ad rem,vt d.c.dilectus.ita valeat,qñ fit collatio per Papam, cū
ſubreptio tollatur per d.c.ſi motu proprio,vnde dicit ſuꝑ hoc
cogitandū.Quare.Do.ſequitur opin. Lapi, non ob. quod dicit
Io.de Fan.quia eius rationes concludunt, ꝙ Papa poſſit alteri
conferre,non ob.affectione,& hoc non negat Lapus,ſed vult
ꝙ collatio non valeat ex defectu voluntatis,quia etiam ſi pro-
prio motu ſcribat,non præſumitur velle tollere ius alterius,vt
d.c.q̃uis.facit quod voluit Compoſt.in d.c.capitulū, vbi ſingu
lariter dicit, ꝙ ſi Papa mandat alicui certam præbendā confer
ri,non obſtante collatione alteri facta,intelligitur de collatio-
ne alteri facta inualida,non de iuſta.ideo voluit Lap.j̃. eo. in c.
quondam,quòd decretum afficiat etiam manus Papæ ignorā-
tis,ſecundum Do.facit c.ſuper eo.s̃.de offi.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Mentio ſi fiat de Cardinali presbytero denominatur ſub ſuo titulo.*
2 *Papa poteſt conferre beneficium ſub conditione,ſi vacat.*
3 *Quid in executore.*
a sed tantum pręsentare.s̃.de iure patro. [a] ca.fi. Nec consequitur electus ex electione, & pręsentatus ex præsentatione totale ius,quia requiritur confirmatio, & institutio per alium, ut no. s̃.de elect. auaritiæ.& j̃.de insti.c.j. Licet tamen Papa scriberet ad pręsentationem quorumcunque non includeret patronos laicos, & sic non posset prouidere de beneficio spectante ad laicos patronos,secundum Hostien.in c.cum dilectus. s̃.de iure patro.& tenet hic Lap.& Domi.& vide quod dictum fuit s̃. eod.c.2.& ibi per glo.& quod est dictum in c.3.eod.titu. & lib.
5 & j̃.§.proxi.†Collatio verò est quędam iuris translatio, & hẽt vim electionis,& confirmationis,vt no.in c.j.s̃.de elec.eo. lib. in 3.glo.& in c.vt circa.in glo.2. Nam electio tribuit ius ad rẽ, vt per glo.in ver.collatio.in clem. j.vt li. pend. sed collatio tribuit ius in re,secundum Inno.in cap.constitutis.el 2. de appel.
6 †Prouisio verò idem est quod collatio,cum ista sint synonima, vt in c.dudum.in prin.s̃.eod.& j̃.eod.cui de non,secundum Io. And.Largo tamen sumpto vocabulo prouisio compręhendit
b omnem modum per quem ecclesiæ prouidetur, secundum gl. no.in ver.prouisioni,in clem.fi.de elec. secundum Do. [b] † Di-
7 spositio verò est uerbum generale,vt s̃.eod. c. 2. tamen videtur sonare id quod ordinatio,vt s̃.de testa.cum tibi, & ordinatio sumitur pro institutione,ut per glo.in c.post electionem.s̃. de cõcess.pręben.& ita sumitur hic,secundum Ioan.And.& dicit hic Pau.ꝙ dispositio poterit compręhendere prouisionem,quę fit ex iure deuoluto,vt in c.si postquam.s̃.de elect. eod. lib. & hẽt vim electionis,& confirmationis,ut no.Innocen.in c.constitutis.s̃.de appel.secundum Domi. dicentem quòd verbũ, dispo-
c sitio, [c] est uerbum generale aptum compræhendere omnem modum per quem prouidetur beneficijs,sicut verbum,prouisio,& si profertur in materia larga comprę̃hẽderet quemlibet modum, nisi esset talis casus cui non posset adaptari,nisi modus collationis,quia tunc illum solum compræhendit, ut per glo.in ver.dispositionem.in clemen.quia regulares.de sup.negli.pręla.Sed si materia est stricta & ambitiosa,tunc non compręhendit nisi institutionem,vt dicit hic Ioan. And.& sic licèt verbum,prouisio,& dispositio,late sumpto vocabulo includat etiam electionem,vt s̃.& per glo.in d.clem. si. tamen in materia istius §.ambitiosa,& restringenda non includit, ut uult glo. hic,& facit tex.in clem.j.j̃.eod. secundum Domi. nec includit præsentationem,nisi subiecta materia aliud suadeat,ut no. per Rotam in decisio. 446. quæ incip. Item fuit dubitatum vtrum habens. Institutio vero differt a collatione, quia instituitur electus, vel pręsentatus per alium. j̃. de institu.cap.j.aliter tamen sumitur j̃.de conces.pręb.ne captandę. circa fi.& uide qđ no. s̃. de insti.in c.autoritatis,& in summa Hosti.eo.tit.§. quid est,de quo etiam.j̃.§.proximo.

ADDITIONES.

a Adde quod no.supra de iu.patr.ꝙ autem,& c.illud,& c.seculum.
V. G. Hinc est,ꝙ si patronus dicat,præsento istum ad ecclesiam,concedendo ei patronatum, non per hoc facit eum patronum, sed dat tantummodo ius petendæ institutionis.Felyn.in capit.cum venerabilis.colum.1. versiculo,ad idem.de except.

b De hoc clare habetur in c.cum inter canonicos.supra de elect.& infra eo. tit. lib.6.& in c.1.in tertio respon.

c V. G. Nota,ꝙ dispositio facilius recipit interpretationem restrictiuam, quam conditio.Ruy.consi.110.nu.13.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Literæ beneficiales vnum modum prouidendi continentes, non includunt alios.*

2 *Modus vnus prouidendi si exprimatur,sequente clausula generali vel quocunque modo,an veniant alij modi,quam expressi in literis.*

3 *Papa si mandat prouideri alicui de beneficio quod spectat ad institutionem Episcopi,an ueniat beneficium quod pertinet ad collationem Episcopi ad præsentationem alterius.*

4 *Papa si mandat alicui prouideri de beneficio spectante ad electionem vel præsentationem alicuius, an prouideri poterit de beneficio spectante ad ipsius electionem, vel præsentationem, sed ad institutionem vel alterius confirmationem.*

1 Cum autem. †Literę beneficiales vnum modũ prouidendi continentes,alios non includunt,hoc dicit.Nota & ita allega. ꝙ vbi in literis ad beneficia, vnus modus prouidendi exprimitur, alii modi videnẽ exclusi, & sic omne quod non est expressum in rescripto, videtur exclusum,facit c.suspectum.s̃.de rescrip.eod. lib. & quod ibi no.
a per Ioan.Andr. [a] quod procedit etiam si illud non est, quod expressum sit minus, cum in literis ad beneficia non procedat arg.de maiori ad minus,& sic non sequitur quod est plus,ergo & minus,& sic modus prouidendi quod est minus.argu.vt pa-
2 tet.j̃.eod.c.cui de non,secundum Ioan.And.†Quid autem si exprimitur vnus modus prouidendi,& postea apponatur clausula generalis, vel alio quocunque modo, &c. an veniant tunc alij modi quam expressi in literis. Pau. hic tenet ꝙ sic,& refert hic Gui.idem tenuisse in clemẽ. quia regulares.s̃.de sup.negli. pręla.arg.c.qui ad agendum.s̃.de procu.eo.lib. quod intelligit hic Domi.quando in literis exprimitur modus collatiuus,adiecta postea d.clausula generali.si tamen diceretur ad electionẽ, pręsentationem,vel alium quemcunque modum, non includeretur collatio,cum clausula generalis non includat maiora vel grauiora expressis,ut in clementi.non potest.j̃.de procu. & in c.sedes.s̃.de rescrip.& ita tenet do.Flo.in d.clemen.1.in 2.oppo.sed collatio est maior electione vel pręsentatione, cum includat electionem & confirmationem,ut per glo.& Docto.in c.j.s̃.de elect.eod.lib.ergo non videtur,quòd dicta clausula tũc includat modum collatiuum in hac materia stricte intelligenda,vt hic in tex.& vide quod in simili no.de dicta clausula, vel alio quouis modo,in c.susceptum.s̃.de rescrip.eod.lib.In glos. in ver.noscatur.in fi.patet ergo esse differentiam inter institutionem & collationem,de quo hic plene per Archi.& in c.1.j̃.
3 de institutioni. † Quid autem si Papa mandat prouideri de bñficio spectante ad institutionem Episcopi,an poterit executor prouidere de beneficio in quo Episcopus instituit tantum ad pręsentationem vel electionem alterius.Hic per Ioan.An.concluditur,quod si patronus sit laicus,uel clericus ratione patrimonii,tunc sine dubio beneficium spectans ad eorum pręsentationẽ non includetur,nec posset de eo prouideri, per no. in c.cum dilectus.s̃.de iure patro.vbi licet Papa scriberet de beneficio spectante ad pręsentationem quorumcunque, tamen nõ includeret patronos laicos,& sic non posset prouidere de beneficio

ADDITIO.

a Hoc tamen intelligas in materia stricta,ut supra eod.lib.& eo.tit. quamuis.& ff.de liberis & posth.l.commodissime,& idem hic per Do.

neficio ſpectante ad laicos patronos, ſecundum Hoſtien. ibi,
& tenet Lap. ſ. §. proxi. & facit quod habetur ſ. eo. tit. c. 2, & ibi
per gl. & ita ſequitur hic Io. de Lig. Si verò ius patronatus ſpe-
ctat ad eccleſiam, tunc Ioan. And. arguit pro, & contra, & dicit
ꝙ hoc egeret declaratione. ſuper quo concludit hic Io. de Lig.
ꝙ executor poſſit de illo beneficio prouidere, quia actus cõfir-
mationis vel inſtitutionis de neceſſitate præſupponit actum
electionis & præſentationis, vnde propter connexitatem vide
tur velle Papa grauare eligentem vel præſentantem. Nec ob.
iſte tex. diſponens, ꝙ ſi mandetur prouideri de ſpectante ad in-
ſtitutionem vnius, prouideri non poſſet de pertinente ad præ-
ſentationem ipſius, quia verum eſt, quãdo ad vnam perſonam
iſti actus referuntur, quo caſu vnus actus in alium non impli-
cat, ſed in diuerſis perſonis vnus actus bene implicat in alium,
& idem ſequitur Imo. & Domi. dicens, ꝙ cum pars inſtitutio-
nis de per ſe eſſe non poſſit, niſi procedat electio vel confir-
matio, ergo totum videtur voluiſſe includere. arg. de pœ. diſt. j.
vulgaris, & facit l. illud. ff. de acq. her. vt ſic volens conſequens
a videatur velle antecedens, ſine quo ſtare non poteſt.[a] † Quid
4 autem ſit in terminis econtra, ſi Papa mandat prouideri de be
neficio ſpectante ad electionem vel præſentationem alicuius,
an poterit prouideri de beneficio ſpectante ad ipſius electio-
nem vel præſentationem, ſed ad alterius confirmationem vel
inſtitutionem. Io. And. hic tenet, ꝙ ſic, quia arctat tunc ius con
firmantis vel inſtituentis, cum cõfirmatio & inſtitutio ſint ac-
ceſſoria ad electionem & præſentationem, vnde ſequitur natu
ram principalis, vt in reg. acceſſorium. j. eo. lib. Et vide hic per
Domi. referentem Guil. in extrauag. ſedes, Io. 22. in ver. ordina-
tionem. dicentem, ꝙ ſi ſcribatur de beneficio ſpectante ad or-
dinationem talis, cum verbum, ordinare, ſit latum, & compræ-
b hendat omnem modum,[b] quo quis debet de re ſua diſponere,
iure proprio poterit prouideri de beneficio ſpectãte ad ipſius
collationem, præſentationem, vel aliam diſpoſitionem, vt ſ. de
c offic. deleg. ſuper eo.[c] Et per hanc formam præiudicabit Epi-
ſcopo, qui haberet inſtituere, vt ibi plene per eum, & hic per
Domi. Dubium tamen facit, quia licet largo ſumpto vocabulo
ordinatio comprændat omnem modum per quem prouide
tur eccleſiæ, tamen in materia ſtricta, ſicut eſt in literis ad bene
ficia, vt hic dicitur, videtur quòd non comprændat omnem
modum, ſed tantum inſtitutionem, vt per glo. in c. poſt electio
nem. ſ. de conceſ. preben. & per Io. And. & Do. ſ. c. proxi. & vi-
de de hoc prout ibi dictum fuit.

ADDITIONES.

a Adde c. translato, de conſti. & cap. preterea, & c. prudentiam. de offic. delega. cum ſuis concord.

b Pro quo vide Fede. conſi. 195. idem ſentientem.

c Ad hoc de iure patrona. quod autem. in fi. & ſupra eodem lib. de offic. ordina. capitu. ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Locutio pluralis eſt copulatiua ſaltem implicitè.*

2 *Mandatum ſi refertur ad diuerſas perſonas non verificatur in re ſpectante tantum ad alterum.*

3 *Meum an ſit quod commune mihi cum alio eſt.*

4 *Papa alterum grauare non intendit ex quo illud non exprimit.*

5 *Legatum factum vxori de his quæ ad eius vſum parata erant, non intelligitur de paratis ad communem uſum ipſius mariti.*

SI VERO. Mandatum ſimpliciter duos includens, alterum
ſolum non adſtringit. Et econtra directum vni
1 duos non afficit, hoc dicit ſecundum Domi. † No. j. ibi, aliquo-
rum, ꝙ omnis pluralis locutio eſt copulatiua ſaltem implicitè,
ſicut eſt vniuerſalis propoſitio, unde ad hoc, vt ſit vera, oportet
omnes eius partes eſſe veras, vt in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum.
ff. de rebus dubijs, & l. ſi quis ita ſtipu. fuerit decem. ff. de verb.
ob. ſecus tamen eſſet in diſiunctiua, quia ſufficeret alteram par
tem eſſe veram, vt in d. §. vtrum. ſecundum Ioan. Mo. & Ioan.
And. de quo in reg. in alternatiuis. j. eod. lib. & in c. inter cetera.
2 de reſcri. † Secundò no. ꝙ ſi mandatum, vel alia diſpoſitio refer
tur ad rem ſpectantem ad diuerſas perſonas, nõ uerificatur in
re ſpectante ad alterum tantum, ſed intelligitur de re commu-
ni ad eos pertinente, facit c. ſi duo. ſ. de procu. eod. lib. de quo j.
Vltimò no. ꝙ diſpoſitio ſeu mãdatum ſuper re vnius, vel ad ali-
quem ſpectante, intelligitur de ea quæ eſt in totum ipſius, non
autem de illa quæ eſſet ſibi communis cum alio, pro quo facit
tex. in c. vt litigantes. in prin. ſ. de offi. ordi. vbi vere & proprie
illud dicitur eſſe ſuum proprium, quod eſt ſuum, & non com-
3 mune. † Illud ergo quod dicitur quod cõmune eſt, meum[a] eſt
a reſpectu diſpoſitionis partis meæ, vt l. ſerui electione. §. j. ff. de
leg. j. eſt verum ficte, & ſic non propriè, & verè. & ita tenet Bar,
in d. §. j. in fi. idem etiam tenet hic Io. Mon. & Ioan. And. in fi. di
cens. quod commune mihi & alteri proprie non eſt meum, vt
in l. illud. ff. de ritu nu. quod eſt notandum ad ſtatuta in quibus
verba debent intelligi verè & propriè, vt in c. in noſtra, de iniu
rijs. & in l. 3. §. hæc verba, de neg. geſt. Et propter hoc forte non
tranſit ſine dubio dictum Bal. in l. j. C. qui teſta. vbi dixit, ꝙ ſi
ſtatutum duplicat pœnam offendentis alterum, in re propria
offenſi habet locum, etiam ſi in parte illa res ſit offenſi, & ſic
communis cum alio, dummodo non ſit communis cum ipſo
offendente, & tamen contrarium videtur dicendum, tum quia
in pœnis debet fieri mitior interpretatio, vt in reg. in pœnis. j.
eo. li. tum quia verba debent in ſtatutis intelligi propriè, & ve
re, vt ſ. tum etiam quia vbi verba debent intelligi ſtricte, diſpo-
ſitio ſuper re unius non intelligitur de re communi, vt eſt tex.
hic, cogita, & vide per Doct. in d. l. j. & in d. §. j. In materia tamẽ
fauorabili bene includetur illud quod eſſet commune cũ alijs,
b vt in l. ſi quis ſuos. ff. de leg.[b] 3. & facit cap. j. & quod ibi no. ſ. de
vſu pal. & propter hoc Ioan. Cal. in ſuo conſi. 21. huius ti. dixit,
ꝙ ſi Papa reſeruat omnia beneficia ciuitatis, exceptis illis quæ
pertinent ad collationẽ Epiſcopi, & capituli, tunc enim cum
d talis reſeruatio ſit odioſa, & exceptio ſit fauorabilis ſub illa ex
ceptione includentur beneficia quæ ſpectant ſimul communi
ter ad collationem vnà cum alijs, & ita ſequitur Dom. Pro quo
facit gl. no. in c. preſenti. in fi. ſ. de offi. lega. eod. lib. quæ voluit
ꝙ pendente vna reſeruatione de beneficio ſpectante ad colla-
tionem vnius, non poſſit legatus facere aliam reſeruationẽ de
alio beneficio quod cõmuniter ſpectat ad collationem illius
& alterius, per eandem rationem, & uide per Io. Mo. in reg. in
generali. j. eo. lib. & per Ioan. Cal. in d. conſi. & Bar. & alios Do
4 cto. in d. §. j. & per Bald. in d l. j. † In glo. in verſ. non adiecto. ibi,
alterum tantum, ſed ad omnes ſimul, imo etiam ſi ad omnes
ſpectaret, non ſimul, ſed ſucceſſiue, prout habet in c. ad audien
tiam. in 3. glo. ſ. de eccle. edi. puta ſi Papa mandet prouideri de
beneficio ſpectante ad preſentationem plebani & abbatis, &
plebanus præſentat abbati, & abbas Epiſcopo, poterit de tali
beneficio prouideri, quia ſufficit quòd ad eos ſimul ſpectet p̃-
ſentatio, ita quòd non ad alterum tantum, vt hic in tex. ſecun-
c dum Ioan. And.[c] Quid autem ſi alter tantum iſtorum abbatis
vel plebani eſſet expreſſus. concludit Io. And. cum debeat pon
derari preſentatio que fit Epiſcopo, ex qua ſequitur inſtitutio,
& de ea loquuntur iura de præſentatione tractantia, erit tunc
abbas exprimendus, & ſi exprimatur, includetur tale beneficiũ.
Nam & ſi uerbum, inſtitutionis, fuiſſet expreſſum, preiudica-
retur preſentanti, ut dictum fuit ſ. §. proxi. fortius iſto caſu præ-
iudicabitur plebano, ſicut in ſimili dicitur ſi impetretur ad col
lationem alicuius, & ipſe habeat conferre de conſenſu aliquo
rum, in tali mandato eius beneficium includetur, ut probatur
j. ne ſede vac. c. j. §. j. nec ſufficit exprimere illum qui habet con
ſentire, ergo & idem in preſentatione. Nec ob. c. literis. ſ. de re
ſcrip. quia reſpondetur in reg. qui prior. in fi. in mercurialibus.
ibi enim dicitur, ꝙ inſpiciẽdum eſt initium quò ad illud quod
ibi dicitur, ut attribuatur grauamen inchoanti, non proficien-
ti ex debito honeſtatis, ſed non negatur ibi quin dicatur rece-
ptus autoritate eius qui perficit, maximè cum per monitorias
non detur ius quod afficiat, ſecundum Domi. hic, ſecundũ Ioã.
And. qui ex predictis uidetur uelle, quòd ſi exprimatur, pleba-
nus, non ſufficeret, ex quo non ſufficit exprimere illum qui ha
bet conſentire, cum ipſe non ſit collator uel præſentator ple-
banus enim iſte, potius habet conſentire, quam preſentare, ut
hic ſentit Ioan. And. nec de eius preſentatione intelligit quan
do fit mentio de preſentatione, cum non ſit propria preſenta-
tio, cum non fiat Epiſcopo, ex quibus uidetur, ꝙ non procedat
ſine dubio primum dictum Ioan. Andr. ſ. dicentis, ꝙ ſi mande-
tur prouideri de tali beneficio ſpectante ad preſentationem
plebani, & abbatis, poſſet prouideri de tali beneficio, quia cer
te talis preſentatio, non communiter, ſed ad ſolum ſpectat ab-
batem, licèt de conſenſu ipſius plebani, ut ſ. alias ſi poſſet de
eo prouideri, grauaretur ſolus abbas, quod non fuit de inten-
tione

ADDITIONES.

a V. G. Adde quod meum proprie loquendo dicitur, quod vendicari poteſt. Bar. Cep. in tracta. de ſimul. contract. præſu. 13. nume, 59. quod habetur in lib. 4. tracta. folio 194.

b Niſi de uoluntate mandantis aliud conſtet, quia tunc ſecus, non obſtante tali reſcripto, ut in d. l. ſi quis ſuos. in gloſ. & ſupra eodem l. Iulianus. §. ſeruos. Berna. de Roma.

c Secus verò eſſet ſi plebanus, & abbas inter ſe pepigiſſent alternatim præſentare, ſeu alternis vicibus, quod facere poſſent, vt in clem. 2. de iure patr. & ſecundum Docto. hic, & Papa ſcriberet, ut prouideatur de beneficio ad vtriuſque præſentationem ſpectante, quia tunc per hunc tex. non includeretur. Ber. de Roma.

tione Papæ,vt hic in glo.& dicetur j.in gl.fi.imo & si spectaret
ad vtrunque,tunc spectaret cuilibet singulo,& de per se, & ad
quemlibet insolidum,ideo non posset de tali prouideri,cũ Pa-
pa sic mandãdo videatur eos voluisse grauare communiter, &
5 non quemlibet in sua totali potestate,vt patet hic in tex.†In gl.
fi.in fi.facit ff.de leg.2.l. legatis. vbi legatum factũ vxori de his
quæ parata erant ad ipsius vsum,non intelligitur de paratis ad
communem vsum ipsius & viri,secundum Ioã.And. & tamen
contrarium videbatur, cum in testamentis fiat plenior inter-
pretatio,vt in l.in testamento.ff.de reg.iur.& sic videtur,ꝙ etiã
in materia larga & fauorabili, quod commune est mihi & alte
ri propriè non est meum, & sic non veniant communia. quod
videtur contra id quod dictum fuit s.in tex.cogita,ideo si Papa
mandet prouideri de beneficio spectante ad collationem ta-
lis,prouideri poterit de eo quod spectat ad collationem ipsius
solius,imo & si spectaret ad eius collationem,tamen cum con
sensu alterius posset de eo prouideri,vt voluit Ioan. Andr. hic,
vt patet s. in glos. proxi.& idem tenet Rota in antiquis. in de-
cisio.90.quæ incipit,Quæritur.vbi voluit,ꝙ si Papa mandat cõ-
ferri beneficium spectans ad collationem abbatis, & abbas ha
beat aliqua beneficia conferre solus, & aliqua cum consensu
Episcopi,poterit conferri etiam beneficium quod cum cõsen-
su Episcopi habet conferre,ex quo prin.collatio dicti beneficij
spectet ad abbatem.j.ne se.vac.c.j.& ipse solus grauetur.Et idẽ
si mandetur prouideri de beneficio spectante ad præsentatio-
nem alicuius,nam vt dicit Ioan.And.hic poterit prouideri nõ
solum de illo quod spectat ad præsentationem illius solius,sed
etiam si spectet ad eius præsentationem pro illa vice, vt quan-
do plures patroni conuenerunt de præsentando alternis vici-
bus,vt in clem.2.j.de iure patro.cum patronus illa vice confe-
rat iure proprio,& solus grauetur,facit l.quotiens.ff.de vsufru.
& j.de iure patro.c.j.Sed etiam prouideri poterit de beneficio
spectante ad illius præsentationem,tamen cum consensu alte-
rius,vt dictum fuit s.in glo.proxi. non tamen posset prouideri
de beneficio spectante ad illius præsentationem pro maiori
parte, & pro minori ad præsentationem alterius, sicut & non
posset,quando mandatur prouideri de beneficio spectante ad
collationem unius,prouideri de beneficio quod spectat ad col
lationem ipsius pro maiori parte,& ad collationem alterius ꝓ
minori,secundum Ioan.And.hic,licet Io. Mon. in hoc ultimo
aliud velit,& non bene,cum ex hoc grauaretur ille de quo Pa-
pa non intellexit,quod esset absurdum,vt dicit gl.hic, in prin-
cip. & Ioan.Mon.hoc idem fatetur hic, & satis est expressum
hic in tex.

SVMMARIVM.

1 Beneficium potest conferri absenti,& nu.3.
2 Beneficium si sit collatum absenti, non quæritur ei ius donec illud acceptat.
4 Renunciatio beneficij non acceptati non requirit autoritatem superioris.
5 Collatio facta absenti debet ei notificari, vt possit probari per testes vel per publicum instrumentum.
6 Terminus potest statui alicui vt approbet actum dependentem ex sua voluntate.
7 Consanguineus licet poßit agere pro consanguineo, tamen lex eum non facit procuratorem.
8 Procurator generalis ad negotia non potest impetrare beneficia, secus si generalis sit ad beneficia constitutus.
9 Mandatum speciale requiritur, non tantum, vt quæratur ius in beneficio per procuratorem, sed etiam ad quærendam eius possessionem.
10 Procurator si acceptet beneficium post terminum datum ad acceptandum, an ualeat acceptatio.
11 Beneficium si sit alicui absenti collatum, illud potest alteri conferri, donec intellecta voluntate eius cui est collatum.
12 Episcopus an beneficium quod ad certum tempus conferre non potest, possit illud unire.
13 Beneficium si sit alicui collatum in absentia sua, si dissenserit, an re integra possit adhuc consentire vt illud habeat.
14 Reseruatio Papæ facta motu proprio non impedit ius alteri quæsitum, etiam ad rem.
15 Ordinarius contulit beneficium Titio, Papa contulit illud Petro cum clausula, si non fuerit tempore datæ alteri ius quæsitum, deinde Titius dictum beneficium non acceptauit, an ordinarius poterit alteri conferre in præiudicium Papæ.

CAP. XVII.

SI tibi absenti. Soluit quinque dubia circa beneficium collatum absen
ti nondum acceptatum,primum an sit illius,ibi, li-
cet,Secundum an possit alteri conferre, ibi, ipse ta-
men.Tertium an si conferatur,valeat collatio, ibi, ꝙ si. Quartũ
si sit lapsus terminus datus ad acceptandum,ibi, sed si Episco-
pus.Quintum,quid si prouisus post terminum præueniat colla
1 torem,ibi,antequam. † No. j. quòd ille cui beneficium con-
fertur,non est necesse ꝙ sit præsens ipse, vel alter pro eo reci-
piens,sed potest fieri absenti,vt hic,& etiam ignoranti,vt in c.
gratia.s.de rescrip.eod.lib. Et idem in electione in qua non est
necessaria præsentia electi,ut in c.innotuit.s.de elect. & ibi per
Ioan.And.& per Inno.in c.cum dilecti.eod.tit.& per Dom. in
c.si forte,& c.quam sit.s.de elect.eod.lib.& per Bar. in l.unum
ex familia.§.si de falcidia.ff.de leg.2.An autem teneat collatio
a bñficij clandestinè [a] facta.Archi.tenet hic quòd sic, de quo vi-
detur tex.s.vt ecclesiastica beneficia.c.ut nostrum,vbi Io.And.
idem tenet in simplicibus beneficijs,secus in dignitatibus, de
quo in c.quia propter.in fi.s.de elect.& dicit Innoc.in c.j.circa
fi.s.de fide instrumẽ. quòd est magna suspicio contra naturam
& contra iustum,quando actus fuit clandestinè factus, imo gl.
no.in l.j.C.de interdi.matri.voluit,ꝙ tunc super ipso facto præ
sumatur dolus & fraus.de quo ibi per Docto.& in d.cap. ut no
b strum. [b] Est tamen necesse ꝙ collatio clandestina possit proba
c ri,alias non valeret, [c] vt hic per Pau.& Docto.& allegatur vna
glo.sing.in ver.sanctum.in Auth.de instrumentorum cautela,
circa fi.ꝙ ad probandum contractum clandestinum requirunt
2 ad minus tres testes ratione dictæ suspicionis & fraudis.†Secũ
dò no.ibi,ius in ipso beneficio, ꝙ per collationem factam ab-
senti de beneficio non acquiritur ei ius in beneficio, ut suum
dici possit antequã acceptet, sed bene acquiritur ius ad ipsum
beneficium,vt dicatur sibi debitum, cum aliud sit beneficium
esse suum,cum ex hoc competat sibi ius in re, & aliud est esse
sibi debitum, cum tunc competat ius ad rem, secundum Lap.
facit quod no.in c.fi.j.de conces.preben.& in clem.auditor, &
ibi per glo.in ver.debitum,de rescrip.& in clem. j. vt li.pen.in
3 ver.collatio.in prin.†Tertiò no.ibi,ut tuum,&c.ꝙ per collatio-
nem factam acceptanti quæritur ius in beneficio, ut sic possit
dici beneficium esse suum,intellige quo ad titulum, non autẽ
quò ad uerum dominium,ut in c.2.s. de dona. ex quo infertur,
ꝙ licet istud pronomen,meum,& tuum, importet dominium,
vt l.Quintus.ff.de auro & argen.leg.tamen si profertur in ma-
teria,in qua non est dare uerum dominium, cõprehendit eũ,
qui habet aliquod ius in re seu ad rem de qua agitur,vt est tex.
hic,& sic sequitur quòd procederet libellus, in quo clericus di
ceret beneficium esse suum,& de istis pronominibus, meum,
& tuum,vide bo.gl.in c.1.s.de postu.prela.& in c.quo iure.8.di.
4 †Quartò no.ibi, recuses, ꝙ in renunciatione beneficii nõdum
acceptati sufficit sola recusatio illius, cui est collatum absque
præsentia superioris,de quo in c.si elec.s.de elect.eod.lib. & in
c.quod in dubiis.de renun.Quintò no.ibi,non libero, quod li-
cet beneficium collatum absenti antequam acceptet dicatur
vacare,tamen interim non est liberum, imo affectum, secun-
dum Ioan.Mon. & Ioan. Andr. unde antequam absens decla-
ret animum suum,non potest conferens ab illa collatione re-
cedere,ut hic est tex.sing.& alibi nõ reperitur, & sic est hic ca-
sus in quo beneficium uacans non potest conferri. sunt & alii
casus qui no.in c.cum accessissent.s.de consti.& ideo dixit hic
Io.And.ꝙ est dare beneficium uacans & liberum,& bñficium
5 vacans & non liberum.†Sextò nota,ꝙ collatio absenti facta de
bet ei notificari & legitime, ut sic possit probari per testes uel
publicum instrumentum,ut per Archi.& Io.And. & vide ho-
die in clem.causam.in fi.de ele. Regulariter enim omnis actus
factus in absentia partis debet sibi notificari, ut per glo. in cle.
d 2.de appel. [d] † Vltimò nota, ꝙ potest statui terminus ut sic de-
6 beat quis acceptare uel improbare actum ex sua uoluntate de
pendentem.facit tex.no.in l.Iul.§.si quis colludente.ff. de acti.
emp. & in l. quamdiu.ff.de acqui.hæred.& in l. mancipiorum.
ff.de opt. lega.& in c.fi.s.de consue.eod.lib.Et potest hoc casu
elapso

ADDITIONES.

a V.G. Clandestinè fieri,quando quid dicatur.Ruy.consi.149.nu.8.lib.5.
b Adde c.cum inhibitio.de clande.despon.& quod no.Bar.in l.vlt. ff. de rit.nup. arg.infra de admini.tut.l.non existimo.& de auto.tuto.l.5.§ sane quid,& de iure fis.l.non intelligitur.§,si quis.& C.de repu.l. vxor.Bernar.de Roma.
c Imo esset suspecta de simonia, quia sicut conditio, ita & modus simoniacam facit collationem.d.c.ut nostrum.§.omnibus.in versi.sub modo.Dicit tamen Paulus hic,quòd aut collatio sit ita clandestinè,quòd non possit probari, & non valet,& ita potest procedere dictum Inno. Aut potest probari, & tunc valet,& sic intelligendum c.vt nostrum eadem hic dicit cum Pau.Gemi.Ber. de Roma.
V. G. Adde an collatio beneficij possit probari per testes, Ias.in Rubr.de acq. pos. colum. 4. dicit,quòd sic. Vide præce. meum Dec.consi.69.col.2.
d Facit capit.placuit.el 2.16.quæstio.3.de emp.& vendi.ca.fi.supra de offi.ordi. si canonici,& c.quamuis.

elapſo termino variari & mora purgari re integra, & ſic duran
te priſtina voluntate illius qui terminum aſſignauit, facit capi.
quamuis. ſupra de procu.eod.lib. Et ad prædicta vide glo.no.in
verſicu.intra menſem.in clementi.1.de conceſ. præben. & per
Rotam in deciſio.328.quæ incipit, Item habens, & per Docto.
in capitu.ex tuæ.ſ. de cleric. non reſi. Quid autem ſi poſt ter-
minum iſte conſenſit, & Epiſcopus alteri contulit, & non ap-
paret quid præceſſerit. Concludit Ioan. Andr. cum non appa-
reat Epiſcopum contuliſſe elapſo termino, obtinebit ſecundo
prouiſus, niſi primus probet præuentionem cui hoc onus in-
cumbit per lapſum termini, vt hic probatur ibi, antequam, &
ibi, ex tunc. Habet enim probare, quòd ex tunc, ideſt poſt con-
ſenſum pręſtitum fuerit facta collatio. Ex quo ergo apparet
Epiſcopum contuliſſe tempore quo potuit, ſequitur quòd di-
cens illam collationem non valuiſſe propter præuentionem
habet id probare, facit l. ab ea parte. ff. de proba. & quod no.j.
de ſenten.excom.venerabilibus.in glo.pen.& in clemen.fi. in
glo. in verſic.creatum.de reſcrip.& j.eodem in capit.ſi a ſede.ſe
cundum Ioan. And. & idem ſequuntur Docto.de quo vide ple
nius in d. clemen. fin. Et ſic infertur ex pręſdictis, quòd ſi poſt
terminum re integra ille acceptat, talis acceptatio ſeu conſen-
a ſus operatur, vt collatio poſtea alteri facta non valeat,[a] licet ac
ceptatio ipſa fuerit facta ab ignorante talem acceptationem,
quia non fuerit ſibi notificata vt ex iſto tex.in fi. & dictis ſ. per
Ioan. Andr. apparet, nam non requiritur, quòd acceptatio ſeu
conſenſus pręſtitus poſt terminum notificetur conferenti, li-
cèt collatio facta per conferentem abſenti debeat ei notifica-
ri, vt ſupra. In glo.2.in fi.idem Ioan. Mon. & Archid. intelligit
Lap. quò ad hoc vt de tali beneficio antequam prouiſus con-
ſentiat, alteri prouideri non poſſit, ſed non vt conferens bene
ficium non ſubdito poſſit ſibi aſſignare terminum ad acceptā
dum, ſed debet adiri ſuperior illius, vt ei aſſignet, facit ad hoc
quod no.per Ioan. And.in d.capit.gratia.in glo.hic non eſt, &
tunc elapſo termino poterit beneficium alteri conferri, facit
cap.1.ſupra de ſup.neg.præla.& clemen.2.in fi.de appel. ſecun
dum Lap. Sed Ioan. de Lig. contra, cum iſta præfixio termini
non ſit actus contentioſæ iuriſdictionis, ſed voluntariæ, vt no.
in cap.nouiter.ſupra de offic.leg.imo eſt actus monitionis, ut
no. in ſimili, in cap.prudentia.ſ.de offic.deleg.& idem ſequi-
tur hic Domi. cum per collationem ante acceptationem ac-
quiratur ius ad rem, vt hic, vnde ratione talis contractus vide-
tur ſibi ſubditus.argum.ſ. de foro competen.Romana.§. con-
trahentes, ergo poteſt contumaciam conſtitui, vt ſic priuetur
illo iure quæſito, facit glo.in cap. cum cauſam.ſ.de offic.deleg.
& in clemen.j.de hæreti.in verſic. requiſiuerint, ratione enim
beneficij ſortitur quis forum, vt in capit. poſtulaſti. ſ. de foro
competen. & in capit. cum nullus. ſupra de tempo. ordi. eod.
7 libro. † In glo. 3.in princip.idem de eius conſanguineo, qui li-
cet pro conſanguineo agere poſſit.l.ſed & hæ.§.item parentes.
ff.de procur.tamen ipſa lex eum procuratorem non facit. l.3.§.
1. ff. iudi. ſolui. vnde per ipſum ante acceptationem beneficij
non acquiritur dominium beneficij vel canonicatus, qui con-
ſenſu eligentium, & electi acquiritur.ſ.de electione, cum inter
canonicos, ſecundum Ioan. Andr. Et no. ex glo. iuncto tex.
& iunctis prædictis, quòd licet beneficium ſit col'atum abſen-
ti, & de eo eius conſanguineus vel eius procu.generalis vel ne
gotiorum geſtor fuerit pro ipſo abſenti inueſtitus, tamē quòd
tale beneficium non efficitur ſtatim ipſius abſentis, non po-
teſt dici ſuum antequam ille conſentiat ſeu ratificet, cum re-
quiratur ſpeciale mandatum, de quo j. & debet talis dominus
ratificare intra tempus, intra quod debebat collationi conſen
tire, quia alias ratihabitio non valeat, niſi fiat intra tempus,
intra quod actus fieri debet, ut eſt tex.in l.bonorum.ff.rem ra-
tam haberi, & ibi per Barto. & ita tenent hic Domi. & Rota
b in deciſio. 290. quæ incipit, Item ad recipiendum.[b] poteſt
enim in ipſis ſpiritualibus interuenire negotiorum geſtor, ſed
oportet, quòd dominus habeat ratū intra tempus, intra quod
actus geri debebat, vt voluit glo.no in capit.quam ſit.ſupra de
elect.eod.lib. Sed aduerte primò, quia verum eſt, quòd vbi agi-
tur de ſua vtilitate debeat ratificatio fieri intra illud tempus,
vt ſupra.tamen ſecus ſi de ſuo preiudicio, quia poteſt fieri quā-
docunque, vt tenet Archid.in capit.vt circa.ſupra de electione,
& Barto.in l.Pomponius.ff.de nego. geſt. & tenet Rota in de-
ciſio. 427. quę incipit, Item ſi habens. Secundò aduerte, quia
in terminis huius decretalis poterit fieri ratificatio, etiam poſt
tempus, cum ille cui eſt collatum beneficium poſſit indiſtin-
ctè ratificare poſt terminum, quando res eſt integra, vt hic in
tex. & vt ſupra dictum fuit, ſecus ſi res non eſſet integra, &
ita procedunt ſupra dicta, imo etiam ſi beneficium fuiſſet col-
latum abſenti, & nullus pro eo ſit inueſtitus, ſi poſtea ipſe
quandocunque conſentiat re integra tenebit collatio & bene
ficium ſtatim fit ſuum, vt vult gloſ. Ioan. Andr. hic ſuper tex.
in princip.nam prout ex iſto tex.apparet iſta ſpiritualia acqui-
runtur abſenti, licet pro eo nullus receperit, facit 1. quęſtione
7. quotiens cordis, & ſine poſſeſſionis appręhenſione, quam
poteſt quis propria autoritate intrare, dummodo violentia nō
interueniat, ſecundum Ioan. And.ita intelligentem tex.infra
8 cap.proxi.de quo ibi. † In eadem gloſſa, ibi, procur.generalis.
intellige de procuratore generali ad omnia negotia, ſecus ſi
eſſet procurator generalis ad acceptandum vel impetrandum
beneficia, quia tale mandatum ſufficeret, cum ſatis dicatur
tunc eſſe ſpeciale mandatum ad beneficia, ut tenet Ioan. And.
& Domi. in d.capit.accedens, & Lap. & Domi. hic. Et poſſet
procurator vigore talis mandati acceptare beneficia cum cu-
ra, vel dignitate, licet de eis aliàs expreſſa mentio facta non
fuiſſet, quia tale mandatum eſt fauorabile, ideo late interpre-
tandum. Et ſic non obſt. capitulū, cum in illis.ſupra eodem, &
ita tenuit Imo.in d.cap. accedens. In ea.gloſ.ibi, ſtatim.no.glo.
ſentientem, quòd quęratur per procuratorem habentem ſpe-
ciale mandatum ius abſenti in beneficio ſine alia ceſſione, &
ſic directè. Item probat iſta glo. quòd ex collatione beneficij
ſtatim quęritur ius in re ſine alia traditione poſſeſſionis, facit
tex. eod.cap. quondam, & ita tenet hic Ioan. And.ſuper tex.ſe
cus tamen eſſet in rebus perficiendis, in quibus regulariter
non quęritur dominium ſine traditione. C.de pac.l. traditioni
bus, & per Innoc. in c. cum M. ſ. de conſti. & ita etiam tenuit
9 Imo. per hanc glo.in d. cap. accedens. † In ead. glo. in fi. tene
menti ſing. glo. quòd non ſolum ad hoc ut per procuratorem
ſtatim ſi quęratur abſenti ius in re in beneficio ſine alia rati-
habitione, requiritur ſpeciale mandatum ad acceptandum be-
neficium, vt ſupra, ſed etiam ad quęrendum poſſeſſionem ip-
ſius beneficij. Ideo per hanc glo. Rota in deciſ.143. quę incipit,
Item ſi habens, quòd ſi procu.generalis vel coniuncta perſona
aſſequatur pacificam poſſeſſionem ſecundi beneficij, non ta-
men propter hoc vacabit primum, prout dicitur in ca.de mul-
ta.ſ.eodem, ex quo non habet ſufficiens mandatum. Rota ta-
men in d.deciſio.290.dicit, quòd glo.in clemen.j.in uerſic. col-
latio.ut lite penden.tenet, quòd poſſeſſio poſſit quęri per quē-
cunque amicum vel conſanguineum ſine ſpeciali mandato,
vnde reducit ad concordiam dictas gloſſas ſic, quòd illa glo. ve
lit, quòd corporalis poſſeſſio beneficij, quę eſt facti, poſſit re-
cipi per quemcunque ſine ſpeciali mandato, cum talis poſſet
dari & accipi per excommunicatum, vt in l.pro illorum. ſ.eo.
ſecus in poſſeſſione per quam ius ſeu dominium beneficij uel
canonicatus requiritur, quia tunc requiritur ſpeciale manda-
tum, & ita ſit glo. hic. Tu aduerte, quia iſtę glo.non ſunt con-
trarię, imo concordant ſi rectè inſpiciantur, eſt tamen diſtin-
ctio pręedicta vera in ſe, & ita eſt tenendum quicquid dicat hic
Domi. & ita ſequitur domi.Anto.& Imo.in d.capit.accedens,
& ita in effectu probant & volunt iſtę glo. eo.tamen caſu quo
procur.generalis, vel amicus, vel conſanguineus inueſtiretur
de beneficio pro abſente, licèt non qnęratur ius in beneficio,
niſi ratihabitione ſecuta, vt ſupra, tamen operatur talis colla-
tio facta amico vel conſanguineo, vt quęratur ius abſenti, ut
ſic poſsit acceptare beneficium collatum tali procur.ſeu ami-
co, vel conſanguineo, & interim non poterit conferri per or-
dinarium, niſi ſecundum formam iſtius capituli, quod no. &
ita tenet Imo.in d.capit.accedens, & ita etiam eſt de mente gl.
hic. Secus tamen dicit Imo.ibi, a ſe, ſi inueſtiretur amicus uel
conſanguineus clerici abſentis de canonica vel prębēda, quia
non acquireretur ius abſenti in ipſa canonica vel prębenda,
cum requiratur conſenſus electi, & eligentium.ſupra de elect.
cum inter canonicos, & ita dicit tenere Innocen. in d. capitu.
accedens. Sed aduerte, quia idem videtur tenendum in cano-
nia vel præbenda, vt interim non poſsit fieri alia electio. nam
eodem modo in collatione requiritur conſenſus eius cui fit
collatio,

ADDITIONES.

a Et idem eſſet, ſecundum Docto. ſi diſſenſiſſet, tamen antequam alteri collatio fieret conſentiret.

b Adde c.non ſolent.2.q.6.ſuper ver.quod mox reus ratum habet, & extra de re. iur.eo.lib.in regu.ratihabitionem .arg.ex hoc.c.in fi. & ratio eſt, quia actio ſemel extincta non reuiuiſcit.14.q.6.ſi res.de conſec.diſt.4. quæris.ff.de ſol. l.qui res.§.aream. Et ſecundum Docto. hic ſicut per mutuum conſenſum inter eum, & eccleſiam contrahitur matrimonium ſpirituale.ſupra de ele.cum inter, ita per diſſenſum diſſoluitur, ut in reg. 1. ſupra de regu. iur. Bernar. de Roma.

collatio,vt eſt tex.hic,& tamen quæritur ius abſenti. Item eo-
dem modo electio poteſt fieri de abſente,& poteſt conſentire
ex poſtfacto,vt eſt dictum.s̃.in prin.c.quod ergo dicit Inn. ibi,
& Archi.& Io.And.debet intelligi ante ratihabitionem,quod
patet,quia comparat hic Ioan. And.beneficium , & canonica-
tum, ſic ſequitur, ꝙ non ſit differentia inter canonicatum , &
10 aliud beneficium quò ad prædicta.†Et circa hanc materiá quæ
ritur primò, quid ſi procu. acceptaſſet poſt terminũ datum ad
acceptandum beneficium. Imo. in d.c. accedens. tenet ꝙ non
valeat,per ea quæ no.glo.in verſic.intra menſem.in d. clemen.
j.Tu aduerte,quia hoc procederet in terminis illius glo.Sed in
terminis iſtius decretalis valeret acceptatio quandocunque,
dummodo res ſit integra,vt eſt tex. hic. Et vide alias per Rom.
in d.deciſi.427.quæ incipit,Item ſi habens, quid ſi conſtituatur
procu.ad acceptandum beneficium certi valoris , an poſſit ac-
ceptare beneficium minoris valoris,& ſi acceptat an præiudi-
cet domino.Secundò quæritur , an purificatio gratiæ in bene-
ficialibus poſſit fieri per conſanguineum ſine ſpeciali manda-
to.Rota in deci.297.quæ incipit,Item purificatio,tenet ꝙ ſic,de
quo in clemen.1.de offic.deleg.Tertiò quæritur , an per procu-
ratorem laicum poſſit quis inueſtiri de beneficio eccleſiaſti-
co,& an laicus poſſit eſſe procu. ad impetrandum ſeu acceptã
dum tam beneficium certum quam etiam incertum, vt primũ
beneficium vacaturum.Ioan.And. & communiter Doct. in d.
a c.accedens,tenent ꝙ ſic,facit c.1. [a] s̃.de procu.eod.lib. pro quo
etiam facit glo.in ver.procu.in cle.vnica.de renun.volens etiã,
ꝙ renunciando beneficio poſſit laicus conſtitui procu.In glo.
in ver.non acquiras.in prin.quid autem ſi Papa contulit mihi
canonicatum,& prębendam ſi vacat,alias reſeruauit vacaturã
cum decreto & inhibitione execuiore conceſſo,& dicto tem-
pore nulla prębenda vacabat , poſtea executor contulit mihi
prębendam ſi qua uacabat, & eo tempore vacabat præbenda
de iure,ſed non de facto,quia fuerat collata per ordinariũ poſt
dictam gratiam Papæ,ſed illam iuris uacationem executor , &
impetrans ignorabat.Quæritur an impetrans habeat ius in re?
& videtur ꝙ non , cum non acquiratur iſtud ius ignoranti , ut
hic in tex. Sed contrarium determinat Io. Mo. & ſequitur Ioã.
And. ut hic plene per eum. ex cuius dictis poteſt concludi , ꝙ
valeat & teneat collatio facta per executorem de ipſa prębẽ-
da uacante de iure,licet non de facto,etiam ſi executor, & ille
cui fuit collata ignorauit talem vacationem,dummodo tamen
in veritate vacet,& ita etiam tenet Lap.in ſua alle.7.circa prin.
quod procedit,quãdo reſcriptum tenuit a princ.ut in terminis
prędictis,alias ſecus eſſet,vt in c.cum noſtris.s̃. de conceſ.præ-
ben.vt voluit hic Ioan. Andr. & Docto. Item prædicta proce-
dunt,quando poſſeſsio tenentis non erat colorata, ut eſt quan
do ordinarius contulit & poteſtatem non habebat , ut erat in
terminis prędictis in quibus poteſtas conferendi erat ſublata
ab ipſo ordinario per collationem canonicatus & reſeruatio-
nem & decreti appoſitionem , tunc enim cum talis poſſeſsio
ſit tantum facti,& non colorata,non impediret executoris col
lationem,nec etiam impetrationem de ipſa mentione non fa
cta,ſed tantum impediret ipſam executionem quę fieri nõ de-
bet,niſi vocato poſſeſſore,vt j̃.eod.c.licet,ſecundum Lap. & fa
cit quod no.per Ioan.And.in d.c.cum noſtris. ſuper gl. 2. & in
c.inter dilectos.s̃.de exceſ.pręla.Si verò poſſeſsio tenẽtis fuiſ-
ſet colorata,vt quia ille qui contulit habebat poteſtatem con-
ferendi,licet eſſet defectus ex parte prouiſi,& tunc precederet
dictum Ioan. Cal.volentis in d.c.cum noſtris,quòd executoris
collatio non valeat,niſi prius a poſſeſsione fuerit amotus ipſe
poſſeſſor,cum talis colorata poſſeſsio impediret etiam in peti-
tione,ſi de ipſa non fieret mentio,vt in d.c.cum noſtris, & for
te impediret delegati collationem, quando eſſet facta mentio
de tali poſſeſsione,niſi tamen cognitio pręcedat,licet non im-
pediat collationem ordinarij,ut in d.c.cum noſtris,& d.cap.li-
cet,& facit quod no.per Ioan.Andr.s̃.eod.in c.cum de benefi-
cio.ſecundum Lap.dicentem,ꝙ in caſu d.c.licet,nedum per or
dinarium,ſed etiam per delegatum , abſque cauſæ cognitione
poſſet conferri beneficium vacans de iure communi tantum ,
quia etiam poſſet impetrari non facta mentione de tali poſſeſ-
ſione,ut ibi no.per Archid.& Ioan.And.ſecundum Lap.& ita
ſequitur Domi.& vide per Rotam in deciſio. 407. quę incipit ,
Item ſi expectans,& per Docto.in d.capit.cum noſtris,& in d.
c.licet.In ead.glo.ibi,alij dicebant.no.ꝙ diſpoſitio l. quotiens,
b hic alleg.non habet locum in collationibus beneficiorum,uel
11 prębendarum. [b] ſic s̃.eod.c.eum cui. † In glo.in verſic.alius.in
princip.& etiam executor datus per Papam conferre nõ poſ-
ſet,vt patet hic in tex.ibi,quicunque, & ſic nullus excipitur. s̃.
de ma.& obe.ſolitę.ſecundum Archid.& Ioan.And.& Papa ẽt
conferre non poſſet,nec valeret collatio,niſi de tali collatione
Papa mentionem faceret.j̃.eod.quia ſępe,& c.ſi poſtquam, ſe-
cundum Lapum,& idem videtur velle Ioan.And.dicens,quòd
cum non valeat collatio quæ eſt fauorabilis, multòminus vale
bit diſpenſatio , ideo ſi habens beneficium curatum obtineat
aliud curatum,& ſic vacet primum,quòd confertur alteri , qui
antequam acceptet collationem,ille primus impetrat diſpen-
ſationem ſuper primo retinendo,nec facit mentionem de col
latione facta de ipſo primo etiam non acceptata,talis diſpenſa
tio non valebit,cum ſit ſubreptitia,facit c.non poteſt.j̃.eod. &
ita tenet hic Arch.& Ioan.Mo.quod procedit ſecundum Lap.
etiam ſi Papa proprio motu diſpenſaret,uel ſi talis cum quo di
ſpenſatur ignorauerit talem collationem,ut in d.c.gratia.quia
licet prędicta tollant ſubreptionem,non tamen pręiudicant al
teri in iure quęſito ad rem uel in re,facit quod no.in ca.quam-
uis.s̃.de reſcrip.eod.lib.de quo no.in d.c.ſi poſtquam, ſecundũ
Lap.Et dixit hic Ioan.Andr.ꝙ ex quo talis diſpenſatio eſt ſub-
reptitia,& ſic nulla in beneficialibus,ut in c.ad audientiam. el
2.s̃.de reſcrip.non reconualeſcit,licet prouiſus poſtea non ac-
ceptet.s̃.de ele.auditis,& in reg.non firmatur.j̃.eod.lib. ſecun-
dum Io.And.intellige , quando diſpenſatio fuiſſet ſubreptitia,
alias ſi non fuiſſet ſubreptitia,ut quia facta proprio motu , uel
eo ignorante,tunc forte reconualeſceret,cum a princi.non ſit
nulla, vt ſubreptitia, licet non pręiudicet ei cui eſt ius quęſitũ,
12 facit quod no.in d.c.gratia,& in d.c.ſi poſtquam. † In gl.in uer.
in perſonam.in fi.no.glo.uolentem , ꝙ beneficium quod Epi-
ſcopus ad certum tempus conferre non poteſt, non poſsit in-
tra illud tp̃s vnire , quod inducit Do. ut beneficium deuolutũ
ad Papam per negligentiã , ꝙ Ep̃s conferre non poſſet donec
Papa ſemel cõtulerit,vt in c.pe.s̃.de ſup.neg. pręla. non poſsit
interim vnire,licet Fede.de Senis in ſimili q̃one tenuerit ɔ̃riũ,
vt hic refert Do.Sed certe bñficium quod nõ p̃ot cõferri, puta
quia ſit reſeruatũ Papæ,vel deuolutũ,vel aliter,tñ p̃ot vniri,ſed
interim vnio non habebit effectũ donec viuit ille cui eſſet fa-
cta collatio per Papã,& ita vr̃ velle Fede.in ſuo conſ.109.quod
incipit,amice.circa fi.& Imo.& in c.j.s̃.ne ſede va.cir.fi. & do.
Flo.in cle.2.de reb.eccle. in 9. q.quod tene menti ad limitatio-
13 nem huius gl.†In gl.in uer.lapſo.in fi.uide ibi per gl.& Docto.
ſed ɔ̃ hanc gl.tenet hic Archi.quare Io.And. dicit tenendũ eſſe
quod tenet gl.hęc opi.Archid. procedit ſi prouiſus non ſolum
c diſſenſit,ſed ẽt renunciauit,tũc poſtea cõſentire nõ poſſet, [c] ẽt
cõferente manente in eadẽ uoluntate,ut 7.q.1.q̃. periculoſum.
s̃.de renũ.ex tranſmiſſa.Sed Lap.indiſtincte tenet ɔ hanc gl. ẽt
in ſimpliciter diſſentiente.arg.c.ſi electio.s̃.de ele.eo.lib.Io.de
Fan.ſequit̃ gl.dicens,ꝙ perſeuerantia uoluntatis collatoris, &
nouus conſenſus prouiſi tollunt alle.hic per Archi.quare con
cludit Do.ꝙ ſi prouiſus non ſolũ diſſentit,ſed ẽt renunciat,tũc
dicto caſu procedat opi.Archi.quã ẽt hic ſequit̃ Io. An.Si verò
prouiſus ſimpliciter diſſentit dicẽdo,nolo cõſentire,tũc ſi col-
lator acceptat dictũ diſſenſum,nõ poterit prouiſus poſtea cõ-
ſentire,cũ nõ durauerit conferẽs in eadẽ volũtate , & ita tenet
hic Pa.Sed ſi collator nõ acceptauit dictũ diſſenſum, tũc ꝓce-
dat iſta gl.ſm Do.adducẽtẽ tex.hic in fi.ubi licet lapſus termi-
ni educat diſſenſum,tñ p̃ot de nouo ꝯſentire re integra. Extra
gl.pro declaratione huius decretalis quęrit hic La. quid ſi Pa-
pa reſeruat bñficium collatum abſenti poſt collationẽ,& ante
q̃ abſens conſenſerit , & concludit ꝙ licet reſeruatio non ha-
beat vitiare collationem pręcedentem,arg.c.ſi eo tp̃e.s̃.de ele.
eod.lib.tñ impedit conſenſum illius cui facta fuit collatio , ut
ſic poſtea conferre nõ poſsit,ut hic per eũ. & in d. c. ſi eo tem-
pore.Et ita ſequitur Do.& Io.de Lig.nam collatio ſine conſen
ſu prouiſi tribuit ius ad rem ante conſenſum,ut eſt tex.hic, er-
go tale ius remanet validum,ex quo pręceſsit reſeruationem,
licet

ADDITIONES.

a Dicit tamen Ioan.And.quòd Ber.in c.apoſtolicæ,ſupra de excep. tenet ꝙ quis non poteſt agere pro ſe vel pro alio, pro eo , quòd poſſidere non poteſt,per quam gl.dixit ibi Pet.de Sa.quòd laicus non poterat eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus,niſi in matrimonialibus.Archi.adducit hic notata per Hu. & Lau.5 q.3.cap.ſi.

V. G. Quando laicus in cauſis ſpiritualibus procurator eſſe poſſit, ponit Fely. in capit.apoſtolicæ.colum. 3.in fine verſic.tene menti doctrina. de excep.

b Et poteſt eſſe ratio,quia ſicut temporales temporalibus , ſic ſpirituales ſpiritualibus cauſæ conueniunt,vt 10.diſt.certum eſt,& c.conſtitutiones , & cap. quoniam.in fi.pro quo facit quod no.Ioan.And. in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.Ber.de Roma.

c Facit ff.de ſucceſ.edi.l.1.§.qui ſemel.C.de re.hær. l. ſicut. C. de pac.poſtquam ff.de ædil.edic.l.quæritur.§.ſi venditor.vbi dicitur,quod remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas.Ber.de Roma.

licet vitietur conſenſus ſequens poſt reſeruationem,vt d. ca. ſi
eo tempore,ſecundum Do.quod poſſet procedere qñ proprio
14 motu Papa reſeruat,vt tenet j̃.Lap.& Do.† Sed certe ẽt tũc nõ
vr̃ ꝙ præiudicet,nec impediat cõſenſum illius cui erat ius quę-
ſitum per collationẽ,ex quo proprius motus non vr̃ quod tol-
lat ius alteri quęſitum,ẽt ad rem,vt s̃.& no.in d.c.ſi poſtquam.
ſi verò reſeruatio fuit facta ad alterius impetrationẽ, tunc ſine
dubio nõ valeret,ut ſubreptitia, ſicut non valeret collatio vel
diſpenſatio,vt s̃.ꝑ Io.An.niſi fuiſſet habita mẽtio de tali colla-
tione,quia tunc valeret reſeruatio & impediret cõſenſum,pro
15 quo faciunt no. in d.c. ſi poſtquam. de quo j̃.† Secundò quærit
hic Lap.quid ſi ordinarius contulit beneficium Titio,& ante-
quam acceptaret,Papa cõtulit ipſum Petro,vel ei conferri mã
dauit cum cl̃a,ſi non erat alteri tempore datę ius quęſitũ,dein-
de dictus Titius non acceptauit,an poterit ordinarius iterũ ip-
ſum beneficium conferre in pręiudicium Papę.& dicit Lap. ꝙ
ſolutio põt colligi ex no.per Io.And.poſt Inn.& Hoſt.in c. du-
dum.el 2.s̃.de elect.in verſicu.diſpenſatio, & in d. capitu.inter
dilectos,& in d.capit.cum noſtris,& per gloſ. in d. clementi.j.
in ver. intra menſem. ex quibus videretur concludi ordinariũ
nõ poſſe,ſed collationẽ ſpectare hac vice ad Papã, vt ẽt tenuit
Pau.in d.cle.j.de conceſ.prębẽ.Sed ipſe Lap. dicit, ꝙ potius vr̃
dicendũ ꝯ iũ,ut ordinarius iterũ conferre poſſit,quia in mãda-
to Papæ cã,modus,& finis qui dẽt attendi. 24. q. 8. occidit.fuit
vt ſi ibi nõ eſſet alteri ius quęſitum in beneficio,valet collatio
de ipſo facta,vel mandatum de cõferendo,& eo caſu impediat̃
collatio ordinarij. Erat ius quęſitum alteri ſaltem ad rem per
collationem ordinarij,intantum ꝙ ẽt per Papam de ipſo tantũ
facta collatio non valeret,vt hic,& no.s̃.eod.ſi poſtquam.ergo
gratia Papæ fuit ſubreptitia,& ſic nulla,& nõ impeditura col-
lationem poſtea fiendã per ordinarium, ẽt in prima & eadem
vacatione,quia ad hoc non agebatur, ſed vt prouideretur ipſi
impetranti,quia ceſſante cã ceſſat eius effectus & finis,& prę-
dicta procedunt ẽt in facto non notorio,& fortius in notorio,
vt per Io.And.in c. ſollicitudinem,in ver.ſi verò.s̃. de appe.ſm
Lap. ex cuius dictis concludi põt, ꝙ ſi beneficium fuit collatũ
abſenti per ordinarium,& ipſe abſens poſtea renunciet,per or
dinarium iterum conferri poterit,non obſtante ꝙ de eo per ip
ſum Papam fuerit facta prouiſio antequam abſens renunciet,
quod procedit,quando talis prouiſio non tenuit,quia ſubrepti
tia,alias ſi nulla fuiſſet ſubreptio, & beneficiũ fuiſſet affectũ,
& tantum per Papam diſponendum,& tunc procederet glo.s̃.
in ꝯrium alle.vt videtur ipſe Lap.velle, qui videtur velle prędi
cta procedere, primò quando talis prouiſio non tenuit, quia
ſubreptitia,ſecus ſi non fuit ſubreptitia & beneficium fuiſſet
affectum,& tantum per Papam diſponendum, quia tunc pro-
cedunt glo.in contrarium alleg.& collatio ordinarij non tene
ret. Secundò prædicta procedere poſſent, quando Papa de
beneficio prouidit cõferendo,vt s̃.ſecus ſi reſeruando proprio
motu,quia non poſſet tunc prouiſus conſentire collationi or-
dinarij,licet diſſentire poſſit,vt in d.ca.innotuit,& c. ſi eo tꝑe,
& dicto caſu ordinarius ꝯferẽdo diſponere nõ poterit,niſi pri-
mò de eo diſponatur per Papã, vt d.c. ſi eo tꝑe, & ita procedũt
iura,quæ in ꝯtrariũ facere videñt. Ceſſat enim iſto caſu ſubre-
ptio, & Papa vult ordinario auferre poteſtatem conferendi
iſtud beneficium,& ad ſe aduocare,ſecundum Lap. quod pro-
cedit quando reſeruatio proprio motu fit,non expreſſo eo cui
velit conferre.Alias ſi poſt collationem ordinarij nondum ac-
ceptatam Papa mandaret alteri conferri, & pro eo reſeruaret,
tunc cum impetratio ſit ſubreptitia,nõ valeret ẽt proprio mo-
tu facta ipſa reſeruatio,tanquam accedens ad eundem effectũ,
facit ad hoc quod no.in reg.acceſſorium.j̃.eo.lib.& quod no.ꝑ
ipſum Lap.s̃.eo.tit.ſi clericus.ſecundum Pe.de Anch. Imo ẽt li
cet reſeruatio fiat proprio motu,& ſic ceſſet ſubreptio, tamen
non vr̃ ꝙ impediat conſenſum illius cui erat iam ius quęſitum
per collationem ordinarij,quia motus proprius non tollit ius
alteri quęſitum ẽt ad rem,ut no.s̃.eo.in c.ſi poſtq̃. & dicit etiã
Pe.de Anch.ꝙ ſi in terminis q̃onis ipſius Lap.Papa reſeruaſſet
vt vacans cum cl̃a,ſi non eſſet alicui ius quęſitum tempore da
tæ,cum per collationem ordinarij ius ſit quæſitum, deficeret
conditio,& per cõſequens reſeruatio, & ſic ordinarius poſſet
tunc conferre,ſecundum eum, imo & ſi ipſa reſeruatio fuiſſet
ſimpliciter facta in gratia in qua mandatur conferri de benefi-
cio, ſi aliter non ſit ius quæſitum, ut in terminis prædictis, &
tunc cum deficiat gratia in ipſo beneficio,deficiet ipſa reſerua
tio,vt acceſſoria,facit c.ſi ſuper gratia,de offic.deleg.eo. lib. &
non impediet collationem ordinarij. Sed ad prædicta dubium
facit,quia non videtur,ꝙ reſeruatio facta proprio motu tollat
ius alteri quęſitum,ut eſt dictum s̃.nec ob.d.c.ſi eo tẽpore,quia
debet intelligi,quando Papa reſeruat proprio motu non ad al-
terius impetrationem,ſeu non expreſſo eo cui velit conferre.
vel poſſet dici ꝙ tex.in d.c.ſi eo tempore, licet velit ꝙ reſerua-
tio deuoluat ad Papam, non tamen probat quod propter hoc
poſſit pręiudicari,an pręiudicetur iuri quęſito alteri ante reſer
uationem, ſed quòd reliqua debeant expediri per Papam in
perſona illius cui erat ius quæſitum,ut patet in d.cap.ſi eo tem
pore,& per glo.ibi,in verſic.vel alia.ad idem etiam tex.hic ibi,
vel quicunque alius,quo caſu ipſe Papa comprehenditur, ut s̃.
& ſic uult tex.hic,quòd etiam per Papam non poſſit de illo be
neficio in perſonam alterius ordinari, unde comprehenditur
etiam reſeruatio, per no.in cap. cum in illis.§. 2. ſupra eodem,
vnde etiam Papa nõ poterit præiudicare iuri quęſito alteri, ut
hic in tex.& hoc niſi exprimat expreſſe, & ex certa ſciẽtia ve-
lit tali iuri derogare,& per Doc. in d. c. inter dilectos, & quod
plenius no.in d.c.ſi eo tempore.

SVMMARIVM.

CAP. XVIII.

1 CVm qui. † No.j.ibi,animarum cura.ꝙ iſta de-
cre. in prima parte non habet locũ
niſi in beneficijs curatis,ſecundum Domi. Sed ad-
uerte,quia Pau.& Dom.j̃.tenent quòd habeat locũ
etiam in dignitatibus,& perſonatibus,etiam non curatis,cum
de eis idem ſit iudicium,ut s̃.de ele. c. dudum.el 2. quia vt dicit
gloſ. j̃. cum iſte tex. emanauerit ad declarationem capitu. de
multa.s̃.eod.quòd in illis locum habet, ergo & in eis habebit
locum iſte tex.cum conſtitutio declarans extendatur ad caſus
in quibus locum habet declarata, licet ſit pœnalis, & ſtrictius
loquatur,ut per glo.in c.is qui contra.s̃.de elect.eo. lib. & quia
ratio hic expreſſa in tex.habeat locum in occupante vel intru-
dente ſe in dignitatibus vel perſonatibus, ergo in eis habeat
locum iſte tex.vt vult in ſimili glo.ſingu. in uerſic. eligatur. in
2 clemen.1.de electio.†Secundò no.aliud eſſe occupare,& aliud
ſe intrudere cum hic ponantur vt diuerſa,ut l. ſi idem.C.de co
dicil. quod inducit hic Domi. ad reſcripta, in quibus dicitur,
a dummodo non fuerit intruſus,[a] quia ſi haberet quis canoni-
cum titulum, licet occupauerit per uim beneficium propter
3 hoc non diceretur intruſus.† Tertiò no.ibi,in beneficio, quòd
cum tex.hic loquatur in beneficio,concludit Ioan.Andr.quòd
non includat Epiſcopatum, & ſic non habeat locum in Epi-
ſcopo tranſeunte ad alium Epiſcopatum, contra iſtam prohi-
bitionem,licet poſſit priuari,ut per Ioan.And.in capi. quanto.
ſupra de tranſla.pręla.in glo. fin.& facit ratio, quia in Epiſco-
patibus non poteſt renunciari,nec expreſſe,nec tacite ſine li-
centia Papę,vt in cap.licet.s̃.de regularibus,ſecundum Domi.
4 † Vltimò no.& ita alleg.quod ſtultus[b] vel delinquens non de-
b bet eſſe melioris [c] conditionis quam peritus vel non delin-
c quens.† In gloſ. 2. in fi. no. ex gloſ. regulam, ex qua habetur,
5 quòd iniuſta receptio ſecundi beneficij inducit priuationem
primi eo caſu, quo induceret iuſta receptio,& alias non, quia
eo caſu quo iuſta receptio ſecundi beneficij nõ induceret pri-
uationem primi, eodem modo nõ induceret iniuſta receptio,
& tunc non haberet locum prima pars iſtius tex. ut patet hic
in glo.

ADDITIONES.

a Quis ſit intruſus,vide per Cal.conſi.13.& c.grauis.de reſti. ſpol. ibi enim dici
tur,quòd is eſt qui non canonicè,ſed per violentiam occupat honores, uel
eccleſiaſtica beneficia,quare fur eſt,& latro,& eſt in peccato mortali,& ſem
per tenetur ad reſtitutionem.Ber.de Roma.
Vin. God. Quis dicatur intruſus, habetur latę per Dec. in conſi. 121. in fine,
& quibus modis quis dicatur intruſus.Fely.in c.in noſtra.col.9.de reſcrip.
b Interdum malæ fidei poſſeſſor melioris eſt conditionis quam poſſeſſor bonæ
fidei,ſecundum Io.And.& patet ex nota.ff.de rei ven.§.ſi.
c Dicit hic Dom.quòd ſtultitia non excuſat quem a delicto,ꝙ tamen intelligit,
quando non procedit a ſenſu naturali,ſed ab actu,quem quis ſtulte gerit. Se-
cus vero ſi procederet a naturali ſenſu, quia tũc excuſat,ut in cle. furioſus,
de homi.& in c.maiores.de bap.
Vin. God. Adde, quòd ſi ſtultus faceret actum,quem quilibet ſanę mentis fe-
ciſſet,talis actus valet,& tenet.Tho.Gra.dec 73.nu.38.

in glo.& vide per Ro.in deci.61.quæ incipit, Item sufficit. Sed an habeat locum iste tex.si aliquis affectans priuationem bñficij sui,cuius reassignationem superior non vult recipere,iniuste se intrudit in secundo,vel vi occupat.Lap.hic ꝙ nõ,quia pęna hic imposita tenderet tunc ad gratiam, quod esse non dēt. s̄.de transla.inter corporalia.ver.quod nec de cessione,& facit quod no.Io.And.in c.Ioannes.s̄.de cle.cõiu.Sed Io.de Lig. hic ꝯ,quare concludit Do. vt dictum Lap. procedat de priuatione quò ad ecclesiã uel superiorem,ut sic posit illum inuitũ retinere in primo beneficio,vt no.2.q.6.sequi.& per Io. An.in d.c.de multa. quò ad se autem talis bene incurrit priuationem, quia dicta vacatio insurgit ex incompatibilitate,& est pęna legalis, vnde etiam si iniuste reciperet quis s̄m,ad finem ut primũ vacaret,induceret vacatio,ut dicit hic Io.de Lig.s̄m Do.hic circa
6 fi.& vide per Io.And.in reg.non prestat.j̄.eo.lib.† Secundo no. ex hac gl.paria esse venire ꝯ de iure vel de facto quo ad cõmissionem pęnæ,quod inducit hic Archi.vt pęna c.si quorundã.s̄. de solu.habeat locum in eo qui ecclesiam detinet occupatam. Facit ẽt ꝙ pęna dilapidantis,vel male alienantis habeat locum in rectore ecclesiæ vendente rem quã ecclesia bona fide possidebat,& postea verus dñs anteq̃ esset præscripta vẽdicauit,s̄m Io.And.de quo ꝑ eum in reg.cũ quis.j̄.eod.lib.Facit ẽt ad q. de qua per Bar.in l.si.quis legatũ.ff.de falsis,& ꝑ Bal. in l.iurisiurã. C.de testi.& per Io.And.in reg.sine culpa.j̄.eo.lib.an testis di-
7 cens falsum non iuratus incidat in pęnã falsi. † Et predicta quo ad commissionem pœnę delicti. De pęna verò apposita in cõtractu,an committatur si fiat ꝯ de facto,per Bar.& Doc. in l. cũ filius.de ver.ob.& per Bal.in l.ea quidẽ.C. si man. ita fue. alie. & in l.continuus.§.cum quid.de ver.obl.& ibi, an vt euitet̃ pęna sufficiat de facto fieri.Et quid quo ad acquisitionem pręmij no.in l.pe.ff.de adulte.& in l.hęc conditio.ff.de conditio.& de mon.In gl.in ver.obtinebat.in prin.Idem Io.Mo. Archidia. & Io.And.& Inn.in d.c.de multa.Sed Imo.hic ꝯ, cũ ista pœna nõ reperiat̃ imposita,ideo non est extendenda.per reg. in pęnis.j̄. eo.lib.dicit tamen ęquum esse eum priuari, per istum tex. & ꝑ id quod in simili no.in c.si compromissarius.in gl.fi.s̄.de elect. eo.lib.Sed certe hęc gl.non extendit pęnã huius c.ad alium casum,sed dicit ꝙ rõ istius tex.decidit dubium,qđ cum posset in terminis d.c.cũ in cunctis,& ita est tenendum,s̄m Do. & inducit Bal.hanc gl.ꝙ Ep̃s faciens se consecrari iniustè, puta li.pen.
8 desacratur,& non est Ep̃s.Sed certe ista gl.solũ probat,ꝙ cõsecratio non valeat,& non sit canonica.†In ea.gl. in fi. idem Archi.& Doc.& tene menti ex gl.ꝙ de bñficijs occupatis dẽt fieri mentio in literis obtinendis super alio beneficio, vel super dispensatione aliorum beneficiorum,& idem in literis obtinẽdis super eorum confirmatione,alias non valerent, vt vr̃ velle
a Io.An.j̄.§.proxi. dicens, ꝙ in re violẽter possessa [a] non iuuaret litera confirmationis,prout patet ex no.16.q.6. placuit, s̄m Ioã. And.& facit l.si qua.C.de fundis & saltibus rei do.lib.11.& in c. inter cęteras.de rescr.& per Bal.in quodam cõsilio, quod incipit,In Christi nomine,quoniam plurima.sufficeret tamen fieri mentio de violenta possessione, vel ꝙ certa scientia concederetur rescriptum,vt no.in c.j.j̄.de exces.præla. & vide plene per Io.And.in c.postulasti.s̄.de rescri.volentem,ꝙ non solũ de beneficio occupato,sed etiam de fructibus perceptis ex eo, debeat fieri mentio in literis super eo obtinendo, de quo ibi per Doct.&c vero non debet fieri mentio de valore beneficij,vt ꝑ glo.sing.in cle.j.de preben.de quo in c.si motu proprio. In gl. in ver.exitat.in fi.uide per glo.in l.in rem.§.fi.ff.de rei ven.quã do sit quod malæ fidei possessor sit melioris conditionis quam bonæ fidei.Extra glo.quærit hic Archi.primò,an subditi teneãtur obedire prælato intruso,& an debitores teneantur ei solue re,& distinguit,an agat suo nomine,& tunc nõ,an nomine dignitatis,& tunc sic,donec de mala fide vel violentia sit conui-
b ctus in iudicio,secundum Inn.in c.cum olim.in prin. s̄.de cau. pos.& in c.in literis.s̄.de resti.spo.& ibi per Io.And.& Docto.
9 in l.si urbana.ff.de condi.inde. & in c. nihil.de elec. [b]† Secundò quærit,an ille qui inuasit ecclesiam habentem ius patronatus,quam pacificè possidet,possit pręsentare. & videtur hic cõcludere quod sic,quando ab ecclesia toleratur,vt no.in c. nihil s̄.de elec.in glo. fi.& Inno.in c. si vere.s̄.de senten. excommu. & ita residet hic Ioan.And.& sic sequitur, quod si non sit toleratus ab ecclesia,sed intrusus præsentare non possit, & non valeat id quod facit,etiam si hoc ignoret.j̄.de concesf.præben. ca. j.ver.adijciebatur.in vlti.glo.secundum Lapum dicentẽ, quod si contra talem esset lata sententia depositionis non posset dici toleratus ab ecclesia,sed intrusus.facit quod no.per Innocẽ. ct Io.Andr.in c.qualiter.el 2.s̄.de accu.super ver. diminutione capitis.in ulti.col.Et ex his no.quando prelatus dicatur toleratus,vel intrusus,de quo per gl.in c.constitutus.s̄.de purg.cano. & no.in c.ueritate.s̄.de dolo & contu.& in c.consulta. s̄. de iu. patro.Et pręd icta dic in pręsentante nomine ecclesię.Sed pręsentans nomine proprio,ut est canonicus, vel patronus, tunc cum habeat malam fidem, & sic non faciat fructus suos, non posset pręsentare,ut per Inn.& Doct.in d.c.consultationibus, & in c.Cumana.& in c. querela.s̄.de elec.& in c.2.s̄.de resti.in integ.in c. cum ecclesia. de causa pos.& per Pau. in cle.in plerisque.de elect.& in cle.1.de regula.secundum Lap. quod ideo est,quia talis non potest dici toleratus,sed reiectus, secundum Io.de Lig.de quo in d.c.nihil.sed Pe. de Ancha. tenet indistinctè,ꝙ ẽt pñtatus nõie dignitatis erit amouendus postq̃ cõstiterit de mala fide, ex quo mala fides prelati nõ prodest ecclesiæ, vt faciat fructus suos.l.in hmõi.ff.de ꝯhẽ. emp. põt dici ꝙ illud procedat in prelato possidente nõie ecclesię rem non spectantẽ ad ecclesiã,secus in possidente rem ecclesiæ,ut est in iure patronatus,quia tũc ualent gesta in utilitatẽ ecclesię,licet sit malę fidei possessor,ut per gl.in d.c.nihil,& per Inn.in c. cura.de iure pat.Et uide per Ro.in deci.268.quę inci.Item ꝙ collatio.tenentem,ꝙ valeat collatio seu pñtatio facta per uiolentum possessorẽ,de cuius violentia seu mala fide non constat,sed si constaret de uiolentia & mala fide,cassaretur tunc dicta pręsentatio, & collatio. de quo in d.c.consultationibus,& per Inno.in d.c.cura.& per glo.in d.c.nihil.

ADDITIONES.

a Violentum dicit Io. Mon.cuius principium est ab extra, & vis progressus diminuendo proce.

b Et si ratio non obediendi posset reddi,puto ei non obediendum s̄.eo.cum teneamur.in fi.& supra de rescri.si quando,& supra,de cle.non resi.c.vlt.in glo. item in fi. & ratio ipsa tunc reddi posset quando de eius intrusione haberetur verisimilis pręsumptio,ut supra de præsum.quia verisimile,pro quo uide gl.in c.ne cui.13.dist.in uer.formidat.cum ibi no.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Occupans per uim beneficium,amittit ipso iure ius quod in eo habet,& habet locum in quocunque beneficio.*
2 *Quid si iudicis autoritate intrat.*
3 *Beneficium occupatum per uim,an poterit alteri conferri antequam proferatur sententia priuatiua illius beneficij.*
4 *L. si quis in tantam.C.vnde vi.non inducit priuatiouem ipso iure.*
5 *Consuetudo quòd electus possit administrare sine confirmatione non valet.*

Insuper. No.primò,quia dispositio istius tex.locum hẽt in quibuscunque beneficijs, ẽt in monasterijs & hospitalibus vel alijs pijs loci,s̄m Lap.cũ talia gaudeant priuilegio ecclesiarũ,s̄m Io.And.in c.2.s̄.de resti.in integ. & vide per gl.& Doc.in c.grãdi.s̄.de sup.neg.prela.Sed an iste tex. ha-
1 beat locum in præbendis,dicetur j̄. Secundò no. & ita allegatur,ꝙ intrans in posses.beneficii per uiolentiã ipso iure perdit ius ad rẽ vel in re,quod haberet in ipso,& istud probat tex. hic ibi,eo ipso,quasi sine aliquo hominis ministerio,& est canon latę s̃nię,s̄m Archi.& Io.An.dicentes tñ ꝙ requiritur s̃nia declaratoria super facto.s.ꝙ occupauerit, nã q̃tumcũq; imponat̃ pęna ipso iure,semper tñ requirit̃ s̃nia declaratoria.j̄. de hęreti.
2 cum s̄m. Vltimo no. ibi, suę temeritatis, a ꝯrio sensu, ꝙ si autoritate iudicis inferret quis uiolentiam non haberet locum pęna istius tex.qui tm̃ locum hẽt qñ propria temeritate seu autoritate,secus ergo si iudicis autorita.s̄m Io.An. de quo per eũ in c.ex parte.s̄.de arbi.& in c.j.s̄.de immu.eccle.& ita sequitur Do.& vide per Innoc.in c.nec olim.in ver.per portarium. s̄.de
3 priuile.†Sed an poterit alteri conferri beneficium occupatum per uim antequam ferat̃ dicta declaratoria,uide no.per Lap.in sua alle.125.cir.fi.ubi vr̃ tenere ꝙ sic pro quo alle.glo.no.in uer. iusto.in c.commissa.s̄.de elect.eo.lib. licet gl. dicat ibi ꝙ tutius sit,ꝙ citetur prius,& feratur s̃nia declaratoria ꝯ illum, facit etiã
a tex.et.gl.in c.pro humani.j̄.de homi.eo.li.& ita tenet gl.in [a] c. proxi.in fi.licet in ꝯrium faciat quod habetur in d.c.cum s̄m,de quo ibi per Doct. & in d.c.pro humani. possessio tñ non poterit illi

ADDITIO.

a Archi.allegat c.cum ex literis,de resti.in integ.ff.de requi.reis.l.2.& 4. q. 9. facit C.vnde vi.si quis intantam,& d.c.licet Episcopus,vbi dicitur, quod nemini licet rem, etiam suã,propria autoritate vendicare, imò dicit Bal. in d.l.si quis in tantam, quod occupans, rem suam per uim restituere tenetur. Et si dominus erat priuatur dominio,si autem erat non dominus præter restitutã possessionem condemnatur ad æstimationem rei.Ber.de Roma.

Vin.God.Adde quod occupans possessionem uacantem tenetur eam restituere priori possessori.Ruy.consi.5.nu.6.lib.4.& talis occupans non tenetur criminaliter,sed ciuiliter tantum ad restitutionem.vide Bar.Soz.consi.121.visa. circa finem.4.colum. lib. 1.tamen ibi loquitur de eo qui rem suam quam semel possedit.

rit illi auferri ſine cauſa cognita,vt vr̄ ſentire gl. in c. licet Ep̄s.
j̄.eo.circa fi.In gl.in ver.violenti.in fi.aduerte,quia Arch.intel-
ligit violentiam eo ipſo ꝙ quis propria autoritate, ſiue autori-
tate iudicis,vel executoris intrat poſſeſſionem,ut in l.extat.ff.
quod metus cau.& 16.q.6.placuit,& ita vr̄ tenere Ro.in deciſi,
402.quæ incip.Item ſi lite pen.Sed Io.An. dicit tenendum eſſe
qđ dicit gl.hic,& idem tenet Io.An.s̄.c.proxi.quia iſte tex. nō
punit furem vel iniuſtum appręhenſorem , ſed ſolum violen-
tū,& innititur rigori,de quo hic in glo.alias principium iſtius
capituli fruſtra poſuiſſet iſta duo tanquam diuerſa. Non ob.d.
l.extat,quia ſoluitur ibi per gl.fi.in prin.ſ. ꝙ ibi loquit̄ qn̄ quis
occupat propria autoritate quo ad pœnam edicti Diui Marci,
vel ꝙ metus cā, ꝙ loquitur in prophanis,ut hr̄ in d. l. extat,ſe-
cus quo ad pœnam huius c.vel d.l.ſi quis in tantam.hic allega.
quia requiritur violentia,ſm Io.And.& idem vr̄ ſentire in cap.
tranſmiſſam.s̄.de ele.Sed Lap.in d.alleg.concludit, ꝙ ſi intrat
quis propria autoritate poſſeſſionem bn̄ficii uacuam , & tunc
procedat gl.hic,& dictū Io.And.Si verò intrat poſſeſſionē quā
alius poſſidet vel detinet,& illo ɔ̄dicente,& inuito,tunc proce
dat opi.Arch.pro qua facit tex.hic,qui nō punit ſolū violentiā,
ſed ēt temeritatē ſeu autoritate propriā , quaſi idē ſit violentia
eo ipſo ꝙ propria autoritate,facit ēt tex. ibi , a ſuæ temeritatis
audacia,vbi nihil dixit de violētia,& tali caſu dareť interdictū
vn̄ vi,vt no.in c.ſæpe.s̄.de reſti.ſpo.& ſic concludit Lap.ibi, ꝙ
ex quo pn̄te & inuito poſſeſſore ſeu ɔ̄dicente alius ingredit̄,dr̄
violētus poſſeſſor,& hēt locū pęna iſtius tex. ēt ſi primus poſ-
ſeſſor non dimiſerit ſuā poſſeſſionē,quia licet nō dimiſerit,tn̄
paſſus fuit violentiā,& turbationē.arg.c. qm̄.s̄.ut li.non cōteſ.
& ꝓ hac concluſione facit gl.no.in l.non dubium.C.de le.dū
quęrit an legatarius perdat ius qđ haberet,ſi propria autorita-
te intraret poſſeſſionē rei ſibi relictę,& diſtinguit̄ an poſſeſſio
ſit vacans,vel non.Sed dubitari poſſet,quid ſi ingredit̄ qs poſ-
ſeſſionē bn̄ficii,poſſeſſore non ɔ̄dicente,uel inuito , puta quia
non erat pn̄s,uel ignorauit ingreſſum , ſed immediate ꝙ ſciuit
ɔ̄dixit,maxime qn̄ ego veriſimiliter cogitare debui eū ɔ̄dictu-
rū,& idē videreť dicēdū,ꝑ ea q̄ dixit hic Archi. & facit gl.mag.
in d.l.ſi quis in tantā.in ver.8.& in uer.10.cogita.& vide qđ no.
in c.licet.j̄.eo.& in c.tranſmiſſam.s̄.de ele.Ro.tn̄ in dec.417.in
§.ſane.in deciſi.quæ inci.Item ſi ſpoliato.vr̄ velle,quod ſi obti-
nuit quis ſn̄iam pro ſe in beneficio, & ſn̄ia tranſiuit in rem iu-
dicatam.ſi intrat poſſeſſionem beneficii per aduerſarium poſ-
ſeſſorem ſine executore,dummodo abſq; violentia, nō incur-
rit pęnā iſtius tex.quod procedit qn̄ quis per uiolentiā abſque
ſn̄ia,ſeu canonico tit.intrat poſſeſſionē , ſecus ſi ſine violentia
poſſeſſionē appręhēdit,& maxime qn̄ poſſeſſio eſt vacua , q̄a
nō haberet locū iſte tex.ut tenet Ro.ibi,iō cogita in prędictis.
Et procederent p̄dicta,qn̄ quis occuparet per ſe vel per procu-
ratorē ſpālem,ſecus ſi per procuratorē gn̄alē,quia tunc dn̄s nō
incideret in pęnā,niſi tacite uel expreſsè poſtea ratū habuerit.
j̄.de ſen.excō.cū quis,vel ſi ſciuit talē procuratorē vti poſſeſſio
ne,vel eius vigore illū moleſtare,& nō prohibuit.ar.c. non du
biū.s̄.de ſen.excō.ſm Lap.vt in d.alleg.ibi no.vide per eum,&
ita ſequit̄ hic Do.facit gl.in ver.habueris,& qđ ibi dictū fuit in
4 c.ſi tibi.s̄.eo.†In ea.gl.in fi.differt tn̄ d.l.ſi quis in tātā , quia ibi
non inducit̄ priuatio ipſo iure,ſed per ſn̄iam , vt tenet ibi gloſ.
magna,in uer.ſuper quarto.hic aūt ipſo iure,vt s̄.Itē illa loquit̄
in prophanis,hæc in eccleſiaſticis,ſm Io.An.qui ex his , & per
iura hic alle.in gl.vr̄ velle,ꝙ clericus capellæ litigans cū recto-
re eccleſiæ a quo petit dimidiam partem fructuum, & poſt lit.
conte.in principali feſto eccleſię aſſumpſit ſibi officium recto
ris violenter,& ɔ̄ ipſius voluntatem oblationes factas occupa
uit,ꝙ ſuo iure priueť,& ab ipſa eccleſia ſit remouendus, ut hic
plene per Io.And.& ita reſidet Do.Sed Pe.de Anch. intelligit
hoc vęrū,qn̄ conſtaret de animo vſurpādi,quia alias ex quo il-
le clericus hēt partem in oblationib.s̄.de pręsby.fil.propoſuit,
videretur in dubio facere rōne iuris ſui,ut l.meritò. ff. ꝓ ſocio,
& facit gl. in d.l.ſi quis in tantam,& quod no.in l. duo fratres.
ff.de acq.hęr.& intellige qn̄ ambo eſſent in poſſeſſione ipſius
officii,alias ſi rector tm̄,tunc in dubio præſumeť animus uſur
5 pandi,nec habet tunc locum d.l.meritò,de quo ibi uide.†In gl.
in uer.non merentur.in fi.nec ēt ualeret cōſuetudo, ꝙ electus
ſine confirmatione poſſit adminiſtrare.s̄.de elect.eo.lib. auari
tiæ,ſm Arch,& Io.An.de quo per eum in c.cum uenerabilis.s̄.
de conſuetu.in prima gl.ubi tenet,ꝙ ualeret tamen in hoc pri-
uilegium,& idem Arch.hic dicens , ꝙ bene ualeret conſuetu-
do de non inſtallando,& ubi eſſet talis conſuetudo , ſtatim cū
quis eſt electus , & confirmatus ſit canonicus & conſequitur
omnia iura canonici, prout etiam tenuit in c. cū M. de conſti.
tamen ceſſante conſuetudine electus & confirmatus ante in-
ſtallationem ſeu inductionem in poſſeſſionem autoritate ſu-
perioris factam,adminiſtrare nō poſſet , & haberet locum iſta
pęna,ut probatur hic in tex.ibi,beneficiis quęcūque,& ſic ap-
probatur opinio hoc tenentium in c.ut noſtrū.s̄.de offic. arch.
& reprobatur opi.Inn.in c.cum ſuper.s̄.de cauſa poſſeſ.dicen-
tis inſtallationem potius eſſe de ſolennitate quam de ſubſtan-
tia,quod eſt falſum,facit ēt c.licet.j̄.eod.& ita debet intelligi d.
c.auaritiæ. licet Ioā.And. hic dicat, hoc non probari per iſtum
tex.qui ſecundum eum loquitur ſolum in uiolentia , tamē pro
Archi.facit c.paſtoralis.s̄.de priui. & eius dictum communiter
tenetur ſecundum Lap.& Pa.hic primo no.in d. c. trāſmiſſam.
de quo plenius per ipſum Arch.16.q.2.ſuper gl.ſummæ.in vlti.
col.ver.ſedqualiter reſpondet,& ibi videtur reducere opinio-
nes ad concordiam ſic , vt ille qui conſequitur confirmationē
ab eo qui eſt ordinarius loci,& habet plenam poteſtatē, ſicut
eſt Papa qui habet ubiq;,& Archiep̄s in ſua prouincia , & Ep̄s
quo ad dięceſim,tunc per ſolā confirmationē abſq; alia indu-
ctione in poſſeſſione,hēt liberā adminiſtrationē, & ita proce-
dant no.in d.c.tranſmiſſam,& in c.noſti.eo.lib.Si verò quis cō-
ſequať confirmationē ab eo qui non eſt ordinarius loci , tunc
per ſolā confirmationē ſine poſſeſſione nō acquirit̄ ius admi-
niſtrādi,& ita procedit alia opi. Facit d. c.paſtoralis , & qđ no.
de fo.cōpe.Romana.§.ɔ̄hentes, & hęc diſtinctio eſt ſatis ęqua,
ſm Do.hic,dicentē tn̄ ꝙ primum membrū s̄.procedit qn̄ bene
ficium eſſet vacans quo ad poſſeſsionem , quia alias nō poſſet
ꝓpria autoritate intrari,ut d.c.licet,& no.in d. c. tranſmiſſam,
vbi ita tenet d.Nic.in 4.col. ſi tn̄ quis intrauit ſine violētia , nō
hēt tunc locū pęna iſtius tex.ut s̄.In gl.fi.in prin. patet ergo ex
glo.iuncto tex.ꝙ ſiue occupet quis bn̄ficium in quo hēt ius in
re,ſiue ad rē,omni caſu perdit ius qđ hēt,iō dicebat hic Archi.
& Io.And.ꝙ ēt in prębenda non poſſet quis adminiſtrare ante
quam aſsignetur ab eo qui aſsignare poſsit,ut etiā no.Inno.&
Hoſt.in c.propoſuit.s̄.de conceſ.prębē.in prin.& ſi ante admi-
niſtret,diceretur uiolentus,ſm Arch.de quo ēt per Inn. in d.c.
nihil,& ita debet intelligi quod no.fuit s̄.eo.in c.ſi poſtq̄.in gl.
pe.tamen quantum ad pęnam huius tex.requiritur violētia, ut
s̄.eſt dictum,& ſic ſit concluſio,ꝙ quò ad pęnam huius tex. re-
quiratur uiolentia. tamen ad hoc vt dicatur iuſta poſſeſsio re-
quiritur inſtallatio, fallit tamen ſi poſſeſsio eſſet uacans a ne-
mine poſſeſſa,& ita uidetur tenere in effectu Imo.& do.Nico.
in d.c.tranſmiſſam, & Domi.hic.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus habens poteſtatem prouidendi be beneficio,non poteſt prouide-
re de beneficio ei qui habet aliud beneficium.*
2 *Nec poteſt ſuper hoc diſpenſare.*
3 *Pluralis locutio ſi ſit odioſa debet reſtringi,& nu.4.*
5 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio perſonæ idoneæ , intelligitur de ido-
nea de iure communi.*
6 *Beneficij appellatione,an & quando ueniat curatum.*
7 *Habens gratiam de prouidendo de beneficio,& peccans contra iſtam con-
ſtitutionem,an purgato peccato poßit iterum prouidere.*

CAP. XIX.

IS cui. Habens poteſtatem apoſtolicam prouidē
di perſonæ idoneę de beneficio alias be-
neficiato ſufficienter prouidere non poteſt, niſi in
literiſ hoc exprimatur,& tunc vnicum ſimplex ob-
tinenti prouidebit,ſed ſi concedatur ut beneficia obtinēti pro
uideat ad duo tm̄ refert̄, & ɔ̄factum eſt nullum. h. d.ſm Domi.
1 †Nota primò,ꝙ habens delegatā poteſtatem prouidēdi de be-
neficio perſonæ idoneę non pōt prouidere alias bn̄ficiato, ēt
a ſi eſſet beneficium ſimplex,quia non dr̄ tunc idoneus [a] ad bn̄fi
cia qui eſt alias bn̄ficiatus.licet ergo autoritate ordinaria poſ-
ſit quis ſimul retinere duo beneficia ſimplicia,vt s̄.in cap.j.de
conſue.eod.lib.& no.in c.de multa.s̄.eod.tit.& idem ſi autori-
tate legati de latere.s̄.de offi.leg.c.dilectus,et in cle.fi. de offic.
ord.ſecus tamen eſt ſi autoritate delegati ad perſonam idoneā
b reſtricta, [b] vt hic patet.ex quo infertur ꝙ quandoque plus po-
teſt legatus iure legationis,uel alius ordinarius, q̄ ſpecialis de-
legatus

ADDITIONES.

a Ber.de Ro. Ex hoc loco arg.eſt,quod idoneus non ſolum quis dicitur rōne na
turalis aptitudinis,ſed etiam rei cui habet adaptari.
Vin. God. Idoneus quis eſſe pręſumitur quo ad mores , non quo ad extrinſe-
ca.Alcia.in trac.de præſ.præſump.3.nume.1.& 5.quod habetur in lib.8.trac.
fol.84.& 85.
b Ber.de Ro. Et idem ēt puto ſi autoritate legati,non de latere,ſed cum poteſta-
te legati de latere, quia in materia ſtricta qualis hęc eſt vna ſpē expreſſa cæ-
terę intelliguntur excluſæ,ut in c.cum illa.s̄.eo.

2 legatus Papę,ſm Lap.de quo in c.ſtuduiſti.s̃.de offi.leg.† Secū-
dò no.ꝙ habens ptãtem conferendi bn̄ficiū perſonæ idoneæ
nō pōt cū ea ſuper pluralitate diſpenſare, cum intelligatur de
idonea de iure cōi.vnde nō pōt prouidere perſonę alias bene-
ficiatæ.& licet Spe.eo.tit.in fi.dicat,ꝙ Imperator habeat priui
legiū quod dicit ſe ſub bulla vidiſſe,ꝙ in qualibet eccleſia Ale-
manię poſſit facere vnum recipi,& facit ēt qđ de Rege Apulię
no.16.q.7.in fi.ſummæ. & de Rege Anglię no.10.diſt. imperiū,
& per Io.An.in c.2.in fi.s̃.eo.ti.& lib. tn̄ non poterūt ſuper plu
ralitate diſpenſare,ut hic optime probat̄,ſm Io.An. & idem te
net Spe.in tit.de leg.§.videndū. uer. quid ſi collatio. Tertiò no.
ibi,dum tn̄ &c.ꝙ appe.bn̄ficij nō venit curatū,ēt in gratijs,qua
rū effectus deriuatur in alium.de quo in c.dudū.s̃.eo.& dicet̄ j̃.
3 †Vltimo no.ꝙ in materia odioſa & reſtringēda pluralis locutio
non excedit numerū duorū.de quo in reg.pluralis.j̃.eo.li.& in
c.non pōt.j̃.eo.In gl.3.in prin.vide ꝑ Ro.in deci.443.quę incip.
Itē ſi legatus.in 2.col.tenentē,ꝙ non ſolū poſſet prouideri hn̄ti
vnicum beneficiū,qn̄ non eſſet ſufficiens, imo ēt habenti tria
vel quatuor,qn̄ eſſent inſufficiētia, cū ſit eadē rō, qđ procedit
ēt ſi tale bn̄ficiū inſufficiens eſſet curatū,vt vr̄ hic velle Lap. ex
cuius dictis pōt concludi,ꝙ illi cui autoritate apoſtolica cōce-
ditur ut poſſit ꝓuidere alicui perſonę idoneæ in ſua vel alia ec
cleſia,ſm formam huius c.poterit prouideri non ſolū perſonæ
non bn̄ficiatæ,ſed ēt beneficiatę inſufficienter, ēt ſi beneficiū
ſit curatum poterit prouidere ēt in eccleſia cathedrali, vt in d.
c.dudū.s̃.eo.& de prębēda ſacerdotali,ut no. s̃. eo.cum in illis.
j.rn̄.& s̃.eod.ſi pro clericis.& j̃.ei cui.& ēt de beneficio curato,
ſm Lap.& facit quod no.Archi.in c.ſi gratioſe.s̃.de reſcri. eod.
lib.imo poterit ēt prouidere non ſolum in eccleſia,ſed ēt de ip
ſa eccleſia,cum iſta gratia ſit fauorabilis & amplianda,facit qđ
no.in c.2.s̃.de conceſ.pręb.& in c.fi.s̃.de ſimo. & in c.quãuis.s̃.
de ele.eo.lib.ſecus tn̄ eſſet in materia reſtringenda,cū aliud ſit
prouidere in eccleſia,& aliud de eccleſia,ut per gl.quę incipit,
de iſto.in cle.j.de pręb.eo.tit.& no.in c.quamuis.s̃.eo. tit.& in
c.fi.eo.& per Io.Mo.in reg.in generali.j̃.eo.lib.ſm Lap.& Do.
Quid aūt ſi in cōceſſione facta legato de latere dr̄, ꝙ poſſit pro
uidere perſonę alias beneficiatæ,an poterit prouidere de bn̄fi
cio curato.tex.in d.ca.cū in illis,facit ꝙ nō, ad idē facit tex.hic,
vbi in dicta gratia dr̄,ꝙ poſſit prouidere bn̄ficiato,non intelli-
gitur qn̄ ille haberet bn̄ficium curatum, ergo idem dēt eſſe in
conferente,ut licet poſſit de beneficio prouidere,tn̄ non intel
ligatur de curato,niſi ſit expreſſum,ut ſic inter prouidentē, &
prouiſum ſeruet̄ æqualitas. 12. q. 2. agnouimus,& facit qđ no.
Io.And.in c.j.j̃.de ſen.excō.in gl. Sed in ↄ̃rium faciunt no. per
Lap.in d.c.dudum.& in d.c.ſi gratioſe,& ibi per Archi.in verſi.
beneficia, & ita vr̄ hic reſidere Lap. quod intelligit Do. qn̄ ex
tali conceſſione pręiudicaret̄ tm̄ ipſi concedenti, cū tunc fiat
longa interpretatio,ut dixit Inn.in c.cū dilecti.s̃.de dona.alias
ſi p̄iudicaret̄ alteri,vt eſt iſto caſu cū pręiudicet̄ ordinario colla
tori,tunc dēt fieri ſtricta interpretatio,ēt qn̄ effectus gratiæ de
riuaret̄ in tertium,ut probat̄ hic in tex.dum vult,ꝙ tunc appel-
latione bn̄ficij non veniat curatū,facit quod no.in d.c. dudum,
& in c.ſuper eo.s̃.de offi.dele.ſm Do.de quo in d.c.dudum. nã
qn̄ agit̄ de partis p̄iudicio forte hoc nō eſſet verū, vt eſt in caſu
4 ꝓdicto,& patet in c.pe.s̃.de ver.ſig.& vide qđ dr̄ eo.§. in gl.†In
ea.gl.in fi.vide ēt in c.cū adeo. eo. tit.& in c.cum teneamur,&
c.dilectus.s̃.eo.tit.dixit tn̄ hic Arch.ꝙ ad hoc vt poſſit tūc ꝓui-
deri tali nō ſufficienter beneficiato,eſt neceſſe ꝙ in collatione
fiat mentio de primo bn̄ficio qđ obtinet,ut in c.fi.s̃.de offi. le.
eo.lib.& ita ēt reſidet Io.And.ex quibus infert̄ iuncto tex. ꝙ ēt
ſi legatus hēt conferre autoritate apoſtolica ſpecialiter ſibi cō-
ceſſa,ſm formã huius c.tenet̄ in collatione facere mentionem
de primo bn̄ficio eius cui cōfert.pro quo facit c.ſuper lr̄is.s̃. de
reſcri.& gl.in cle.2.de offi.ordi.Sed in ↄ̃rium facit,quia legatus
conferendo autoritate apoſtolica non dr̄ conferre iure legatio
nis,ut d.c.dudum,& d.c.cū aliquib.igitur dēt valere collatio, li
cet de bn̄ficio non fiat mētio,quia d.c.fi.loquit̄ qn̄ confert iu-
re legationis,alias ſecus.pro quo tex.in d.cle.2.dicens ſecus eſ-
ſe in alijs quibuſlibet hn̄tibus ptãtem conferendi, ſicut eſt qn̄
legatus non confert iure legationis, ergo nō eſt neceſſe,ꝙ fiat
mentio de bn̄ficio,qđ obtinet cū in collationib.bn̄ficiorū non
eſt neceſſe ꝙ fiat mentio niſi de qualitatib.in iure expreſſis,ſm
gl.no.in ver.vtranq;.in cle.j. eo. tit. ſed hoc in iure non reperit̄
expreſſum,cū iſta non ſit collatio legati,vt s̃.ideo dicit hic Do.
ſuper hoc cogitandum,& dicit ꝙ iſta dubitatio non eſt tacta ꝑ
alios.Sed certe vide per Lap.& Dom.in d.c.fi.s̃.de offi. leg. eo.
lib.Sed Pe.de Anch.hic dicit communiter teneri, ꝙ etiam tūc
debeat fieri mentio de beneficio.Non ob.d.cle.2. inquantum
dat alijs quibuſcunque a legato ptãtem cōferendi, quia loquit̄
in ordinarijs,non in delegatis,ut patet ex ſituatione tituli, qui
eſt de officio ordinarij,ut ibi no.Nec ob.gl.in d.cle.j. quia imo
facit pro,nam licet de qualitate bn̄ficij nō debeat fieri mētio,
tn̄ de ipſo bn̄ficio tenet̄ facere mentionem,ſm Pet.de Ancha.
cogita,quia gl.in d.cle.2.in ver.hn̄tibus,multum obſtat inquã-
tum uult,quod ſicut Ep̄i ordinarij non tenent̄,ita nec delegati
ab ipſis,ita ergo ſit in legato habente poteſtatē a Papa, & lega
tus dr̄ tunc conferre autoritate apoſtolica,ut ſic non teneat̄,ex
quo confert tanq̃ delegatus ab ordinario,ſed in ↄ̃rium facit rō
gl.no.ibi,in ver.volumus,vt ſic debeat in hoc fieri ſtricta inter
5 pretatio,ex quo p̄iudicat̄ ordinarijs collatoribus.†In gl.in ver.
a non poteſt. [a] in fi.no. ex glo. ꝙ ſi mandatur prouideri perſonæ
idoneæ,intelligit̄ de perſona idonea de iure cōmuni,vnde per
talem gratiam non poteſt prouideri perſonæ alias bn̄ficiatæ,q̃
de iure cōi non dr̄ eſſe idonea ad alia beneficia obtinenda, ut
in c.ſuper.hic alleg.& ita ēt dicit hic Io.An.Et vide per Ro.no.
in deci.443.quæ inci. Item ſi legatus, an habens canonicatum
autoritate apoſtolica ſub expectatione præben.dicatur benefi
ciatus, ita ꝙ eidem poſſit prouideri vigore gratiæ ſupradictæ,
de quo ibi per Roma.pleniſſime.In gl.in ver. dimittat. in fi. rō
quia nulla ambitio notari poteſtlin prouiſo, ſufficit ergo ꝙ
idoneitas perſonæ ſit tꝑe quo prouiſio expeditur.l. in delictis.
b §.ſi extraneus. [b] ff.de noxalibus.ex quo per tale reſcriptum ni-
hil hr̄ actualiter,ſed potentialiter, ideo attenditur tempus quo
6 potentia applicatur ad actū,ut hic per Io.An.†In gl. in uer. tūc
ſit ſtricta interpretatio, inquantum ipſa gratia refert̄ ad illū de
cuius prouiſione agit̄,quia ſi ſit mentio de ſuo vel ſuis benefi-
cijs,non intelligit̄ de curato,nec de pluribus,q̃ duobus, ut hic
dr̄. Sed inquantum gratia refert̄ ad illum qui habet prouidere,
ſit tunc larga interpretatio, ita ꝙ appellatione beneficii uenit
tunc curatum,& de eo poterit prouidere,& uenit ēt bn̄ficium
eccleſię cathedralis,quod alias non veniret,vt in d.c.dudum.&
s̃.in gl.3.imo ēt uoluit hic Archi.& Ioã.And.ꝙ ēt quo ad illū de
cuius prouiſione agitur nō fiat ſtricta interpretatio, cū ēt quo
ad eum appellatione beneficii veniat ēt perſonatus,& ſic ſi cō
ceditur ꝙ prouideatur perſonæ beneficiatæ prouideri poterit
habenti vnicum perſonatum,ex quo hic non excipitur niſi be
neficiū curatum,vnde cum iſta ſit gratia,non eſt reſtringenda,
niſi quãtum verba ſonant.s̃.de ver.ſig.olim,ſm Io.And.de quo
7 ēt s̃.dictum fuit. † In glo. fi.in fi. Sed an habens iſtã gratiam,&
peccans non ſeruando iſtã cōſtōnē,purgato iſto peccato, poſ-
ſit iterū prouidere.Io.Mo.ꝙ non.s̃.de ele. ſi compromiſſarius.
§.j.c.q̃q̃.& eo.ti. cū in cūctis. in fi.ſecus ſi peccatū eſſet ſolū in
forma,& ratio differentiæ hr̄ in d.c.q̃q̃.& ꝑ Inn.in c.1.s̃. de re
iudi.quod dictum licet ſit in ſe ęquum,tn̄ ſm Imo. & Do. non
probatur iure,imo ſm eos,d.c.ſi compromiſſarius,facit in con
trarium.Sed certe Io.And.& Io.de Fan.hic ſequitur opi.Ioan.
Mon.cum ſatis proba. videatur in d.c.quãquam.

ADDITIONES.

a Dicit hic Ioan.Mon.& ſequitur Gem.quòd genus facilius patitur debilitatem vel annihilationem quam ſpecies, quia genera intelligenda ſunt ciuiliter.ff. de ſerui.ſi cui & ad exhib.l.pe.Quare verò perſonæ idoneæ dēt intelligi,ſecū dum ius cōe,ſecundū ꝙ appellatione idoneæ, nō uenit beneficiata perſona.

b Melius facit l.eum actum.ff.de neg.geſt.ubi palam eſt,ꝙ mutata ditione & ſtatu perſonæ,intelligitur etiam mutata cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta per Papam afficit manus ordinarij, etiam ignorantis.*

2 *Aſſignare,uerbum importat totalem collationem.*

3 *Renuncians beneficio ex cauſa quam putabat veram, an videatur excluſus a titulo beneficij.*

4 *Error in primo gradu quando eſt cauſa læſionis plurium gradatim,primo reſtituto aduerſus ſecundum, reſtituitur ſecundus aduerſus tertium.*

5 *Beneficium primum dimiſſum,an dicatur vacare per mortem,ſi ille cui cōpetebat regreſſus ad illud,moriatur antequã redeat ſecundo dimiſſo.*

6 *An autem ualeant geſta per iſtum ſecundum dimittentem poſtea beneficium.*

7 *Diſpoſitio huius c.an locum habeat,ſi quis præbendam alteri debitã acceptauerit cum proteſtatione, quod aliã præbendam poſſit acceptare, ſi & inquantum præbenda acceptata ſibi de iure non deberetur.*

CAP. XX.


SI beneficia. Habet duas partes principales,
nam primò ſuccurrit ignorãtiæ
primi gradus.ſecundò ibi,eundem.ſuccurit ignorã
1 tię ſecundi & ulteriorū.†No. primò ſm Do. ꝙ col-
latio beneficij facta ꝑ Papã afficit manus ordinarii collatoris
a etiam ignorantis,adeo quod collatio poſtea in ↄ̃rium facta nō

a valet,[a] facit c.ſi poſtquam.ſ.eod. tit. & intellige de collatione
Papæ valida,alias ſecus eſſet,vt in reg.non præſtat.in 6. ſm Pe.
de Anch. ponentem an collatio executoris apoſtolici quæ nõ
valet impediat collationem ordinarij,de quo per Inn.& Ioan.
And.in c.inter dilectos.ſ.de exceſ.præla.& per Io.An. in addi.
Spec.in ti.de actione & peti.in §.ſuper actionib.in fi.& ꝑ Lap.
in c.ſi tibi.ſ.eo.Secundo no.arg.ꝙ cum hic coniunctiue requi-
ratur reſeruatio, & appoſitio decreti, ꝙ ſola reſeruatio Papæ
abſque decreto non afficeret manus ordinarij collatoris, ita ſe
quitur hic Domi.& Pe.de Anch.& glo.in ver.prouiſionem,in
b c.ſi eo tempore.ſ.de elec.eo.lib.de quo ibi per Doc.[b] † Tertiò
2 no.ibi,aſſignari,ꝙ hoc verbum,aſsignare, importat totalẽ col-
lationem beneficij,quod inducit Domi. ad executores dicen-
c tes,aſsigno[c] tibi tale beneficium, quia idẽ vr̃ importare quod
conferre,facit d.c.inter dilectos. in fi. & vide per Ro.in deciſi.
3 445.quæ incip.Item fuit dubitatum utrũ habens. † Quartò no.
ibi,libere & c. arg. quod renuncians beneficio ex falſa cã quã
putabat veram,non vr̃ excluſus a titulo beneficij, nec talis re-
nũciatio ſibi præiudicat,ex quo poteſt libere redire ad primũ,
d ſecundum Domi.de quo j.[d] Et per hunc tex.tenuit hic Io.An.
quod volenti redire ad primum beneficium, dimiſſo ſecundo
non poterit inferri quæſtio ſuper tali beneficio,uel eius titulo.
ſ.quod iniuſte vel ſine canonico titulo illud tenuerit,ex quo li
bere debet ad eum reuerti,facit quod no.j.eod.in ca. licet Eps̃.
nec ob.eidem exceptio,dolo facis.de quo j.eod.lib.in reg. do-
lo,quia illa non habet locum in poſſeſſorijs recuperandis, re-
cuperata tamẽ poſſeſsione bene poterit agi ꝯ ipſum poſſeſſo-
rem,ubi no.& in reg.qui ad agendum.j.eod.lib. ſecundum Io.
And.intellige tñ prædicta,ſecundum no.in c.j.ſ.de eo qui mit.
4 in poſ.eo.lib.†Vltimò no.quod quando error in primo gradu
eſt cã leſionis plurium ſucceſsiue & gradatim, primo reſtitu-
to aduerſus ſecundum,reſtituitur ſecundus aduerſus tertiũ, &
ſic de ſingulis,facit l.ſi libertam.in fi.C.de nup.& 3.q.1. princi-
palem,& c.amputato.In glo.2.in fi.idem Archi.& Io. Aud. re-
ſeruatio tamen legati cum decreto non afficit ignorantem, ut
j.eod.ti.ſi apoſtolicæ.& ibi dicetur.In glo.in uer.aſsignari. ibi,
recuperabitur etiam propria autoritate ex beneficio iſtius de-
cre. & hoc probat tex. hic ibi, libere. & ibi, prẹiudicialis exi-
ſtat, quaſi iuris fictione ab illo beneficio non uideatur diuer-
tiſſe,ſiue illa beneficia dimiſiſſe,facit de pœ. diſt.3. diuortium.
cum ſimi.ſecundum Archi.ſed Io.And.contra, dicens ꝙ inci-
deret in pœnam c.eum qui.ſ.eod.Quare Domi.hic refert Rotã
in antiquis in deci.120.quæ incip.Item no.quod vbi aliquis, &
in deci.325.quẹ incip.Item fuit dubitatum,& ibi inducunt̃ opi.
ad concordiam,quod ſi primum beneficiũ dimiſſum non erat
per aliquẽ occupatum,ſed de iure,& de facto vacabat,tũc pro-
cedat qđ dicit Archi.Sed ſi erat occupatum per aliũ, procedat
qđ dicit Io.An.quia non ſit priuatus illo beneficio ꝑ ſnĩam iu
ris vel hominis,ſed habeat ius in eo,tñ non poterit propria au
toritate occupare,ut no.in ſimili ꝑ Inn.in c.tranſmiſſam. ſ. de
elect.& in cap.ex parte.ſ.de arb.& ita refert Rota ibi palatium
5 obſeruare. † Sed quẹrit̃ an primum beneficium dimiſſum di-
catur vacare per mortẽ,ſi ille cui competebat regreſſus ad idẽ,
moriat̃ antequam redeat dimiſſo ſecundo, uel non dimiſſo cõ
cludit hic Lap.ꝙ ſic,& non diceret̃ vacare per adeptionem ſe-
cundi alteri collati,vel reſeruati per Papã, nã tale bñficium di-
miſſum,ſiue ſit alteri collatum,ſiue non, fingit̃ non vacaſſe,vt
hic ĩn tex.& facit quod no.ꝑ Io.An.in c.j.j.de re.permu. & per
Fed.in tractatu permutationis.in 6.q.ſm ipſum, & idem vr̃ hic
velle Io.de Lig. ultimo loco, dicens ꝙ primum non vacauit ꝑ
adeptionẽ ſecundi,facit tex.hic dum dicit, libere &c. & ſic du-
rat antiquus titulus,& non eſt opus noua collatione, qđ ſecus
eſſet ſi adeptio ſecundi feciſſet primum vacare, quia tunc non
poſſet rediri ad primum ſine noua collatione,facit tex.ibi,præ
iudicialis exiſtat &c.& ita tenet hic Do. & eſt de mente Arch.
6 ſ.& dominorũ de Rota.†In gl.in ver. culpa.in fi.an aũt valeant
geſta per iſtum ſecundum dimittentẽ bñficium, & redeũtem
ad primũ,& an faciat fructus ſuos bñficii dimiſsi.Pe.de Anch.
dicit hic ꝙ ſic,ex quo fuerunt bonẹ fidei poſſeſſores,& tolera-
ti,facit quod no.in c.in literis.ſ.de reſti.ſpo.nec tenent̃ reſtitue
re fructus conſumptos,ſed tm̃ extantes, ſicut in ſimili no. in l.
ex diuerſo.ff.de rei vẽ.& in c.grauis.ſ.de reſti.ſpo.vt hic plene
per eum. Quod an procedat ſi ex fructibus eſſent locupletati,
vide per Inn.in d.c.in literis.in princ.gl.mag.& quod ibi no.in
c.j.j.de reb.eccle.& in d.c.in literis,& c.grauis.In gl.in ver. cer
tiores.in princip. & ſic debet eſſe ita certus quòd dubitatione
careat,cum tunc dicatur quid certum. 11. q.3.certum,& 1.q.1. de
e cẹtero.[e] puta in eo qui uidit literas collationis vel reſeruatio-
nis cum decreto,ſm Archi.& Io.An.qui tñ dicit,ꝙ ẽt aliis mo-
dis poteſt dici certus,ut per gl.in ver.plene.in cle.cã.de elec.&
in c.cupientes.§.1.in ver.notitiam.ſ.de elect.eo.lib.& ex his pa
tet,ꝙ licet alias ut poſsit agi de euictione ꝯ autorem debeat ex
pectari ſnĩa,ut l.3.C.de euictio.tñ iſto caſu ad hoc vt dicat̃ eſſe
certus,vel poſsit redire ad primum beneficiũ, nõ requiritur ꝙ
expectet ſnĩam,imo dẽt ſtatim ꝙ quis eſt certus ſine difficulta
7 te relaxare,ut hic dr̃,& hic per Pe.de Ancha.†In gl.fi.in fi.vide
not.per Lap.in ſua alleg.118.quod ſi Petrus impetrauit in una
eccleſia canonicatum a Papa ſub expectatione præbendæ cũ
reſeruatione prẹbendæ uacantis uel uacaturẹ,quam intra mẽ-
ſem a die notitiẹ duxerit acceptandam, & in eadem eccleſia
Ioannes poſtea impetrauit ſimilem gratiam, deinde vacauit
prẹbenda per mortem Titii,quam dictus Petrus acceptauit in-
tra menſem,& fecit ſibi conferri per ſuum executorẽ, & poſ-
ſeſsionem fuit aſſecutus, quam poſtea pluribus menſibus te-
nuit,deinde vacauit alia prẹbenda quam dictus Ioannes ſecun
dus impetrans acceptauit, & fuit ſibi collata & poſſeſsionem
habuit intra menſem. Quo elapſo dictus Petrus comperto ꝙ
prẹbenda quam ipſe acceptauerat,erat debita alii primo impe
tranti,& ab illo requiſitus ipſam de iure & de facto ipſi impe-
tranti dimiſit,& acceptauit prẹbendam collatam Ioanni, non
obſtante lapſu menſis, an poterit eam obtinere, & an habeat
tunc locum diſpoſitio iſtius decretalis,maxime ſi dictus Ioan-
nes acceptauit primam prẹbendam ſub proteſtatione ſolenni
quod poſsit ad aliam prẹbendam ſibi debitam redire & acce-
ptare & inquantũ prẹbenda acceptata ſibi de iure non debere
tur,ſm practicam gl.no.in c.cum in multis.in fi.ſ.de reſcri. eo.
lib.& ibi arguit pro & contra,finaliter vr̃ concludere, ꝙ æqui-
tas iſtius c.non habeat locũ in dicto caſu,per tex.in cle.j. de cõ
ceſ.prẹb.& per gl.ibi in ver.intra menſem.nec ob.iſte tex.quia
loquit̃ in eo,qui dimiſit bñficiũ in quo habebat ius in re,& ſic
prouidetur huic abſurditati,quẹ alias proueniret, cũ remane-
ret quis ſine bñficio,& careret primo & ſecũdo,ſed in caſu ſu-
pradicto nunq̃ habuit ius in dicta ꝑbenda,& ad aliã redire nõ
põt,ex quo illã non acceptauit intra menſem, qđ tp̃s currit ẽt
ignorãti,ut ꝑ gl.in d.cle.unica.ſecus ſi illã accepiſſet intra mẽ-
ſem,ut ibi uide no.per eum,& per Doc.in d.c.cum in multis.

ADDITIONES.

a Vide Oldr.conſi. 319.& Ioan. Andr. & Archidia. in capit. ſi poſt quam.ſupra
eod.in princip.
b Facit 28.diſt.quæ ipſis.1.q.1.detrahe.de pẹ.diſt.5.conſideret.ff.de tranſa.l.cum
hi.§.ſi prætor.C.de teſt.ſi vnus.ex quibus colligitur quod pluribus conſtitu-
tis cauſis ad quemlibet effectum concurrentibus, ſi vna defuerit, deerunt &
reliquæ.
c Vin. God. Aſſigno verbum, prolatum a iudice an transferat dominium. Alex.
conſi. 40.col.2.& 3.lib.4.& Are.conſi.100.prope fin.
d Et ratio,ſecundum Domi.eſt, quia pœna non imponitur niſi propter culpam,
ſed ignorans non poteſt dici culpabilis. Et confirmatur, quia qui errat non
conſentit.ff.de iu.om.iu.l.ſi per errorem,& l.cum teſtamentũ.C. de iu.& fac.
igno.dicitur quod errantis uoluntas eſt nulla.
Vin.God. Adde quod huiuſmodi renunciatio facta metu,uel vi, nulla eſt, aut
annullanda.Dec.conſi.119.col.2.in 2.dubio,& ibi,an conſtitutio procurato
ris facta ad annullandum per metum ualeat,ibi in 3.dubio.
e Archi.remittit ad no.ſ.de cle.excom.illud. uer.licet aũt. & hic dicit,quod il-
lud dicitur eſſe certum quod caret dubitatione.
Vin. God. Nota quod certus quis dicitur cum animus nulla ratione poteſt in
contrarium inclinari.Goz.conſi.13.nu.39.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio huius tex.in quibus habet locum.*
2 *Taciturnitas beneficij quantumcunque modici vitiat gratiam conceſſam ſuper diſpenſatione beneficiorum.*
3 *Iura quæ requirunt expreſſionẽ certarum qualitatum in literis ad beneficia, à fortiori habent locum in diſpenſationibus ad beneficia.*

CAP. XXI.

NOn poteſt. Diuiditur in tres partes princi-
pales,ſicut tria dicta ponit,ſecũ
dum ibi,illud autem, tertium ibi,cũ vero,cuius ter-
tij dicti rationem ponit ibi, hic enim, & prima
pars hoc dicit, Diſpenſatio ſuꝑ pluralitate beneficiorũ obtẽta
cũ vitiat̃ ex taciturnitate beneficii quãtũcũque modici.hoc di-
1 cit.†No.1. ꝙ ex quo diſpoſitio iſtius tex. ſimpliciter & indiſtin-
cte loquitur,habet locum in oĩbus diſpoſitionibus impetratis
ab oĩbus hñtibus ptãtem diſpenſandi,cũ eadẽ ſit rõ, ergo idem
ius.ſ.de conſti.transla.ſecundum Arch.& Io.And. & licet hoc
procedat in diſpenſationibus, tñ ſecus eſſet in collationib. uel
impetrationibus beneficiorum,cum aliud ſit in legato, uel Pa
pa,& aliud in aliis ordinariis,ut in c.fi.ſ.de offi.leg.eod. lib. &
2 in cle.2.& ibi per gl.de offi.ordi.ſecundum Lap.& Do.†Secũ-
dò no.& ita alleg.quod taciturnitas beneficii quantumcunque
modici ipſo iure uitiat gratiam ſuper diſpenſatione bñficiorũ
conceſſam,

concessum, non solum quò ad tacita, sed etiam quo ad expressa, & sic vitiatur in totum, vt patet hic dum dicit, prodesse non potest, secundum Io.And. facit c. secũdum. s̃. de fil. præsby. eo. lib. Vltimò no. ꝙ in dispensationibus, & in gratijs ad beneficia taciturnitas ẽt eius quo dimisso nihilominus gratiam habuisset, habet vitiare in totum, sicut dicitur hic de taciturnitate modici bñficij, ꝙ si fuisset expressum, nihilominus Papa gratiam concessisset. facit j. eod. si motu proprio, & dictum fuit s̃. eod. in c. dudum, & no. in c. super literis. s̃. de rescrip. In gl. 1. ibi, postulasti. & s̃. de exceptio. cum ecclesia, & ibi per Io. And. su-
3 per vlti. glo. †In glo. 2. in princ. no. ex glo ꝙ iura requirentia expressionem certarum qualitatum in literis ad beneficia, fortius habent locum in impetrationibus dispensationum super
a beneficijs obtinendis,[a] & sic extenduntur illa iura & parificantur quo ad hoc s̃m Do. ideo est ꝙ in ipsis impetrationibus dispensationũ super beneficijs, dẽt ẽt exprimi de præstimonia, sicut & in impetrationibus beneficiorũ, & alias nõ valeret dispensatio seu impetratio, s̃m Archi. hic, & Io. An. in c. postulasti. s̃. de rescri. dicentẽ secus esse si taceret̃ pensio, quã quis sine titulo haberet, de quo ibi per Doct. Debet ẽt exprimi de cura si aliquod ex illis sit curatũ, s̃m Io. And. hic, & idem uoluit glo. in ver. vel alteri. in cle. j. j. eo. ti. vbi gl. singulariter dixit satis esse exprimere beneficia, quę hẽt, nec tenet̃ exprimere qualitatẽ reddituũ quos percipit ex ipsis bñficijs, & hoc de iure, sed s̃m ordinationẽ Gregorij xi. secus esset, ut per Rot. in deci. 292. quæ inci. Itẽ licet, vbi determinat ꝙ de valore beneficij impetrandi omni casu debeat fieri mentio. Et vide glos. no. in ver. obtinebit. in c. eum qui. s̃. eod. volentem, ꝙ non solum de beneficijs quæ quis iuste tenet debet fieri mẽtio, sed etiam de beneficijs iniuste occupatis, & alias vitiarentur literæ dispensationis, & impetrationis, de quo etiam per Ioan. And. in d. cap. postulasti, & ibi, an debeat fieri mentio de fructibus perceptis ex beneficijs iniuste occupatis.

ADDITIO.

a Et his primo occurrentibus, secundum Do. ad hoc s̃. eo. si clericus.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio super pluralitate beneficiorum intelligitur de beneficijs, quæ alias canonicè possunt retineri, & conferri.*
2 *Retinere, & posse retinere qualiter differunt.*
3 *Dispensatio concessa super duobus beneficijs, intelligitur de duobus primo concurrentibus.*
4 *Beneficium, quando dicatur canonicè retineri.*
5 *Dispensatio super pluralitate beneficiorum, an intelligatur etiam super nõ residentia.*
6 *Dummodo, dictio non importat conditionem, sed potius modum.*
7 *Dispensatio si fiat super certo beneficio, an extendatur ad aliud.*
8 *Auctoritas si alicui concedatur, vt dispensare possit super pluritate beneficiorum, an poterit dispensare cum iam obtinente beneficium curatum tempore impetrationis.*

1 Illud. †No. primò ibi, canonicè, ꝙ dispensatio super pluralitate beneficiorum intelligitur de beneficijs quæ alias canonice conferuntur, & retinentur, imo si Papa dispensat, ut quis licite possit retinere beneficia, quæ obtinet, intelligitur de his quæ alias legitime obtinet, vt in c. si gratiose. in
2 fi. s̃. de rescri. eod. lib. quia in dubio Papa nunq̃ intendit approbare institutionem bñficij non canonicã, ut ibi, & hic dr̃. † Secundò no. aliud esse recipere, & aliud posse retinere, & sic facit ꝙ dispensatio facta ut possit quis simul duo bñficia curata recipere, non includit ꝙ possit illa simul retinere, nisi hic sit expressum, & sic in prohibitis verbũ, recipere, non includit retentionẽ, s̃m Do. cogita, quia satis vr̃ ꝙ habilitatus, ut possit simul recipere, intelligat̃ habilitatus ut possit retinere, alias dispensa-
3 tio nihil operaret, qđ esse non dẽt, ut in c. 1. j. de priuil. cũ simi. Vltimò no. & ita alleg. ꝙ dispensatio emanans super concessione duorũ bñficiorũ, intelligit̃ de duobus primis post dispensatione occurrentibus, facit c. si clericus. s̃. eo. & c. 1. s̃. de fil. presby.
a eo. lib. In gl. in ver. curam. in fi. idem Io. And. vt hic per eum. ex cuius dictis colligitur, an & qñ procedat arg. a simili, quia sufficit ꝙ detur similitudo [a] respectu quo inducit argu. licet in alijs possit ostendi esse dissimilitudinẽ, s̃m Do. notantem ex hac gl. ꝙ in materia stricta illud dr̃ esse simile, qđ est simile respectu generis, licet respectu speciei sit dissimilitudo, qđ est notãdum pro statutis, & aliis iuribus exorbitantibus, de quo in l. nõ pos-
4 sunt. ff. de ll. & in Spe. de dispu. & alleg. §. aduocatorum, & per Doct. in c. translato. s̃. de consti. † In glo. in ver. canonicè. in fi. vide ibi per Io. And. super ver. de nouo. & per Spe. in ti. 2. §. vidẽ illum restat. versi. sed nunquid nocet. vbi dicit tunc dici bñficiũ canonice retineri, quando obtinetur ab eo cui potuit conferre, s̃m Io. And. hic dicentẽ, ꝙ si ille cum quo est dispensatũ consequatur beneficiũ non canonice, & retineat, licet ɔ eum procedi possit eo ꝙ peccat sic retinẽdo, tñ non poterit ɔ eum procedi eo ꝙ plura bñficia teneat, ex quo dispensationẽ hẽt, ut tenuit Inn. in d. c. dudum. & Spe. in d. §. videndum. ver. quid si dispensetur. Quod tñ primò limitat do. Ant. in d. c. dudũ. procedere qñ ipsa dispensatio fuit concessa circa obtinenda, alias si circa iam obtenta, & tunc cũ gratia sit subreptitia non exprimendo de vitio ipsorum beneficiorũ ipsa dispensatio in nullo prodesset, vt s̃. in prin. huius c. & tunc ɔ eum vt pluralem procedi posset. Secundò limitat prędicta vera si dispensatio circa obtinenda fuit simpl'r concessa, secus si conditionaliter, puta si apponat̃ cl'a, si canonice conferant̃, quia tunc ɔ eũ ut pluralẽ procedi posset, cũ dispensatio in hoc non prosit, nec locũ habeat,
loquitur iſte tex. aliàs ſi vna poſt alteram, & tunc ad primam
vacantem recipietur vt determinauit diſputans, de quo hic ꝑ
5 Ioã. An. & facit quod no. j. glo. in ver. elegerit. & s̃. in glo. 2. † In
c glo. in ver. notitiam. in fi. qñ autem dicatur habita notitia,[c] ui-
de glo. pe. in cle. j. de conceſ. pręben. In glo. in ver. minoris. ibi,
c. ex parte. & per ibi no. & in c. quanto. eo. titu. & s̃. de filijs pre
sby. literas. in vlti. glo. debuiſſet dici de mediocri, & non de mi
nori. facit l. fi. C. cõia de lega. Sed certe fuit hic ſtatutum, quia
debet fieri ſtricta interpretatio, vt hic in tex. ſecundũ Archid.
& Ioan. An. In glo. in ver. elegerit. in prin. & ſi ordinarius ſciẽ-
ter contulit vnam, alteri impetranti debetur reliquum, quaſi
id quod non contulit, uideatur elegiſſe, vt in d. cle. j. §. penul. ſe
cus ſi ignoranter. s̃. eo. ſi beneficia. & per Io. An. in c. mandato.
s̃. eo. in uer. ſimul uacent. Et prædicta quando eſſet vnus ordi-
narius qui haberet eligere, & ſi ſunt plures tunc maior pars
eliget, vt in c. duobus. s̃. de reſcrip. eo. lib. & ſi diſcordarent in
pari numero, habebit locum tex. hic, in fi. ſecundũ Ioã. An. In
ea. glo. in fi. no. hanc glo. contra id quod dixit glo. in uer. uſq;
ad certam. in c. quàmuis. s̃. eo. ibi uide & j. eo. in c. cui de non.

ADDITIONES.

a Vt duobus. Dicit hic Do. ꝙ vbi datur æqualitas inter duo, quorum alterum tantum eſt debitum, electio eſt illius, cui debetur in materia fauorabili, ſicut eſt quando proprius modus exprimitur.

Vinc. God. Adde quando Papa mandat alicui beneficium conferri non obſtante collatione intelligitur de inualida. Ruy. conſi. 98. nu. 18. lib. 4.

b Vinc. God. Florenorum appellatione, an veniant aurei, uel argentei. Alb. conſi. 6. præſupponitur. nu. 1 & an aureorum appellatione ueniant currentes de conſuetudine, uel alij. Alex. poſt glo. in l. fi. ff. de in ius uoc.

c Dicit Do. ꝙ notitia dicitur habita, quando gratia nota eſt ordinario, & eſt patefacta per executionem, uel per impetrantem oſtendentem literas: aliàs non tenetur credere, & ad hoc alleg. Archi. c. cum in iurę. de offi. delega.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo quòd beneficium debeatur certę dignitati ualet.*

2 *Papa ſi ſcribat ſimpliciter non intendit derogare particularibus conſuetudinibus.*

3 *Papa ſi mandat alicui prouideri de canonicatu, videtur etiam mandaſſe de præbenda.*

4 *Con-*

4 Cõsuetudo an possit inducere, quòd episcopus sit canonicus in sua ecclesia. Adde aliud super consuetudine. nu. 5.
1 Papa si mandat alicui prouideri de beneficio primo vacante, impetrans illud obtinebit, licèt collatio beneficij illius pertineat ad alterum etiam ex priuilegio. Adde ad idem. nu. 7.

CAP. XXV.



Vm in ecclesia. Præbenda quæ per mor
tem episcopi vacat expe
ctanti non debetur. h. d. & primo deciditur casus
dubius & duplex ratio redditur. prima ibi, nec cõ-
1 tra. secunda ibi, & dictus. †No. j. posse consuetudinẽ introduci
vt beneficiũ debeatur certæ dignitati. quod inducit Do. vt pa-
tronus possit in creatione beneficij apponere onus, videlicet
ꝙ semper præsentetur aliquis de domo sua, si sit qui velit pre-
sbyterari & sint idonei. facit quod no. s. de ver. signi. abbate. &
de consue. c. cum dilectus. Secundo no. ꝙ potest cõsuetudo in-
duci, ꝙ quis habeat principalem ecclesiam, & canonicatum,
& præbendã in eadẽ, de quo j. & sic cum cõsuetudo possit ope
rari, ꝙ quis sit episcopus & præbendarius in eadem ecclesia, a
simili poterit episcopus dispensare cum canonico electo in ar
chipresbyterum, ꝙ dictum archipresbyteratum cum duabus
præbendis sibi annexis, vna cum dicto canonicatu, & eius prę
benda simul licitè possit retinere, & ita consuluit Fede. per ra-
tionẽ istius tex. in suo consi. 200. de quo in c. 1. s. de consue. eo.
lib. Nam si hoc potest inducere consuetudo, ita & dispensatio
epi, cum consuetudo pendeat a tacito consensu eius, qui põt
2 condere legem in loco, vt in l. de quibus. ff. de legib. †Secundo
no. ibi, non intelligitur derogari. no. ꝙ Papa scribendo simpli-
citer non intendit tollere particulares consuetudines ecclesię
facit c. fi. s. de consue. eo. lib. & quid si in literis esset apposita
generalis clausula, non obstante, an tunc intelligatur deroga-
ri speciali consuetudini ecclesiæ? vide plene per Rotam in de-
cisi. 300. quæ incip. Item si mandatur. Tertio no. ibi, canonico-
rum numerus, ꝙ in dubio Papa non intendit rumpere nume-
rum canonicorum in ecclesia determinatũ. facit c. cõstitutus.
3 s. de rescrip. † Vltimo no. ex hoc tex. ꝙ si in ecclesia in qua est
determinatus numerus canonicorũ & præbendarũ mandetur
alicui prouideri de præbenda, vt ẽt mandatũ de canonicatu, li-
cèt de canonicatu non sit facta mentio, qđ facit vt per collatio
nẽ præbendæ in tali ecclesia videatur ẽt collatus canonicatus.
& hoc probatur hic, vbi prohibetur conferri præbenda ne am
plietur canonicorũ numerus, quasi ex eius collatione confera
tur ẽt canonicatus, de quo s. eod. in c. si clericus. ẜm Domi. de
quo vide plenissime per Rot. in decisi. 439. quæ incip. Item fuit
dubitatum vtrum inductio. & j. eo. in c. cum in ecclesijs. in pri-
mo no. In glo. j. in fi. vide quod no. in c. 2. 93. dist. de canonico
a electo in episcopum qui retinet præbendam. [a] & per Hostiẽ.
in sum. eo. titu. §. cui sit. ver. beneficium seculare. In glo. 2. in fi.
& sic est contra s. de constitu. cum M. & s. eod. titu. relatum.
In glo. 3. in fi. Quid autem si in ecclesia sit statutus & iuramen-
to firmatus numerus 12. canonicorum, & 13. præbendarum, &
12. præbendæ debentur 12. canonicis, & 13. præbenda debet di-
gnitati quæ est in ecclesia, & in dicta ecclesia Papa cõferat Ti-
tio canonicatum vltra numerum, & mandet conferri per exe
cutorem præbendam & dignitatem cum vacauerit, & postea
vacat canonicalis præbenda quæ per executorem Titio con-
fertur: deinde vacat dignitas habens præbendam sibi annexã,
quæ Titio prędicto per executorem confertur propter quod
vacat primus canonicatus & præbenda, vt in cle. si. j. eo. tit. an
poterit dicta prębenda per capitulum conferri? Lap. hic tenet,
ꝙ non, sine licentia Papæ, argu. c. cum aliquibus. s. de rescrip.
aliàs essent periuri, quia venirent contra numerum canonico
rum iuratum. s. eo. titu. dilecto. nec curret eis tempus Lateran.
concilij. s. de concess. præben. c. 2. nisi postquàm fuerunt in mo-
ra petendi licentiam. s. de elec. eis quibus. Sed Pet. de Anch. &
Dñi. hic tenent ɔ istud dictum, quia qñ Papa confert canonica
tum in ecclesia numerata vltra numerum sub expectatione
præbendæ, si postea vacat præbenda intra numerum quæ sibi
confertur, ius canonicale quod erat sibi collatum primo, & de
nouo creatum, extinguitur in totum, ẜm glo. & Doc. in c. dile-
ctus. el j. s. eod. vnde iste dicitur postea habere canonicatum
& præbendam intra numerum, & si postea conferatur eidem
dignitas habens annexam præbendam, vacabit primus cano-
nicatus & præbenda, vt d. cle. si. & remanebit vacans canoni-
catus, & præbenda intra numerum, quem si postea capitulum
4 conferat, non diceretur venire contra numerum. † In glos. in
ver. consuetudinem. in fi. talis enim consuetudo non inducit,
ꝙ sit canonicus, sed ꝙ vt canonicus vocem habeat, vt hic in
tex. Nam non valeret consuetudo disponens vt episcopus in
sua ecclesia sit canonicus, quia impossibile est, vt eodem tem-
pore quis sit pater & filius. facit c. literas. de conces. præben. se
cundum Archi. Sed Ioan. An. contra. & ita sequitur Io. de Lig.
quia ius canonicorum annexum episcopatui est priuilegiatũ,
& sapit naturam episcopalis dignitatis. ar. c. super eo. s. eo. titu.
& no. in c. a collatione. & in c. postulasti. hic in glo. alleg. & ibi
per Ioan. An. & glo. idem tenentem. facit quod no. in c. cum
olim. s. de re iudi. vbi potest quis esse præpositus & canonicus
in eadem ecclesia, & propter duplicem qualitatẽ habere duas
voces in ecclesia, & similiter potest quis esse Archidiaconus,
& canonicus in eadem ecclesia. s. de rescrip. eam te. facit quod
b no. in l. si [b] consul. ff. de adop. & s. de proba. ex literis. & licet
Ioan. Calde. sequatur opi. Archid. quam etiam sequitur Hosti.
in d. c. postulasti. cum qua etiam transit ibi d. Ant. & Pe. tamen
d. Flo. ibi. & Imo. tenent opi. Ioan. An. per plures rationes, de
quibus ibi plenissime per Imo. & ita etiam sequitur hic Dom.
vt hic plene per eum, adducentem no. per Lap. in sua allega.
115. vbi decidit, quòd in ecclesia non collegiata, in qua est situm
altare cui debet deputari perpetuus rector, qui possit esse re-
ctor principalis & habere idem altare, vt ibi plene per eum. &
5 no. in d. c. j. † In glo. fi. ibi, satis credo. idem Archi. & Ioan. An.
hic, licèt idem Arch. olim tenuerit contrarium, sicut etiam te-
net Ioan. Mo. volens, quòd non valeret executoris collatio, di-
cens se sic in alia q. huius glo. sententiasse. arg. j. de rerum per-
mu. c. j. in fi. Et opi. Ioan. Mo. posset procedere, quando certa
persona erat per rescriptum Papale grauata, vt si scribatur de
spectante ad collationem abbatis vel capituli, quia immo cũ
vacet per vxorationem vel interfectionem non spectat ad col
lationem ipsius abbatis vel capituli, sed ratione cõsuetudinis,
vnde non debebitur. Sed opin. istius glos. procedit, vbi nul-
la certa & determinata persona grauatur, sed generaliter man
datur prouideri de aliquo beneficio vacãte in ciuitate vel dię-
cesi ad cuiuscunque collationem spectet, quia tunc debetur ta
le beneficium, secundum Pau. pro quibus adducit clemen. si
6 de beneficio. j. eo. & ita residet hic Do. † Et no. ex hac glo. ꝙ si
Papa mandat alicui prouideri de beneficio primo vacante im
petrans obtinebit, licèt illius beneficij collatio pertineat ad al
terum non solum de iure vel consuetudine, sed etiam si ex pri
uilegio, etiam si de eo non fiat mentio, quod intellige primo,
quando ad personam ecclesiasticam spectaret collatio, vt in c.
dudum. & c. quamuis. hic alleg. secus si ex priuilegio collatio
spectaret ad laicum, quia impetrans non posset obtinere tale
beneficium, nisi de tali priuilegio fiat expressa mentio in lite
ris Papæ. facit quod no. s. de offi. leg. dilectus. & de iurepatro.
cum dilectus. & in c. 2. & c. cum in illis. s. eod. titu. & li. secun-
7 dum Lap. † Secundo intellige, quando collatio ad alium per-
tinebat ex priuilegio generali, ita quòd gratia per quam con-
ceditur hæc potestas conferendi erat generalis, cum tali gra-
tię generali per secundam specialem derogetur, licèt de ea nõ
fiat mentio, ut d. c. dudum. secus si prima gratia fuisset specia-
lis, puta si data esset per Papam alicui gratiosa concessio, vt au
ctoritate apostolica posit vni personæ de primo beneficio
quod vacauerit prouidere, quia tunc si de tali gratia non fie-
ret mentio, non præferretur is cui Papa prouidet, vel prouide
ri mandat de primo beneficio quod vacabit, quia tali gratiæ
Papa derogare non intendit, nisi hoc exprimat, vt hic. Et mul-
to minus derogat priuilegiato ab eo, nec de beneficio spectã-
te ad collationem priuilegiati posset alicui prouideri, etiam
per literas apostolicas, nisi de tali priuilegio in literis aposto-
licis

ADDITIONES.

a Ber. de Ro. Dicit tamen ibi Hostien. quòd canonicatus & præbenda retinetur ab episcopo, non vbique, sed vbi huiusmodi est specialis consuetudo, sed vbi talis consuetudo non est, an possit induci? dubitat & potius credit, quòd non. allegatque c. constitutis. supra de electio.

Vinc. God. Adde, quòd cõsuetudo magnopere attendi debet in oneribus imponendis. Ruy. consi. 202. nume. 8. lib. 2. quoniam consuetudo requirit actuũ pluralitatem. Cor. consi. 90. visa, litera d. lib. 2.

b Bar. de Ro. Dicit tamen Bart. in d. l. si consul. ꝙ aut consideratur persona, vt persona, & tunc vnus non potest sustinere vicem duarum personarum uel plurium, vt in l. si plures. ff. de pa. & ad Trebellia. l. ille a quo §. tempestiuum. C. de asses. l. nemo. Et dicit tex. in d. l. si plures difficile est, vt vnus homo duorum vicem sustineat. nam nec is qui plures habet actiones aduersus eum, qui vnam actionem habet, plurium personarum loco accipitur. Aut consideratur persona respectu alicuius qualitatis uel officij, & tunc, aut officia inuicem se compatiuntur, aut non. primo casu, vna persona potest subire vicem pluriũ, & plura gerere officia, vt d. l. si consul. aliàs non. & in hanc sententiam accipiuntur contraria.

cis exprimatur, secundum ipsum Lap. cuius dictum multum contra dicit huic glo. secundum Io. de Fan. nisi dicatur vt dictum Lap. procedat, quando non competit perpetuò personę ecclesiasticæ potestas conferendi, sed pro una vacatione, cum tunc Papa non intendat illi præiudicare, nisi mentionem faciat. & hoc ne videatur specialem gratiam illi tollere, secundū no. in c. si propter. s. de rescrip. eod. lib. aliàs verò si personæ ecclesiasticæ competeret potestas conferendi perpetuo ex priuilegio, vel saltem multo tempore est apta durare, & potuit plures collationes includere, & tunc includitur etiam si non fiat specialis mentio, & ita procedit hæc glo. secundū Do. In ea. glo. in fi. aliàs verò si scriberet determinate de spectante ad collationem vnius, & tunc non includeretur ad collationem alterius, quia non expressius grauari, non debet intelligi, quando Papa alicui mandat, vt prouideat in aliqua suarum ecclesiarum, vel in aliqua ecclesia: aliàs verò si mandaret prouideri de beneficio spectante ad collationem grauati, & tunc si haberet conferre tantum vnicum beneficium, & non videtur in dubio grauatus, secundū no. per gl. in ver. incerta. in clemen. j. j. eo. titu. & ita illa forma est diuersa ab ista, secundum Ioan. An. de quo hic per eum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit propria auctoritate retinere sibi fructus beneficiorum vacantium, nisi sibi concedatur a Papa.*
2 *Tituli duorū beneficiorū possunt retineri sine dispensatione in certo casu.*
3 *Priuilegiatus super fructibus beneficij tenetur ad onera beneficio incumbentia.*
4 *Beneficium primum non dicitur vacare, quando fructus secundi debentur alteri.*
5 *Promotus ad ecclesiam parochialem tenetur promoueri ad ordines si habet exercitium curæ, licèt non habeat possessionem fructuum.*

CAP. XXVI.

1 SI tibi concesso. † No. j. ibi, a nobis. argu. quòd episcopus propria auctoritate non possit etiam ex causa legitima retinere sibi fructus beneficiorum vacantium, nisi interueniat concessio ipsius Papæ, prout hic dicitur, de quo in c. si propter. s. de rescri. eo. lib. & in c. vnico. s. vt ecclesia. benefi. Secundo no. quod solus Papa pōt capere, vel alteri fructus beneficiorum vacantium concedere, secundū Ioan. An. An autem inferior etiam legatus hoc possit concedere, vide per glos. in ver. cōcedimus. in d. c. si propter. & ibi per Io. An. & Doc. Tertio no. ar. secundum Do. quod prælatus tenetur soluere debita ecclesiæ, etiam non habita ratione ne egeat. Sed certe clerici habent hoc priuilegium, vt nō teneantur nisi inquantum facere pos-
a sunt, vt in d. c. si propter. & in c. Odoardus. s. de solu.[a] † Vltimo no. casum in quo quis potest simul retinere titulos duorū be-
2 neficiorum curatorum absque dispensatione, de quo in c. de multa. s. eo. titu. Cum ergo primum beneficium non dicatur vacare, ut dicitur hic in tex. & sic retinetur ex primo titulo, & conferri non possit, facit vt obtinens secundū beneficiū possit durante tempore receptionis fructuum per ipsum priuilegiatum, etiam post adeptam possessionem secundi beneficij, dimittere secundum, cum non videatur secundum ad plenū recepisse, vt dicit hic glo. fi. in princ. & sic videtur quòd optionem habeat. s. eodem. referente. & c. præterea. & quod no. s. e. in c. si tibi absenti. in fi. & in c. super his. de accusa. Sed contrarium determinat hic Io. An. ex quo secundum sponte acceptauit, vt in reg. quod semel. j. e. lib. & quia beneficia sunt perpetua, vt in c. veniens. s. de filijs presby. in glo. fi. Primum enim temporale est, licèt eidem videatur renunciatum, per d. ca. de multa. tamen ex priuilegio huius tex. conceditur titulus temporalis. ergo vltra tempus ordinatum tenere non poterit. facit c. si gratiose. s. de rescrip. eo. lib. secundū Ioan. And. & ita sequitur Ioan. de Lig. ea ratione, quia primum retineretur ad tempus ex dispensatione istius tex. & sic non habet in eo verum ti. sed in secundo quod perpetuum habet, facit etiam tex. hic, qui non dicit, quod non vacet, sed quòd nō debet reputari vacare quousque priuilegiatus fructus percipiat. vnde iste tex. nō intendit tollere vacationem inductam per d. c. de multa. sed tantum suspendere eius effectum quo ad perceptionem fructuū, secundū Domini. Nec obstat quod dicit glo. hic, vt non videatur ad plenum secundum recepisse. Nam contrarium est uerum, ex quo recipit titulum & administrationem, ipsum acceptando, licèt fructus priuilegiato debeantur, intantum quod de iu-
b re statim vacaret primum, licèt aliud sit de [b] æquitate hic indu-
3 cta, & ita est de mente istius tex. † In glo. 2. ibi, onera incumbētia. facit extrauagans Ioan. 22. quæ incipit, Suscepti. Et no. ex glo. quòd priuilegiatus super fructibus beneficij tenetur ad
c onera beneficio incumbentia: intellige in effectu, [c] quia tantū minus percipit de fructibus, ex quo fructus recipit deductis oneribus, vt in §. porrò. hic allega. & in d. c. si propter. & vide in l. hactenus. & in l. si pendentes. §. si quid. ff. de vsufru. An vsufructuarius teneatur ad onera. & de colono vel inquilino, vide per Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de locato. §. postquàm. & per Barto in l. j. C. de omni agro deser. lib. xj. & in l. pen. ff. de impen. & ibi de marito. In ead. glo. in fi. & differt ista decretalis ab illa in d. c. si propter. quia hic dicitur, an vacent priora beneficia, ibi de effectu clausulæ non obstante, secundum Ioā. And. In glo. in ver. debitus. in fine. quod procedit etiam si talis causa non respiciat ecclesiam, sed nobilitatem vel prærogatiuam personæ. facit d. c. de multa. in fi. & pone exemplum ratione guerræ, vel litigij, vel lōgę peregrinationis, vel magnæ emptionis, vel cuiuslibet paupertatis sine culpa, secundum Arc. & Ioan. An. & alios Doct. In glo. fi. ibi, secundo responso. idē
4 Ioan. Mona. & Archi. † In ead. glo. ibi, eadem ratione. idem dixit Ioan. Mo. in illo cui Papa prouidit de beneficio, hoc adiecto, quòd habita eius possessione ipso iure vacet primum. nā non dicitur vacare, ex quo fructus secundi debentur alteri, vt hic plene per Ioan. And. inducentem hunc tex. & eius æquitatem ad q. Ioan. de Deo. lib. 3. q. 8. si constitutio legati excommunicat habentem in eadem ciuitate duo beneficia, an habens secundum, cuius fructus alteri debentur sit excommunicatus? & ibi tenuit quòd non, quia æquitas quæ excusat a pœna, d. ca. de multa. excusabit etiam a pœna cōstitutionis legati, vt vult iste tex. cum æquitas quandoque trahatur ad alium casum, secundum Ioan. An. ex cuius dicto no. quòd ius commune limitans aliud ius commune, inducit etiam limitationem constitutionis particularis, disponentis idem quod ius cōmune, quod est notandum, quia per hoc limitat c. 1. de constitu. eo. li. Nam licèt ius commune non reuocet statuta contraria, nisi faciat de illis mentionem, vt ibi, tamen limitat illa, licèt de illis mentionem non faciat, secundum Domini. facit l. si serui vestri. C. de noxa. & de consuetu. c. cum dilectus. inducit etiam Io. And. hunc tex. ad qō. Domini. 61. de episcopo qui promisit clerico existēti in studio annuatim 10. donec haberet beneficiū ęquè bonum, an teneatur vlterius illi prouidere si est adeptus beneficium valens 10. quæ tamen in studio habere non potest? & tex. hic facit, quòd sic, & maximè cum non sit ęquè bonum, faciunt etiam plura alia iura, de quibus hic per Io. And. Sed in contrarium facit reg. qui actionem. j. eo. li. item quia tale onus inest, vt teneatur residere in beneficio de iure cōmuni tacite, vt s. in tit. de cle. non residē. ergo pro expresso habetur. l. cum quis. ff. si cer. petat. & ex his & alijs rationibus, de quibus hic Ioan. An. fuit conclusum, episcopum fore liberatum, nisi appareat inter eos aliud actum, vt refert hic Ioan. And. ita residens. & hoc etiam videtur tenere hic Ioan. de Lig. quia verba sunt intelligenda legaliter. l. si cui. ff. de serui. sed de iure quilibet debet in beneficio residere, igitur & talis, secundum eum. quod intelligit Imo. quando promissio fuit simpliciter facta: secus si ob causam studij. argumen. l. nec semel. §. si inhibitione. ff. quando di. lega. ced. & ita residet hic Dom. & ita procedere posset opinio Pet. de Ancha. qui hic tenuit partem negatiuam, quòd episcopus non sit liberatus, si illa decem existens in studio perci-
5 pere non potest, vt hic plene per eum. † In eadem glo. in fi. idē tenuit glo. in c. commissa. hic alleg. & Archid. & Ioan. An. ibi, licèt Ioan. Mo. ibi aliud voluerit. & no. ex glo. quòd promotus ad ecclesiam parochialem tenetur promoueri ad ordines si habet exercitium curæ, licèt possessionem fructuum nō habeat de quo in d. c. commissa. & in c. licèt canon. s. de elec. eo. lib.

ADDITIONES.

a Ber. de Ro. Sed si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit ad totum debitum tenebuntur, ut l. is qui. ff. de ces. bo. & C. qui bo. ce. pos. l. j. & quod plus est, cogi poterunt per excommunicationem, vt d. c. Odoardus. Vinc. God. Adde, quod tituli multiplicatio in eodem beneficio, ad cautelam utilis est. Fel. in c. in nostra. col. 1. uersi. titulus multiplicatur. de rescrip.

b Ber. de Ro. Ex hoc loco ar. etiam, secundum Do. quod in causarum decisionibus seruanda sit æquitas, & optimum ab ea semper sumitur argumentum. facit de transac. c. fi.

c Ber. de Roma. Pro quo vide re. qui sentit onus. infra eo. lib. de re. iu. & quod no. in l. j. §. pro secundo. C. de ca. tol.

SVMMARIVM.

1 *Ordo sacerdotalis potest annecti ipsi præbendæ.*
2 *Forma mandati est seruanda, nec omitti potest de partium consensu. & numero 3.*
3 *Præbendæ ut sint æquales in ecclesia non est de necessitate iuris.*

4 Nume-

4 *Numerus maior non includit minorem in his quibus uerba debent intelli giſtricte.5.*
6 *Præbendæ & beneficia ſi ſint in eccleſia, & mandatur prouideri de bene ficio, an de præbenda poterit prouideri.*
7 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio vſque ad valorem cētum, ſi fructus ſint aucti, quid iuris.*

C A P. XXVII.



Vi de non. Habet tres partes, ſicut tria ſunt
dicta.ſm ibi, ſimiliter. tertiũ ibi,
idem eſt.& in fi. ponitur ratio omnia præcedentia
1 reſpicit. † No.j. ꝙ ipſi præbendæ poteſt annecti or
do ſacerdotalis.facit cle.vt hi qui.de ætate & quali. & qualiter
hoc fiat hic per Pet.de Ancha.& per Ioan.An. in c.ei cui.j.eo.
2 in glo.2. † Secundo no.ibi,auto.mandati,ꝙ forma mandati ſer
uanda eſt,nec poteſt omitti etiam de conſenſu partium, vt hic
dicitur. intellige qñ alteraret̃ forma ipſius mandati:aliàs aliud
a eſſet, [a] vt no.in c.prudentiam.s̃.de offi.deleg.& in c.cum dile-
cta.s̃.de reſcrip.& ſic partes conſentire non poſſunt,vt in lite-
ris beneficialibus executores aliud faciant q̃ in mandato con
tineatur,etiam ſi reſpiciat commodum vel incommodum im
petrantis,vt hic in tex. & licèt auctoritate mandati impetran-
ti non ſacerdotalem non poſſit prouideri de ſacerdotali præ-
benda etiam ipſi volenti, tamen ſecus ſi auctoritate ordinaria
vellet prouidere nolenti & renũcianti ſuis literis, quia poſſet
dummodo aliud non obſtaret,vt hic probatur a contrario ſen
ſu.facit c.cum pridem.s̃.de pac.& de renuncia.c.ſanè.ſm Ioan.
3 An. † Tertio no.ꝙ de iuris neceſſitate non requiritur, ꝙ in ec-
cleſia præbendæ ſint æquales,de quo in c.cum omnes. de con
ſti.& vide per Ro.in deci.226. quæ incip. Item ſi in eccleſia,te-
nentem,ꝙ valeret conſuetudo,ꝙ in eccleſia in qua ſunt maio-
res & minores præbendæ non poſſit optari maior præbenda,
ſed tãtum minor,iuxta ordinem ſuæ receptionis. † Quarto no.
ibi,minoris valoris , ꝙ in his in quibus verba debent intelligi
ſtrictè,& ſecundũ proprium ſignificatum, maior numerus nõ
includit minorem.Et in maiori ſumma non ineſt minor, licèt
aliàs ſecus ſit,vt in reg.plus.j̃. eo. lib. vnde in literis ad benefi-
cia verba ſunt ſeruanda ſecundũ proprium ſignificatum ver-
borum,& debent intelligi vt verba ſonant,vt hic dicitur.& fa-
cit c.ſuſceptum.s̃.de reſcrip.eo. lib.nec poteſt quis renunciare
b ſuo fauori, † vt hic patet. de quo j̃.ideo dicit hic Ioan. An.ꝙ ſi
4 in ea.eccleſia ſit ſecundus impetrans poterit obtinere præben
dam a qua primus impetrans habens ſummam taxatam fuit
excluſus, dummodo ipſe ſecundus impetrans eodem mõ non
5 habeat ſummam taxatam,vt hic per eum.†Vltimo no. & ita al
legatur,fines mandati diligenter debere ſeruari, & ſecundum
propriam vim verborum, & ſm expreſſa in mandato, & ſic in
literis ad beneficia omiſſum habetur pro omiſſo,nec fit extẽ-
ſio ad nõ expreſſa.facit d.c.ſuſceptum.& hic in tex.dicitur,cu-
ius diſpoſitio locum habet non ſolum in Papa ita mandante,
ſed etiam in quibuslibet alijs inferioribus habentibus poteſta
tem ſic mandandi,cum eadem ſit ratio ſecundũ Ioan. And.vn
de probatur hic, ꝙ in mandatis & in literis ad beneficia nõ ha
beat locum ar.de maiori ad minus,quia conceſſo maiori in fa-
uorem alicuius non videatur conceſſum quod eſt minus illo
volente.Secus tamen eſſet in diſpenſationibus, quæ licèt de-
beant ſtricte intelligi,vt in c.1.s̃. de filijs presby. tamẽ in eis lo
cum habet arg.de maiori ad minus, vt videtur tex. ſingu. in c.
per vene.s̃.qui filij ſint legi.& ibi per do.Nico.de quo etiam ꝑ
Imo.in c.poſtulaſti.circa fi.s̃.de reſcrip.vbi tenet ꝙ ar.de maio
ri ad minus non habeat locum in priuilegijs, ſed in diſpenſa-
tionibus.& hoc niſi illud minus ſub maiori includatur neceſ-
ſariò,puta ſi concedatur illegitimo,vt promoueatur in epiſco-
pum.intelligatur enim etiam de reliquis ordinibus ſacris con-
ceſſum,per no.in c.ex literis.de exceſ. præla. vnde etiam dice-
bat Ioan.An.in addi.Specu.in titu.2.§.fi. ſuper 3.ſeu 5. verſi.vbi
dicit, quòd ſi eſt diſpenſatum cum aliquo illegitimo, ꝙ poſſit
promoueri ad diaconatum, videtur conſequenter diſpenſatũ
in ordinibus inferioribus, quia ſine illis ad ſubdiaconatũ pro-
moueri non poſſet,ſm Imo.ibi.In glo.in ver. integra.ibi,dic ſi
ille &c.idem Ioan.Mo.& Archi, & alij Doc. In ea.glo.in fi.fa-
cit l.Caius.ff. de lega.2. Et intelligas hanc vlti. partem glo.de
diuiſione quæ fit quo ad fructus tantum,non de illa quæ fit,vt
quælibet pars diuiſa conſtituat de per ſe vnam præbendam,
tamen glo.non procederet,cum talis diuiſio ſit prohibita,vt in
c.maioribus. s̃. eo. Sed intellige de diuiſione facta auctoritate
ſuperioris ad finem, vt quælibet pars diuiſa conſtituat vnam
præbendam,& tunc ſi diuiſio præceſſit datam literarum,de ea
poterit prouideri,vt dicit glo.hic,in prin. Sed ſi diuiſio fuit fa-
cta poſt datam literarum,& tunc vide in cle.fi.& ibi per glo.&
Doc.j̃.de reſcri.& hic per Doc.Et vide per Ro.in deci.217. quæ
incipit,Item ſi mandatur.tenentem, ꝙ ſi mandatur prouideri
de maiori præbenda in eccleſia in qua ſunt maiores & mino-
res,valet impetratio, licèt in dicta eccleſia ſint etiam media,&
de illis non ſit facta mentio.ſi autem in dicta eccleſia eſſet ſta-
tutum,vel conſuetudo,ꝙ nullus poſſit obtinere maiorem,niſi
gradatim fiat aſcen. tunc licet in gratia non ſit facta mẽtio de
hoc,tamen valebit,ſi fuit appoſita generalis clauſula, non ob-
6 ſtante,vt in c.cum aliquibus.s̃.de reſcrip.eo.lib.†In glo. in ver.
præbenda.in fi.quid autem ſi in eccleſia ſunt beneficia & præ
bendæ,& mandatur prouideri de beneficio, an poterit proui-
deri de præbenda?Archi.tenuit hic,ꝙ non.argumen. c. quam-
uis. s̃. eod. fallit vbi in eccleſia non eſſent alia beneficia quàm
præbendæ,quia tunc comprehenderetur,vt ſic reſcriptum po
tius valeat quàm pereat.ar.c.abbate.s̃.de verb.ſignifi. & ita ſe-
quitur Io.And.& Docto. in c.fi.s̃.eo. licèt d.Flo. teneat ibi cõ-
c trarium,vt ſic appellatione beneficij veniat præbenda, [c] quod
procederet quando nomen, beneficium, ſumeretur largè, vt
s̃.& ſic patet ex prædictis idem eſſe dicendum econtra, vt ap-
pellatione præbendæ non veniat aliud beneficium. ad prædi-
cta tamen vide per Rotam in deci. 244. quæ incip. Item ꝙ ha-
bens. Quando tamen mandaretur prouideri de beneficio cõ-
petenti,& in eccleſia eſſent præbendæ,& alia beneficia, tunc
intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ: vnde ſi mereretur
canonicatum & ſic præbẽdam, poterit de ea prouideri.& idẽ
ſi mereretur beneficium,ſecundum Archi. hic. & Doc.in d.c.
fi.& facit tex.no.in c.pro illorum.s̃.eo.& in d.c.quamuis.in fi.
Quando autem eſſet pariter idoneus tam ad præbendã quàm
ad aliud beneficium,quid tunc debeatur, vide no.in c.ſi pluri-
bus.s̃.eo.In glo.fi.in fi.conclude, ꝙ ſi in forma pauperum inhi
betur prouideri alicui de beneficio, quod excedit certam ſum
mam,tunc poterit prouideri de beneficio vſque ad dictã ſum-
mam,etiam minoris valoris, cum nõ inhibeatur prouideri in-
tra ſummam : ſecus ſi mandatur alicui prouideri de beneficio
competenti,ſecundum ſuæ probitatis merita intra certã ſum-
mam,quia tunc in minori prouideri non poſſet ſi eſſet incom
petens,& ideo fuit adinuenta illa clauſula,per quam Papa de-
clarat ſuę intentionis eſſe, ꝙ ſibi volenti, prouideri poſſit de
beneficio minoris valoris,ſecundum Ioan.An.dicentem cau-
tius eſſe impetrare de beneficio vſque ad certam ſummam, ut
in d.c.quamuis.& ibi uide dicta de hoc, vel ꝙ non excedat cer
tam ſummam,aliàs ſi fiat mentio de certa & determinata ſum
ma non poſſet prouideri de maiori vel minori,vt hic in tex.&
difficile eſſet inuenire tale beneficium ita pũctualiter, ſm eũ,
de quo in c.ſi pauper.j̃.e.& per Lap.in ſua alle. 79. poſt mediũ.
& ita ſequitur hic Io.de Lig.& Pau.in cle.vnica. de cõceſ.præ-
ben.cum forma mandati ſit diligenter ſeruanda, & ita viola-
tur in exceſſu ſicut in diminutione, vt hic dicitur. & voluit gl.
in d.c.ſi pluribus.licèt in d.c.quàmuis.in ver.vſque.dixerit con
trarium & male.Nec obſtat reg.plus.& reg.in toto.j̃.eo. li. q a
loquitur in his in quibus plus & minus habent ſe, vt pars &
totum infra eãdem ſpeciem.& nõ ſunt ſpecies ſeparatę, ut eſt
in ſummis,& in quantitatibus, & in terminis c.1.s̃. de arbi.eo.
lib. non autem locum habet in his, quæ differunt ſpecie,quia
tunc mandatum in vno non ſe extendit ad aliud diuiſum, ut
patet hic,cum vnum beneficium differat ab alio,& ſit quid di
uerſum,ſicut aliàs attenditur diuerſitas modi ipſius prouiſio-
nis,vt in c.cum in illis.s̃.eod.& facit l.pręterea.& l. diligenter.
7 hic alleg.& ita ſequitur hic Do.vt hic per eum.†Quid aũt ſi Pa
pa mãdat alicui prouideri de beneficio in certa prouincia vel
loco, dummodo eius fructus non excedant ſummam 10. flore
norum,

ADDITIONES.

a Ber.de Ro.Imo excedens formã mandati facit actum ſuũ validũ, dũmõ aliàs non ſit contra ius nec mandato ipſi apponatur clauſula,ꝙ ſi ſecus feceris decernimus non valere,vt in decre.cum ad quorundam. ſupra de exceſ.præla. & ſupra de præben.inter cætera.& ſupra de pęn.& remiſ.cum ex ore.
Vinc. God. Forma non ſeruata actus redditur nullus,Thom. Gram. deciſ. 79. nu.11.& dat eſſe rei & in quolibet minimo non ſeruata vitiat totum actum, ibidem nume.14.

b Cel.In c. tamen,ſuper hoc. ſupra de renun. dicit Ber. & idem in li. de caſibus. eo.c.quòd proprio iuri quilibet poteſt renunciare, quod autem dicitur hic puto valere in literis beneficialibus tantum,vt ſatis liquet ex hoc tex.

c Cel.Veniat præbenda.Adde Car.cle.j.q.3.de cauſa poſ.& pro. & in clemen.j.i prin.q.pe. de pęnis.& Panor.c.in noſtra,nu.1.& quod ibi notaui apo.ad eũ in uerſi.ſine præbenda.de reſcrip.
Vinc.God.Adde Fel.in c.poſtulaſti,col.7.verſi.circa glo.2. de reſcrip. An autẽ præbenda ſacerdotalis poſſit conferri ei, qui non eſt actu presbyter,ſed potentia tantum,vide Dec.conſi.129.col.2.& 3 cum ſeq.

notum,ſm taxationē decimæ,& in loco illo non ſit taxatio decimæ,vel ſunt aucti vel diminuti redditus,an ille poterit obtinere,& quis locus,& quæ moneta debeat attendi?no. per Ioã. An.in addi.Spe.in titu.de conceſ.præben.circa medium.& qđ no.in cle.j.ȷ̄. de conceſ. præben.& per Oldra. in ſuo conſi. 305. & no.in clemen.2.de iurepatro.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiū incompaßibile vt vacet, requiritur quòd adipiſcatur poſſeßio ſecundi pacifice.*
2 *Beneficium vacans de iure,licèt non de facto conferri poteſt, licèt poſſeſſor eius non vocetur.*
3 *Poſſeßio nemini eſt ſine citatione auferenda.*
4 *Exceptio proprietatis concernens iuſtificationem tituli, obſtat agēti poſſeſſorio adipiſcendæ.*
5 *Epiſcopus poteſt mittere in poſſeßionem illum cui beneficium contulit,qualiter intelligatur.*
6 *Executor Papæ, an poßit conferre beneficium poſſeſſum ab alio de facto, quod tamen vacabat de iure.*
7 *Cauſæ cognitio requiritur, quando agitur de tradenda poſſeßione beneficij iam collati,& cognoſci debet de canonica collatione petentis.*
8 *Quæ autem ſit forma procedendi.*

CAP. XXV.



Licet epiſcopus. Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum conſimile poſſeſſore irrequiſito conferri poteſt:non aũt eius poſſeſſio dari.h.d.& primo dicit,beneficium de iure vacans conferri poſſe,poſſeſſore nō vocato:ſecūdo ibi, illum tñ. dicit in danda poſſeſſione vocandū.
1 † No.primo,ꝙ ad inducendā vacationē primi beneficij incompaſſibilis non ſufficit ſola collatio ſecūdi,& eius receptio, ſed
a requiritur adeptio poſſeſſionis pacificæ,ſaltem de facto,[a] licèt non de iure,ſm Archi.& Io.An.de quo in c.eum qui.ſ̄.eo.& ꝑ Inn.& Hoſt.in c.conſtitutus.el 2.ſ̄. de appel. & ſic patet,ꝙ per collationem,licèt acquiratur ius in re,vt ſ̄.eo. in c. ſi tibi.tñ acquiritur poſſeſſio, niſi legitimè appræhendatur. & per quem actum acquiratur poſſeſſio iuris canonicalis,hic per Archi.di-
b centem,ꝙ per dationē ſtalli [b] in choro,& loci in cap.de quo ꝑ Inn.in c.in literis.ſ̄.de reſti.ſpo.& per Io.An.in titu. de inſtitu.
2 in addi.Spec.Secundo tene menti,ꝙ beneficium vacans de iure,licèt non de facto poteſt conferri,poſſeſſore non vocato,& etiam non caſſato colore retinendi. quod intellige qñ talis color caſſatur a iure,vt erat hic,per c.de multa. ſ̄. eo.vbi ipſo iure caſſatur primum per adeptionē ſecundi,ſecus aũt ſi color non eſſet caſſatus a iure vel ab homine, quia ante caſſationem fieri non poſſet,vt no.in c.literas.& c.cum noſtris.ſ̄.de cōceſ.præben.& vide per Lap.in ſua alle.17.quæ incipit,an valeat.melius q̄ alibi per eum in ſua alle.103.quæ incipit.ſæpe. & ibi, an executor datus ad prouidendū poſſit beneficium de iure vacans, & per alium poſſeſſum conferre, ipſo poſſeſſore non vocato.
3 ēt per eum in ſua alleg.84. poſt medium. † Tertio tene menti, & ita allegatur,quòd poſſeſſio nemini eſt auferenda ſine citatione & cauſæ cognitione.ideo quantūcunque quis poſſideat prima facie beneficium ɔ̄ ius,tñ ab eo tolli nō debet,& in aliū trāsferri,niſi ipſo poſſeſſore vocato, & diſcuſſo prius ſuper iure ipſius poſſidentis. quod eſt ɔ̄ multos executores facientes vocare poſſeſſorem, & eo offerente ſe paratū probare de iure ſuo,ſtatim tradunt alteri poſſeſſionē illo repulſo. nam male faciunt,cum anteq̄ tradatur poſſeſſio,debeat prius inquiri de iure ipſius poſſeſſoris,vt eſt tex.hic no.& ita tenet Rota in deci. 160.quæ incipit,Item ꝙ reus. vbi tenet,ꝙ anteq̄ reijciatur poſſeſſor de ſua poſſeſſione,prius eſt citandus,vt ſic videatur tam de iure agentis q̄ ipſius poſſidentis, aliàs poſſeſſio data alicui ſine ordine iudiciario,& ſic de facto,dēt ſine alio ordine iudiciario & de facto reuocari,ſm glo.no.in l.minor.§.j.ff.de euic.
c & ēt ſine alia citatione,vt dixit no.Inno.in c.querelā.ſ̄.de ele.[c] quia ſicut non interuenit citatio in tradendo poſſeſſionē, ita nec in reuocando interuenire dēt.ſ̄.de regu.iur.c.1. de quo ȷ̄.in
4 glo.pe.†Quarto no.ibi,cū tibi &c. ꝙ agēti poſſeſſorio adipiſcēdæ obſtat exceptio proprietatis cōcernens iuſtificationē tituli poſſidentis,de quo ȷ̄.& idem ſi cōcerneret defectū iuris ipſius agentis,dūmodo poſſit incōtinenti probari,vt voluit gl.no.in c.j.ſ̄.de reſti.ſpoli. & ita ſequuntur ibi Doc.quicquid dicat hic Do.licèt ſecus ſit in agente poſſeſſorio recuperandæ cui non obſtat exceptio defectus proprietatis agentis,ſm glo.in d.ca.j. de quo in c.ad decimas.ſ̄. de reſt. ſpo. eo.li. ſi verò agat poſſeſ-
5 ſorio retinendæ,dic vt no.in c.dilecto.ſ̄.e.ti.†Vlt.no. a ꝑrio ſenſu, epm vocato poſſeſſore poſſe in poſſeſſionē immittere illū cui contulit beneficiū:intellige qñ Archi. nō eſſet in eccleſia, & ita procedit quod no.in c.qñ.24.diſt.quia aliàs ad Arch.non ad epm ſpectat inductio in poſſeſſionē ſeu inſtitutio corporalis,vt in c.ad hæc.ſ̄.de offi.Arch.& poteſt eam facere ſine conſenſu capituli,vt in c.nouit. & ibi per Inn. ſ̄. de his quæ fiunt a prælato.poteſt tñ ipſe epiſcopus pronunciare aliquem in poſſeſſionem inducendum, licèt inducere non poſſit, & ita tex. hic ibi,inducere.poteſt exponi. i. inducendum decernere, ſm Arch.& Ioã.An. facit glo.no.in l.j.C.ſi aduer.liber.vnde videt hic probari,ꝙ inſtallatio ſeu inueſtitura ſit neceſſaria in beneficijs,ſm Archi.de quo in d.c.ad hoc.& in c.eum qui.ſ̄. eo.ti.&
6 22.diſt.in nomine.†In gl.2.in fi.an autem executor [d] Papę poſ-
d ſit cōferre beneficium ab alio poſſeſſum de facto, quod tñ de iure vacabat,ſi in literis non fuit facta mentio de illius poſſeſſione hic plene per Archi. concludentē,ꝙ non, ſi poſſeſſio eſt colorata,quia literę ſunt ſubreptitiæ:ſecus ſi poſſeſſio nō erat colorata,ſed erat ſimplex detentio,& ita vr̄ hoc ſequi Io.And. de quo per eum in c.cum noſtris.ſ̄.de conceſ.præben.ſuper gl. 2.c.pen.& c.quia diuerſitatis.ſ̄.eo.titu.in glo.præbendas. in fi. & ibi per Inno. & ita ſequitur hic Ioan. de Lig. & Do.dicens, ꝙ dicitur incolorata poſſeſſio, qñ ipſo iure titulus erat nullus, vt hic dicitur in tex.& vide dicta in c.cum de beneficio. circa medium.& in d.c.dudum.in prin.& per Io.And. & Do.in c.ſi tibi abſenti.ſ̄.eo.& pleniſſime per Doc.in d.c. cum noſtris.& per Lap.in d.alle.16.& vide hic per Io.Mo.& Io.An. tenentes, ꝙ executor datus a Papa ad conferendum, an poſſit dare corporalem poſſeſſionē,nec refert,an Papa ſimpliciter dicat, cōferas,an verò addat,& in poſſeſſionem inducas, quia omni caſu executor dabit poſſeſſionem, cum ſit quaſi executiuum ad mandatum conferendi.ſ̄.de offi.delega.ſignificaſti.& interdū apponitur,& defendas inductum, de quo vide in c.pro illorū. ſ̄.eo.ti.& ſ̄.de teſtibus.c.ex parte.& vide in cle. auditor. de reſcrip.& interdum apponitur in literis, amoto illicito detentore,& quid operetur talis clauſula,vide per Docto.in d.ca. cum noſtris.In glo.in ver.conferre.ibi, iſtud eſt regulare. idem voluit gl.penul.in d.c.cum noſtris.& Innocen.in dicto c. de multa.& ita ſequuntur Docto.nec obſt. c. cum eccleſia.ſ̄.de cauſa poſ.quia imo facit pro.nam poſſeſſor ibi eſt tuēdus in ſua poſſeſſione eligendi, intantum ꝙ proprietarius eum priuare non poteſt,nec poſſet eligere, & electio non valeret, de quo hic ꝑ Io.And.Et uide per Rotam in antiquis in deciſ.300. quæ incip. Nunquid patronus,an poſſit patronus præſentare, non vocato poſſeſſore? & tenet ꝙ ſic, ex quo pōt fieri collatio, vt hic dicitur: intellige quando poſſeſſor erat ipſo iure priuatus:ſecus ſi priuandus per ſententiam, & ita procedit quod no. per Inn. in c.qualiter.el 2.ver.admonitionem.ſ̄.de accu.circa fi.& ita ēt videtur tenere Lap.in ſua alleg.128.ſm Domi. hic, de quo etiā per eum in ſua alle.78.& vide per Doc. in c. conſultationibus. ſ̄.de iure patro.& vide per Io.An.& Docto.in c.ordinarij.in fi. ſ̄.de offi.ordi.eo.lib.vbi concludunt,ꝙ a priuatis ipſo iure non poteſt tolli poſſeſſio ſine cauſæ cognitione,vt hic,ſed a priuatis per ſententiam hominis, ſic, ut in c.accepta.& ibi per Inn. ſ̄.de reſti.ſpo.& ratio eſt,quia præceſſit prius citatio de tali priuato,cum cauſæ cognitione,vt ſ̄.per Io.Mo.& Io.And.& facit quod aliàs notat Innoc.in c. ex ratione. de appella.quando fit executio ſententiæ ſuper re ipſa, ſuper qua eſt lata ſententia, ꝙ alia citatio non requiritur in executione.& per Bar. idem te-
7 nentem in l.a Diuo.§.in venditione. de re iudi. † In glo. in ver. vocato.in princ.nota glo.ꝙ quando agitur de poſſeſſione beneficij iam collati tradenda,debet interuenire cauſę cognitio, & debet cognoſci de canonica collatione petentis, de iniuſta poſſeſſione poſſidentis, ſecundum Archi. & vide no.per Ro. in d.deciſi.160.quod intelligit Lap.ſi poſſeſſor opponat, quòd col-

ADDITIONES.

a Adde Do.de Rota deciſi.31.de cauſa poſ.& proprie.in antiquis.& Cal. conſi. 5.hoc titu.
Canonicatus quaſi poſſeſſio probatur eo, ꝙ tanquàm canonicus habeat ſtallum in choro,locum in cap.cantat & legit, actibus capituli interuenit dando vocem.c.in Geneſi. & ibi glo. in verſi. vel quaſi, de elec.& c. relatum. de præben.an autem canonicatu collato cenſeatur collata præbenda. Fely. in c.cum M.col.10.de conſtitu.
b Ber.de Roma.Adde c.cum inter.ſupra de renun.& ſupra eo.titu.dilectus. elj. & quod & c.dilecto.cum ibi no.
c Ber.de Ro.Vide ad hoc c.licet.& c.ſolicitę.& c.in literis.de reſti.ſpo.& quod no. Bal.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.
d Vide ad hoc quod no.Old.conſi.227.& ibi,an ſententia iuris & hominis idem valeant,vide etiam Ro.conſi.519.in 2.col.quòd cum ordinario conſtat, poſſeſſorem nullum ius habere,ꝙ poteſt illum priuare, etiam non vocatum, quia exequitur officium ſuum propter animarum periculum. de quo etiam per Cal.conſi.3.

collatio non fuit canonica: secus si possessor non neget eã canonicam, quia tunc sufficeret illi cui facta est collatio facere fidem de collatione, & aliter eam canonicam probare non tenetur, quia præsumitur canonica, vt no. per Innocen. & Ioan. An. in c. sicut. ſ. de re iudi. & in c. j. j. de conces. præben. ſm Lap. dicentem, ꝙ non solum debet cognosci de canonica collatione petentis, vt ſ. sed etiam si opponatur exceptio subreptionis, vel alia, per quam negatur, ꝙ petens possessionem habeat canonicum titulum in ipso beneficio, quod debebit de hoc cognosci, cum ipsa exceptio sine appe. impediat, vt colligi potest ex his quæ no. Io. An. in c. ꝙ sicut. de elec. & in d. c. constitutis. in glo. sed videtur. Et si opponeretur crimẽ vel defectus ex crimine prouenienes, & si absque infamia, non audietur, sed si cũ infamia talis exceptio debet admitti, & de ea cognosci, & appellatio interposita impedit executionis effectum, vt no. in dictis iuribus, & in c. accedens. ſ. de accusa. Sed si opponatur defectus non proueniens ex crimine, tunc non audietur, nisi statim offerat se probaturum, quia appellatio collatione interposita ipsius collationis effectum non suspẽderet, quin fiat missio, vt in d. c. constitutis. per Inno. & Io. And. Multo minus hoc poterit, seu impediet talis exceptio proposita, vt in c. post electionem. ſ. de conces. præben. & de re iudi. cum super, ſm Lap. Ex cuius dictis no. ꝙ contra agentem possessorio adipiscẽdę, vt agebat iste cui fuerat hic facta collatio, potest opponi non solum exceptio concernens ius possessionis & iustificationẽ tituli ipsius, vt patet ex hoc tex. iuncta glo. fi. & facit l. fi. C. de edi. diui. sed etiam potest opponi exceptio solum vel principaliter exclusiua iuris ipsius prouisi, & ius ipsius & proprietatem concernens, ſm Lap. intellige qñ incontinenti offertur probatio parata: aliàs admittenda non esset, vt no. in d. l. fina. & per Io. And. in d. c. post electionem. & per gl. & Doc. in d. c. j. Et qñ dicatur incontinenti offerri parata probatio, vide tex. & Bart. in l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. & per Io. And. in c. j. ſ. vt li. nõ cõ

8 te. super glo. pe. † In ea. glo. ibi, agat ergo [a] &c. no. ex glo. j. for-

a mam procedendi cum agitur super possessione beneficij collati tradenda vel adipiscenda. procedi enim debet summariè, vt dicit glo. & de plano &c. vt in cle. dispendiosam. de iudi. Secundo no. ex glo. ꝙ cum agitur de tali possessione tradenda debet citari possessor. quod intellige nisi collatio fuisset facta cognita causa & possessore vocato prius, quia tũc alia citatio nõ est necessaria, ſm Io. Mona. & Ioã. An. hic, de quo j. in fi. Et idẽ voluit Innocen. & Hostien. in c. j. j. de conces. præben. in j. parte. & ibi per Ioan. An. in glo. dicit hic ver. quid si executor. & vide no. in d. c. ordinarij. ſ. de offi. ordi. eo. lib. super glo. in ver. libere. Et vide per Inno. in c. cum olim. in ver. per portariũ. ſ. de priuile. Et vide etiam hic per Lap. concludentem, ꝙ aut causæ cognitio præcessit collationem beneficij, & citatio possessoris, & tunc poterit fieri missio in possessionem, possessore non vocato, & ita procedit d. c. ordinarij. & quod ibi no. per Archi. Si verò causæ cognitio & citatio non præcessit collationem, & tunc non fieret missio sine citatione, vt hic in tex. ſm Lapum, vt hic per eum dicentem, ꝙ possessor taliter erit vocãdus, quia si citatio fit ex officio, & tunc poterit citari non solũ vt veniat ad dicendum quare non debeat fieri executio collationis, sed ẽt vt veniat ostensurus de iure suo, quod ideo est, q a cum possideat primũ beneficiũ curatum, cum secundo curato ꝰ ius cõe cogitur de iure suo probare & titulum ostendere, ẽt vbi hẽt aduersariũ, vt est d. c. ordinarij. & no. in d. c. ad decimas. & ita intelligitur iste tex. Si verò citetur ad petitionẽ eius cui est facta collatio, & tunc citabitur vt veniat ad dicendũ quare non debeat fieri executio & missio in posses. beneficij collati & ipse possessor a possessione remoueri, ſm Lap. ex cuius dictis no. practicam citandi possessorem. In ea. glo. in fi. no. hãc glo. ad dicta in c. cum qui. §. j. in 2. no. ſ. eo. lib. vt sic possit fieri collatio alteri eo casu quo quis esset priuatus ipso iure, licèt alia sententia declaratoria non præcesserit.

ADDITIO.

[a] Adde quod no. Archi. supra de restitu. in integ. cum ex literis. ad fin. ff. de re. qui. reis. l. 2. & 3. q. 9. modicas.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans primam vacaturam non potest illam obtinere, si non conueniat eidem tempore vacationis defectu ætatis.*

2 *Mandatum simplex prouidendi de præbenda includit præbendam sacerdotalem.*

3 *Impetrans præbendam, licèt illam habere non possit, habebit tamen aliã.*

4 *Clausula generalis, non obstantibus aliquibus &c. an sufficiat in literis, vel an requiratur specialis.*

5 *Quid si apponatur clausula magis specialis.*

6 *Præbenda potest dici sacerdotalis tribus modis.*

7 *Aetatis defectus inhabilitat ad curatum, & ad sacerdotale.*

8 *Aetas an dicatur idonea ad beneficium cõsequendum, quod tempus debeat inspici, tempus datæ, an tempus vacationis.*
Adde ad idem membrum. nu. 9. 10. & 11.

12 *Mandatum si fiat de prouidendo alicui de præbenda, vel beneficio incerto, intelligitur tacita conditio si vacet.*

13 *Existens in 24. anno. & proximus 25. an possit præbendam sacerdotalem obtinere.*

14 *Quid de præbenda diaconali, vel subdiaconali.*

CAP. XXIX.



SI cui. Sacerdotalis præbenda per simplex mandatum de prouidendo, non nisi apto ad sacerdotium est conferenda. h. d. & primo ponitur forma prouisionis. Secundo ibi, sacerdotalis. solui

1 tur dubium. Tertio ibi, sed aliam. ipsa solutio declaratur. † Nota primo, ꝙ impetrãs primam vacaturã, illam obtinere nõ potest, si eidem tempore vacationis non congruat propter defectũ ætatis, & si sibi ab executore conferatur collatio, non valebit tanq̃ ab eo facta qui dare non potuit. ſ. de iure patro. qđ autem, ſm Arch. & Ioan. An. Secundo no. ꝙ licèt defectus, & taciturnitas ordinum tempore impetrationis & promotionis non reddat quem inhabilem ad beneficium talem ordinẽ requirens, vt in c. si pro clericis. ſ. eo. tamen si tempore promotionis non sit in ætate apta ad ipsos ordines, redditur tunc in-

2 habilis ad dictum beneficium. † Tertio no. quòd simplex mã-

a datum prouidendi de præbenda includit sacerdotalem, & de ea impetranti prouideri potest, dummodo aliàs sit in ætate legitima ad sacerdotium. ex quo infertur, quòd licèt in impetrationibus sub nomine dignitatis non veniat curata, ſ. eo. c. cum in illis, tamen sub nomine præbendę venit etiam sacerdotalis, vt hic, & duas rationes differentiæ assignat hic Ioan. And. vt hic per eum. sed melior ratio est secundũ Io. de Lig. & Do. quia maior idoneitas requiritur in curatis, & est maius periculum quàm in alijs, ut hic per eum. Quarto no. ꝙ licèt in literis debeat fieri mentio de qualitate ipsius beneficij, vt in d. cap. cum in illis. tamen non est necesse, ꝙ fiat mentio de qualitate ordinis annexi & in beneficio requisiti. & vide quod no.

3 per glo. in clemen. 2. eo. tit. in cle. j. de elec. † Vltimo no. ꝙ impetrans prębendam proxime vacaturam, licèt illam consequi

b non possit propter inhabilitatem, [b] tamen poterit consequi aliã, & sic infertur ꝙ genus quod in vno de indiuiduis impleri non potest, impletur in alio. sic ſ. eo. titu. cum in ecclesia. vnde est hic vnus de casibus, in quo primus impetrans non obtinet primum beneficium, & alios casus vide per glo. & Doc. in

4 c. quia sæpe. ſ. eo. † In glo. j. ibi, secus: sed Archi. hic contra. vt talis generalis clausula non sufficiat, nisi in literis alia specialis clausula ponatur, per quam euidenter appareat de intentione mandantis, cui tunc esset parendum. ſ. de offic. deleg. c. ex parte. el 2. quia licèt talis præbenda certę personæ non debeatur, debet tñ certo ordini. facit qđ no. per Innocen. in c. fi. in j. glo. ſ. eo. & per Archid. in c. si propter. in fi. ſ. de rescrip. & quia in clausula generali non verisimilia non intelliguntur inclusa. j. de deci. c. 2. & ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. j. nec est verisimile, Papam velle talem ecclesiam fraudare seruitio vnius sacerdotis. facit etiam, quia tales clausulę generales tollunt impedientia gratiam si persona est habilis, sed inhabilitatem non tollunt, ex quo Papa id non exprimit, nec intendit: immo in tollenda inhabilitate requiritur dispensatio exprimens statũ personæ, cum qua dispensatur: aliàs esset surreptitia, sed dicit hic Ioan. An. prædicta procedere in inhabilitate proueniẽte ex iure communi, vt in illegitimo, corpore vitiato, bigamo &c. secus in inhabilitate procedente a statuto ecclesiæ, per

ADDITIONES.

a Dicit hic Do. ꝙ mandatum directum simpliciter super præbenda includit sacerdotalem & non sacerdotalem.

b Ber. de Ro. Sed quid si impetrans sit inhabilis propter ętatem, vt quia est in anno 24. proximus 25. an possit obtinere. Do. adducit Io. An. tenentem, ꝙ cum istud videatur sonare non modicum rigorem, ꝙ propter modicum tractum temporis non impetrabit, nisi forte de magna æquitate, ut quia sit ętati congruæ proximus. facit infra ti. 2. c. 2. & quod paulo ante vel post fit, proinde est ac si fieret tempore debito. C. de pac. l. petens. & ff. de incend. rui. nauf. l. si quis.
5 auditis. š. de pcu. de quo ibi plene per Doc. † Et aduerte, qa lʒ sñia excõicationis liget absentẽ & ignorantẽ, talis nõ punitur si nõ gerat se p excõicato. arg. c. pe. š. de cle. excõ. ſm Ioã. An. j. §. pxi. facit qđ no. idẽ Ioã. An. in c. pastoralis. in ver. nõ liget. & in c. dilectus. sup verbo, aut effectũ. š. de ap. vbi dicit, ꝙ si excõicatus ignorãs appellet, nõ denunciabit. & ex his infert, ꝙ si excõicatus interim immisceret se in diuinis non fit irregularis, ſm Lap. j. §. px. intelligentẽ hoc verũ, nisi fuisset perẽptoriè citatus, nec iuit vel misit, & pp hoc sit excõicatus, qa tunc celebrãs postea esset irregularis, lʒ nil sciat de excõicatione, vt tenet Spe. in ti. de legato. §. iusta. ver. ut aũt. & rõ est, qa talis ignorantia censet crassa & supina, ex quo sciebat se citatũ, debebat credere, ꝙ pcederet ꝯ eum, qđ no. qa ex pdictis infert, ſm Pe. de Anc. ꝙ lʒ pęna descẽdẽs principalr ab excõicatione, puta ꝙ sit ineligibilis, vel de simili alia pęna, statim cum est lata afficiat etiam ignorantem, tñ secus in pęna quæ venit postea in consequentiam propter contemptum, quia talis non ligat, nisi cum fuerit sciens, uel in supina, & crassa ignorantia, ut hic plene per eum, de quo no, in c. qualiter. el 2. š. de accu. & in d. c. veritatis. & in c, fi. š. de excel, prælat, & in d. c. pe.

ADDITIONES.

a Sed nunquid talis præsumptio probationem admittit in contrarium. Bar. in d. l. dicit, quòd sic. ad quod alle ff. de pac. l. iurisgentium, §. quod fere. Vinc. God. Nota, ꝙ si prælatus clericum diu in beneficium substinuit, non potest tamen titulum petere, sed potest defectum probare, Ruy. consi. 154. nume. 14. lib. 5.

b Adde c. ad dissoluendum. de despon. impu. & infra de noui op. nun. cum ex iuncto. simile supra de offic. dele. venerabilis, & infra de accu, c. ulti.

c Quid autem sit constitutio, quid lex, quid decretum, vel decretalis epistola, quid ve dogma, mandatum, interdictum, sanctio, & similia, no. 3. dist. in sum. & 25. q. 2. si quis dogma. & in hoc. §. per Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium potest concedi etiam absentibus.*

2 *Priuilegium interpretatur secundum intentionem concedentis,*

3 *Executor ad conferendum beneficium quod impetrans duxerit acceptandum, non potest conferre antequàm impetrans acceptauerit.*

4 *Reuocatio priuilegij non præiudicat donec perueniat ad notitiam illorum quibus reuocatur. & nu. 5.*

6 *Literæ beneficiales vel contentiosæ, si reuocentur per secundas, an valeat processus postea factus.*

7 *Decretum Papæ, an liget ignorantes.*

8 *Literæ si contineant quòd primus impetrans uel ad quem pertinet conferre*

re non poteſt, talis conferre non poterit.
9 *Decretũ Papæ nõ ligat ante aduentũ cõditionũ, q̃ ſunt appoſitæ in literis.*

1 Ex parte. † No.j.ibi,perueniunt. priuilegiũ poſſe cõce
di ẽt abſentibus,& ſic facit ꝙ priuilegiũ legi-
timationis non requirat p̄ſentiã eius qui legitimatur. ad hoc
2 per venerabilem.ſ.qui filij ſint legi. ſm Do. † Secundo no.ibi,
intentio ꝯcedentis. ꝙ priuilegiũ regulat̃ ſm intentionẽ cõce-
a dentis.[a] quod intellige qñ de ea conſtat,vt in c.in his.ſ. de ver.
b ſign.alias a verbis priuilegij non eſſet recedẽdũ, [b] vt in c.ſane.
& c.porrò.ſ.de priuile.& in l.non aliter.de leg.3. ideo ſi priuile
giatus ut excõicari non poſſit, citatus ab ordinario vel deleg.
non comparet,& propterea excõicetur, nõ tenet excõicatio,
quia id operatur vis verborũ priuilegij, & intentio ꝯcedentis,
vt hic patet:alias ſi hoc non cõcurreret,& tunc aliud eſſet,vt l.ſi
quis ex aliena.ff.de iudi.& in c.ſi duobus.ſ. de appel. ſm Ioan.
And.de quo per eum in reg. ſcienti.j.eo. lib. Tertio no.ibi,niſi
prius &c.ꝙ ex tribus modis hic expreſſis afficiuntur manus or
dinarij in beneficijs cõferendis,de quibus j.e.c.ſi ſoli. & c.ſi ca
pitulo. Põt ergo executor Papæ decretũ apponere in his quæ
in eius mandato continentur,de quo j.in glo. & ſ. de præben.
in c.ſi apoſtolicæ.Quarto no.ibi,vel ẽt conferat,ꝙ collatio exe
cutoris facta,añ collationẽ ordinarij, valet, licèt ordinarius il-
lud ignorauerit,ſm Inno.& Hoſtien.Et intellige, ꝙ cõferat va
cantẽ,vt hic in tex.in verbo,vacet:quia alias eius collatio nõ va-
leret,vt in c.propoſuit.ſ.eo.titu.& quia ſuper non vacante nul
la intelligitur ei data ptãs, vt hic in tex.j. in ver.ſi vacaret, ſm
Io.An.& ſ.in glo.in ver.eſſet.vide j.in c.ne captandæ.& ibi di-
cta.Quinto no.ibi, exprimatur, ꝙ poteſt Papa in mandato de
cõferendo beneficiũ apponere, ꝙ per alium non poſſit cõfer-
ri, quo caſu per ordinariũ collatio fieri non poterit, nec etiã
3 tũc valebit,dato ꝙ ipſe ordinarius ignorauerit, de quo j.† Vlti-
mo no.ibi, poſt acceptationem. & tene menti, ꝙ executor ad
conferendũ beneficiũ qđ impetrans duxerit acceptandũ,non
põt conferre anteq̃ ipſe impetrans acceptet: inhibitio ergo
executoris,& eius collatio & intimatio, ſi fiant ante tp̃s vaca-
tionis,non ligant manus ordinarij hoc ſcientis, quominus cõ
ferre poſſit cum vacabit.& hoc ideo,quia mandatũ de cõferen
do fuit ſuper incerto, & ſi de illo pro quo ſcribitur duxerit ac-
ceptandũ, ante enim acceptationẽ p̄dicta non arctant, nec ẽt
decretũ Papæ quod eſt plus, de quo j. Iuriſdictio ergo vt ptãs
conceſſa in euentũ conditionis, exerceri non põt anteq̃ ipſa
purificet̃.facit ſ.de reſcri.ſi pro te.eo.lib.In glo.in ver.vim ſuã,
in prin.intellige hanc glo.in priuilegijs motu proprio ꝯceſsis,
ſeu ad inſtantiã alterius q̃ priuilegiati, quia talis priuilegiatus
nõ gaudebit priuilegio, niſi poſtq̃ ad eius notitiã peruenerit,
ut dicit glo.hic,& in c.quanto.2.q.5. vel niſi de intentione con
cedentis aliud appareat,ut hic in tex. Cenſetur enim talis con
ceſsio priuilegij quædam donatio, quæ facta inter abſentes
tunc hẽt effectũ,cũ ad illũ ꝑuenit, cui eſt facta donatio,& nõ
ante,ut in l.qui abſenti.hic alleg.& eſt ſimile quod no.in c.ac-
cedens.ſ.de p̄ben.ad fi.glo.ſecus verò eſt ſi quis per ſe, vel pro
curatorem,vel ſuum nũcium impetrat priuilegiũ,quia ex quo
tunc concurrit voluntas ꝯcedentis & impetrantis, priuilegiũ
ſtatim hẽt effectũ,ut dicit Hoſt.in c.1.ſ. de priuil.ẽt ſi abſentes
illud ius in ipſum priuilegiatũ ignoret priuilegiũ. Secus tñ eſ-
ſet ſi prohibitio fieret in pęnã abſentis,q̃a tunc non hẽret effe
ctum,niſi cum abſens fuerit certificatus,ut d.ca.j. & d. c.2.niſi
in gñe prohibitionis appareret ꝯria uoluntas Papæ prohiben
tis,vt eſt in prohibitione alienationis, de qua in d.c. veritatis.
ſm Io.An.de quo ẽt dic vt ſ.§.proxi. Et prædicta procedunt in
4 ꝯceſsione priuilegij. † Quid aũt in reuocatione ipſius priuile-
gij uel mandati?concludit Io. An. hic, ꝙ non nocet quouſque
certificati fuerunt illi à quibus reuocatur,ut ff.mãdati.l.ſi man
daſſem.& ſ.de procu.c.pe.ut hic plene per eũ. Sed quid ſi ex-
cõicatio fertur per eum cui eſt reſtituta poteſtas excõicandi ꝯ
priuilegiatum abſentem?& dic quòd tenet, ex quo excõicatus
eſt certificatus de reſtitutione, quia ab illo cui tale priuilegiũ
fuit conceſſum poteſt reuocari,licèt ignorante,nec poterit po
ſtea illo uti,ex quo fuit facta reuocatio, & ex quo apparet de
intentione reuocantis,vt l.ſi pater filio.ff.de ma. uindi. ſecun-
dum Ioan. An. quod dictum videtur contrariari præcedenti,
vbi dixit quòd requiritur ſcientia ipſius priuilegiati. Sed dicit
Lapus,quòd ſi recte inſpiciatur non contradicit, quia ſicut pri
uilegium quo ad auferendam poteſtatem excõicandi, ſufficit
quòd perueniat tantum ad illum priuilegiatũ, ita econtra ſuffi
cit quòd reſtitutio ad excõicandum perueniat tantum ad illũ
qui p illud priuilegiũ erat ꝓhibitus excõicare, qua reſtõne fa-
cta poterit illũ excõicare,nõ obſtãte ꝙ priuilegiũ reuocatũ nõ
tranſiuerit in notitiam ipſius a quo reuocat̃, cũ ꝯriorum eadẽ
ſit diſciplina,vt 32.diſt.hoſpitiolũ.† Sed aduerte, quia aliud eſt 5
quęrere,an reuocatio ipſius priuilegij poſſit fieri etiam igno-
rante illo priuilegiato,& poteſt,nec poterit poſtea vti illo pri
uilegio, ex quo eſt facta reuocatio. ideo eſt quod immediate
tenet ſententia excõicationis lata per illum cui eſt reſtituta po
teſtas,& ita intelligi debet quod dicit Ioan.An.ſ.proxime. Et
aliud eſt quęrere, an priuilegiatus ipſe ignorans reuocationẽ
liget̃ pęna excõicationis quæ inſurgit ex cõtẽptu? & dicendũ
eſt ꝙ nõ,niſi poſtq̃ reuocatio trãſiuerit ĩ eius notitiã,quia aliàs
ex cõtemptu ligari nõ poſſit,vt in c.cũ voluntate.ſ.de ſen.exc.
& ita ſequitur hic Pet.de Anch.& Imo.arg.d.c.pe. & iſto mo-
do debet intelligi quod ſ.dicit Io.An.ſic ex prædictis reſultat
effectus.Nã licet quo ad pęnã extrinſecã infringendã in cõſe-
quentiã propter cõtemptũ & cõtumaciã, requirat̃ certioratio
reuocationis priuilegij,vt ſ.ipſa tñ reuocatio priuilegij habet
ſtatim effectũ cum reuocatur, licet nõ tranſeat in notitiã eius
a quo reuocat̃ quo ad oẽs effectus reſultãtes a prin.ſi tale priui
c legium [c] nõ fuiſſet cõceſſum: licet quo ad effectum reſultan-
tes ex cõtumacia vel cõtemptu requirat̃ certioratio.ideo priui
legiatus vt excõicari nõ poſſit,reuocato priuilegio ẽt eo igno
rãte,ſi adducitur in teſtẽ,vel eſt electus, vel ei collatũ benefi-
ciũ,non valebit qđ fit cũ eo a tempore reuocationis priuile-
gii, licet talis reuocatio adhuc non tranſiuerit in eius notitiã,
qđ ſing.tene mẽti.Iſta ſunt verba d.B.quę omiſi,eo quia in ef-
fectu ſunt idẽ cũ eo,qđ dixi ſ.dubiũ tñ facit,quia idẽ Io. An. in
c.fi.ſ. de reſcri.eo. li. indiſtincte tenuit ꝙ reuocatio priuilegij
non noceat priuilegiato,niſi poſtq̃ fuerit de reuocatione cer-
tificatus.de quo ibi per eum.Et prædicta procedũt in priuile-
6 gijs,& eorum reuocationibus † Quid aũt ſi in literis cõtentio-
ſis,vel beneficialibus,ſi reuocentur expreſſe vel tacite per ſe-
cundas literaſ,an valeat ꝓceſſus,& quicquid geſtũ per primas
literas ante certificationẽ de reuocatione.hic plene per Inno.
& Hoſt.& per Io.An.in c.dilectus.el 2.ſ.de pręben. & hic per
Do.cõcludentẽ,ꝙ aut cõſtat ex verbis ſecundi reſcripti,ꝙ non
intendit reuocare primas literas anteq̃ inſinuetur primis po-
teſtas conceſſa ſecundis, & tunc planum eſt ꝙ ſecundæ nõ re-
uocãt primas ad inſinuationẽ talẽ,vt hic in tex.in ver.non ſic.
Si verò de hoc non conſtat expreſſe ex verbis reſcri. & tunc ſi
in literis ſecũdis apponitur reuocatio,inhibitio,decretum, eſt
clarũ ꝙ tollit primas ipſo iure, cũ decretum liget ignorantes,
vt in c.pe.ſ.de præben.eo.li.& in c.ſi eo.tempore.ſ. de ele. eo.
li.ſicut & ſententia,cũ in hoc eidem æquiparetur,licet in alijs
differant,vt no.in c.j.j.de rebus eccle.ſm Lap.hic, quod intelli
ge niſi ille,in cuius fauorẽ fuit appoſitum decretũ renunciet,
cum in hoc caſu poſſit renũciare. fortius in caſu j.proxi.& va-
leat tunc collatio facta per primas literas, dũmodo talis renũ-
ciatio p̄cedat hãc collationẽ,vt no.Lap.in d.c.pe.ſ.de p̄bẽ. ſm
Do.dicẽtẽ idẽ eſſe in literis ꝯtẽtioſis,vt ſecũdus poſſit renũcia
re,vt in c.plerũq;.& c.ſi aũt.ſ.de reſcr.Si verò in ſecũdis literis
nõ eſt appoſitũ decretũ,ſed inhibitio,& reuocatio,& tũc ſi pri
mi ꝓcedentes ignorauerunt reuocationẽ,& inhibitionem,&
tenet factũ ipſorũ,vt patet j.eo.ti.ſi capitulo.& in c.audita.ſ.de
reſti.ſpo.dicit tamen Do.ꝙ licet tunc teneat, tamẽ ſi ſecundo
impetranti nõ põt negligentia imputari, poterit petere reuo-
cationem,vt dixit hic Inno.pro quo facit c.tibi qui.ſ.de reſcri.
eo.li.Sed ſi primi ſciuerunt inhibitionẽ & reuocationẽ,& tũc
ſi fuit eis notificatũ,ꝙ inhibẽs volebat alteri prouideri, tũc nõ
valet quod fit in primis.j.eo.ſi capitulo.ſm Do. Si verò nõ fuit
eis intimatum,ꝙ inhibens volebat alteri prouidere, & tũc va-
leret eorũ factũ,ſm Inno.& Hoſt.Io.An. hic. Aliqñ in ſecũdis
literis apponit̃ ſola inhibitio.& tũc licet Do.hoc nõ tangat,tñ
poteſt

ADDITIONES.

a Facit c.Marchion.j.q.j.extra de verb.ſig.intelligentia.& c.propterea. ff.de fun. inſtr.& inſtru.le.l.cum de lanionis.§.aſinam.& eſt ratio,quia potior eſt mẽs dicentis quam vox.ff.de ſu.le.Labeo nec plus verbum quàm voluntas inſpici debet.C.quæ res pi.obli.poſ.l.vlt.

b Ber.de Roma. No.ex hoc loco optimum arg.quod non ſemper identitas rationis facit idẽtitatem iuris,vt in rubro & nigro.ſatis patet in d.c. ſane. quo fit vt priuatum ius,vel priuilegium vni conceſſum non extendatur ad aliũ, vt hic,etiam ſi eadem ratione,& forte meliori poſſet illi conuenire.no. autẽ ſic ius cõe,nam directum ad vnum ad omnes extenditur.extra eo.li.de re.iuris.priuilegium.& ſupra de re iud.in cauſis.61.diſt.miramur.cum ſi.

Vinc.God. Adde, ꝙ licet identitas rationis non inducat extenſionem in ſtatutis,declarat tamen ambiguã intentionem. Ruyn. conſi.30.nu.5.lib.3. & identitas rerum non præſumitur, ſed probari debet.Ruyn.conſi.141.nu.4. lib.5.ſed qualiter probetur. conſi.155.nu.6.lib.5.

c Vinc. God. No.ꝙ priuilegia motu proprio conceſſa,ſunt vt ſonant intelligẽda.Ruyn.conſi.161.nu.10.lib.5.& ſemper intelliguntur ſine pręiudicio tertij. Ruyn.conſi.3.nu.8.lib.5.

pōt ɔcludi ex dictis Inn.& Io.An.ꝙ valeat qđ faciūt primi, ēt ſi ſciant literas ſecundas inhibitionē ɔtinentes.& hoc niſi pri⁹ certificentˀ ꝙ de bñficio,de quo agitur,inhibens intendit alteri ꝓuidere.Aliqñ in ſecundis lr̃is eſt appoſita ſola reuocatio,et tunc aut reuocatio fuit directa,aut indirecta.Primo caſu, quia in ſecundis literis,dr̃ reuoco talē iudicē, vel tales lr̃as, & tunc ſi talis reuocatio ſit facta proprio motu, & intelligiṫ ipſo iure facta,acta tñ priorū tenent donec fuerint certificati. argu. c.in nr̃a.s̃.de ꝓcura.ſm Do.& facit qđ no. Bal.in l.falſus. C. de fur. in primo q̃ſito.nec pñt partes hoc caſu renūciare,ex quo motu proprio facta fuit, quia iudiciū ſoluitur vacante eo qui iudicare iuſſit, vt ff.de iudi.l.iudiciū ſoluiṫ.ſm Domi. Sed ſi nō fuit facta proprio motu,ſed ad inſtantiā partis, & tūc idē qđ dictū eſt s̃.ad hoc d.c.audita.ſaluo, ꝙ poſſet ille ad cuius inſtantiam fuit impetratū,renunciare ſcđo reſcripto,vt d.c.ſi aūt. & c.plerunque.ſm Do.Aduerte tū,ꝙ licēt ille ad cuius inſtantiā ɔceſſum eſt ſm reſcriptū,poſſit ei renūciare ante pn̄tationē, vt no. in c.ex q̃ōne.s̃.de reſti.ſpol. tñ ex hoc primæ lr̃æ iam reuocatæ non reconualeſcunt.ar.l.ab emptione.ff.de pac.& c. ſignificātibus.s̃.de offi.deleg.ſm Pet.de Anch.qđ verū eſſet poſt notificationē dictæ reuocationis, quia ante bene valent primæ literæ,& ꝓceſſus habitus per eas,vt s̃. Scđo verò caſu, qñ reuocatio non fuit directa, vt q̃a dr̃, cōmittimus tali non obſtāte cōmiſſione alteri facta,tunc valet ꝙ fit per primos, niſi opponatˀ exceptio.vnde ēt ſi ſcirent talē reuocationē, non vitiabiṫ proceſſus, ex quo remanent iudices, & talis reuocatio vr̃ facta ſi pars opponat.ar.s̃.de offi.deleg.c.ſi. Et ex his inferṫ drĩam eſſe inter reuocationē directā,& indirectā. Nam qñ eſt directa ſola notificatio reuocationis annullat proceſſum,vt in d.c.audita.ſed in indirecta req̃riṫ,ꝙ opponatˀ exceptio, ſm Do.& ita reuocatio facta facilius reuiuiſcit q̃ expꝛ̃ſſa.arg.l.3.in ſi.& l. cū ſeruus.ff.de adimen.leg.ſm Pe.de Anch.

7 †In glo.in ver.certā,in ſi. aduerte,quia licēt aıs decretū Papæ liget requirentes, tñ ſi eſt appoſitū ſuper incerto non ligat,vt dr̃ hic in tex. puta ſi in reſcripto dr̃,ꝙ ille pro quo ſcribitur duxerit acceptandū, quia añ acceptationē non ligat,de quo ēt vide dicta in c.ſi pauper.s̃.de p̄ben.eo.lib.& j̃.in glo.proxi.vbi dicit hic Inn. ꝙ ſemper is qui optat,vel reſeruat,vel ſuſpendit,de certa p̄benda facere debet. facit c.2.s̃.de elec.eo.lib.& dr̃ certa, qñ fit mentio de prima p̄benda quæ vacauerit in tali eccleſia, diœceſi, vel ꝓuincia. & dicetur ēt certa cum acceptatˀ primam,ēt nō expreſſam in ſpecie,ſed quæ primo vacauerit,ut dicit glo. nota. hic. & dr̃ certa ex eo,quia ad vnicam refertur:verè tñ prius eſt incerta, ſm Io. An.hic, & de his j̃.in c.ex parte.el j.s̃.de offic.deleg.& per glo. in c.dudum.in ver.incerto.& in c.ſi epſ.in glo. in ver.cæteras. s̃.de præben.eo.lib.In glo.in ver.irritum.in ſi.idem tenet Inn. hic dicens,ꝙ executor ſuſpendit ordinarium a collatione beneficij.Hoſt.verò intelligit hoc, qñ in reſcripto eſſet clauſula, decernentis irritum &c.s̃.de præben.inter cætera.Alij verò,vt ipſe refert,tenent ɔ̃rium gn̄aliter intelligentes idem fieri poſſe,& bene,ſm Archi.cum opi.Hoſt.reprobetur j̃.eo. ſi capitulo.ſm Archi.& Io.An.de quo ibi dicetur.& in d.c. apoſtolicæ.

8 & d.c.ſi ſoli.†In glo.in ver.quia cum.in ſi.tunc enim qñ in literis dr̃,ꝙ primus impetrans ſeu is ad quem pertinet, cōferre nō poſſit,talis conferre non poterit, & collatio facta per eum nō valebit, & hoc ſi ſecundus impetrans cū tali clauſula velit ea vti,quia operatur talis clauſula,ut oſtendat intentionē concedentis eſſe,ꝙ ſtatim a die conceſſionis, ēt ante ſn̄iam non valeat collatio primi.facit qđ in ſimili no. in c. ꝙ ſicut. §.ſi aūt.s̃. de elec.ſm Inno. in glo. in ver. acceptaret.in ſi.& pōt decretū interponere ēt in abſentia partis aduerſę, qđ facere pōt partibus ēt abſentibus,ſm Hoſt.& Ioā.An. imò,& ſi talis executor nullum decretum interponeret,procederet illud qđ dr̃ hic in glo. quia facta acceptatione ſtatim ſunt ligatæ manus ordinarij per decretum Papæ.ad hoc c.innotuit.s̃. de elec. & de præben.c.inter cætera.& ibi per glo.An autem decretum legati liget manus ordinarij collatoris ignorātis?Pau.vt refert hic Domi.in ſi.huius c.tenet ꝙ non,ſed eſt neceſſe,ꝙ fuerit facta notificatio ipſi ordinario,de quo vide no.in d.c. ſi apoſtolicæ. s̃.de

9 præben.†In glo.in ver.referri.in prin. & ſicut decretum Papæ non ligat ante acceptationem, ita etiam non ligat ante euentum aliarum conditionum appoſitarum in literis, vt per gl.in clemen.j.j̃.eo.titu.in prin.in ver.ordinarium. Et an poſſit fieri acceptatio de præbenda,vel beneficio nondum uacante?uide j̃.eo.in c.ne captandæ,& per glo.in ver.notitia.in d.cle.j.In ea. glo.ibi, ſtatim ligat. ſentit glo.ꝙ decretum appoſitum in conſtitutionibus, ſeu legibus ſtatim liget, etiam ignorātes,etiam ante duos menſes,& ſic non ſequatur naturam ipſius cōſtitutionis.contrariū tñ vr̃ velle glo.in proœmio cle.in ver.de cætero.de quo ibi.& in cle.j.de ele.& diceṫ j̃. in datis ſexti libri,i.gl.

Sed extitit. No.j.ibi, ꝙ ſi &c.quia exponiṫ, dato ꝙ eſſet &c.ſm Io. An. notantē ex hoc tex. modum excipiendi, vt ſic proponatur conditionaliter, ne videatur fateri intentionem aduerſarij.facit c. abbate.§. ad hæc.s̃.de verb.ſig.& c.cum venerabilis.s̃.de excep. & vide in reg. exce. j̃.eo.lib.& ibi habetur,quando ſit ꝙ exceptionem dicēs videatur confiteri,de quo etiam in l.ſi quidem. C.de excep.In gl.in ver.cedit.[a] in ſi.& de hoc dicetur j̃.§.proxi.

A D D I T I O.

a Ber.de Ro.Io.de Lig.aſſimiliat hic Papam teſtatori leganti præbendam,Ora. legatario, & ordinario hæredi,ſed Do. improbat ſimilitudinem de hærede, quia ordinarius collator de proprio iure poteſtatem habet conferendi,qui non habet hæres, niſi ex diſpoſitione defuncti, niſi alio iure res eſſet hæredis,& tunc poſſet proprio iure,& tamen nec tunc etiam haberet locum ſimilitudo.

S V M M A R I V M.

1 *Terminus ad eligendum vel optādum,vt poſſit aßignari, quid requiritur.*
2 *Impetrans habens gratiam ad primam vacaturam, an poteſt antę vacationem acceptare.*
3 *Sententia qualiter ferri debet quando petitur beneficium.*
4 *Argumentum de legibus loquentibus de vltimis voluntatibus ad materiam beneficialem,non valet.& nu.5.*
6 *Acceptatio beneficij poteſt fieri in abſentia executoris.*

1 **Econtra.** † Nota primo ibi, futuris. ꝙ ad hoc vt terminus ad eligendum ſeu optandū poſſit aſſignari,eſt neceſſe ꝙ illud qđ debet optari, ſeu eligi ſit in rerū natura:aıs non poſſet,ut hic,& in c.ſi.s̃.de cōſue.eo.li. vbi datur terminus ad optandū p̄bendā poſt vacationē, & ante. Scđo no. ibi,requiri.ꝙ ſi alicui mandaṫ cōferri beneficiū vacaturū quod duxerit acceptandū,non eſt neceſſe,ꝙ ordinarius collator expectet illius electionē vel recuſationem ad hoc ut poſſit alteri ɔferri,ſed pōt ipſe ſtatim cōferre alteri, & ꝑualet eius collatio facta ante acceptationē illius,vt patet s̃.& j̃.in tex. qđ tñ intellige,niſi ſit datus in lr̃is certus terminus ad eligendū ſeu optādū,q̃a illo pēdente ordinarius cōferre nō pōt, vt in cle.j.§.ſec.

2 j̃.eo.†Tertio no.ibi, vel ēt niſi ante vacationē, ꝙ hn̄s gratiā ad primā vacaturā quā duxerit acceptandā, pōt ēt ante vacationē acceptare determinatā in numero,puta primā vacātē,uel ſubſiſtente iuſta cā,ſecundā,uel tertiā,puta q̃a forte prima erat alteri debita,uel quia de hoc dubitatˀ:aıs ſine cā nō poſſet dimittere primā,& optare aliam. ar. huius tex.ſm Inno. Sed an impetrans poſſit eodē mō acceptare,ēt ſi in lr̃is non ſit cl̃a ſeu poteſtas acceptādi,ſed ſolū eſt mandatū executori, ꝙ illi ꝓuideat ĩ tali eccleſia,diœceſi,vel ꝓuincia?Inn. refert hic aliquos tenere ꝙ ſic,& ita reſidet hic Io.An.& Do.ſed certe hoc vr̃ ɔ̃ tex.in c.ſi clericus.s̃.de p̄ben. eo. lib. quia ex quo intelligiṫ de primo

a bñficio, uel p̄benda, nō vr̃ ꝙ poſsit impetrans[a] aliā acceptare quā in lr̃is ɔtineaṫ.cogita. De hoc aūt nō eſt dubiū,ꝙ talis executor poſſit reſeruare primā, uel vlteriorē ex cā,arg.huius tex. & de iure patro.cū dilectus,ſm Inn.dicenrē,ꝙ ille qui optat,reſeruat,uel ſuſpēdit,de certa p̄benda idē facere dēt, ut eſt dictū s̃.in §.ex parte.& ſic infert Inno. ꝙ executor datus ēt cū cauſæ cognitione non pōt mādare ſeu reſeruare ſibi p̄bendā quā acceptauerit impetrans ſeu ipſius ꝓcurator. arg.s̃. de offi.dele.c. ſi.ſm Inn.lꝫ Hoſt.remittat ad no.in c.pro illorū. s̃. de p̄ben.de

3 quo ibi. † Vltimo no.ibi,adiudicari.formā & practicā ſn̄iæ, qñ petitur beneficiū,q̃a adiudicatur petēti, & ꝓbanti ſuū eſſe, & aduerſario imponiṫ ſilentiū, & ſic infertur, ꝙ pōt mihi adiudicari qđ meū eſt:ꝓprie tñ dr̃ tunc potius declarari meū eſſe,vel ad me ꝑtinere,ut l.ex diuerſo.§.j.ff.de rei ven.ſm Io.An.dicentē,ꝙ adiudicatio ſit ēt in actionib⁹ mixtis, ut Inſti.de ac.§.q̃dā.

b & ꝙ in dubio adiudicatio[b] fieri dēt illi q̃ vtiṫ ualidiorib. rōnibus,ut Inſti.de emp.et uēdi.§.itē pretiū.& s̃.de re iud. in c.ſub.

4 orta. † In gl.in uer.in ultimis.in ſi.uide ibi no.et per Io. An.ic. olim.el j.s̃.de uerb.ſi.& no.ex hac glo.iuncto tex. ꝙ non lꝫ arguere de ll.loquētibus in ult.uoluntatibus,ad materiā bñficialē,de quo hic aliqualiter per Inn.et Io.An. In gl.in uer.futuris. in ſi.facit l.cū his.ff. q̃ & a q̃b. et ſic manumiſsio uel alienatio rei legatę extantis nō valet tanq̃ ſit facta a non dño, ēt ſi fieret alienatio conditionaliter, quia dn̄ium rei legatæ tranſit in legata.

A D D I T I O N E S.

a Vinc.God.Adde, ꝙ impetrans beneficium a quo fuit priuatus per tres ſententias,vel ſi iniuſte poſſederit,dicitur intruſus. vnde non poterit promoueri, niſi faciat de tali intruſione mentionem.Ruy.conſi.79.nu.8.lib.5.

b Vinc.God.Nota, ꝙ adiudicatio iudicis facta ex falſa cauſa non valet.Ruy.conſi.145.nu.2.5. li.4.

legatariũ recta via à die mortis testatoris, vt l. a Titio.ff.de fur.
& incõmutabiliter a die aditæ hr̃ditatis, vt dicit glo.hic,& in l.
si tibi homo.§.cum seruus.ff.de le.j.Intellige, qñ ipse testator
est dñs rei legatæ.secus si dñium erat alterius,ẽt si ipsius hære-
dis,quia tunc non transiret dñium in legatarium, nisi facta tra
ditione ab illo qui erat dñs, vt in l.Pomp.& ibi per gl.ff. de ser
ui.Et ex his infertur,ꝙ si testator legat partum suo tp̃e conce-
ptũ,vel fructus suo tp̃e seminatos, transit tũc dñium recta via
in legatariũ, & sic postea impedit alienatio per hæredẽ,sed si
partus fuerit conceptus,vel fructus seminati post mortẽ testa-
toris,tunc non trãsiret dñium in legatariũ, nisi fiat traditio ab
ipso hærede,penes quẽ est tunc dñium:hæres tñ bene tenetur
ad dandũ actione personali, sicut si aliæ res ipsius hæredis,vel
alterius essent legatæ,vt in §.ea quoque. & §.si res.Insti.de leg.
& sicut dñium rerum hæredis non transiret in legatariũ,ita nõ
põt testator illud subijcere restõni vel optioni alterius,vt l.fi.§.
nemo.C.cõia de leg.& ita ꝓcedat l. Paulus.§.j.& l. j.§.cũ præ-
dium.ff. de pigno. Et sic patet, ꝙ si esset legata optio de partu
& fructibus cõceptis tp̃e hæredis nõ impediret hæres tũc præ
dicta alienare,ſm Inn.& Io.An.de quo per ipsum Io. An.in c.
Raynutius.super glo.tunc ꝓdest.s̃. de test. Et vide ẽt circa hoc
no.in l.j.& fi.C.de vsur.& fruc.le.& ff.de vsu.in l. Hærennius.
ff.quæ in frau.cre.l.fi.§.j.& ff.de rei vẽ.l.non solũ. & l.ex diuer
so.& ff.quẽ ad.serui ami.l. si partẽ. & qđ no. C. qui potio.in l.
5 assiduis. in glo. mag.†Et ex p̃dictis colligitur rõ quare aliud in
legatis de rebus extantibus q̃ futuris, de quibus hic in tex.&
quare aliud in ꝯctibus de quibus ẽt in rebus certis, & pñtibus
non transit dñium,nisi secuta traditione,vt l.traditionibus. C.
de pac. vt hic per Inn.& Io.An.dicẽtes,ꝙ optio facta ante adi-
tam hæreditatẽ non valeret,vt in l.Iul.ff.de le.j.§.qđ ait.ff.quo-
rum leg. Et subdit Inn. ꝙ ſm quosdã idẽ esset in beneficijs va-
cantibus tp̃e rescripti, qđ hic dr̃ in legatis extantibus, vt non
valeat collatio taliũ, sicut nec alienatio legatorũ extantiũ quo
rũ legata est optio, vt sic qđ hic dr̃ in tex. locũ hẽt in vacaturis
quæ vacauerũt post datũ rescriptũ : secus si ante. Sed hoc dictũ
non esset verũ, si cl̃a acceptationis respiceret vacãtes & vacatu
ras:sed si cõferret vacãtes,& in vacaturis daret optionẽ,tũc ꝓ-
cederet dictũ illorũ . & hoc nisi esset appositũ certũ tp̃s ad ac-
ceptandũ cũ decreto,vt vides s̃.hic in j.glo. istius c.ſm Ioã.An.
& rõnem drĩæ quare aliud sit in legatis extantibus q̃ in bene-
ficijs vacantibus,qñ cõcedit optio, Io. de Fan.hic rñdendo ad
l.si cũ optio.ff.de optio. leg.dicit, ꝙ iõ legatis extãtibus in qui
bus relinquitur optio nõ tenet alienatio, q̃a testator solus erat
dñs,& poterat de eis disponere ad sui libitũ:nõ sic in bñficijs,
cũ circa ea non solũ Papa,sed ẽt ordinarius hẽt ptãtem cõferẽ-
di, nec Papa dando super his optionẽ tollit potestatẽ ordina-
rij,nisi de eius voluntate in hoc aliter ꝯstaret, vt s̃.in §.ex par-
te.puta si apponat decretũ,cuius tñ appositio recipit suspẽsio-
nẽ a cl̃a acceptandi,cũ non operet ante acceptationẽ, & ita re
sidet hic Do.Quare aũt si postea acceptat, & sic eueniat ꝯditio
nõ trahit retro sicut in legatis,dicas ꝙ in bñficialibus ꝯdõ non
trahit retro,vt est tex. hic no. & in d.cle.j.& idẽ in ꝯctib⁹ inter
viuos,vt no.in l.fi.ff.cõia p̃diorũ.& sentit hic Io.An. post Inn.
& pro quo facit l.statuliberũ medio. ff. de statu lib. & l.j.§.ser-
ui.ff.ad Silla.ſm Bal.qui dicit hoc verũ, nisi sit beneficiũ qđ re
stõnẽ in inte.inducat,vt patet in legitimato, vt Insti. de nup.§.
fi.in fi.& in Auth.quibus mo.natura.effi.in princ.Tu ad hoc vi
6 de c.q̃uis.s̃.de rescri.eo.lib.& per gl.in ver.si ad id.in c. si p te.
s̃.de rescri.eo.lib.†In glo.in ver.ecceptaret.in prin. no. & tene
menti,ꝙ acceptatio põt fieri ẽt in absentia executoris,& idem
tenet hic Inn.Io.Mo.& Archi.licèt Cõpo.in c.capitulũ.in glo.
mag.ad fi.s̃.de rescri.tenuerit ꝯrium,& non bñ, cũ id nõ repe-
riat iure cautũ:imò ꝯrium appareat, ex quo iura loquentia de
acceptatione,indistincte loquant nõ dicẽdo corã quo fiat, ſm
Io.And.& idẽ tenet glo.in ver.executorẽ.in cle.j.s̃.e.ti.& dẽnt
tũc in acceptatione adhiberi testes idonei, per quos id ꝓbari
possit.arg.c.pastoralis,in fi.s̃.de offi. ordi. & c.sacro.in princ.s̃.
de sen.excõ.ſm Host.& Io.An.In ea.gl.in fi.si autem talis clau
sula,decernentes &c.apposita non esset in forma pauperũ, de
qua in c.si pauper.s̃.de p̃ben. tunc sola acceptio impetrãtis nõ
impediret collationẽ ordinarij,sed prouisio vel inhibitio exe-
cutoris sic,vt dicit hic Io.An. super tex. facta notificatione, vt
per glo.in ver.acceptaret.s̃.eo.in §.ex parte.& ita tenet ibi Ar-
chi. quasi tunc sufficiat sola insinuatio, seu denunciatio facta
per executorẽ, licèt aliter non inhibeat seu decretũ apponat.
& ita est tex.hic,de quo plenius in c.si soli. & c. si capitulo.j.e.
In ea.glo.in ver.causa.in fi.idẽ Inn.& Hostien.per l.2.ff.de op-
tio.lega.& s̃.de rescrip. quia verisimile. & quod no.s̃. de elec.
causam.& per Ioan.An.in c.cum in multis.s̃.de rescrip.eo.lib.
in vlti.glo.& in c.ne captandæ.in fi.j.eodem.

SVMMARIVM.

1 *Causa constitutionis cessante licet cesset constitutio, tamen non cessat nisi*
expresse reuocetur.
2 *Obligatio oritur ex simplici promissione de iure canonico.*
3 *Promissio beneficij vacantis tenet,non tamen afficit manus conferentium.*
4 *Spurius si fuerit legitimatus, & ille qui fecit eum legitimari habuerit fi-*
lios de vxore postea ducta,an spurius legitimatus succedat cũ legitimis.

CAP. II.

De testanda. Primo ponitur exordium. Se-
cundo ibi,sane.ponitur ius an-
tiquum & eius sequela. Tertio ibi, nos illud. re-
1 uocat.†No.primo ibi,reuocanda,ꝙ licet cesset cau
sa ipsius constitutionis in totũ, non tñ ex hoc cessat ipsa dispo
sitio,nisi expresse reuocetur.facit c.licet ex quadã.s̃.de testi.&
no.in l.j.in prin. C.de cad.tol.secus vbi cessaret cã in parte,q̃a
tũc ꝓ illa p̃te dr̃,ꝙ cessante cã seu rõne cessat ipsa ꝯstitõ,vt in l.
2 adigere.§.q̃uis.ff.de iure pa.& no.in c.cũ cessante.s̃.de ap.†Se-
cundo no.ibi,debeant adimpleri.ar.ꝙ de iure cano. ex simpli-
ci promissione oriat obligatio.& ita tenuit Host.in c.accedẽs.
s̃.eo.de quo per gl.j.q.8. quotiens cordis. & plene per Doc.in
c.1.s̃.de pac.Tertio no.ibi,damnabiliter. ꝙ faciẽs scienter ꝯtra
a ꝓhibitionẽ,seu p̃ceptum [a] canonis,mortaliter peccat, ſm Ar-
chi.de quo hic plene per eum.& vide per Doc. in c.2. s̃.de ma.
& obe.& per glo.de pę.dist.5.in summa.vbi dicit,ꝙ traditio ec
clesiæ obligat prout p̃ceptũ : consilia verò non obligant, vt 4.
dist.denique.immo qui iuraret p̃cise seruare aliquã constõnẽ,
vel regulã,intelligit vt dẽat seruare p̃cepta ꝓ p̃ceptis,& ꝯsilia
pro consilijs,vt est tex.sing.in cle.exiui.de ver. signifi. Quarto
no.ibi,directe vel indirecte, ꝙ vbi prohibitio respicit certum
finẽ,censet tunc ꝓhibita q̃libet via per quã directe vel indire-
cte ꝑuenitur ad illũ finẽ ꝓhibitũ.sic s̃.de cle.cõiu.c.j.eo.lib.&
3 l.oratio.ff.de spõ.& in reg.cũ q̃d.j.eo.lib.†Vltimo no.ibi,ad be
neficia vacatura,a ꝯrio sensu,ſm Io.An. ꝙ bñficium vacans p̃t
ꝓmitti,& valet talis ꝓmissio,licèt nõ afficiat manus ipsorũ cõ
ferre debentiũ,ſm Io.An.hic. & idẽ tenuit in c.2.s̃.e. post prin.
In casibus verò in q̃bus ualeret talis ꝓmissio,ad q̃d agere pos-
sit ille cui talis ꝓmissio est facta.ꝯcludit hic Io.An.ꝙ dẽt agi ad
factũ,ut sic sibi ꝓuideat,ſm ꝓmissa,& ad id p̃cisè cõpellet,ſm
opĩ.illorũ qui tenẽt,quẽ posse p̃cisè cogi ad factũ,ut in l.stipu-
latio.§.sane.ff.de no.ope.nun. uel saltẽ p̃stabit interesse, ut sic
ministret vitæ necessaria,donec fuerit sibi prouisum de p̃ben-
da,ut in c.cũ ſm.s̃.de p̃ben.& in c.per tuas. de arbi. Nec ob.ꝙ
ſm hoc æstimant spũalia,uel ei annexa,ꝯ id qđ hr̃ j. q.3. si quis
obiecerit.nam hoc non fit ad illũ finẽ,sed ut puniat factum &
ꝯtumacia ꝓmissoris,ut in l.locũ.§.ꝯdẽnatio.ff. ad exhi.ſm Ioã.
An.imò posset dici,ꝙ ꝓmissio tm̃ teneat ad æstimationẽ pro-
uentuũ bñficij qđ cõferre tenebat,ut in d.§. cõdemnatio.cũ ta
lis ꝓuentus licitè alienet,& locet,ut no.in c.q̃uis.s̃.de deci.&
in c.fi.s̃.ne p̃lati uices suas.ſm Pe. de Anc. Pro quo glo. no.&
ibi ꝑ Doc.in c.corã.in prin.s̃.de offi.dele.& tenet do. Nico.in
4 d.c.accedens.s̃.eo.ti.†In gl.in ver. reuocanda. in fi. uide plene
in c.q̃d per nouale.s̃.de uer.sign.& in c.suggestũ.hic alleg.ubi
b Pe.de Anch. ponit q. de illo qui fecit suũ filiũ spuriũ legitima-
re,quia alios legitimos nõ habebat, ꝙ si postea accepta uxore
hẽat filios legitimos,an talis legitimatus succedat una cũ alijs
legitimis? Dy.in l.ex facto.ff.ad Treb.tenet ꝙ non. Sed Pet.de
Anch.tenuit ꝯriũ in d.c.suggestũ.de quo ibi,& plenius ꝑ Doc.
in d.l.ex facto.In gl.in ver.de cætero.in fi.Aduerte, q̃a de p̃te-
rito iam pro factis seu executis est clarũ, sed dubitatio est, q̃d
de depẽdentibus, an uitiet ꝓmissio facta adhuc pẽdens? Arch.
ꝙ sic.sed Ioan.Mona.ꝯtra, ut hic plene per eum.cuius dicta re
fert hic Io.An.& uide per glo.in ver.de cætero.in c.licèt canõ.
de elec.eo.lib.& vide per Barto.& Doc.in l.ita stipulatus.ff.de
verbo.obli.In glo.in ver.indirecte.ibi,valet receptio.Aduerte,
quia

ADDITIONES.

a Facit 14.q.1.quisquis,25.q.1.omnia decretalia.& c.hac consona.& quod no.
Archid.in c.si peccauerit.2.qõ.1.& Pau.in c.illud.de ma.& obed.vbi dicit,ꝙ
præter peccatum mortale, quod quis incurrit contra præceptnm canonis
faciendo,incurit ẽt notam infamiæ canonicæ,quæ tãdiu durat,quandiu du-
rat inobedientia.Bal.etiam in l. si quis pro eo.ff.de fideiu.dicit, ꝙ faciens cõ
tra præceptum legis conditæ ab habente potestatem condendæ legis, pec-
cat mortaliter.vide ad hoc bonam glo.in c.vnico.de scru.in ord.fa & quod
ibi no.Do.& quod no.theologi.in 2.lib.sententiarum.dist.44.
b Vinc.God.Spurio qualiter acquiri possit hæreditas.Ruy. consi.139. nu.9.lib.
5.& quibus spurius succedat,Fel.in c.nonnulli.§.sunt & alij. col.9. in fi. cum
seq.versi.exprimitur.de rescrip.late per Bened.in c.Raynutius.col.121.de te
stam.& Alex.consi.174.lib.5.

quia licèt tunc debeat habere præbendam,non tñ diceret̃, ita
ꝙ debita ipſa præbenda,ꝙ ſit affecta,vt per glo.fi. vltra mediũ.
in ver.ſi vterque.in c.ſi ſoli.j̃.eodem.In ea.glo.ibi,cum clauſu-
la,ne inane.Io.And.remittit hic ad no. per eum in c.ſi apoſto-
licæ.ſuper glo.non in forma.s̃.de præben.eodem lib. In ea. gl.
in fi.idem Archi.& Io.Mona.& conclude breuiter, ſm Pau.&
Do.ꝙ aut obligatio oritur ex prouiſione generali, vel ſpeciali
concepta ſub quacunque forma verborum,& iſta eſt prohibi-
ta,vt hic.aut oritur non ex promiſſione,ſed ex diſpoſitione iu
ris,& iſta non eſt reuocata, ſicut eſt in recepto in canonicum,
cui de iure cõi quæritur ius ad præbẽdam ex ipſa receptione.
& ſic quatuor ſunt modi ex quibus quæritur ius ad vacaturã.
Primus eſt per literas apoſtolicas,vt in ca.propoſuit. s̃. de iure
patro.Tertius per diſpoſitionem iuris cõis, vt ſi recipiatur q̨s
in canonicum,cum ex hoc habeat ius in præbenda, & iſti mo
di non ſunt reuocati,vt s̃. Quartus eſt per promiſſionem gene
ralem vel ſpecialem.& iſte reuocatur hic.

S V M M A R I V M.

1 *Votum captandæ mortis inducitur per conceſſionem beneficiorum vacaturorum.*
2 *In,hæc dictio quid importet.*
3 *Impetrans habens gratiam ſuper beneficio quod duxerit acceptandum,an poßit acceptare antequàm vacet.*
4 *Acceptatio beneficij poteſt fieri etiam tacitè.*
5 *Oblatio beneficij facit quòd quis cenſeatur beneficium plenè adeptus.*
6 *Fieri non dicitur certè nec expreſſe quod fit in genere.*
7 *Acceptans beneficium primum alteri debitum,an poßit acceptare ſecundum.*
8 *Acceptio ſi facta ſit de certo beneficio ante eius vacationem,vel de ſecundo,vel tertio ſine cauſa,an executio,uel proceſſus inde facti valeant.*

C A P. III.

E captandæ. Primo præmittit cauſam cõ-
ſtitutionis. Secundo ibi, du-
ximus declarandum,ponitur thema, de quo duo
dubia ſoluit affirmatiuè, & tertium negatiue. pri-
1 mum ibi,licèt. ſm ibi,aut.tertium ibi,certum.†No.j. ꝙ per cõ-
ceſſionem beneficiorum vacaturorum inducitur votum cap-
tandæ mortis.ſic s̃.c.proxi.de quo in c.2.& c.propoſuit.s̃.e. Se-
cundo no. ꝙ ſolus Papa poteſt dare ius ad beneficia vacatura.
ſic s̃.de præben.eo.lib.in c.2.vbi glo. dicit, ꝙ etiam legatus de
latere hoc non poſſet, vt in ca. dilectus filius T. s̃. de præben.
2 † Tertio no.ibi,in aliqua. de hac dictione, in,[a] per quam cõclu
a dit hic Arch.ꝙ ſi Papa mandat prouidere de dignitate,vel be-
neficio in genere, ꝙ ſi in eccleſia non eſt, niſi vnica dignitas,
beneficium,non poterit de illa prouideri, quia tunc non eſſet
prouidere impetrãti in eccleſia,ſed de ipſa eccleſia, de quo hic
plene per eum,& de hoc per glo.in ver.in certa.in cle.j.de prę
ben. & an in tali mandato includatur ille qui vnicum tm̃ hẽt
conferre beneficium.vide no.in c.ſi pro clericis.s̃. de præben.
eo.lib.& de hac præpoſitione,in,& de præpoſitione, de,hic ꝑ
Archi.de quibus in reg.in generali.j̃.eo.lib.Quarto no.ibi, fa-
cta.ꝙ gratia dicitur eſſe facta ſi mandatur prouideri de benefi
cio vacaturo, & ſic conferendo. intellige habito reſpectu ad
executorẽ,& ſic ad conceſſionem poteſtatis ſibi traditæ:ſecus
ſi habeatur reſpectus ad impetrantem, quia gratia non dicitur
facta,ex quo non eſt facta collatio in reſcripto. & ita procedat
c.ſi cui.s̃.de præben.eo.lib.ſm Io.An.In tex.ibi,aut ſm,ſeu vl-
terius &c. no. ꝙ habens beneficium acceptandi tenetur acce-
ptare primũ,& ex cã põt ſm vel vlterius, & ſic ſequitur ꝙ non
ſubſiſtente cã,non poſſit dimittere primũ,vt hic eſt tex.& s̃.in
c.1.quod tu ſing.limita,prout voluit Io.An.j̃.c.prox.circa prin.
niſi hr̃et beneficiũ acceptandi cũ certo termino, puta ꝙ intra
menſem duxerit acceptan.Nam tunc põt dimittere primũ:im
mo ẽt centeſimũ ſine aliqua cã,& põt acceptare ꝙ vult intra il
lum terminũ,per tex.in cle.j.j̃.eo.qđ no.& vide dicta j̃.c. prox.
3 † Quinto no.ibi,valeat acceptare.& ita alleg. ꝙ habens gratiã
ſuper beneficio vacaturo, quod duxerit acceptã. põt ẽt anteq̃
vacet acceptare in genere primũ qđ vacabit, vel ex cã ſm, vel
vlterius,quod intellige, niſi fuiſſet data ptãs acceptandi intra
mẽſem à vacationis notitia, quia tunc ante vacationẽ accepta
re non poſſet,ſm Io.An.& ita voluit glo.in d.clem.j.j̃.e.in ver.
notitia.& idem tenet Ro.in deci. 431. quæ incip. Item ſi impe-
trans.volens ẽt ꝙ ſi tunc impetrans acceptet beneficiũ, ẽt per
vnam diem ante ipſius vacationẽ, vel aliud tp̃s quantumcun-
que modicũ,talis acceptatio & prouiſio exinde facta, ipſo iu-
re non valeret.An aũt acceptatio poſſit fieri per procuratorẽ?
Arch.tenet hic,ꝙ ſic, ſicut dr̃ in electione quæ fieri põt ꝑ pro-
curatorem.& in c.quia propter.§.illud.s̃.de elec.& in c. pe.s̃.e.

titu.& lib.& idem tenuit glo.in d.cle.j.in fi.in ver.pñti.dicens
ꝙ requiritur ſpãle mandatũ. & facit quod no. in c. accedens.s̃.
de præben.& ita tenet hic Io.An.& Ro.in deci.428.quæ incip.
4 Item ſi habens.de quo j̃. † Sexto no.ibi,per collationẽ.ꝙ acce-
ptatio beneficij põt fieri non ſolũ expreſſe,ſed ẽt tacite. Nam
recipiendo collationem vr̃ quis acceptare illud beneficium,et
idem ſi petat quis ſibi conferri certũ beneficiũ: nam his duo-
bus modis inducitur tacita acceptatio, & ita eſt hodie deter-
minatũ in d.cle.j.& ibi per gl.in ver.quẽ.imo voluit Rota in d.
deciſ.430.ꝙ qualiſcunque actus,ſiue expreſſus,ſiue tacitus per
quem poſſit conſtare de animo, ſufficit, vt ſic dicatur facta ac-
ceptatio.vnde ibi determinat, ꝙ litigãs ſuper vno bñficio, vel
appellans cauſa illius beneficij ex tali actu videat̃ inducta ta-
cita acceptatio de illo beneficio, de quo tñ ibi pleniſſime per
Ro.& in d.deci.427.quæ inci.Itẽ ſi hñs.vbi voluit ꝙ ſi conſtitui
ꝓcuratorẽ ad acceptandũ beneficiũ certi valoris, & ꝓcurator
acceptat beneficiũ minoris valoris, & mittat poſtea ipſi dño
pecuniã receptã de fructibus illius bñficij, ꝙ ꝑꝑ hoc dñs tale
5 beneficiũ acceptaſſe vr̃,de quo j̃.†Vltimo no.ibi, iam adeptus
vel eius ius &c.ꝙ per collationẽ legitime factã q̃ritur non ſolũ
ius in beneficio,ſed ẽt cenſet̃ quis ipſum beneficiũ plene ade-
ptus & cõſecutus,qđ procedit qñ poſt ipſam collationẽ ſequi
tur poſſeſſio,& ſic inſtitutio,& ita procedat tex.hic ibi,iã ade-
tus. ſed ſi interueniret ſola collatio,non diceretur tunc plene
adeptus,ſed ſolũ hẽret ius in ipſo bñficio,vt in c.ſi.j̃.e.tit. & ita
procedat tex.hic ibi,vel eius ius in ipſo &c.ſm Io.An.ex cuius
dicto no.hic Do. qñ ſit, ꝙ dicatur quis plene adeptus bñficiũ,
qđ inducit ad ſtatuta & iura loquentia de beneficijs plenè ade
6 ptis. † In tex.ibi, certũ [b] tñ eſt exp̃ſſum. no. ex hoc tex.iuncto
b ſuꝑiori,ꝙ nõ dr̃ certũ & exp̃ſſum qđ fit in gñe,ẽt ſi genus non
poſſit verificari,niſi in vna ſpecie,qđ no. ꝓ priuilegijs quę re-
quirunt certã & exp̃ſſam mentionẽ. vide gl.& ibi dicta in c.ſi
ep̃s in ver.certas.s̃.de p̃ben.eo.lib.In tex.ibi,tam acceptio &c.
c no.ꝙ nõ valet actus [c] factus tꝑe ꝓhibito, licèt eius effectus in
tp̃s permiſſum cõferat̃, qđ eſt verũ qñ lex ꝓhibet principium
actus tali tꝑe fieri,ꝓut erat in hoc caſu,in quo ꝓhibeat̃ de cæ-
tero acceptatio bñficij anteq̃ vacet.ad hoc qđ no. in c. bonæ.
el 2.s̃.de ele.ſecus ſi lex nõ ꝓhiberet principiũ,vt patet in c.de
vxore.de ſepul.ſm Do.hic.In glo.j.in fi.& ibi Cõpo.tenet,ꝙ ſi
ſcribatur cũ priuilegio acceptandi in ꝓuincia, poterit acce-
ptare in diœceſi,uel in eccleſia plures p̃bendas hñte. Nam ex
quo põt acceptare in ꝓuincia, fortius hoc poterit in diœceſi,
vel in eccleſia in qua Papa facilius id cõceſſiſſet,ſm Arc. & Io.
An.de quo in c.q̃uis.el j.s̃.de p̃ben.e.li. Et ultra ẽt dicit ibi Cõ
po. obtentũ fuiſſe tꝑe Inn.quarti,ꝙ ſi hñs gr̃am,de qua hic in
tex.noĩat decẽ bñficia,plura vel pauciora, & acceptet illud qđ
ex illis primo vacabit,non valebit talis acceptatio, tũ rõne am
bitionis,tum ẽt q̨a mortẽ certę perſonæ vr̃ appetere, vt hic in
tex.ſm.Io.An.de quo per Inn.in d.c.cũ dilectus.s̃.de iure pa.In
gl.in ver.gñe.in prin. Aduerte, q̨a dẽt tũc acceptatio fieri per
verba p̃ſentis tꝑis,dicẽdo, accepto bñficiũ qđ primo vacabit,
non aũt ſufficeret dicere,intẽdo,vel volo acceptare, vt in l.ſer
ui electione.& ibi per gl. & Doc. ff.de leg.j. & cautũ eſt acce-
ptare corã executore, licèt ẽt fieri poſsit in abſentia executo-
ris,vt ꝑ gl.no.in c.j.circa fi.in ver.acceptaret.s̃.e.ti. & li.ſm Io.
An.In gl.in ver.cã.in prin.Aduerte q̨a vr̃,ꝙ modicũ operet̃ be
neficiũ acceptandi. Nã ſicut ſine eo debet̃ prima p̃bẽda,& de
prima intelłr,ut in c.ſi clericus.s̃.de p̃b.eo. li.ita & cũ dicto bñ
ficio acceptãdi,ſed operat̃,hoc,q̨a ſubſiſtẽte cã p̃t acceptari ſm
7 vel ulterius,ut hic dr̃.†In ea.glo.in fi. idem Arch. hic, & Inno.
&

ADDITIONES.

a Vinc.Gog.De iſta dictione,in,Oldra.conſi.49.& Alex.conſi.21.lib.1. & ꝙ po
nitur quandoque pro,ante.Alex.in l.j.de collat.poſt glo.in clem. cauſam.de
elec.verſi.in domo.

b Adde,ꝙ executores dati ad beneficia conferenda, etiam ipſi ſecundum Do.
debeant eſſe certi & expreſſi in priuilegijs.pro quo vide glo.in c.qui tibi.ſu
pra de reſcrip.

c Ber.de Ro.Non valet actus. Hęc ſunt verba Gemi.ſed cum bona venia vtriuſ-
que dixerim,hoc mihi videtur inepte dictum, quia quilibet actus prout eſt
quiddã vnum,ſiue vna res, non recepit diuiſionem.7.q.j. nihil contra. & ſu-
pra 9.diſt.ſi ad ſcripturas.23.diſt.quorundam.de conſe.diſt.3. non liceat.cũ
ſimi.& ideo ipſius actus tam principium, quàm mediũ, quàm finis,ſunt eiuſ-
dem naturæ,ut eſt acceptatio beneficij,de qua hic,& vt dicitur in dictis iu-
ribus vnitas diuiſionem non recipit, & maxime quando eſt indiuidui ut di-
cta beneficij acceptatio.dicas ergo ꝙ actus non ſit validus,nõ quia fiat pro
hibito tempore,ſed quia ſit actus contra prohibitionem legis, vt 10.diſt.c.
vides. vbi habes multa exempla de eo qui duxit quam pol. c.2.& 3. extra de
reg.iur.eo.lib.non firmatur.ff.de adoptio. poſt mort.& l. per fundum.ff.de
ſerui.ruſt.prædi.

& Hoſt.in d.c.j.circa fi.& refert hic Arch.Comp.vbi s̄.tenere, ꝙ ſi habens beneficium acceptandi acceptet beneficiū quod primo vacabit,& illud primo vacans reperiatur alteri debitū, tunc ſecundum non debitum alteri intelligeret̄ affectum,quia acceptatio & inhibitio intelliguntur factæ de primo alteri nō debito, cum mandatum intelligi debeat de eo quod ſine alterius præiudicio & commode fieri poteſt, ut l.ſi procurator. ff. de condi.inde.& l.2.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco pub. & ita hoc caſu variare poterit,ut l.homine, & l. optione. ff. de optio.le.vt hic plene per Archi.& Io.An. ex quorum dictis poteſt ſic concludi,ꝙ aut quis acceptauit vel elegit illud quod potuit,& tunc talis variare non poterit,ſecundum Arch.arg.s̄.de reſcri.eod.lib.in c.cum in multis.in fi.cum ſufficiat ſemel elegiſſe,vt d.l.ſerui electione,& l.fi.C.de codi.cum ſimi.facit glo. in ver.eam.in d.c. j.in fi. quod forte procederet ſecundum aliquos,ut refert hic Archi.& Ioan.And.niſi clauſula concedens electionem dicat,quam duceret acceptādam,pro quo facit qđ no.ff.de uer.obl.l.ſi quis ſtipulatus.Si uero quis acceptauit, vel elegit quod non potuit,quia acceptatio non ualuit,& ſic male optauit,& tunc aut non fuit in culpa,& poterit iterum optare & eligere ſecundum Ioan.Mon.& idem uoluit Archi. referendo Compoſt.vbi s̄.pro quo d.l.homine,& d.l.optione. aut fuit in culpa , & tunc ſi gratia erat communis formæ quæ de facili extinguitur dolo uel negligentia illius cui fit,ut in d.c.ſi clericus,& ſibi imputet,qui male optauit,& iterum optare non poterit,ut in c.ſi compromiſſarius.§.1.s̄.de elect.eo.lib.Sed ſi gratia ultra communem formam procedebat, & exuberabat, vt hic,quia erat cum beneficio acceptandi,& tunc licitum eſt recedere a mala acceptatione & proceſſibus per eum habitis, & venire ad bonam,& ad legitimos proceſſus,ut hic,& in d.ca.j. §.ſed extitit.& §.econtra,ſecundum Ioan.Mon.& Ioan.An. & idem tenet Archi.ex quo prima electio non tenuit, adducens ad hoc l.2.ff.de optio.leg.ſecundum Ioan. An. remittentem ſe ad no.in d.c.cum in multis,ubi uide de hoc in glo.fi.Et ultra ēt dixit hic Ioan.And.poſt Archi.quod ſi impetrans acceptat beneficium de quo non erat dignus,id reducetur ad arbitriū boni viri,ideſt iudicis qui de facto cognoſcet,an ſit dignus,vel nō vt l.continuus.ff.de ver.obl.quod etiam locum haberet,quando mandaretur prouideri de beneficio competenti , & prouideatur de non competenti.Et in genere mandatur prouideri, debet attendi conditio illius pro quo ſcribitur in ſcientia, moribus,& ętate,ut in c.cum in cunctis.s̄.de elect.ſecundum Ioā. And.Quid autem ſi impetrans credens uerisſimiliter beneficiū vacare quod non uacabat,ipſum acceptet , an teneat acceptatio.Lap.hic quod non,ille tamen qui fuit ſine dolo , tutus erit. ar.c.2.in prin.s̄.de cōſti. eo. lib.quod tu intellige,ut de nouo re integra poſſit illud acceptare poſt vacationē, uel quod poſſit aliud acceptare , ut hic in tex.alias obſtaret quod habetur per Ro.in d.deciſio.431.de qua s̄.Sed ſi econtra non credidiſſet uacare,& tamen uacabat,& ipſe acceptat,& tunc aut acceptat tāquam vacans,& valet acceptatio , & hoc niſi in pœnam eius propter eius malam fidem aliud dicatur.arg.c.nuper.s̄. de bigamis.Sed ſi acceptat tanquam non uacans,& tunc non ualet,& ſibi imputet,quia eſt ſibi contrarius, & quia quod potuit noluit &c.vnde audiri non debet,ut in c.ſollicitudinem.s̄.de app. & in c.cum ſuper.s̄.de offi.deleg.quod no.j.eod.ſi capitulo, ſuper glo.no.quod.in fi.ſecundum Lap.& Domi.de qua materia vide glo.& ibi uide no.in c.cum in multis,in fi.& in ca. gratia. eod.titu.& lib.& in d.c.ſi beneficia.s̄.de preben.eod.lib.& uide ad prædicta notabilem limitationem per Lapum in ſua alleg.118. de quo dictum fuit in d.c.ſi beneficia. in fi. & ibi uide.

8 †In glo.in ver.taliter.in fi.patet ergo,quod acceptatio facta de certo beneficio antequam uacet,uel de ſecundo , uel tertio ſine cauſa,& executio , & proceſſus inde ſecuti contra formam iſtius cap.non habent impedire ordinarium collatorem , proceſſus tamen de nouo facti bene impedirent , ut colligi poteſt ex iſto tex.a contrario ſenſu,ſecundum Ioan.Mon.Sed Archi. hoc intelligit,quando tales proceſſus fierent de nouo ſuper ipſo beneficio iam vacante.imo dicit Ioan.And.quod in beneficio male acceptato,proceſſus qui de nouo fierent non ligarēt manus ordinarii,ſed ſola collatio legitima præueniens collationem ordinarij afficeret eius manus,vnde qui male acceptauit,debet eſſe ſollicitus ut cito habeat collationem illius bñficij uacantis,cū tex.hic velit ꝙ in beneficio acceptato cōtra formam iſtius decre.manus ordinarii non ligentur,niſi per collationem,& hoc fuit hic inductum per iſtum tex. in pęnam male acceptantis & ambiētis ad illud beneficiū. Sed ſi eſſet aliud beneficium quam id quod male acceptauit, & tunc quantum ad ligandum manus ordinarii,ſufficeret quod recederet a mala acceptatione,quod de nouo rite fierēt proceſſus, & ita procedere poſſet d.Io.Mo.ſm Io.An.& Do. & qñ ſit ꝙ male acceptans poſſit iterum acceptare , patet ex ſupradictis , de quo in d.c.cum in multis.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus ad prouidendum vel conferendum non poteſt inhibere in genere .*

2 *Impetrans pro quo mandatur ut ſibi prouideatur de beneficio, debet acceptare primum vacans.*

3 *Geſta contra prohibitionem , & reſeruationem executoris Papæ , an ſint nulla .*

4 *Impetrantes plures ſi habeant literas generales in prouincia , ſub diuerſa tamen data , omnes autem petunt beneficium vacans,quis debet præferri,& nume.5.*

6 *Executor Papę deputatus in prouincia, an poſſit generaliter inhibere ne cōferatur,& nu.7.*

CAP. IIII.

Xecutor. Executor ſine ſpāli mandato non poteſt inhibere generaliter collationem beneficiorum prouinciæ, ſed bene reſeruat,et inhibet ſpecialiter.hoc dicit. Et primo ponit dictum negatiuum,a quo vnum caſum excipit ibi,niſi. Secundò ibi,poteſt, ponit dictum affirmatiuum cum decreto ibi , ꝙ

1 autem.†No.primò, quod executor datus ad prouidendum ſeu conferendum nō poteſt reſeruare uel inhibere in genere , ſed in ſpecie ſic,et rationem ponit hic Ioan.And.et Innocen. in c. cum dilectus.s̄.de iu.patro.Quādoque ergo licet aliquid in ſpecie quod non licet in genere,ut hic , et quandoque licet in ge-

2 nere quod non licet in ſpecie,ut s̄.c.proxi.† Secundò no.et tene menti ibi,ex beneficio competat literarum, quòd ſi mandatur prouideri impetranti de beneficio uacaturo in certa diœceſi,uel prouincia,intelligitur de primo,nec poteſt optare ſecundum uel ulterius,niſi in literis cōcedatur ſibi beneficium, ſeu priuilegium acceptandi,et ſic eſt hic tex. apertus contra id quod uoluit Innocen.et Io.And.in c.j.in §.econtra.s̄.eo.dicentes,ꝙ impetrans habeat priuilegium optandi , etiam ſi in literis non ſit illa clauſula,quod duxerit acceptandum,nam vt hic patet,tunc demum habet locum optio ſeu acceptatio,quando

a in literis id continetur,alias ſemper intelligitur de primo, [a] et optio locum non habet,vt hic eſt tex.no.et facit c.ſi clericus.s̄.

3 de pręben.eod.lib. † Vlti.no.quod geſta contra inhibitionem, et reſeruationem executoris Papæ ſunt nulla, etiā ſi non ſit appoſitum decretum per ipſum executorem , uel per ipſum Papam,quod facit ad no.per glo.ordi.in c.ſi eo tempore s̄.de ele. eo.lib.et ad no.in c.j.§.ex parte.s̄.eod.de quo dicetur j.c.proxi. et ca.ſi ſoli.In glo.j.in fi.et eius quod no. Innocen. Hoſtien. in c.cum dilectus.s̄. de iure pat.et Hoſtien. in ſumma de pręben. §.et a quo.ver.pe.et vlti.et vide per Ioan.And.in c. paſtoralis.s̄. de reſcrip. ſuper ulti. gloſ. an per mortem Papæ expiret pote-

b ſtas [b] executoris , qui duas inhibitiones fecerat in prouincia. vbi cōcludit,quod non, ſi fecit inhibitionem generalem , licet ſit publicata tantum in vna vel duabus eccleſijs. Si vero fuerit ſpecialis,et tunc expirat,ut etiam Papa uiuente , nedum mortuo,in alijs eccleſijs,ubi non eſt inhibitum prouidere nō poſſit , ex quo in una eligit , et ita reſidet hic Lapum , et Domi.

4 † Sed quęritur , quid ſi ſunt plures habentes literas generales in prouincia,uel diœceſi,tamen ſub diuerſa data, et omnes ſimul petunt beneficium uacans,quis præferatur. Archi. hic refert,quod Bonaguida de Aretio audiuit ab Innocen.4.quod ille obtinebat cui primo confertur.arg.l.quotiens.C.de rei ven. et in l. ſi a Titio. ff. eod. et ſic ſeruat curia ſecundum eum. Sed in contrarium facit c.tibi qui.in prin.s̄.de reſcrip.eo.lib. ſecundum Archid.qui hunc articulum indeciſum relinquit. Quare concludit Ioan. And. quod literæ generales dicuntur vno reſpectu,ut quia uagantur per ciuitatem, diœceſim, uel prouinciam,proprie tamen loquendo quo ad materiam literarum beneficia-

ADDITIONES.

a Facit c.ſi clericus.eo.lib.de pręben.cum c.proxi.ſeq. & quod no. in l. boues.ff. de verb.ſigni.

b Per mortem Papæ executoris poteſtas regulariter non expirat , dummodo non ſit integra,ut in c.licet.& c.gratum.& c.prudentiam.ſupra de offi.dele. & idem dicendum quo ad expreſſa viuente Papa,ut in c.paſtoralis.in fi.ſupra de reſcrip.ſecus uero quo ad non expreſſa ante mortem Papę,ſed poſt, quia quo ad ea expirat,ut in dictis iuribus,facit quod no.Lap.alleg.17.

Vinc. God. Adde quod Papa mandans alicui prouidere de beneficio proxime vacaturo includitur beneficium,quod uacabat tempore datæ. Ruy. conſi.81. nume.16.lib.3.

neficialium dicuntur ſpeciales pro tanto, quia reſtringũtur ad primum quod vacabit, nec ad aliud poſſunt extendi, facit qđ no.in c.j.in fi.vlti.glo.ſ.de reſcri.& in c.ex parte.el 1. in vlti. gl. ſ.de offic.deleg.& in iſtis eſſet locus prioritati in data, ex quo ante præſentationem primarum literarum nõ reperitur facta collatio. Aduerte, quia hoc procederet, quando collatio nõdũ eſſet facta,& omnes inſtarent, quia tunc certum eſt, ꝗ debet conferri priori in tempore datæ,ſed dubitatio eſt, quid ſi poſt præſentationem primarum literarum, reperitur facta collatio ipſi ſecundo,an vitietur ſeu reuocetur dicta collatio. & videtur quod nõ,ex quo aliter non fuit affecta,vel quod ꝑ appoſitionem decreti,vel per inhibitionem,vel aliter, & ſic videtur quod procedat hoc caſu dictum Innocen.4.Non ob.d. ca. tibi qui.in prin.quia loquitur quando præbenda nondum erat collata,ſecus ergo ſi fuiſſet collata ſecũdo, & aliter non fuiſſet affecta,ut ibi dicitur.uel poſſet dici aliud in præbenda,quę debetur ratione canonicatus,& aliud eſſe in collatione abſque bñficio,cogita.& ita procedat d.c.tibi qui.Si uero ſecundum morem hodiernum omnes literæ habeant beneficium acceptandi, tunc proprie dicuntur generales,quia licitum eſt vagari, & dimittere etiam centeſimum,ſicut primum,& in iſtis, aut literę primi impetrantis habent ſpatium menſis, & cum decreto ſecundum nouam formam,de qua in c.j.ꝟ.eo. & tunc intra ſpatium menſis ſemper pręfertur primus impetrans, etiam ſi acceptio fieret ultima hora menſis, & etiam poſito quod prius fuerit collatio alteri facta,ut in d.clem.j.§.ſecus. Si uero impetrantes habent in literis beneficiũ acceptandi,& maxime primus ſine ſpatio menſis,ita quod eſt locus datę primę.ſ. eo. tit. & tunc ſicut ualeret collatio facta per alium executorem ſecũdi ipſi ſecundo impetranti,ut probatur in d. clemen. j. in j. rñ. ſecundum Ioan.And.& iſto ſolo ultimo caſu,ſecundum Ioan. de Lig.procedat opi.Innocen. 4. de qua ſ.cuius oppoſitionem ponit Spec.in tit.de actio.ſeu petitio.§.ſuper actionibus,in ultima col.Et alle.ad hoc d.c.cum dilectus,& ita reſidet hic Lap.
5 & Domi.†Sed aduerte,quia hoc ultimo caſu,ſi literę primę habent beneficium acceptandi cum decreto, præfertur primus qui legitime acceptauit,ut habetur in d.ca. j. imo etiam ſi non haberent decretum, nec beneficium acceptandi, ſi tamen per executorem in prębenda,vel beneficio primo vacante fuit legitimo modo facta affectio,omni caſu præfertur primus impetrans,ut in d.c.j.& in d.c.tibi qui.& uide in c.eum cui.ſ.de prę
6 ben.eod.lib.†In glo.2.in fi.& ſic videtur hæc glo.tenere, quod licet executor deputatus in prouincia non poſſit ibi generaliter inhibere quod non conferatur,ut hic in primo reſpon. & hoc propter nimiam incertitudinem,& uacationẽ, tamẽ executor deputatus in diœceſi,ciuitate,vel eccleſia poterit ibi generaliter inhibere, quod ideo eſt quia talis inhibitio parũ eſt duratura,cum reſtringatur ad primum,& in ipſa diœceſi,ciuitate,uel eccleſia bene poterit haberi certitudo de primo. Qđ procedit,quando ipſe literę in quibus eſt deputatus talis executor,non continerent beneficium acceptandi, cum tunc ſatis procedat hæc ſecunda pars glo.alias ſi tribuerent beneficiũ acceptandi ſine menſe,vel cum ipſo, tamen ſine inhibitione, & tunc plus grauaret iſta forma inhibitionis, & iſto caſu multum equitatis haberet prima pars glo. non tamẽ poteſt dici ꝙ tex.iſte hoc probet repetendo ſic no.prouinciam,& ita cõcludit ipſe Ioan.And.ut plenius de his hic per eum, ut refert Do. & Pe.de Ancha.qui tamen dicit hoc ſine dubio procedere, ꝙ inhibitio executoris non impediat ordinarium ante acceptationem,ſi gratia habeat annexam clauſulam acceptandi,ut eſt caſus.ſ.eod.tit.c.j.ver.ſubiunctum etiam &c.unde procedit gl. quando ſimpliciter eſt ſcriptura,& poſtea per executorem,inhibitum, ſecundum ipſum Pe.de Anch.Sed hoc dictum nõ uidetur uerum,quod glo. loquatur quando literæ non conferũt beneficium acceptandi,cum glo.habeat reſpectum ad tex.qui loquitur de literis generalibus quæ proprie ſunt illę quæ cõferunt beneficium acceptandi, ut ꝟ. patebit. Præterea ſi literę nõ conferunt beneficium acceptandi,executor deputatus in prouincia per tales literas inhibere poſſet generaliter etiã in prouincia,cum talis inhibitio reſtringatur ad primum beneficiũ quod vacabit,& ſic cenſetur ſpecialis,ſicut & ipſę literę beneficiales ad primum beneficium reſtringantur quod vacabit,ut no.in c.j.de reſcr.in ult.gl.& de offi.del.ex parte.el 1.in ult. gl. & ideo uidetur quod gl.loquatur,quando literę conferunt bñficium acceptandi,& uerum ſit primum dictum quod aliquib.
7 placet,vt dicit hic Ioan.And.†Et pro declaratione huius glo.& prędictorum conclude,quod aut literę beneficiales in quibus eſt deputatus executor ſunt generales,quia vagantur.per ciuitatem,uel prouinciã,proprie tamẽ ſunt ſpeciales, quia reſtringuntur ad primum beneficium quod uacabit,ut eſt quando tales literæ non conferunt beneficium acceptandi,& tunc talis executor poterit generaliter inhibere, cum eius inhibitio reſtringatur ad primum, ſicut eius literę, & cenſetur inhibitio ſpecialis,ut in 2.reſpon. huius ca.ſiue talis executor deputatus ſit in certa eccleſia,ciuitate,uel diœceſi,ſiue in prouincia,licet in prouincia nunquam viderit Io.And. tales literas generales, imo fatuus eſſet qui in prouincia ſimpliciter impetraret primum vacans,tum quia difficile eſt ſcire quod eſſet primum,tũ etiam quia primum poſſet eſſe minimum,ſecundum Io. And. Aut literę in quibus eſt deputatus talis executor ſunt generales vere & proprie,ut eſt quando conferunt beneficium acceptandi,cum tunc liceat vagari & dimittere centeſimum, ſicut & primum,& tunc aut ille pro quo ſcribitur legitime acceptauit primum,vel ulterius ex cauſa, & executor poterit de beneficio acceptato inhibitionẽ facere nõ ſolum in certa eccleſia, diœceſi,uel prouincia,ſed etiam in prouincia,ſi in ea ſit deputatus,cum talis inhibitio ſpecialis ſit,ut patet in 2. reſponſo huius c.aut ille pro quo ſcribitur non acceptauit,& tunc aut in ipſis fuit appoſitum tempus, puta menſis ad acceptandum cum inhibitione,& decreto,ut hodie communiter ſeruat curia, & tunc executoris inhibitio non eſt neceſſaria,cum ſufficiat inhibitio Papæ quo ad illum menſem,ut in d.clemen.j. nec inhibitio executoris ſi ultra progrediatur, habet alterare formam inhibitionis Papalis,vt dicit hic ipſe Ioan.And. Aut in ipſis literis non fuit appoſitum tempus,& tunc ante acceptationẽ ipſe executor,ſiue ſit deputatus in prouincia,ſiue in diœceſi, vel ciuitate,ſiue eccleſia nõ poterit generalẽ inhibere illis ad quos ſpectat collatio in eiſdem locis ne conferant, ut dicit glo. hic in primo dicto,imo etiam ut dicit Io.An.ſuper tex.poſt Archi. non poſſet inhibere ſingulari prelato illius prouinciæ.per no. per Inno.& Hoſt.in d.c.cum dilectus,unde verbum, prelatus, hic in tex.reſoluitur in ſingulari,ad hoc qđ no.in c. vt priuilegia.de priuileg.ſecundum Imo.

S V M M A R I V M.

1 *Receptio,& collatio qualiter differant.*
2 *Scriptura dicitur illius qui ſcribi mandauit,licet ipſe non ſcripſerit.*
3 *Vocatio dicitur citatio,monitio autem præter citationem fieri poteſt.*
4 *Præſentatio facta a ſolis executoribus,an afficiat.*
5 *Vniuerſitas ſeu capitulum qualiter,& per quem debeat conuocari.*
6 *Executor Papę ſi nullus vacat canonicatus, an poſſit conferre canonicatum ante vacationem.*
7 *Contumax in vno actu non eſt citandus ad alium actum fiendum, quando haberet connexitatem neceſſariam cum actu præcedenti.*

C A P. V.



I capitulo. Primò ponit formam gratiæ, cuius duo ſunt dubia,primum quãdo afficiat.Iſtud ſoluitur ibi, per ſolam. ſecundum quod ſit officiũ executoris, quod declarat ibi,imo.
1 †Nota primò eſſe differentiam inter receptionem, & collationem, & ſic facit quod ſola receptio non inducat collationem, de quo per Inn.in c.eam te.ſ.de reſcri.Sed ſm Do.iſte tex.ſatis probat,quod receptio inducat collationẽ,patet ibi, reciperet. Idem vr̃ hic ſequi Io.And.dicens mandatum ſuper receptione canonicatum intelligi de receptione quę ius tribuit,& dicitur collatio,ut hic per eum, ponentem qualiter & quomodo fiat receptio iuris vel facti,de quo eſt dictum in c.cum in eccleſijs. ſ.de præben.eod.lib.& ibi,an abſentes ſint citandi,de quo hic per Lap. bene tamen verum eſt, quod hic canonicorum receptio,& collatio præbendarum ponuntur,ut diuerſa,& ſic facit quod per collationem præbendæ non uideatur collatus canonicatus,uel ecõtra,de quo uide remiſ.datas in d.c.cum in eccle
2 ſijs.in prin.& hic per Arch.†Secundò no.ibi, ſcripta noſtra, ꝙ licet quis de propria manu non ſcripſerit, tamen ſatis dicitur
a ſcriptura illius,ex quo de eius mandato eſt ſcripta,[a] ſecundum Domi. an tamen in ſtatutis in quibus uerba debent intelligi proprie,ut in c.in noſtra.ſ.de iniuriis,ſi fiat mentio de ſcriptura manu alterius, comprehendatur ſcriptura de mãdato illius ſcripta,

A D D I T I O.

a Ber.de Roma. Patet hoc eod.lib.de re.iu. qui facit per alium,& ff.eod.l. quod iuſſus.dicit tamen Dy.hoc procedere de quadam iuris interpretatione.cum verè loquendo factum etiam ab eodem diuerſis temporibus,eius identitatẽ facti non repręſentet.ff.de condi.inde.ſi non ſortem.§.libertus,& in Auth.de fi.inſtru.circa princ.
Vinc God. Adde,quòd ſcriptura priuata non probatur eſſe manu alicuius per ſolam comparationem literarum, & quomodo deponere teſtes debeant in huiuſmodi probatione.Ruy.conſi.139.nu.12.lib.2.

ſcripta, vel deſcripta per alium & ſubſcripta per eum, vide ple
ne dicta in c.ſi parte.s̃.de reſcrip.eod.lib.& per Ange.in l. cum
antiquitas.C. de teſta. Tertiò no.ibi,per ſolam præſentationē,
quòd per ſolam præſentationē literarum in quibus datur exe-
cutor ad conferendum in negligentiam ordinarij collatoris,
afficiuntur eius manus. Quartò no. ibi , beneficium,quòd ap-
pellatione beneficij comprǽhenditur canonicatus, & pręben
da,de quo vide dicta in c.quamuis.el 2.s̃.de præben.eod.lib. in
prin.Quintò no.ibi,intra terminum &c. quod executor datus
ad prouidendum in ſubſidium poteſt ordinario collatori aſſi-
gnare terminũ in quem conferre debeat, vt ſi poſtea appareat
de negligentia ordinarii, quod procedit ſecundum Do. etiam
ſi hoc in executoris mandato non exprimeretur. Nam vt hic
patet lapſus termini pręfixi ab executore ordinario ad confe-
rendum,conſtituit ipſum ordinarium in mora & negligentia,
in tantum quod per eam transfertur poteſtas conferendi in ip
ſum executorem,facit quod in ſimili no.in c.ſacro s̃. de ſentē.
excom,& in c.ſignificauit.s̃.de offi.ord.ſecundum Io.An. imo
voluit hic Pet.de Anch.quod ſi ordinarius fuiſſet interpellatus
congruo loco & tempore, per talem interpellationem conſti
tueretur in mora,& negligentia.arg. l. ſi ex legati cauſa. ff. de
verb.obl.& transferretur poteſtas in ipſum executorem, ſicut
per lapſum termini,cum iſta differre non videantur.arg.l. quo
tiens.ff.de verb.obli.Sextò no. ibi , dare,practicam ſeruandam
per executorem ſuper prouiſione canonicatus, debet enim di
cere,do,vel confero tibi canonicatum,ut dicit tex. hic, uel de
eo te inueſtio,non autem debet dicere recipio te in canonicũ,
vt faciunt quidam quos reprǽhendit Compo.in c.eam te.s̃. de
reſcrip.ſecundum Ioan.And. Vltimo no. ibi, ſine alia vacatio-
ne vel monitione,quia per iſtum tex.uoluit Lap.in ſua alle.15.
circa fi.ꝙ in proceſſu executoris,nec citatio, nec cauſæ cogni-
tio requiratur.facit quod no.Innocen.in c.fi.de præſcr. de quo
tamen ibi per eum,& plene per glo.& Docto.in cle.1.de offic.
3 dele.† Et nota etiam hic eſſe differentiam inter monitionem,
& vocationem,quia vocatio eſt citatio,ſed monitio præter ci-
tationem fieri poteſt , quandoque tamen utrunque miſcetur,
vt no.in c.ex parte.el 1.de verb.ſignifi.& in capi.fin.s̃.de maio.
& obe.ſecundum Ioan.And.monitio enim ſit a iudice ipſi par
ti in præſentia,& operatur plus quam citatio,cum habeat vim
peremptorij,ſecundum glo.no.in l.conſuluit.s̃.de offi.delega.
& eſt tex.in l.2.C.quomodo,& quando iudex,& de his ibi per
Bald.in auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hęre.abſti. per rationē hu-
ius glo.videtur reprobari opi.glo.in c.ſi eo tempore.s̃.de elec.
eod.lib.vbi voluit,quod ſola reſeruatio non afficiat. Sed quia
Papa reſeruando ſuę collationi ſtatim videtur adimere pote-
ſtatem ordinario,ergo ſequitur,quod ſtatim quod eſt pręſenta
ta reſeruatio ordinario,afficiat eius manus , & ita videtur eſſe
de mente Docto.in c.ſi a ſede.s̃.de pręben. eod. lib. dum quæ-
runt,quãdo dubitatur,an collatio ordinarii pręceſſerit reſerua
tionem,uel non,quia verum eſt quod reſeruatio Papæ non li-
gat ignorantes,ſed facta præſentatione afficiat, pro quo videt̃
tex.hic,nam ſi Papa dat executorem ad prouidendum,quo ca-
ſu videtur adimere poteſtatē ab ordinario,ſufficit ſibi pręſenta
tio ordinario,ut etiam tenet glo.mag. in fi.j̃. & proxi. ergo &
idem,ſi reſeruat ſuæ collationi,& reſeruatio eſt notificata , ſe-
cus autem ſi Papa ſimpliciter ſcribat ordinario,ut conferat,ut
j.c.proxi.in prin.& rationem ponit iſta glo. & vide tex. in c.1.
s̃.eod.in §.ex parte.vbi ſola reſeruatio facta cum notificatione
afficit manus ordinarij.In glo.2.in fi.vide no.in d.c.cum in ec-
cleſijs.In glo.3.in fi.idem Ioan.And.& Archi.j̃.ca. proxi.Patet
ergo quod in iſtum executorem ſtatim elapſo termino transſ-
fertur poteſtas prouidendi, intantum quod poſt terminum , ſi
vellet capitulum parere mandato,& recipere , non poſſet per
iſtum tex.volentem,quod ſtatim poteſtas transferatur in exe-
cutorem,& ita tenet Inno.in c.propoſuit.s̃.eod.& ibi per Ioã.
And.in glo.ſic deberet.verſi.dicebat etiam,facit c.literas. s̃. de
ſup.negli.& l.mancipiorum.ff.de optio.leg.Sed Compo.con-
tra in d.ca.capitulum, vbi dicit ſic obtentum,quia non dicitur
in executorem deuoluta poteſtas quin capitulum parere poſ-
ſit,& ita ſequitur hic Archi.facit c.quamuis.s̃.de offi.deleg.eo.
lib.& in c.ſi tibi abſenti.s̃.de præben.in fi.& in cap.licet. ff. de
procu.& ff. de mino. l.quod ſi minor.§.Sceuola, & facit quod
no.Ioan.And.in c.ab excommunicato.s̃.de reſcrip.in gl.ante-
pen.& ita reſidet hic Ioan.Andr.& Pet. de Ancha. quę opinio
procedit quando executor ſimpliciter pręfixit terminum , &
ad vlteriora non proceſſit,alias ſecus,puta ſi pronunciaſſet ſe
ſolum debere exequi,vel inhibuiſſet, vel decretum appoſuiſ-
ſet,tunc procederet opi. Inn.ex quo tunc in totum reuocat̃ de
manibus capituli,ſecundum Io.de Lig.Imo.vero hic tenet in-
diſtincte opi.Inn.per d.c.literas,& per no.in reg.mora.j̃. de re.
iur.eod.lib.& in c.licet canon.s̃.de elect.eod.lib.Nec ob. con-
traria,quia non loquuntur prout hic , ſcilicet quando poteſtas
eſt transfuſa ipſo iure de uno in alium , cum lapſus termi-
ni inducat priuationem ipſo iure, ut patet ex iſto tex. & ita ſe-
quitur hic Domi.cum tunc collatio poſtea facta a capitulo, cē-
ſetur facta a non habente poteſtatem , & ſic non valeret, ut in
c.quod autem.s̃.de iure pat.Et ita eſt tenendum per iſtum tex.
Et facit glo.in uer.intra menſem.in clemen. j.j̃. eod.Sed certe
iſte tex.non uult,nec probat,quod lapſus termini inducat pri-
uationem poteſtatis capituli,nec etiam probat quod poteſtas
ipſius capituli transferat̃ in executorem , ſed bene ſimilis , &
huiuſmodi poteſtas , ſcilicet prouidendi , & recipiendi , quaſi
iſtud verbum , huiuſmodi , denotet ſimilitudinem poteſtatis,
vnde quantumcunque huiuſmodi poteſtas ſit translata in exe
cutorem , non tamen eſt ablata a capitulo ex diſpoſitione hu-
ius decre.nec etiam ex forma mandati,& per conſequens capi
tulum poterit recipere & prouidere,& ſic verior erit opi.Cõ-
poſt.& ſequacium,& hoc niſi aliud interueniſſet,per quod ma
nus capituli eſſent ligatæ,de quibus j̃. ca. proxi.prout voluit s̃.
Io.de Lig. Et pro hac opi.facit vltra iſtum iſte tex. ibi , poterit
tibi dare,nam ſi eſſet verum , quod poteſtas priuata a capitulo
eſſet translata in executorē,non dixiſſet iſte tex. poterit , imo
fuiſſet locutus per uerba importãtia neceſſitatem, ſed quia di-
cit,poterit , datur intelligi quod eodem modo capitulum poſ-
ſit,ſed executore ipſo uolente bene poterit , facit gloſ. in uer.
poſſint. in clemen. 2. de celeb. miſ.niſi dicatur quod uerbum,
poteſt,exponatur pro,debet,ſecundum no.in l.ſępe.ff. de offi.
præſi. & ſic glo. ponit hic unam differentiam inter executo-
rem datum ad compellendum,& datum ad prouidendum. dif
ferunt etiam in alio,pone quod executor ſit datus ad compel-
lendum,& ſic vt faciat aliquem recipi in canonicum,& ſibi de
prębenda prouideri,non obſtante numero,& executor requi-
rit Epiſcopum qui ſe excuſat , dicendo quod ad eum non ſpe-
ctat receptio,ſed ſolum collatio,tunc dicit Compoſt.in d. cap.
eam te.fuiſſe obtentum quod executor poterit cõpellere Epi-
ſcopum,ut conferat,& poſtea compellere capitulum, ut illum
recipiat ad ſtallum chori &c. non autem talis executor poſſet
tunc conferre canonicatum,ex quo eſt datus ad compellendũ
tantum,& hoc niſi in literis diceretur,prout hic in tex.ſ. quod
executor ordinario negligente , quia tunc poſſet conferre, ſi
velit,vel ſi ſibi plus placet,poterit compellere recuſantem , &
ſic ſupradicta forma executoris dati ad compellendum differt
ab illa,de qua hic in tex.ubi talis executor datus ad prouiden-
dum nõ poſſet compellere,ex quo nõ ad cõpellendum , ſed ad
conferendum ſit datus,& forma mandati eſt ſeruanda , ut in c.
cui de non.s̃.de pręben.Sed poſtquam capitulo negligēte exe-
cutor ipſe prouidit,bene poterit cogere capitulum ad illius re
ceptionem quæ in facto conſiſtit,alias non fieret executio, ſe-
cundum Ioan.And.In glo.3.in verſi. illorum.in fi.facit cle.2. in
4 fi.ut li.pen.ſecundum Ioan.And.†In glo. in uer. capitulo.in fi.
idem Ioan.And.dicens,tex. hunc probare,quod pręſentatio fa
cta ſolis executoribus non afficit, & ita ſecundum eum debet
intelligi quod no.in c.2.s̃.de pręben.in glo.2.& per Innocē. &
Hoſtien.in d.c.dilectus.Et ſimiliter ante pręſentationem lite-
rarum factam executori ipſe nihil facere poſſet , ſecundum gl.
no.& ibi per Archi.& Ioan.And.in d.c.tibi qui.ſed quo ad affi
ciendum requiritur etiam pręſentationem fieri ordinario col
latori,nec ſufficeret iſto caſu ſola ſcientia ipſorum collatorum
ad afficiendum,ex quo ipſa pręſentatio requiritur. facit quod
no.in l.denunciaſſe.ff.de adul.& in c.non iniuſte. s̃. de procu.
in vlti.glo.& in c.fi.s̃.de emptio.& vendi.ſuper j.gl. ſecundum
Io.And.de quo etiam per eum in reg.eum qui certus. in verſi.
denunciaſſe.j̃.eod.lib.Nec etiam ſufficeret ad afficiendum pręſentatio facta vicario,vel procuratori capituli,vt hic in tex. ſe-
cundum Ioan.And.adducentem clemen.cauſam.in princi.de
elect.& quod ibi no.& per Spe.in titu.de appella.§.j.ver.j. cir-
ca medium,ubi tenet quod non ſufficiat ad reſeruationem ali
cuius beneficij , vel inhibitionem,vel decretum peruenire ad
notitiam generalis procura.capituli,quia per hoc non dicetur
ad ipſum capitulum perueniſſe,& ita ſequitur hic Lap. Et idē
tenet Compoſt.in Epiſcopo,vel eius vicario,vt no.j̃.ca. proxi.
ſuper verbo ordinario,ſecundum Ioan.Andr.dicentem, quod
ſi talis præſentatio fieret uni canonico,& non ordinario colla
tori , & poſtea beneficium in illis literis incluſum conferatur
illi canonico,valebit collatio,ex quo ante pręſentationem fa-
ctam collatori non fuit indicta affectio per impetrantē,ut hic,
& j̃.c.

&j.c.proxi.secundum Compo.in d.c.capitulum.in 8. col. ver.
item quid si litera.ibi tamen dicit,quod alij forte & melius te-
nent,quòd collatio tunc non valebit vel saltem reuocabitur,si
cut dicitur in processu habito per illum qui sciuit reuocatio.
mandati procuratoris partis aduersæ,ut in c.mandato.s.de pro
cu. & quia iste fuit in dolo recipiendo præbendam quam sci-
uit alteri debitam.arg.l.si fundum.C.de euic.& ff.de contrahē.
emp.l.si in empt.§.item si.cū in beneficijs debeat omnis dolus
abesse,ut in c.cum dilecti.s.de elect. secundum Ioā. And. & ita
residet in effectu hic. Lap. vero hic dicit esse differentiam in-
ter scientiam collatoris,& illius cui confertur,quia primo casu
collatio non valet, nec quò ad conferentem, nec quo ad alios
quibus confertur etiam ignorantes. Sed secundo casu valeret
collatio ex parte collatoris,non autem ex parte eius cui cōfer-
tur, vnde non poterit collationi cōsentire,& ita transit hic Do.
Sed aduerte,quia non videtur differentia,nec ratio quare ma-
gis simplex scientia impediat illum cui fieret collatio quam ip
sum conferentem quem non impediret, vt s. vnde scientia ip-
sius canonici perueniens ex presentatione sibi facta, non suffi
ceret ad impediendum suam collationem,cum non dicatur ex
hoc inducta affectio,cum requiratur quod presentatio fiat ipsi
collatori,vt hic patet,secundum Pe.de Anch. intelligentē hoc
verum,nisi talis canonicus impedisset præsentationem litera-
rum,vel occultasset eam de qua fuerit sibi prouisum,cum tunc
cēseatur in dolo,& habeatur perinde ac si facta fuisset presen-
tatio ipsi capitulo,facit l.quamuis.ff.de bo.auto. iudi.& cle. de
vna.de renun.in fi.& glo.j.proximo.de quo hic plene per eū.
5 †In glo.in ver.factam,in princip.vide per Innocen.& Io.And.
a in c.in causis.qualiter debeat vniuersitas [a] conuocari.In ea.gl.
ibi,ille qui habet conuocare capitulum,vide per Ioan.And. in
c.j.s.de maio.& obe.in glo.plene hic ponentem quis possit cō
uocare capitulum,de quo etiam per Innocen.in c. 2. s. de noui
ope.nuncia.de quo etiam per Barto.in l.j.ff.de albo scriben.&
in l.obseruare.C.de collato.& in l.quod donatarum,& in l.cu-
riales.C.de prædijs curial.lib.10.& l.maior.ff.ad munici. & no.
in c.fi.s.de pac.eod.lib.In eadem glo.ibi,citationibus,& denū-
ciationibus &c. no. ex glo. practicam citationis faciendæ, seu
denunciandæ,vel literas præsentandi capitulo, vel vniuersita-
ti,de quo etiam per glo.in c.bonæ.hic alleg. & per Bal. in l. ēt.
C.de execu. rei iudi.& per Bar. in extrauagan.ad reprimendā.
super verbo,citatione.cuius dicta refert hic Pe.de Anch.ex eis
colligens,sufficere præsentationem fieri capiti ipsius capituli,
sicut conuenitur,& agit secundum no.in c.edoceri.s.de rescri.
In ead.glo. in fi. Non obst. cap. cum in illis.§. fina.s.de prebē.
eod. lib. quia si per mandatum Pape factum vni includeretur
b ibi alius,esset transgressio voluntatis Papæ, [b] qui voluit graua
re vnum solum,hic vero seruatur voluntas Papæ, ex quo præ-
sentatio facta vni ex duobus quos Papa grauabat, beneficium
afficit,secundum Io.And.& procedit hæc glo.quando ad duos
communiter spectaret collatio,ita quod unus sine altero con-
ferre non poterat, secus si ad quemlibet insolidum spectaret
collatio, quia tunc præsentatio facta uni non afficeret manus
alterius,& tunc esset necesse quod vtrique ipsorum fieret pre
c sentatio, [c] vt sic vtrique potestas impediatur.arg.glo.no.in cle.
6 vnica.de renun.secundum Lap.& Domi.†In gl.in ver. ex tunc
in fi.an autem si nullus canonicatus vacet possit executor in li
teris deputatus conferre canonicatum ante vacationē. Archi.
hic quod sic, siue in literis dicatur quod exequatur, prout hic
dicitur quod conferat,quod Compost.intelligit verum, quan-
do in literis esset clausula,nō obstante certo canonicorum nu-
mero,& sic seruat curia,secundum eum in c.eam te,s.de rescr.
Sed alij tenent primum dictum indistinctè, siue illa clausu-
la sit apposita,siue non,ratio quia capitulum id fuisset facturū,
ergo idem faciet executor,& hęc opi.secundum Arch.videtur
approbata hic in tex. vbi de illa causula non fit mentio. Itē ex
quo numerus non erat iuratus,capitulum non tenebatur exci
pere,alias secus,secundum no.in c.constitu.s.de rescrip. super
3.glo.secundum Ioan.And.cui tamen placet opi.Compost.per
no.in d.c.constitu.in fi.primæ glo.Cautè tamen facit capitulū
si compareat & excipiat de numero,ne videatur suę exceptio-
ni renunciare,quod posset,ut per Ioan.And.in c.duobus.in gl.
quę ro.ver.restat.de rescrip.sicut & possunt numerum augere,
super quo vide no.in c.dilecti.super glo.imo.s.de preben.secū-
dum Ioan.And. Sed aduerte, quia licet de stilo curię procedit
opinio Compost.quia nisi sit clausula, non obstante certo ca-
nonicorum numero,executor id non poterit, cui stilo est stan-
dū , secundum glo.in c.quamuis.el j.s.de preb.eo.lib.tamen de
iure verior est opinio Archi.& secundum Ioan.de Lig. & Lap.
dicentem tamen,quod capitulo non obesset lapsus talis termi
ni,vel renunciatio , quominus agere possit ad repulsionem il-
lius,secundum no.per Io.And.in d.reg.mora.in 2. q. & in eius
solutione,secundum eum.Domini.vero,& Pe. de Ancha. hic
dicunt opi.Compost.& Io.And.procedere etiam de iure,quia
si in literis dicta clausula non est apposita,non includeretur ec
clesia habens numerum determinatum,ut patet in d.c. consti.
& in c.pro illorum. s. de preben. ergo executor non posset in
tali ecclesia prouidere , ex quo literę suę illam non includunt.
arg.c.fi.s.de preben.& per hoc cessat vna ratio Archidia. quia
capitulum non fuisset hoc facturum.Nec ob.tex.hic,cum non
ponatur in eo totius tenor rescrip. vnde debet intelligi ꝙ tex.
7 hic loquatur de ecclesia quę in literis erat inclusa.†In glo. fi.in
fi,vide in c.accepimus.s.de ęta.& quali.in glo.2. Sed melior ra
tio est secundum Domi.quia cōtumax in vno actu non est ci-
tandus ad alium actum fiendum, quando haberet connexitatē
necessariam cum actu pręcedenti , sicut est hic prębenda quę
habet connexitatem necessariam ad canonicatum,vt in c.rela
tum.s.de pręb.& ad c. translato.secundum,de consti.sm eum.
quod no.ad limitatio.c.eum qui.hic in glo.alleg. facit c. prete-
rea.de offi.delega.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Adde quod vniuersitas non possidet,nec præscribit.Cor. consi. 46.
in causa , per totum. lib.3.nisi fuerit solenniter congregata.
b Ex hoc loco manifestum est arg.quòd quamuis Papa non possit sibi beneficiū
retinere,nec facere quin illud conferat.de offi.archipresby. vt singulæ.& de
preben.relatum.in fi.potest tamen illud conferre cui vult,siue vni , siue plu-
ribus.d.c.relatum.
c Ber.de Roma. Vide ad hoc quod.no.Ber.& Pau.de Leaz.in c.cum omnes.de cō
sti.& Bal.in l.per fundum.ff.de ser.rust.prædi.& quomodo aliquid dicatur cōe
pluribus vt collegiatis,& quomodo commune vt singulis.

SUMMARIUM.

1 *Collatio beneficiorum si ad plures spectat,an per solum mandatum aposto
licum afficiantur manus ordinariorum.*
2 *Inhibitio sola executoris,etiam sine reseruatione afficit manus collatoris
ordinarij.*
3 *Executorum formę sunt plures de quibus hic pulchre.*
4 *Executor apostolicus an poterit reseruare.*
5 *Expectans plures quando simul concurrunt quis eorum præferatur.*
6 *Inhibitio quæ sit per executores apostolicos debet fieri ipsi collatori ordina-
rio,non ipsius vicario,alias non afficit,& nu.7.*
8 *Præsentatio facta soli Episcopo,an sufficiat quo ad afficiendum manus vica
rij habentis potestatem conferendi beneficia.*

CAP VI.

SI soli. Habet duas partes principales,quia in pri-
ma ponūtur tres casus in quibus litera be-
neficialis nō afficit.secundus ibi,vel ordinario. ter-
tius ibi,aut soli.in secunda parte principali ibi,nisi.
ponuntur tres alijs casus in quibus afficit. secūdus ibi,aut exe-
1 cutor.tertius ibi,vel nisi.†No.1.ibi,soli manus,quod etiam si ad
plures spectaret collatio per solum mandatum apostolicū ma-
nus non afficiuntur ordinariorum,cum tex. hic intendat solū
excludere executorem,non autem numerum ordinariorum,
secundum Ioan.And,de quo per eum in c. inter corporalia.in
ver.solus,s.de transla.prela.& facit quod no. in ca. Episcopus.
24.q.7.No.2,ibi,de canonicatu,& preben.secundum Domi.ar.
in impetratione literarum debere fieri mentionem de cano-
nicatu & prębenda,ex quo infertur ꝙ expressio alterius tantū
a non sufficeret, [a] Tertiò no. ibi, non adimitur, quod per solum
mandatum superioris non afficitur res in mandato contenta,
b nec priuat subditū potestate quam super illa re [b] habet.†Quar
2 tò no.ibi,interdixisset.quòd sola inhibitio executoris,etiam si-
ne reseruatione,vel decreto afficit manus ordinarij collatoris,
& ita tenuit Federi,per hunc tex.in suo consi. 66.in 1. col. in fi.
& Ioan,And.& alij Docto.hic,nam dictio,presertim,hic posi-
ta exponitur pro,maxime,secundum Io.And. de quo j.in glos.
mag,& intellige in executore dato ad compellendum,nam in
dato ad prouidēdum sufficeret sola notificatio, etiam sine alia
inhibitione,vel decreto,vt dicit gl.& econtra.j.in fi.sed in exe
cutore dato ad compellendum est necesse vel quod inhibeat,
vel

ADDITIONES.

a Facit de preb.eo, lib.cum in illis,§.si vero,& ibi per Io.And.& Gem.
Vinc.God. Adde quòd inhibitio facta per iudicem ecclesiasticum super cau-
sa coram eo pendente seculari fieri potest etiam sine citatione. Ruyn. consi.
61.nu.6.& 28.lib.5.
b Ber.de Roma. Dicit tamen tex,quod puniendus sit contra mandatum faciens
superioris,& ideo ex hoc loco optimum sumitur arg. quod multa non de-
bent fieri,quæ tamen facta tenent,facit cap. uides. 10. distin. extra de eo qui
duxit in mat.quam pol.per adul.c.2.& extra de re iu.eod.lib. in reg,non fir-
matur,C.de legi.l.non dubium.

vel quod decretum apponat, vnde ſola notificatio non ſuffice
ret, vt patet ex iſto tex. no. quia vltra pręſentationem rerum re
cipitur inhibitio in inſinuatione, & hoc niſi in literis Papæ eſ
ſet decretum, quia tunc habet ligare ignorantes, vt in c. pen. ſ.
de præben. eod. lib. etiam ante præſentationem literarum, vt j.
in glo. in ver. contra ipſum, & dic vt ibi. Quintò no. ibi, cum in-
terpoſitione decreti, qđ executor apoſtolicus pōt ex ſe decre-
tum apponere, etiam ſi hoc in literis beneficialibus non fuerit
inſertum, vt hic patet. de quo per glo. in ver. irritum. in c. j. ſ. eo.
& no. in c. ſi apoſtolicæ. ſ. de præben. eod. lib. Sextò no. ibi, vel
niſi, quod ſola receptio in canonicum virtute manus apoſtoli-
cæ inducit affectionem prębendæ, de quo in c. poſtquam. ſ. de
pręben. eod. lib. Vlti. no. effectum qui ſurgit quando beneficiū
dicitur eſſe affectum, nam collatio poſtea alteri facta eſt nulla
& tribuit ius illi pro quo eſt affecta, intantum, quod illud euin
cet a quolibet poſſeſſore, agendo, vt a poſſeſſore auferatur, &
ſibi conferatur, ſecundum Io. And. & idem no. Innocen. in ca.
inter. ſ. de præben. de quo etiam per Ioan. And. in c. j. in prin. ſ.
eo. In glo. 2. in fi. no. ex glo. quod appel. ordinarij compręhen-
ditur ſecundum ſubiectam materiam etiam inferior pręlatus
ab Epiſcopo. de quo vide per glo. in c. ordinarij. in princi. ſ. de
3 offi. ordi. eod. lib. & in cap. 2. in ver. loci. j. de vſuris. † In gloſ. in
ver. prouideri. in fi. Aduerte, ſecundum Ioan. And. quia execu-
torum beneficialium variæ ſunt formæ, quidā enim ſunt pro-
uiſores, & ſic ad conferendum, & iſtorum quidam dantur ad
prouidendum poſt negligentiam ordinarij, vt ſ. c. proxi. Quan
doque ſub alia conditione, vt in c. ſi parte. ſ. de reſcrip. eod. lib.
Quandoque ad prouidendum ſecundum formam literarum
legati. ſ. de pręben. ſi eum, & d. c. ſi apoſtolicę. Quandoque dan
tur cum beneficio acceptandi, non determinato tempore, vt
in c. j. & c. ne captandæ. ſ. eod. Quandoque determinato tem-
pore, & cum decreto, vt in clemen. j. j. eod. Quandoque vt pro-
uideat primò de canonicatu, poſtea de præbenda, ut in c. ſi cle-
ricus. ſ. de pręben. eod. lib. Quandoque vt ſolum de prębenda
prouideat, vt in d. c. ſi poſtquam. Quandoque de vtroque, & cū
hoc de officio & dignitate, vt in c. quia ſæpe. ſ. de præben. Quā
doque cum clauſula, anteferri, vt j. c. proxi. & ſ. de præben. cap.
pe. Quandoque vt prouideat certę perſonæ, quandoque incer-
tę, vt in c. is cui. & c. ſi cui. & c. dudum. & cap. quamuis. el 2. ſ. de
præben. Quidam enim ſunt executores ad compellendum, de
quibus in c. abbatem. ſ. de reſcri. & de his ponuntur hic in tex.
tres formæ, quia aliquando vt compellant ordinarium, vt im-
pleat mandatum Papæ. Aliquando ſcribitur executori, vt com
pellat cum decreto, & aliquando ſine. Et aliquādo ſcribitur in
forma, facias aſſignari, de qua plene no. in d. c. pro illorum. Alij
vero executores ſunt mixti, ſcilicet partim ad compellēdum,
& partim ad prouidendum, vt in d. c. tibi qui. ſ. de reſcri. ſecun-
dum Ioan. And. dicentem, quod varietas ipſorum patet ex pręe
dictis, & aliquando varietas cōſiſtit circa varietates beneficio-
rum, & circa perſonas quæ grauantur, vt patet in ca. quamuis.
el 1. & c. cum in illis. & c. mandatum, & c. cum de beneficio. ſ.
de pręben. Quandoque variantur ex clauſula proprij motus,
vt in c. ſi motu proprio, & c. ſi pluribus. ſ. de pręben. & in cle. ſi
Romanus. eod. tit. Et quando eſt varietas circa durabilitatem
ipſorum. de quo in c. ſi pauper. ſ. de pręben. & in cle. ſi de bene
ficio. eod. tit. & in cle. gratia. de reſcrip. Et in iſtis omnibus de-
bet diligenter attendi & ſeruari forma mandati, ſecundum Io.
An. in ver. exequatur. ſ. c. proxi. Sunt etiam multæ alię ſpecies
executorum, quidam enim ſunt executores ſententiarum de
quibus in c. paſtoralis. §. quia verò. ſ. de offic. deleg. & in cap. de
cętero. ſ. de re iudi. Quidam ſunt executores litium, vel præce-
ptorum, de quibus in c. ſuper quęſtionum. poſt prin. de offi. de
leg. & in l. 3. §. ſi executores. ff. de nego. geſto. & in l. fi. ff. de teſti.
a Quidam ſunt executores [a] teſtamentorum, de quibus in c. 2. j.
de teſta. vt hic plene per Ioan. And. In glo. in verſ. adimitur, in
fi. quod procedit primò, etiam ſi in his tribus caſibus de quib.
hic in prin. tex. pręſentatio ſit facta ipſi executori, cum pręſen-
tatio eidem facta non afficiat, etiā ſi datus fuiſſet ad prouiden.
vt ſ. c. proxi. ſecundum Ioan. Andr. Secundò procedit ſiue gra-
tia ſit ſtricta, vt in eccleſia, ſiue larga, vt in dięceſi, ſiue latior, vt
in prouincia, cum ſemper iſto caſu ſit idem iuris, licet iſta quā-
doque differant. de quo in c. executor. ſ. eod. titu. Tertio proce-
dit, ſiue ſcribatur in forma pauperum, ſiue in forma gratię, cū
& tunc habeat locum iſte tex. pro quo facit quod no. in ſimili
in c. ſi pro clericis. ſ. de pręben. ſecundum Ioan. And. In glo. in
ver. interdixiſſet. in fi. Idem quod glo. tenuit Inno. in d. c. pro il
lorum, & Ioan. And. hic, & ſi quod aliud tenuerit in d. c. pro il-
4 lorum. tenendo opi. glo. Sed an † talis executor poterit reſerua
re. Inno. in d. c. pro illorum. tenet quòd ſic. cuius dictum ſi intel
ligatur in executore dato ad compellendum, non procederet,
cum talis non poſſit conferre, vnde nec poterit reſeruare, ſecū
dum Ioan. And. Sed ſi intelligatur de executore dato ad proui-
dendum, vt ipſe videtur intelligere, & tunc procedat eius di-
ctum, ex quo talis poteſt conferre, non tamen eſt bene dictum
dicere, quod prouiſione commiſſa videantur omnia commiſ-
ſa quę ad ipſam faciunt, vt dicit ibi Inn. per c. pręterea. ſ. de off.
deleg. ſed ſolum videntur commiſſa illa ſine quibus commiſ-
ſio expediri nō poteſt, & ita loquitur d. ca. pręterea. hinc eſt ꝙ
executor datus ad prouidendum, nō poteſt compellere, vt pro
uideant, ſecundum diſt. in d. c. pro illorum, & per Ioan. And. in
d. c. propoſuit, in glo. ſic debent. ver. dicebat etiam Ioan. & ſ. c.
5 proxi. in ver. executor. ſecundum Ioan. And. † In glo. fi. in prin.
hęc glo. eſt ordi. & ſingu. & habet duas partes principales, pri-
mò enim tractat quis pręferatur quando plures expectantes ſi
mul concurrunt, & hoc proſequitur vſque ad verſi. videndum.
In ſecunda vero parte principali, quę eſt in d. verſi. videndum.
tractat quę, ſeu quales gratię prębendas afficiant. In ead. gloſ.
ibi, ſi pauper, ſcilicet quando primus eſt conſecutus aliud bñfi
cium, ſecundum Ioan. And. In ead. glo. ibi, de reſcrip. ſi pro te.
vide ibi no. & per glo. in ver. executorem. in clemen. j. j. eod. In
ead. glo. in ver. videndum. ibi, ſi Papa contulit canonicatum,
idem ſi conferat aliud beneficium, vt in c. ſi beneficia. ſ. de pre
ben. eod. lib. & ibi vide dicta. In eadem glo. ibi, appellet, no. ꝙ
licet ſententia ex qua iudex delegatus pronunciat ſe non iudi
cem, an extinguat iuriſdictionem, & ab ea poſſit appellari, vt
in c. ſignificantibus. ſ. de offi. deleg. tamen ſi non appellet, non
tollitur ex hoc effectus literarum in eſſe deductus, vt patet hic
in glo. & circa hoc vide per Domi. in c. ſuper gratia. ſ. eod. in j.
6 glo. & ſ. c. proxi. ſuper glo. in ver. capitulo. † In ead. glo. in fi. ad
hoc autem vt inſinuatio vel inhibitio afficiat, debet fieri ipſi
ordinario collatori, ſecus ergo ſi eius vicario vel capitulo, vt
patet hic in tex. ibi, ordinario, ſecundum Archid. & Ioan. And.
qui Archi. ponit hoc ad literam quod ponit Compoſt. in d. ca.
capitulum, de quo eſt dictum ſ. c. proxi. ſuper glo. in ver. capitu
lo. Adducit etiam ad hoc quod no. in c. dudum. §. nos igitur. ſ.
de pręben. eod. lib. quia per conſti. vicarij quā facit Epiſcopus,
non aufertur ipſi Epiſcopo poteſtas conferendi quando vult,
& quia pręſentatio facta ipſi capitulo non arctat Epiſcopum,
quando ad ipſum Epiſcopum ſolum ſpectaret collatio, ſecus ſi
ad Epiſcopum, & capitulum communiter, vt per glo. in ver. fa
ctam. in fi. ſ. c. proxi. Quid autem ſi Epiſcopi copia haberi non
poſſet. Ioan. And. hic primo dicebat, quod ſufficeret tunc prę-
ſentatio facta capitulo vel vicario. Sed dicit quod Compoſt. te
net contrarium, quando Epiſcopus eſſet ita in remotis, quod
pręſentationem talem ſcire non potuit, alias ſufficeret, quia
pręſumatur ſciuiſſe, arg. ca. fi. ſupra qui accu. poſſunt, & ita reſi-
det hic Ioan. And. Sed Arch. tenet, quòd etiam tunc ſola ſcien-
tia non ſufficeret, ex quo requiritur pręſentatio, vt hic, & eſt di
ctum ſ. cap. proxi. & ita ſequitur hic Imo. quare dicit Domi.
quod dictum Ioan. And. poſſet ſaluari in terminis quibus lo-
quitur ſcilicet, quando eius copia haberi non poſſet, quo caſu
ſufficeret intimationem fieri illo modo, ipſo Epiſcopo exiſten
te in loco in quo veriſimiliter illud potuerit ad ſuam notitiam
peruenire, & iſto caſu ſufficeret ſola ſcientia. ad hoc clem. cau-
ſam. §. verum. de elect. ſecundum Do. imo ſecundum aliquos
etiam ſi eius copia poſſet haberi, ſufficeret ſola ſcientia Epiſco
pi de pręſentatione facta vicario, ſi Epiſcopus non contradi-
xit, quia talis ſcientia ęquiparatur ſpeciali mandato. arg. cap. fi.
ſ. de iureiu. eod. lib. quo caſu ſi pręſentatio fieret procuratori
habenti ſpeciale mandatum, ſufficeret, vt in d. clem. cauſam. in
7 prin. † Tu aduerte, quia licet pro dicto Ioan. And. faciat ratio c.
cum nullus. §. Epiſcopo. ſ. de tempo. ordi. eod. lib. tamen tenen
dum uidetur quod dicit Archi. & Imo. per tex. hic, & ſupra ca.
proxi. Non ob. d. clem. cauſam, quia ibi agitur de ſcientia ſeu
notitia uera uel pręſumpta, hic uero etiam uera ſcientia non
ſufficit, cum tex. hic, & ſupra c. proxi. requirant pręſentationē,
ſeu inhibitionem actualiter fieri ipſi ordinario, unde uera ſciē
tia ſeu notitia alio modo habita non ſufficit, cum in iſtis fiat
ſtricta interpretatio, etiam ut potius res pereat quam ualeat,
patet in c. quamuis. el 1. & c. cui de nō, & c. cum in illis. ſupra de
pręben.

ADDITIO.

a Vinc God. Nota, quòd executores teſtamentorum non poſſunt eſſe fratres Sancti Franciſci. Barto. in l. a filio. de alimen. leg. & in l. 1. colum. 3. de leg. 2. & in tract. minor. lib. 3. Mar. Socy. conſi. 17. ſupra dicta cauſę poſitio. verſi. quinimo religioſus. lib. 1.

præben.eod.lib.quia preiudicatur ordinarij potestati,vnde potestas istarum literarum tanquam odiosa & præiudicatura ordinarijs, debet restringi, & potestas ipsius ordinarij tanquam fauorabilis debet ampliari,vt per glo.no. in clemẽ.2. de offi.ordi.sufficit ergo ita hic scriptum esse,vt 6.q.3.scriptum,& l.prospexit.ff.qui & a quibus.Non ob.d.c.fi.de iureiu. nam ordinarius conferendo alteri per hoc videtur reuocare seu reprobare quod est gestum cum eius vicario, seu procuratore, imo videtur dicendum non sufficere præsentationem fieri procuratori habenti speciale mandatum ad conferendum,quod potest, quia secũdum omnes non sufficeret præsentationem fieri vicario,& tamen debet intelligi de habente speciale mandatũ, quia alias beneficia conferre non posset,vt in c.fi.s̃.de offi.vic. eod.lib.item quia per speciale mandatum non aufertur ipsi ordinario potestas conferendi,vt in d.c.dudum. ergo licet procurator,vel vicarius tunc posset conferre, tamen ex quo ordinarius eodem modo potest conferre, non sufficeret præsentatio
8 facta alteri eorum tantum,vt per glo.s̃.c.proxi. † Et ex hoc, & per eandem rationem dicendum, quod presentatio facta soli Episcopo non sufficiat quo ad afficiendum manus vicarij habentis eodem modo potestatem conferendi,quod facit ad no. in c.si a sede.s̃.eod.lib.bene tamen verum videtur,quod si vicarius,vel procurator haberet speciale mandatum recipiẽdi præsentationes,vel inhibitiones, quod isto casu sufficeret præsentatio,vel inhibitio eis facta, & sic ex prædictis tenenda vr̃ opi. Archi. cum limitatione Pe. de Anchi.hic, vt sufficiat scientia quando est iuncta cum latitatione eius, cui præsentatio erat facienda,vnde si ordinarius dat causam,quod præsentatio literarum ad eum fieri non possit,& latitat,vel aliter, tunc procederet dictum Ioan.And.vt in regu.cum stat.j̃.eod.lib.& facit glo. in versic.facta.s̃.cap.proximo, & ibi dictum fuit super glos. in versic. capitu.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula anteferri, non conceditur contra habentes ab eodem concedente, sed ab alio.*
3 *Consequitur quis ex alterius persona quod ex sua consequi non potest.*

C A P. VII.


Vtoritate. Ponit tres gratias factas tribus successiue in eadem ecclesia, scilicet tertio cum prærogatiua super primum, ex quibus quæstionem format,quam secundo ibi,cum igitur,
1 soluit rõnẽ reddens ibi,licet eius,& ar.inducẽs,ibi sicut.† No. j.ibi,non autem nostra receptione.de stilo curiæ, qui seruatur quando apponitur clausula,anteferri, quia non conceditur illa contra habentes gratiam ab eo concedente, sed ab alio diuerso.de quo in c.pe.s̃.de preben.eo.lib.& licet dicamus per clausulam,anteferri,non preiudicari illi cui est quæsitum ius in re, vt j̃.c.proxi.& d.c.pen.tamen bene præiudicat illi cui est quesitum ius ad rem,vt hic in tex.quod ideo est,quia habens ius ad rem habebat illud ab alio.secus ergo si haberet ab eodem concedente,quia dicta clausula non operatur contra habentes gratiam ab eodem,nisi aliter constaret de mente concedentis, ut est tex.in d.c. pen. vbi de hac clausula per Ioan. And. Secundò no.ibi,tria.primò,scilicet qui erat in canonicũ primo receptus autoritate predecessoris,vt s̃.in tex.ex quo no.quod gratia per quam est collatus canonicatus,& mandatur prebenda conferri,non expirat morte Pape concedentis,etiam quo ad preben-
2 dam postea [a] vacaturam,quod no.ad c.si cui. s̃.de preben. eod. lib. & sic est hic casus in quo primus impetrans non obtinet primam preben.& alios casus vide s̃.c.proxi.in gl. ma. in prin.
3 †Tertio no.ibi,ex persona tamen tertij &c.casum in quo quis consequitur ex persona alterius quod ex sua persona non posset,ad hoc quod no.in c.cum olim.s̃.de re iudi.in fi. per Innoc. & in l.si post mortem.in fi.ff.de contratab. & in l. petente. de temporibus in integ.resti.& in l.si iudex.ff.de minoribus.Et vltra no.quòd illud quod est inutile mihi ex persona mea, poterit esse vtile alteri ex persona mea.ad hoc l.posthumus.§. si qs ex his.ff.de inoffi.testam.& in l.fin.§.j.ff.de iu. dot. Vltimo no. hic expressum licitũ esse decidere casum in materia beneficiali per leges etiam loquentes in materia vltimarum voluntatũ, quod no.ad gl.& ibi dicam, in c.j.§.econtra.s̃.eod.lib.In glo.in ver.primam. ibi, & sic seruetur, & idem si daretur clausula in terminis econtra,puta si diceretur quod præferatur omnibus autoritate sua receptis non predecessorum suorum, quia eo modo inspiceretur mens concedentis, quia tunc primus primam habebit, & tertius secundam, cum preferatur secundo, & secundus tertiam habebit,secundum Pau.& Ioan. And. dicentes istum tex.habere locum in alijs similibus casibus, puta si diceretur,quod preferatur omnibus vltra tale tempus expectantibus.In ea.glo.in fi.de isto brocardo, si vinco vincentem te,ergo vinco te.vide plene per Cyn.in auth.licet.alleg. & hic per Ioan.And.& per Docto.in l.de acc.hic alleg.In glo.fin.ibi, locum non habebat,vt in authẽ. & cum solis,& authẽ. defuncto.C.de legiti.hæred.ex quibus no.hic Archidia.quòd ex iure correcto possit argui.de quo vide no.in cap.nouit.s̃. de iudi.& per glo.not.in l.j.ff.de coniungen. cum eman. lib. quando lex est correcta in dicto,& nõ in ratione ipsius. de quo hic per Archi.& Ioan.And.

A D D I T I O.

a Ber.de Roma. Et est ratio euidens,quia per prebendam nondum collatam res non est integra,pro qua facit l.,Cæsar.ff.de pub.& ibi per Bar.Et quod semel ceptum est qualiter habetur pro completo.ff.de au.& arg.leg.& si non sunt.§.argento.alias habetur, quid ergo.Et qui annonam de ciuitate trahere cepit, non tenetur superuenienti edicto,quo trahi prohibetur, vt Host. & post eum Inno.dicunt in 2.c.s̃.de consti.& in mercu.Ioan.And. super reg.cum iura partium.ar.6.ad primam partem,& quæ semel cæpta est iurisdictio intelligitur perpetrata, dummodo res non sit integra, vt dictum est s̃.nec expirat per mortem delegantis.de rescri.pastoralis.in fi.de offi.deleg.gratum,& ca. prudentiam,& c.licet,& ff.de procu.l.si defunctus, cum l.sequen.

S V M M A R I V M.

1 *Papa dicitur promotus ad Papatum etiam ante coronationem.*
2 *Clausula,anteferri, non præfert impetrantes illis quibus est ius quæsitum in re.*
3 *Interpretatio canonis spectat ad eius conditorem, siue habentem potestatem condendi canonis.*

C A P. VIII.


Voniam. Gratiarum reuocatio includit receptos in canonicos præbendam distinctam expectantes, etiam si quotidianas distributiones percipiebant, secus si prebendam distinctam non expectabant,sed augmentum portionis,& etiam includit habentes ius ad rem,si nondum in vacantibus ad collationem est deuentum. hoc dicit, secundum Domi. & primò ponit mentem reuocatorie.secundo ibi,presenti. declarat cir-
1 ca illam quinque dubia.†No.primò, quòd etiam ante coronationem Bonifacij,vt colligitur ex glo.in hoc,& ex gl.pen.j̃.super data huius libri, secundum Ioan.Andr.& Domi.de quo in l.bene.C.de quadrien.prescriptio.& in clemẽ.Romani, de iureiuran.Secundò no.quod omnia hic expressa comprehendũtur appellatione beneficij ecclesiastici, imo etiam videtur hic
a probari,quòd appellatione beneficij [a] veniat canonicatus sub expectatione preben.vt hic patet.de quo vide plene per Rotã
2 in deci.443.que incipit,Item si legatus. † Tertio no. ibi, ius acquisitum in re,licet ad rem non.ar.quod clausula,anteferri, nõ prefert impetrantes illis primis impetrantib. quibus esset quesitum ius in re,& ita tenet hic Ioan.And.& in c.causam que.s̃. de rescrip.Secus tamen esset de iure ad rem,vt hic patet,secundum Ioan.An.& facit tex.s̃.c.proxi.vbi clausula,anteferri,preiudicat primo impetranti recepto in canonicum, cui iam erat quesitum ius ad rem,secundum Do.In tex.ibi,presentia. no.q in reuocatione priuilegiorum Romanorum pontificum non requiritur consilium vel consensus Cardinalium,cum tex.hic tantum dicat de præsentia,secundum Ioan.And. & vide in ca. ad apostolicæ.s̃.de re iu.eod.lib.in j.glo.Quartò no.ibi, omnino cassauimus,quod successor põt reuocare priuilegia predecessorum,quia par in parem &c.vt in c.fi.s̃.de rescrip. eod. lib. & an talis reuocatio præiudicet ignorantibus dictam reuocationem,no.in c.j.§.j.s̃.eod.& an possint reuocari contractus ri
3 tè facti,vide in c.j.s̃.de proba.& ibi per Docto.† Vlti.no.ibi,interpretatio,& allegat̃,quod interpretatio canonis spectat ad conditorem canonis,seu ad habentem potestatem iura condendi, vnde eius est interpretari,cuius est condere,& dicebat Bal.in l. fi.C.de legibus,quod hoc nõ debet restringi ad personam, sed ad dignitatem & officium,ideo Imperator, vel Papa qui nunc est,posset interpretari omnes leges, vel decretales prædecessorum,pro quo est tex.in c.inter alia.s̃.de sent.excomm.Et idem est in statutis,quia interpretatio statutorum spectat ad conditorem,vt in l.omni nouatione.C.de sacrosan.eccl.intellige eadẽ potestate durante, secus si potestas vel officium defecit, ideo dicebat Ioan.And.in c.ex parte.s̃.de verb.signifi.quod officiales deputati ad condenda statuta, non possunt illa interpretari,sed ad illos spectat interpretatio, quorum autoritate sunt facta,& idẽ voluit Bal.in l.leges.la 3.C. de legib. & in d. l. omni. vbi

A D D I T I O.

a Vinc. God. Beneficiorum appellatione an veniat canonicatus, siue prebenda. Fely.in ca.in nostra.de rescri.non tamen comprenduntur hospitalia. Fely.in c.de quarta.col.4.de rescri.Cor.consi.3.in præsenti litera A.lib.3.

vbi etiam dixit, si vertitur aliquod dubium super verbis statutorum, debet recurri ad dominum ciuitatis, cuius autoritate facta fuerunt. Et intellige prędicta de interpretatione generali, quæ facit fidem, & ius apud dominum, vt d.l.fi. alias vero quilibet iudex potest iura & statuta interpretari, sed talis interpretatio non operatur, nisi in causa coram eo vertente. de quo in c.j.§.de postu.præla.& ibi per glo.in ver.interpretatus, & facit quod dixit Inno.in c.cum speciali.§.de appel.& in c.olim.§.de verb.signi.& ita est de mente Ioan.And.hic.In glo.2.in fi.vide de reuocatione aliorum priuilegiorum Celestini, in extrauaganti Ioan.22. quæ incip. sancta Romana. ubi dicitur, quod ipse Papa Bonifacius 8. reuocauit omnia priuilegia ab ipso Celestino concessa, quæ per ipsum Bonifac. approbata non essent.

SVMMARIVM.

quod etiam in filio propter repugnantiam teſtamentum non
valeat.Sed certe in filio & in alijs,quibus debetur legitima, di
cta prohibitio nihil operatur, non ſolum vt poſſit agi ad ſup-
plemẽtum legitimę, quia hoc erat prouiſum per d.l. omnino,
ſed etiam vt teſtamentum non poſſit irritari.& ita eſt tex.in d.
§.cæterum.vbi dicitur quod ob prohibitionem teſtatoris non
irritatur teſtamentum.nec obſt.quod dicit Cyn. in d. l. inſtitu-
ta.ſicut etiam dixit Barto.in l.pro hærede.quia ibi impugnaba
tur teſtamentum,hic autem conſeruatur,& ita videtur tenen-
dum,arg.d.l.ſi pars.ff.de pe.hęre.Decimo quæritur, quid ſi te-
ſtator inſtituit tres hęredis vniuerſales, & vni prohibeatur ius
accreſcẽdi,an valeat prohibitio.Bal.in d.l.1.in 9.q.quod ſic, ꝗa
tunc ceſſat inconueniens, quod quis decedat pro parte teſta-
tus,& pro parte inteſtatus,ex quo ſunt alij hæredes, & ita vide
tur tenere Imo.in d.c.Rayn.in 49.colum.Vndecimo quæritur,
teſtator inſtituit Titium in re certa,& prohibuit eum plus pe-
tere,deinde vniuerſaliter inſtituit ventrem vxoris ſuæ,ſi naſce
retur,& caſu quo non naſcatur,nihil diſponit,an tunc poſthu-
mo non naſcente accreſcat vniuerſum Titio, an venientib. ab
inteſtato.& licet Bar.in d.§.ſi duo. dicat, quod venientibus ab
inteſtato,tamen Imo.ibi tenet contrarium, quod ipſi Titio ac-
creſcat etiam ſecundum opi. Barto. ſcilicet quod teſtator poſ-
ſit prohibere ius accreſcendi,quia iſto caſu non videtur prohi-
buiſſe. & vide ibi per Imo.in fi.† Duodecimo quæritur ſin. te-
33 ſtator inſtituit filiam in decem,& prohibuit quod plus nõ pe-
teret,& inſtituit Pe.in re certa, certum eſt, quod accreſcit ipſi
Pet.vniuerſum,vt d.§.ſi ex fundo,& d.§.ſi duo. ſed an poſſit il-
lud petere ſalua conſcientia, & ſine peccato. Feder. no. in ſuo
conſ.126.quod inci.Caſus talis eſt,quędam. tenet primo quod
dicta filia ſalua conſcientia non poſſet vltra petere,vel retine-
re contra voluntatem teſtatoris, ſed dictus Petrus ſic, ex quo
non fuit expreſſe prohibitus,& hoc niſi teſtator fuiſſet ꝑ mali
tiam circunuentus,vel ſeductus,vt ſi faceret Pe.hæredem in re
certa ſuadendo ſibi,quod plus non haberet nec poſſet petere,
quia tunc ſalua conſcientia vltra petere non poſſet,ex quo eſ-
ſet contra voluntatem teſtatoris,qui non intellexit nec credi-
dit Titium poſſe ſuccedere in alijs omnibus bonis, vnde licet
de rigore iuris Titius ſit hęres in omnibus, tamen ſalua con-
ſcientia retinere non poteſt, ſed potius debet venientibus ab
inteſta.illa bona dare.& ita etiam ſequitur d.Pe.& Imo. in c.1.
s.de teſta. in 6. colum.Sed aduerte primo,quia id,quod dicitur
in filia, debet intelligi vt vſque ad legitimam non valeat pro-
hibitio teſtatoris,vt d.§.cæterum.& ſalua conſcientia poſſit q̃s
petere ſupplementum,arg.17.q.4.c.fi.ſed abinde s̃. procedunt
34 ſupradicta. † Secundo ex prędictis ſin. infertur,quod licet alias
ſint opi.an de iure teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi, vt
s̃.tamen in foro conſcientiæ,debet ſeruari voluntas teſtatoris,
ita tamen quod inſtitutus in re certa prohibitus plus petere,ſi-
ue non habeat cohæredem ſiue habeat,& nolit adire, vel mo-
riatur ante, non poterit aliquid vltra petere ſalua conſcientia,
contra voluntatem teſtatoris,ſed reſiduum debetur venientib.
ab inteſtato,& ſic apparet,quod opi.Bart.de qua in d. §. ſi duo.
eſt ſecurior in foro conſcientiæ,pręterquam in hoc, quod ipſi
inſtituto in re certa prohibito plus petere non poſſet in foro
conſcientiæ auferri illud ſibi datum a teſtatore per venientes
ab inteſtato,vt patet ex prædictis,& ſequitur concludendum,
quod in foro conſcientię quicquid ſit contra voluntatem teſta
toris,non poteſt ſalua conſcientia retineri,quæ ſingulariter te
ne menti, quod eſt no. ſi iudex haberet poteſtatem iudicandi
ſola facti veritate inſpecta, vel procedendi de veritate & ęqui-
tate,vel ſecundum conſcientiam.Item eſt no.ad materiam de-
a nunciationis euangelicæ, [a] de qua in c.nouit.s̃.de iudi.† Deci-
35 motertio quæritur, an filius inſtitutus in ſola legitima dicatur
eſſe inſtitutus in re certa,aut in quota hęreditate, vel in quan-
titate,an vniuerſaliter.Bald.in d.l.ex facto.refert Iaco. Butr. &
Mar.Sil.tenere quod habetur pro inſtituto vniuerſali.Sed Bar.
ibi contra,quia legitima debetur ęre alieno deducto,vt in l.Pa
pi.§.quarta.ff.de inoffic. teſtam. & ſic eſt quota bonorum non
hęreditatis,per no.in l.non amplius.§.fin.ff.de leg.j.ideo dice-
bat Bar.in d.l. quotiens,quod legitima non eſt hęreditas, quia
non ꝯtinet debita & credita.Sed Bal.in d.l.ex facto. dicit,ꝙ in-
ſtitutus in legitima habetur pro hęrede vniuerſali quo ad cõ-
moda, ideo mouere poterit actiones actiue contra debitores
hęreditarios pro rata legitima vna cum hęrede vniuerſali; ſed
paſſiuè ſecus,quia debetur deducto ęre alieno, ut s̃. unde non
poterit ꝯueniri a creditoribus hęredita.& in hoc differt ſecun-
dum eum ab extraneo inſtituto in re certa dato alio cohęrede
uniuerſali,quia extraneus quo ad actiones actiuè & paſſiuè ha
betur loco legatarij.& ex his infert Bal.ibi, quod ſi recipit q̃s
emphyteuſim pro ſe & ſuis hr̄dib. ꝙ ẽt inſtitutus in ltĩa venit
ad emphyteuſim ꝓ rata legitimæ.Sed tu de emphyteuſi dicas,
ut eſt dictum s̃.& cum dicto Bal.tranſit Imo.in d.l. ex facto. in
10.colum.& d.§.ſi ex fundo.in 2.colum. in eo quod dicit Dom.
& in eo quod facit differentiam inter filium & extraneũ, quia
eodem modo ſi extraneus non eſſet inſtitutus in re certa, ſed
in quota bonorum,ſicut filius haberet actiones actiue & non
paſſiue,per no.in d.l.non amplius,& ſic concluditur,quod in-
ſtitutus in legitima habeatur pro hærede reſpectu commodi,
& ſic quo ad actiones actiue,nõ autem paſſiue. Ideo eſt quod
glo.no.in l.cum a matre.C. de rei uendi. uoluit quod filius in-
ſtitutus in legitima non repręſentet paſſiue defunctum, imo
poteſt uenire contra factum defuncti. de quo tamen ibi ꝑ Bal.
in l.ſi quis ſuo.C.de inoffic.teſtam.ubi uidetur uelle.Decimo-
quarto & ultimo quæritur, an illud quod dicĩ in inſtitutione
in re certa non dato cohærede uniuerſali, & trahatur ad uni-
uerſum,habeat locũ in ſubſtitutio in re certa. Bald.hic 14.col.
ꝙ ſic per tex. no. in l. cohæredi.§.fi.ff.de vul.& pu.& intellige
de ſubſtitutione directa, facit l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos.
eo.ti.& ita tenet Ang.&Imo.in d.§.ſi ex fundo.dicens idẽ eſſe
in directa ſubſtitutione vulgari,pupillari,vel exemplari:ſecus
eſſet in ſubſtitutione fideic. primo,quia nõ traheret ad fideic.
vt in

ADDITIO.

[a] Vinc. God. Denunciatio euangelica requirit, quod agens probet non ſolum ſuam læſionem,ſed etiam conuentum habere conſcientiam lęſam. Cor.conſ. 337.Placet mihi,Litera,L.lib.2.

vt in l.cogi.§.ex generali.ff.ad Trebel.Secundo, quia substitu-
tio facta per verba communia in re certa non trahitur ad vni-
uersum,vt no.in d.§.generaliter.& tenet Bar.in l.Centurio. ff.
de vulg.& pup.& in vlti.charta,in vers. sed quæro vltimo quid
si substitutio compendiosa, &c. de qua etiam vide ibi plene p
Imo.in 24.colum.& in d.§.si ex fundo.in repe.in 7.colum. vbi
plene de his.In glo.instituit,in princip. tene menti sing. hanc
glo.quæ nec in iure ciuili,nec cano.alibi reperitur, ponentem
omnes opi.an de ęquitate cano.sufficiat relinquere filijs in te-
stamento sine tit.institutionis.de quo j.plene dicetur.In ea.gl.
ibi,quod tutius est,hæc est prima opi.glo.in qua residet ipsa gl.
hic in fi.de quo j.In ea.glo.ibi,nihil dicetur &c. sed alij tenent
quod Alterocha fuit ibi instituta,de quo j.In ea.glo.ibi,Azo di
stinxit.hæc opi.non procedit, quia talis differentia non proba
tur iure,quia nec leges antiquæ,nec nouę ita distinguũt, ergo
nec nos distinguere debemus. 19. dist. si Romanorum. & in l.
de pretio.ff.de pub. In ea.gl. ibi, alij dicunt, ista est quarta opi.
Host.quod non requiratur tit. institutionis, & sic talis perni-
ciosa subtilitas non debeat attendi de æquitate canon. secun-
dum glo.Sed alij dicunt,quod imo non est perniciosa subtili-
tas,sed magni effectus.de quo j. an habeat tit. institutionis vel
legati,vt patet ex no.s.in gl.proxi.de quo j.In ea.glo.ibi,alij di
stinguunt,hanc opi.improbat hic Bal.in 10.colum. ex quo nec
leges antiquę nec nouæ ita distinguunt,ergo nec nos,vt s.& li
cet quando pater testatur inter liberos possit omitti solen-
nitas testamenti quo ad alia, non tamen quo ad hęredis insti-
tutionem,secundum glo. in l. is qui.ff.de testamentis.& in l. si
filius.ff.de lib.& posth.& sic vult Bal.ꝙ etiam inter liberos re-
quiratur ti.institutionis in testamento,licet gl.hic no.velit cõ-
trarium.Ideo aduerte,quia idem Bal.hic in 14.colum.in princ.
vr̃ approbare opi.istius glo. dicens, ꝙ si pr̃ in suo testõ assignat
cuilibet filiorum suam portionem, ꝙ tale testamẽtum valeat,
36 licet aliter non instituerit eos hęredes, & hoc per tex. no. in l.
quotiens.C.fami.erc.& ibi per glo.de quo j.†In ea.glo.ibi, pri
mum tutius.& sic residet glo. ꝙ etiam de æquitate canonica
requiratur ti.institutionis tenẽdo primam opi.vt tutiorem, vt
ita tenuit Mar.Sill.Ia.de Are.Iac.de Rauen. & Pe. prout refert
hic Io.An.idem tenens,dicens ꝙ magnus resultat effectus, qñ
filius habet ti.institutionis, vt j. dicetur. Idem etiam tenet hic
Arch.& gl.2.in d.c.Rayn.Quare pro veritate istius articuli duo
principaliter sunt videnda.primum,quid sit de ęquitate cano.
Secundo,quid sit de iure ciuili. Circa primum Host. & Abbas
tenet,ꝙ nõ sit necesse relinquere filio ti.instõnis, prout refert
gl.hic,& hoc p tex.in d.c.Ray.vbi recitat̃ totũ testm̃, & de ne-
cessitate p̃supponit̃ ꝙ illud testm̃ erat validũ, & tn̄ nõ apparet
ꝙ aliquid fuerit relictũ Alterochæ iure institutionis.non ergo
alr dẽt diuinari,nec suppleri ad tex.ibi,prout gl.ibi facit,cũ nõ
pertineat ad Doc.vel ad gl.addere ad tex.vt dixit Bal.in fi.l.C.
fam.erc. pro quo l.si seruũ.§.nõ dixit.ff.de acq.hære. & in c.ad
audientiã.s. de decimis. Secundo pro hac parte facit, quia ius
canonicum est fundatum in æquitate,vt in cle.vnica.s. de rerũ
permu.eod.lib.ideo non multum curat de subtilitatibus iuris
ciuilis,vt patet in c.dilecti.s.de iudi.& patet etiam in c. relatũ.
& in c.cum tibi.& c.cum esses.s. eo. Et istam partem expresse
tenet Bal.in d.l.fi. circa fi. dicens de æquitate can. valere testm̃
per tex.in d.c.Rayn.pro quo facit, quia non omnis homo scit
dicere,hęredem instituo,vt dicit gl.no.in l.quotiens.C.fa.erc.
37 †Tertio ad idem facit,nam certum est,ꝙ verbum [a] relinquo,est
a verbum commune,seu generale aptum comprehendere ti.le-
gati,& ti.instõnis,vt in d.l.cogi.§.generaliter.& per glo.in d.l.
his verbis.ff.de hęre.instit.ergo relatum ad personam, quæ de
necessitate debet hæres institui,debet potius interpretari dire
ctum,quam obliquum,& sic quod importet institutionem, cũ
ista interpretatio cõueniat verbis & personis, vt dicit tex. no.
hic, & quia verba relata ad personas debent intelligi secundũ
qualitatem personarum,vt in l.alienum.§.equitij. ff.de vsu, &
ha.& in c.solitæ.s.de maio.& obe.& c.magna,s. de voto.cũ er-
go pr̃ debeat relinquere filio titulo institutionis,vt in Auth.vt
cum de app.cog.§.aliud quoque capitulum, & verbum relin-
quo,est commune, debet in dubio intelligi iure institutionis,
vt s.& ita vr̃ probari in d.c.Ray.& per hanc rõnem d.Nico. ibi
in j.colum.in fi.sequitur hanc partem.pro quo ẽt facit,quia in
dubio semper debet sumi illa interpretatio,vt sic potius res va
leat quam pereat,vt in c.abbate.s.de verb.sig.& in l. quotiens.
ff.de reb.dub.Quarto ad idem facit,vt in dubio intelligatur re
lictum iure institutionis,quando agitur de persona,quæ de ne
cessitate debet institui.facit,quia ista videtur esse quædam solẽ
nitas intrinseca,secundum no.per Dy.& Bar.in l.sciendum.ff.

de ver.ob.vnde debet præsumi talis solẽnitas,vt in d.l.sciendũ.
sicut alias dicitur Insti.de inuti.stipul.in §.si scriptum. nam sti-
pulatio requirit pro forma solẽnitatẽ verborum,vt in l. j. ff. de
ver.ob.& tn̄ interdũ illa pręsumit̃,vt in d.§.si scriptum. Quinto
pro hac parte facit,qa vbi sunt opi.ꝯriæ Doc.si vna fauet testõ,
& altera impugnat,dẽt tunc accipi illa, quæ fauet, vt sic testm̃
ꝯseruet̃,vt in l.si pars.ff.de inof.test.& in c.fi.s.de re iud.& ma-
xime cũ interest reipublicę vt testam.defunctorum cõseruen-
tur,vt in l.vel negare.ff.quemad. test. aper. Sexto & vltimo ad
idem facit,quia si de iure C. & ẽt de iure Authentico. patet in
auth nouissima.C.de inoffi.test.non requirebatur titulus insti
tutionis hęredis,& sic ius ciuile non curauit tunc de dicta solẽ
nitate,cum ergo ius cano.sit fundatum in ęquitate,vt s. nõ cu-
rat nisi vt omnibus modis voluntas defuncti seruet̃, vt in c.vl-
tima voluntas.13.q.2.& hanc partẽ sequit̃ & tenet do.Flo.in d.
c.Rayn.vt ibi per eum.In ꝯrium vero facit.Primo arg. per locũ
ab auct.nam ꝯriam partẽ tenuit gl.hic,& in d.c. Ray. & Archi.
& Io.And.hic.Idem ẽt vr̃ tenere Fede.in suo consi.12.ante me.
& idem d.Pe.& d.Ant.in d.c.Ray.dicens tutius esse tenere, ꝙ
ẽt de æquitate cano.requiratur ti.institutionis. Idem ẽt sequit̃
Imo.ibi in 30.col.& in d.§.si ex fundo.in 29.& 30.colum. Idẽ ẽt
tenet Bal.hic in 11.col.dicens in hoc nõ esse fiendam dr̃iam in-
ter ius canon.& ciuile, vt hic per eum. in hanc etiam partem
vr̃ hic tenere Pe.de Anch.& Domi. hic. Secundo ad idẽ facit,
quia in dubio non debemus inducere discordantiã inter ius ca
no.& ius ciui.sed potius debemus illa adinuicem concordare,
vt in c.cum expediat.s. de elc.eo.li.& in l.j.C.de inoff.do. ideo
gl.no.in c.fi.29.dist.exclamat ꝯ illos,qui in intellectu legum &
canonum ponunt diuersitatẽ,dicendo aliud s̃m leges, & aliud
s̃m canones.Non ob.d.c.Ray.quia ibi illa erant verba Papę re
citantis factum,& constat ꝙ de verbis narratiuis nõ potest col
ligi decisio in iure, vt in c.si Papa.j.de priuile.& per gl.no.in c.
quia sunt.28.dist.Tertio facit,quia licet in d.c.Rayn. nihil dicat̃
de ti.institutionis,tamen hic in tex.hoc expresse dr̃,& idem ẽt
dr̃ in c.per tuas.s.qui fil.sint legi. Quare ergo potius dicendũ,
ꝙ de æquitate canon.non requiritur ti.institutionis,ex hoc so-
lo,quia in d.c.Rayn.nihil dr̃ de tit.institutionis, cum tamẽ hic
in tex. expresse dicatur de titu.institutionis.& idem in d.c. per
tuas.& sic non est ratio,quare potius debeat sumi decisio pro
parte negatiua ex verbis illius tex.in d. c. Ray. ꝙ non sumatur
hic pro parte affirmatiua. Nec ob. prima ratio s. in contrariũ,
quia respondetur,vt s.per d.c.cum expediat.Item non obst.se-
cunda,quia respondetur per c.fin.s.de transa. nam tunc debet
attendi æquitas, vbi ius non inuenitur expressum. cum ergo
istud sit expressum de iure ciuili,vt in d.§. aliud quoque capitu
lum, non debet alia æquitas seruari de iure canonico, ex quo
in eo nõ reperitur scripta,vt dicunt in simili Doct. in c.per ve-
nerabi.s.qui fil.sint legi.& in c.licet ex suscepto. s. de foro cõ-
pet. & quia in dubio omnis lex intelligitur approbata per ca-
nones,nisi in eis reperiatur expresse reprobata, vt dicit singu.
Host.& Io.And.in c.fi.s.de so.dispositio ergo d. §. aliud quoq;
capitulum, non reperit̃ expresse reprobata per canones, vt s.
Non ob. ꝙ quilibet nesciat dicere, hęredem institio &c. nam
imputari debet ei,qui non consuluit peritiores,arg.l. bonorũ.
ff.de bono.posses.Item non ob.tertia ratio, quia illa procede-
ret in casu dubio, secus qñ reperit̃ notoriè ꝯrium in iure, vt in
d.§.aliud quoque capitulum.Itẽ non ob.ꝙ in dubio debeat fie
ri interpretatio,vt res potius valeat &c.nam illud procedit, dũ
modo seruetur forma data a iure,secus si non seruat̃, quia non
sumus tunc in casu dubio, sed magis certo, ex quo certum est
actum esse nullum non seruata forma,vt in l.cum hi. §. si præ-
ter.ff.de transac.& in d.§.aliud quoque. Item non obs.qđ s. dr̃
de solemnitate intrinseca,quia isto casu non põt hr̃e locũ præ-
sumptio,ex quo ius requirit pro forma hanc expressionem, &
annullat testm̃,nisi hoc exprimat̃,vt in d.§. aliud. alias inutilis
foret dispositio d.§.aliud.hoc requirẽtis,si ista solemnitas præ-
sumeret̃ a iure.Item non ob.quinta s.quia illa procedit, nisi cõ
munis opi.esset in ꝯrium,vt patet s.quia a cõi opi.non sit rece-
dendum,s̃m Inn.in c.ne innitaris.& Io.And.in c.j.s.de consti.
& Bal.in l.fi.C.de pęna iudi.Nec ob.ultima rõ,quia hodie ma-
ximus resultat effectus,ꝙ filius habeat tit.institutionis, & uo-
luntas defuncti tunc debet seruari,qñ est legitima, alias secus.
38 de quibus omnibus clarius j. patebit. † Circa secundum prin-
cipale,

ADDITIO.

a Vinc. God. De isto verbo relinquo, quod trahitur ad vltimam voluntatem, Barto.in l. vnum ex familia, post principium. ff. de leg. 2. & in l. cum hi. in pri.no.de transac.

cipale,quid sit de iure ciuili,p̄mitte primo, quod de iure fforū
requirebatur tit.institutionis,& sic oportebat relinquere filio
ad minus legitimam iure institutionis,alias si fuisset relicta iu-
re legati,vel fideicom.diceretur filius præteritus,cum præteri-
tio sit non instituere vel exhæredare,vt l.inter cætera.ff.de lib.
& posth.& l.pe.C.de fideicom.& ita singu.probatur in l. ita ta
men.§.si rogatus.ff.ad Trebel. vbi filius dicitur præteritus, cui
fideicom.hæreditas vel eius pars erat relicta. ergo clare patet,
quod debebat habere ti.institutionis,arg.l.Gallus.§.omnibus.
ff.de lib.& posth.& ita etiam tenet Bald.in l.omnimō. in prin.
C.de inoffi.testam.& alleg.l.filium.§.omnibus.ff. de leg. præ-
stand.& l.maximum vitium. C. de libe. preteri. Sed dic,quod
alibi in iure hoc non probatur clarius quam in d. §. si rogatus.
Postea ista iura fuerunt correcta de iure C.vt patet in d. l. om-
nimō.vbi sufficit relinquere filijs quoquo relicti tit. & idē fuit
seruatum de iure auth. vt in d.auth. nouissima. Postea de iure
nouissimo authenticorum est statutum in d. §. aliud, quod re-
quiritur ti.institutionis,& alias filius dicitur præteritus, & te-
stamētum est ipso iure nullum, & in hoc hodie ista dispositio
nouissima differt a iure veteri fforum,quia de illo iure tota le-
gitima debeat relinqui filio titu.institutionis.Sed hodie requi
ritur, quod in aliquo instituatur quo ad valorem testamenti,
quia sufficit filius institutus hæres,saltem in vno numo, vt va-
leat testamentum,vt dicit glo.sing.in d.§.aliud.& facit glo.in l.
3.§.sed vtrum.ff.de mino.& in l.si quis priore.ff. ad Treb. & ita
dicit Bal.in d.l.omnimō.in princi. & pōt postea filius agere ad
supplementum legitimæ,vt ibi dicetur. Et istud est mirabile,
quia si filius instituatur in minimo, valeat testamentum, & ta-
men si relinquerentur eidem decem milia, non valeret testa-
mentum, & ideo hoc est, quia titulus institutionis dicitur esse
honorabilior,vt in d.l.filium.& quia est magni effectus, vt di-
39 cetur.†Sequitur ergo concludendum,quod hodie ipsis filijs sit
relinquendum in testamento tit. directe institutionis heredis,
vt est tex.in d.§.aliud quoque capitulum,procedit intantum q̄
non sufficeret filio relinqui ti.fideicom.vniuersalis,vt sin. pro
batur in d.§.qui rogatus.licet glo.dixerit contrarium, & male
in l.scimus.§.cum autem.C.de inoffi.testam. vt ibi per Bald. in
d.l.inter cetera.debent ergo verba directæ institutionis esse re
lata ad ipsum filium,puta instituo,vel heredem facio filium in
tali re.secus autem si verba dirigerentur ad alium, puta ad hæ-
redem vniuersalem,vt quia grauetur, quod filium testatoris re
cipiat in cohæredem,licet enim istud verbum cohæredem,im
portet institutionem de se,vt in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.&
pup.tamen isto casu importat fideicō.vt est tex.no.in l.pater.§.
fin.ff.de leg.3.& sic non sufficeret. Istud dictum sequitur Paul.
de Cast.in auth.nouissima.quia filij debent habere iure institu
tionis directæ, & ad eos debent esse verba relata, & ita dicit
Bar.in d. §. fin. dicens,quod ille tex. alibi non reperitur. Scias
tamen quod idem importat dicere, filium meum hæredem fa-
cio,vel instituo,vel dicere,sibi relinquo iure institutionis,licet
non sit dictum,& in his heredem instituo,secundum glo. in l.
filium.§.sed si portio.ff.de leg.præst.& idem dicit Bar. ibi, suf-
ficit dicere instituo,licet testator non dicat, hæredem, vt in l.1.
ad fi.ff.de hered. institu. quod no. Sed quæritur primo, quid si
testator dicit, relinquo filio meo domum iure benedictionis,
& non dixit iure institutionis,an sufficiat. Imo. in d. l. his ver-
bis.ff.de hæred.insti.in fi.tenet quod non, cum pro forma de-
beat habere iure institutionis, & alio modo non sufficiat, vt
est tex.in d.§.aliud.de quo plene per Imo.in d.l.his verbis.Sed
quæritur primo de ratione,quare sit,quod filijs & descendenti
bus debeat relinqui ti.institutionis.dic,quia ti.institutionis est
honorabilior quam ti.legati,vt in d.l.filium,§.sed si portio. Itē
quia est maioris vtilitatis propter spem iuris accrescendi, nam
quando habet iure institutionis,potest sibi accrescere vniuer-
sum, quod non esset si haberet iure legati, cum inter heredes
& legatarios non habeat locum ius accrescendi, si hæres repu
diat,vel aliter excludatur,vt l.eam quā. C. de fideicom.& in l.
si nemo.ff.de test.tute.Secundo,quia quando habet tit. institu
tionis hæredis,habet beneficium d.l.edic.C.de edic.diui. Ter-
tio,quia tunc potest propria auctoritate apprehendere portio
nem sibi relictam a testatore.Quarto, quia agnitione sua totū
testamentum cōfirmatur.Quinto,vt ei possit pupillariter sub-
stitui.Sexto,quia succedit tunc in emphyteusi, vel iure patro.
Septimo,quia non potest illud,quod quis habet tit. institutio-
nis hæredis,adimi in codicillis,quę omnia prædicta beneficia
non competunt legatarijs,vt de istis vide dicta s̄. in glo. proxi.
in arti. de instituto in re certa in illis casibus, in quibus habet
loco hæredis,& de his etiam per Imo.in d.c.Raynu.in 32. colū,

a Octauo quæritur, quid si pater relinquit filio suam legitimā
sine alio ti.institutionis,an sufficiat.Bal.quod sic, in l. quoties.
C.de here.insti.referendo Iac.de Ra.ita tenere,& hoc per tex.
in l.humanitatis.in 4.oppo.quia vbi testator facit mentionem
legitime,semper videtur ius considerasse,& iure institutionis
reliquisse.Idem etiam videtur tenere Bar.& Bal. in auth. vnde
& si parens.C.de inoffic.testam. Idem etiam sequitur Pau. de
Cast.in d.l.humanitatis.& in d.authē. vnde & si parens. Idem
etiam tenet do.Flo.in d.c.Rayn.prout refert Imo.ibi in 3.colū.
& in 26.in fi.quia hoc casu verbum relinquo, est adiectum vni
uersitati bonorum,cum legitima sit quota bonorum, vt sic tra
hatur ad institutionem,vt in d.l.cogi.§.generaliter.pro hac par
te faciunt 3. 4. & 5. ratio assignata s̄.quod testamentum valeat
de æquitate canonica sine titu. institutionis, quas rationes ad
hoc inducit Imo.in d.c.Raynu.in 26.colum.Sed aduerte, quia
Sali.in d.auth.vnde & si parens.idem tenet & in l.fin. C. fami.
erci.tenet contrarium,& in d.l.quotiens. & hoc primo per gl.
ibi,vbi glo.relata ad tex.in l.Papi.§.si quis mortis.ff.de inoffic.
testam.videtur velle,quod nō sufficeret hodie relinquere filio
legitimam,nisi relinquatur iure institutionis. Secundo in d.§.
aliud quoque capitulum.vbi est tex.expressus,quod non suffi-
cit relinquere legitimam ti.legati, vel fideicom. aut per alium
quemcunque modum, vt patet ibi quemcunque modum eis
dederint legibus debitam portionem &c. & sic est tex. ibi, q̄
etiam legitimam debeat habere titu. institutionis. aliter filius
dicitur præteritus, vt patet, maxime iuncto §. cæterum ibi, &
istam etiam per totum sequitur Imo.in d.c.Rayn. in 17. colum.
dicens,quod licet præcedens opi.Bal.sit æquior, tamen ista est
de iure verior.Non ob.d.l.humanitatis,quia loquitur secundū
tempora C.secundum quę non requirebatur titulus institutio
nis,vt patet in d.l.omnes. & respondet etiam ad alias rationes
in contrarium,vt ibi per eum. Idem etiam sequitur Imo. in d.
§.si ex fundo.32.colum.in princip.Tu aduerte,quia prædicta ve
ra videntur per tex.in d.§.aliud. Sed solum dubium facit quod
dicit s̄.dom.Flo.quia verbum relinquo, adiectum vniuersitati
bonorum importat institutionem,vt in d.§.qualiter. sed legiti
ma dicitur quota bonorū,& sic tertia,vel dimidia,vt in d.auth.
nouissima.ad hoc respondet Imo.in d.c.Ray.quia legitima est
quota bonorum non hæreditatis,vt in l.Papi.§. quarta.ff.de in
offic.testamē.ideo non trahitur ad institutionem, per no. in l.
non amplius.§.j.ff.de lega.j.& in l.si quis seruum.§. fin.cum l.
seq.ff.de leg.2.& de hoc dicetur j̄.Item facit alia ratio, quæ mul
tum vrget,quia tex.in d.§.aliud, vult quod filius habeat legiti-
mam iure institutionis,& per quemcunque alium modum ha
beret,vult quod dicatur præteritus, vnde posito quod alias es-
set uerum,quod uerbum relinquo,adiectum quotę bonorum
traheretur ad institutionem, tamen illud procederet nisi vbi
reperiretur expressum, & ibi esset data forma a lege quod ex-
primeretur in specie ti.institutionis,prout est tex.in d.§.aliud.
40 & ita dicit Imo.in d. ca. Raynu. in 22. colum.†Quarto quæri-
tur, quid si pater in testamento dicit, relinquo filio meo por-
tionem suam, vel partem suam. dicit Bald. in d. l. humanita-
tis. & in d. l. quotiens. quod intelligitur de legitima. facit tex.
in l. si quis suo. C. de inofficio. testament. quod dictum tene
menti, quia videbatur, quod debuisset intelligi de parte sua,
hoc est sibi debita ab intestato,unde dicit Bal.quòd cum intel-
ligatur de legitima,intelligitur reliquisse iure institutionis,&
idem si dixisset,relinquo sibi dimidiam suæ legitimæ, uel di-
midiam partis suæ.quod intelligitur habere ti.institutionis,&
poterit agere ad supplementum legitimę,secundum Bal.in d.
l. humanitatis. in 4. oppo. Sed certe hoc dependet a dubita-
tione supradicta,& videtur tex. in contrarium in d.§. aliud.&
ita tenet Imo.in d.c.Rayn,in 29.colum.Quinto quæritur,quid
si dicat in testamento,relinquo filio meo fundum pro sua Fal.
intelligatur iure institutionis,Bar.in d.§. sed si portio. non de-
terminat,sed dixit cogitabis,sed in auth. vnde & si parens,di-
xit,credo quod valeat.Idem consuluit Bart. in consi. quod in-
cip.Marsilius in suo testamento,& idem firmat Bal. ibi, idem
etiam tenet do.Flo.in d.c.Rayn.vide Bar.in l.fin.ff.de pecu.le.
Sed Ange.in d.§.sed si portio.tenet contrarium, quia aliud est
relinquere legitimam,vel fal.quæ exponitur pro legitima, vt
per glo.in d.auth.vnde & si parens.& Bar.in l.j.in princ.ff.ad l.
Falc.quia tunc censetur esse quota,& aliud est relinquere rem
certam,

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, quod vbi legitima debita est pręterito, semper reddit testa-
mentum nullum. Ruy.consi.186.nu.4.lib.2.& legitimę fructus principaliter,
non tamen accessorie petuntur.Ruy.consi.55.nu.20.lib.2.

certã,licet pro legitima vel fal.quia principaliter res certa relinquitur,& ſic non eſt quota.& idem tenet Ang.in d.authen.vnde & ſi parens,& licet hoc dependet a dubitatione ſupradicta,tamen iſte caſus videtur clarus, prout dicit Ang. licet Sali. in d.l.quotiens,& Imo.in d.c.Rayn.in 28.colum. teneant indiſtincte,quod relinquendo pro legitima vel falc. nullo caſu intelligatur iure inſtitutionis, niſi hoc ſit expreſſum, quia non præſumitur iſta ſolemnitas intrinſeca, quando res requirit pro forma quod debeat exprimi,vt in d.§.aliud.alias ſequeretur, ꝙ pater relinquendo ſimpliciter rem certam ipſi filio intelligeretur iure inſtitutionis,quod eſſet contra tex.in d.§.aliud. vnde etiam concludit Imo.in d.c.Raynu.in 29.colum. quod ſi res certa relinquatur pro legitima vel loco legitimæ,non ſufficiat niſi dicatur iure inſtitutionis, & ſic in hoc concordat cũ Ang. s̃.& ita videtur tenendum,& idem tenuit Imo.in d.§.ſi ex fun-
41 do.in 31.colum.†Sexto quæritur,ex forma ſtatuti augetur legitima ipſis deſcendentibus, & cauetur quod pater tenetur relinquere filijs ad minus legitimam.dicit Bal.in l. maximum vitium.C.de lib.præte.in pen. colum. quod niſi in ſtatuto dicatͣ, quod relinquatur iure inſtitutionis, ſufficit quod relinquatur quoquo relicti titulo, quia ſtatutum vult derogare iuri cõmuni, & ideo non recipit interpretationem a iure communi, & cenſetur derogaſſe iuri communi non ſolum in quantitate legitimæ,ſed etiam in modo relinquendi, quia verbis ipſius ſtatuti nihil addere vel detrahere debemus, argu. C. de emenda. iuſt. Co.l.1.§.repetita,& facit d.c.Rayn. vbi ſufficit ſtatutariam portionem relinquere quoquo relicti ti. & iſtud dictum ſequitͣ Pau.de Ca.in d.c. nouiſſima. & refert ſe ita conſuluiſſe. dubiũ tamen facit,quia in d.auth.nouiſſima.fuit aucta legitima vltra quam deberetur de iure antiquo, & tamẽ per tex.in d. §. aliud quoque.debetur iure inſtitutionis, ſed iſtud ſtatutum exorbitat a iure communi,ergo non debet extendi, vt no. in l.quicquid aſtringendę.ff.de verb. oblig. imo debet interpretari ſecundum ius commune,vt in l.ſi ſerui veſtri. C.de noxa.Septimo quæritur,quid ſi pater in teſtamento relinquit domum filio ſine alio tit.inſtitutionis, tamen apponit clauſulam, quod plus petere non poſſit.Bal.in l.fi,vel in l.ſi adulta.C. de hæred. actio.tenet quod valet teſtamentum, quia cum videatur reliquiſſe animo compẽſandi cum legitima, ergo dicitur facta inſtitutio,quod dicit eſſe menti tenendum.Sed Sali. ibi tenet cõtrarium per tex.in d.§. aliud. Idem etiam tenet Imo. in d. l. his verbis.in 6.colum.& idem tenet in d.§.ex fundo. in 35. colum. & in d.c.Rayn. in 31.colum. quia licet videatur factum animo
42 compenſandi,tunc ipſa legitima debet titu.inſtitutionis relinqui,vt s̃.†Octauo quæritur,quid ſi pater in teſtamento reliquit filiæ fundum pro ſua dote,an videatur relinquere iure inſtitutionis.Ant.de But.in d.c.Raynu.tenet quod ſic,quia dos cenſetur quid vniuerſale,vt in l.quod dicitur.ff.de impen.& ꝑ Bart. in rub.ff.ſolu.mat.& verbum relinquo, adiectum vniuerſitati importat inſtitutionem, vt d.§. generaliter. & ita ſecundum vnum intellectum ſit caſus in d.c.Raynu.ſed Imo.ibi in 5.colũ. tenet contrarium,primo quia dubium eſt,an filia poſſit hæres inſtitui in ſola dote,vt per glo.& Docto. in l.3. §.ſed vtrum. ff. de mino.Secundo tamen non trahitur,quia dos licet no ſit nomen vniuerſale,tamen nõ eſt quota hæreditatis teſtatoris, ſed potius certa pars bonorum,& ſic verbum relinquo,non trahitur tunc ad inſtitutionem,per no.in d.l.non amplius. alias ſequeretͣ quod ſi teſtator relinqueret filio peculium ſerui ſui, ꝙ traheretur ad inſtitutionem, cum peculium ſit quid vniuerſale,quod tamẽ eſt falſum,nec iure cautum reperitur,& hoc maxime procedit per tex.in d.§.aliud quoque.vbi ſi filius vel filia debet habere aliquid titulo inſtitutionis, etiam ſufficit ꝙ habeat per alium quẽcũque modum, vt dicit tex. ibi, ſecundum Imo.in d.c.Raynu.& hoc verum videtur,& facit tex. in l.ſed ſi pro dote.ff.de leg.præſtan.vbi fit differentia an ſit factum relictum pro dote,an vero ſit hæres inſtitutus in dote. & ſic videtͣ ibi probari,quod relictum pro dote non importat hæredis inſtitutionem,cum inter hęc fiat ibi differentia, & facit l. pater. in prin.ff.de do.præla.& ita videtur tenere Bal.in l.fin.C.fami. erc.poſt medium,in verſic.item quæro poſt.Nono quęritur, teſtator in teſtamento reliquit filio rem certam, & non expreſſit iure inſtitutionis,tamen dixit quod vult teſtamentum valere omni meliori modo,via, iure & forma,quib. melius poteſt, an tunc valeat teſtamentum.Bal.in d.l.quotiens.quod ſic, quia verba ſunt trahenda ad validandum, non ad inualidandum intellectum,& aptanda ſunt ſecũdum qualitatem perſonarum,a quibus verba proferuntur,vt in l.qui iure militari.ff. de mili.teſta.& d.§.equitij.& per Spe.in tit.de inſtru. edi. §. inſtrumentũ ergo.ver.quid ſi a contrahentibus.Sed certe iſtud dictum non procedit per tex.expreſſum in d.§. aliud quoque. vbi non ſufficit per quemcunque alium modum, quod relinquat ipſis filijs niſi titulo inſtitutionis, & ſic pro forma requiritur ibi illa expreſſio,ergo eius omiſſio reddit actum nullum.argu.l. cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac.& ita tenet Imo.in d.c.Raynu. & in
43 d.§.ſi ex fundo.vt s̃.eſt dictum.†Decimo quęritur, quid ſi in teſtamento, vbi non eſt relictum filijs ti.inſtitutionis, eſt appoſita clauſula codicillaris, an conſeruetur teſtamentum. & dic quod cum tunc teſtamentum ſit nullum ratione præteritionis filij,vt in auth.ex cauſa.C.de libe.præte.vitiatur hæredis inſtitutio ibi facta,ſed an conſeruentur,vide Bal.in l.maximum vitium.in pen.colum.C.de libe.præte. quando ſtatutum vult, ꝙ filijs relinquatur certa portio,tunc ſufficit illam relinquere ti. inſtitutionis,& vide per Bald.in l.quicunque.C.de ſer.fugi.vide per Imo.in c.Rayn.in 25.colum.& per Barto. in l. filium. §. omnibus.de leg.pręſtan.Vndecimo quæritur,ſi pater in teſtamento non reliquit filio tit.inſtitutionis, tamen mandauit tabellioni, quod deberet teſtamentum extendere ad ſenſum ſapientis, an poterit ſapiens addere illa verba,iure inſtitutionis, ut ſic teſtamentum valeat,& conſeruetur.glo.no.in l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti.videtur velle quod ſic,& idem tenet Iac. de Arena.Idem etiam ſequitur Ioan.And.in addi.Spec.in titu. de inſtru.edi.§.inſtrumentum.ſuper ver.quid ſi a contrahentibus.Idem etiam videtur tenere Bal.& Ange.in d.l. illa inſtitutio.Idem etiam tenet do.Flo.in d.c.Rayn. vnde dicebat Bal. in d.l.humanitatis,quod quãdo teſtator dixit, relinquo filio meo pro legitima,quod tunc ſine dubio ſapiens poterit addere illa verba,iure inſtitutionis.Bar.tamen in d.l illa inſtitutio, tenuit contrariam partem,refert Richa.Malum. ita diſputãdo tenuiſſe,& ad hoc adducit plures not.rationes, de quibus ibi per eũ. Idem etiam videtur ſentire Bald.in l.humanitatis,& in l.captatorias.C.de teſta.vbi no.examinat hunc articulum. Imo.tamẽ in d.c.Rayn.in 13.colum. ſequitur primam opi.Idem etiam tenet in c.cum tibi. s̃. de teſtam. vbi pleniſſime tractat de hac q. in 30.colum.& reſpõdet ad omnes rationes in contrarium, vt ibi per eũ.Idem etiam tenuit in d.l.illa inſtitutio. in 6. & 7.col. ubi plenius quam alibi examinat hãc quæſtionem, & licet idẽ Imo.in d.§.ſi ex fundo.in 30.colum. dixerit quod prima opi. licet ſit ęquior,tamen opi.Bar.uidetur de iure uerior,tamen idẽ Imo.in d.c.Rayn.in j.colum.in princ.expreſſe corrigit ſe dicẽdo,quod opin.Io.de Are.& Ioan.And.de quã s̃.fatis uidetͣ poſſe de iure defenſari,quicquid ipſe Imo.aliter dixerit in d.§.ſi ex fundo,& ita uidetur tenendum,ut ſic dicta opinio uideatur de iure uerior, ad hoc ut res potius ualeat quã pereat, ut in dicto c.abbate.& quia in dubio uidetur tenenda opi.quæ fauet teſtamentis,ut in dicta l.ſi pars,& in dicto cap.fin.& maxime cum
44 iſta opi.ſit communis,ut ex prędictis patet. † Vndecimo quæritur, an ſicut parentes ſeu aſcendentes tenentur in teſtamento relinquere ſuis deſcendentibus tit.inſtitutionis, & alias teſtamentum eſt ipſo iure nullũ,ut in d.§.aliud quoque. ita econtra ipſi deſcendentes teneantur relinquere iure inſtitutionis eorum parentibus, & alias teſtamentum ſit ipſo iure nullum. Barto.in l. ſiue. §. excluditur. ff. de iure patro.dixit quod non, quia non reperitur quod filius debeat relinquere patri vel matri iure inſtitutionis,& ſic remanemus in iure antiquo,ut in l. ſancimus.C. de teſtamen. & ex identitate rationis non debet in correctorijs fieri extenſio, ut no. in authen. quas actiones. C.de ſacroſan.eccle.tex.in d.§.aliud.loquitur in parentibus erga filios, non autem in filijs erga parentes. Idem etiam tenuit Bart.in d.auth.nouiſſima.Sed idem Barto. in l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtamento, uidetur tenere contrarium, & idem tenuit Bal.in d.l.omnimodo.in prin.& in l.fin.C.de bon. poſ. contrata.ut hodie debeant habere eorum partem iure inſtitutionis,& iura antiqua corrigantur. Et idem ſequitur Ange. in l.ſi a milite.§.ſi patri.ff.de teſtam.milita.& in authen.ex cauſa. C.de libe.pręte.& in d.§.aliud quoque.ubi Iaco.But.refert no. diſpu. de hoc arti. & arguendo pro & contra determinat pro hac parte. Idem etiam tenet Imo. ubi plene examinat hunc articulum in d.cap.Rayn.in 32.colum.in d.l.his uerbis, circa fi. & in d.§.ſi ex fundo.34.colum. Et hanc etiam partem ſequitur Pau.de Caſt.in d.authen.ex cauſa.in 12.colum. Et prędicta probantur primo per tex.in d.§.aliud. in uerſic. ſinautem hęc obſeruata non fuerint.el 2.ibi expreſſe dicitur,quod omnia quęcunque obſeruantur in parentum teſtamentis expugnandis, uel non expugnandis per filium,eadem obſeruentur in teſtamentis etiam deſcendentium. Secundo probatur in dicta §. aliud.in uerſic.ſancimus.ubi dicitur quod non eſt licitum liberis

a beris parentes præterire,præteritus [a] autem dicitur ille,qui nõ
eſt inſtitutus, vel exhæredatus, vt eſt dictum s̃.ergo iure inſtõ-
nis habere debent.ideo tex.in d.§.aliud.in ver. cęterum. dicit,
ſola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio a parentibus & libe-
ris iniuriam pręteritionis & exhęredationis auferre,& ſic tex.
expreſſe loquitur de parentibus, ꝙ debeant habere iure inſti-
tutionis.Tertio,quia ſubdit poſtea tex.parentes optant a filijs
honorari,ſed ti.inſtitutionis eſt honorabilior q̃ titulus legati,
vt in d.l.filium.& s̃.eſt dictum.Quarto, quia idem Bart.in l.nã
& ſi parentibus.ff.de inoffi.teſt. tenet per ęquiparationẽ illius
l.ꝙ ſicut hodie eſt aucta legitima filiorum, ita ẽt ltia ipſorũ pa-
rentum,ergo dicta æquiparatio eodem modo dr̃ habere locũ,
vt ſicut legitima filiorum debet haberi iure inſtitutionis, ita
& ipſorũ parentes,cũ nõ minus parentibus q̃ liberis piè relin-
qui debet,dicit tex.in d.l.nã & ſi parentibus, & de his plenius
45 in locis s̃.alle.†Duodecimo & vltimo quærit̃,quia hodie in te-
ſtamentis cõmuniter apponitur clã codicillaris,ſi non valet iu
re teſtamenti &c.de qua in l.ſi.C.de codici. poſſet dubitari, ſi
non ſit relictum in teſtõ iure inſtitutionis ipſis filijs, vel paren
tibus,& teſtm̃ ſit nullum rõne præteritionis, quid operetur di
cta clã codicillaris.Super quo aduerte.Nam primo certum eſt,
ꝙ ex cã præteritionis vel exhæredationis irritat̃ teſtm̃ quoad
inſtitutionem hęredis in teſtõ factã. Cętera tñ legata in dicto
teſtõ bene valẽt,vt eſt tex.in d.auth.ex cã. Sed dubitat̃ primo,
an legata facta ipſi filio pręterito,& ſic non inſtituto conſeruẽ
tur ꝑ d.auth.ex cã.gl.& Cy. in l.ſi.C.de lib.præte.videntur te-
nere ꝙ ſic.Sed Bar.ↄ̃,ex quo ipſe filius impugnat teſtm̃,de quo
tamen per Bar.in d.l.filium.§.oĩbus.& ꝑ Doc. in d. auth.ex cã,
& ibi per Imo.in d.c.Ray.in 25.col.Secundo aduerte, quia licet
teſtm̃, in quo filius vel pater non habet iure inſtitutionis, ſit
nullum,vt in d.§.aliud.& ſic ſuccedat ab inteſtato, tamen ſi in
teſtamento eſt dicta clã codicillaris,operatur dicta clã ꝙ veniẽ
tes ab inteſta.& ſic filius vel pater videntur eſſe rogati de reſti
tuendo hæreditatem illis hæredibus ſcriptis in d. teſtõ nullo,
vt no.in l.ex teſtamen.C.de fideicom.& in l.quærebat̃.ff.de te
ſtamento mili.& in d.l.ſi.Sed dubitatur tũc, an hoc procedat,
quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis filij iã
nati,& ſcienter factæ,vel ratione præteritionis filij nondũ na-
ti,& ſic poſthumi, vel eo caſu quo pręteritio eſſet ignoranter
facta,de quo vide plene per Bar.& Ang.in d.l.j.ff. de iure codi.
& per Imo.in d.l.filio pręterito.in 16.col.vbi tenet contra Bar.
46 & Doc.& vide ẽt per Doc.in d.auth.ex cã.†In ea.glo. ibi, non
videtur poni proprie.no.ex glo.ꝙ verbum relinquo,adiectum
certæ rei non importat inſtitutionem,ſecus ſi ſit adiectum vni
uerſitati bonorum.gl. no.in d.l.his verbis.& in Auth.de hęre.
& Fal.in §.ſi vero nulla.in ver.relictis.cõcludit, ꝙ aliqñ adijcit̃
certæ rei vel quantitati,& tunc aut in extraneo, cui non debet̃
legitima,& importat legatum, & non trahitur ad inſtitutionẽ
hęredis,etiam ſi nullus alius eſſet inſtitutus,vt dicit gl. hic, &
per d.§.ſi vero nulla,& per Dy.& Bar.in d.§.generaliter.aut in
filio vel alio,cui debetur legitima,& idem, vt probatur in d.§.
aliud.iuncto d.ver.cæterum.quia debet relinqui expreſſe ti. in
ſtitutionis,vt s̃.eſt latiſſime concluſum,& ita tenet Bar. Ange.
& Imo.in d.l.his verbis.licet Doc.vltramont.teneant ibi con-
trarium,prout etiam tenet gl.in l.quotiens.C. fa. erc. volens ꝙ
verbum relinquo, adiectum rei vel quantitati in perſona eius,
qui de neceſſitate debet inſtitui,importet inſtitutionem,& ſic
intelligatur relictum eſſe factum iure inſtitutionis, licet ſecus
ſit in perſona extranei,vt s̃.& ita ſequitur hic Bal. ſed certe il-
la glo.& Bar.male dicit in hoc,vt patet ex ſupradictis,& ita te-
net Imo.in d.l.his verbis,& idem ẽt vr̃ ſequi idem Bald.in d.l.
quotiens.an autem qñ pater teſtatur inter ſolos filios, ſit tunc
neceſſarius tit.inſtitutionis, dicetur j̃. Et quid qñ relinquit pro
legitima,vel pro parte ſua,vel pro dote,dic vt s̃.eſt dictum. Ali
quando verbum relinquo,adijcitur vniuerſitati bonorũ,& tũc
aut apponitur in codicillis,vel in voluntate minus ſolemni, q̃
valeret iure codicillorum,& tunc non trahit̃ ad inſtitutionem
directam, quia hr̃ditas non poteſt iure directo dari, vel adimi
codicillis,ſed importat fideicõ.vt l.2.C.de codici.& l.Sceuola.
ff.ad Treb.& in l.cum quis.§. Seiam.ff.de leg.3.ſm Bal.& Ang.
in d.l.his verbis.Si vero apponat̃ in teſtõ, & tũc ſi nullus alius
erat hæres vniuerſaliter inſtitutus,& importat inſtitutionem.
Vnde ſi teſtator dicit, relinquo bona mea Titio, vr̃ eum inſti-
tuiſſe hęredem,ſm glo.in d.l.his verbis.& in d.§. ſi vero nulla.
& no.in d. §. generaliter. Et tu adde de hoc caſum in terminis
in d.c.Ray.ibi,relinquit cætera bona.qui tex. alibi ita clare nõ
reperitur. Secus tamen eſſet, ſi alius eſſet hæres vniuerſaliter
inſtitutus, quia tunc importaret fideicom, ſm glo. in d. l. his
verbis.& in l.nam ꝙ.§.ſi.cum l.ſeq. ff. ad Treb. & hoc quando
relinquit omnia bona, vel indiffinite bona,ſecus ſi partẽ, quo
caſu alio vniuerſaliter inſtituto ſit tunc dr̃ia, an relinquat cer-
tam quotam hæreditatis,an certam partem bonorum, & tunc
iſtud erit ſimplex legatum,non autem fideicom.vniuerſale,iõ
ad inſtantiam iſtius, cui eſſet factum relictum certæ partis bo-
norum,non coget̃ hęres adire hęreditatem,ſecus vero eſſet in
eo,cui relinquitur quota hæreditatis, quia tunc cenſet̃ relictũ
fideicom.vniuerſale reſpectu illius partis, & poſſet hęres vni-
uerſaliter inſtitutus cogi adire hæreditatẽ ad inſtantiã fideicõ.
prædicti,vt no.in l.mulier.§.ſi.ff.ad Treb.& in l.ſi quis.§.fin. vt
ibi per Bar.ff.de leg.2.& per Sali.in l.quotiens indignum.C.de
47 teſt. & per Imo.in d.c.Rayn.in 31.eolum.quod no.† Sed quærit̃
primo,teſtator in teſtamẽto ſuo fecit certa legata, & poſtea di-
xit,cætera bona relinquo tali, dic quod importat directam in-
ſtitutionem hæredis,vt eſt tex.no.in d.c.Ray. & idem ſi dixiſ-
ſet reſiduum meorum bonorum.ar.l.2.C.de hęr.inſti. & tenet
Imo.in d.c.Ray.27.colum.intellige,quando teſtator non fece-
rat alium hæredem vniuerſalem,quia ſi feciſſet, importaret fi-
deicom.vt s̃.Sed quid ſi feciſſet ſolum hæredem in re certa, &
poſtea dicit,cætera bona tali relinquo, an importet fideicom.
vel inſti.hæredis.Imo.in d.l.his verbis.refert hanc q.non fuiſſe
tactam per alios,& dicit ꝙ eſt dubia, tamen vr̃ velle,ꝙ impor-
ret inſtitutionem hęredis,& glo.ibi loquens de hærede, debet
intelligi de vniuerſali,ſecus de inſtituto in re certa,& vr̃ proba
ri in d.c.Ray.intelligendo,prout intelligit gl.2.ibi,ꝙ altera fue
rit inſtituta in re certa,& adiectę alteri filiæ fuerunt cętera bo-
na relicta,nec adiecit ſibi iure inſtitutionis, & tamen ipſa adie
cta intelligitur fuiſſe ibi hæres vniuerſalis,vt ibi patet. Et forte
idem eſſet dicẽdum,ſi teſtator inſtituiſſet Titium in tertia par
te ſuorum bonorum,& cętera ſua bona reliquit Petro, nã Pe-
trus dicetur hæres vniuerſalis,& facit glo.in d.l.quotiens.quã-
do teſtator diuidit patrimonium ſuum per quotas. de quo j̃. &
ita tenet Imo.in d.l.his verbis,ꝙ ſingulariter tene menti.Secũ
do quæritur, teſtator in teſtamẽto diuidit patrimonium ſuum
per quotas bonorum,quia dicit, relinquo Titio dimidiã meo-
rum bonorũ,& Seio alteram dimidiã, non facto alio hr̃de vni
uerſaliter,dic ꝙ illi intelligunt̃ vniuerſaliter inſtituti,per no. ꝑ
gl.in d.l.quoties.& no.in l.qd ergo.ff.de le.j.& ita tenuit Imo.
in d.c.Ray.in 5.colum.& in d.l.his verbis,vbi dicit idem eſſe,ſi
teſtator dixiſſet, relinquo Titio tertiam partem meorũ bono-
rũ,& Seio aliam tertiam, & Petro aliam tertiam, quia intelli-
git̃ eos pariter inſtituiſſe hęredes.Sed circa hoc poſſet dubita-
ri de duobus,& primo.Quid autem ſi reliquiſſet diſpariter,pu-
ta Titio tertiã partem,& Seio duas.dic ꝙ idem, & vr̃ ꝙ tũc ſint
hæredes pro portione ſibi aſſignata.vide tñ in l. quotiens.§.ſi
duo.& in l.ſi alterius.ff.de hęred.inſti.& ꝙ eſt dictum s̃.in glo.
48 proxi.†Secundo, quid ſi teſtator inſtituit Titium hęredem in
re certa,& Seio reliquit medietatem ſuorum bonorum, & Pe
tro alteram medietatem,quis dicat̃ tunc hęres vnſis.& vr̃ ꝙ Ti
tius,ex quo non eſt alius hęres,vt l.j.§.ſi ex fundo. ff. de hęred.
inſti.& Seius et Petrus videant̃ legatarij, vt dr̃ s̃.in proxi. q. In
contrarium facit,quia uerbum relinquo,adiectum uniuerſita-
ti importat inſtitutionem,qñ nõ eſt datus alius hęres uniuerſa
lis,ſicut eſt iſto caſu,ut patet ex prędictis, ideo cogita, et uide
in 4.et 5.q.ſi tñ teſtator inſtituiſſet Titiũ in re certa,et Seio reli
quit medietatem ſuorũ bonorũ,et de alia nihil dixit,tũc dr̃ Ti-
tius ſuus hęres unſis,ut in d. §. ſi ex fundo. Tertio quærit̃, qd ſi
teſtator diuiſit totũ patrimoniũ ſuum ꝑ relicta particularia in
plures,non facto alio hærede.gl.in d.l.quotiens.C. fami. erci.
tenet quod uerbum relinquo, importet inſtitutionem, et idẽ
tenet Ang.in d.l.his uerbis.§.ſi ex fundo.Sed certe hoc nõ pro
cedit,quia non reperit̃, ꝙ uerbum relinquo, adiectũ certæ rei
importet inſtitutionem,et ita vr̃ tenere Imo.in d.l.his uerbis.
ut s̃.eſt dictum.Quid aũt ſit,qñ pater teſtat̃ inter liberos,dic ut
j̃.in ulti.q.Quarto quærit̃,an ſicut uerbum relinquo, adiectum
uniuerſitati omnium bonorum importat inſtitutionẽ non in-
ſtituto,ut d.§.generaliter, ita et qñ adijceret̃ parti bonorũ, pu-
ta ſi quis coram ſeptem teſtibus diceret, relinquo tertiam uel
dimidiam omnium bonorum Titio.d.Ant,in d.c.Ray.ꝙ ſic, et
qa idẽ vr̃ tenere Sal.in l.ſi.C.fa. erc.in d.l.quoties.ex quo alius
nõ eſt vľr inſtitutus,et ita vr̃ ſentire Bal.in d.l.his verbis,et etiã
tunc

ADDITIO.

a Vinc. God. Nota,quod præteritio dicitur, quando de eo, qui debet inſtitui, non fit mentio in teſtamento.Barto.in l.ſi quis. C. de libe. præte. & alibi; & in conſilio 29. latiſſime per Deci.in conſil, 613. libro 3. & conſilio 673. eodem libro.

tunc erit sensus, ꝙ accrescet sibi vniuersum, vt in d. §.si ex fun-
do. Sed Imo. tenet contrarium in d. l. his verbis. in 4. colum.
quia de mente testantis est, quod solum habeat partem sibi as-
49 signatam, & non aliam, ar. l. maritus. de procu.† & in dubio de
bemus accipere intellectum, per quem saluetur mens testan-
tis, vt l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demõ.
sed talis est intellectus intelligendo, quod non iure institutio-
nis, sed legati, quo casu tantum accipiet a venientibus ab inte-
stato. Sed certe non vr̃ verum, qñ non esset cl̃a codicillaris, ꝙ
debeantur legata ab intestato. præterea dicta ratio est ꝯ casum
in d.§.si ex fundo.& in d.§.si duo.& ideo Imo.in d.c.Rayn.in 5.
colum.assignat aliam rõnem, per no. in l.non amplius.§.j.ff.de
leg.1. quia tunc intelliguntur relicta bona deducto ære alieno,
vnde non trahitur ad institutionem hæredis, ex quo non con-
tinet in se omnia iura hæreditaria actiue & passiue, & sic non
repręsentat defunctum passiue, quod secus esset, si foret hęres,
vt l. hæreditas. ff. de reg. iur. & secus dicit, si testator diuisisset to
tum patrimonium per quotas bonorum, puta Seio tertiam, Ti
tio tertiam, & Petro aliam tertiam, vel Seio dimidiam, & Titio
alteram dimidiam, quia tunc illi intelligunt vl̃r instituti, secun
dum gl. in d. l. quoties. C. fam. erc. & no. in l. quid ergo. de leg. 1.
Quæ ratio cessat, qñ nõ diuisit omnia bona sua per quotas, sed
forte reliquit vni dimidiam suorum bonorum, vel tertiam, &
de alia nihil dixit ſm eum ibi in d.§.si ex fundo. in 33. colũ. Sed
certe tenendum vr̃, ꝙ tũc importet institutionem hæredis vni
uersalis, prout tenet Sali. Bal. & d. Ant. s̃. quia accrescit sibi vni-
uersum, arg. d. §. si ex fundo. & d.§.si duo. non obstantibus no.
in d. l. amplius. §. 1. quia illa procedũt, qñ erat datus alius hæres
in testõ. secus ergo, qñ nullus alius esset vniuersalis hęres, quia
tunc cum accrescat sibi vniuersum, transeunt tunc in eum iu-
ra actiue & passiue, & ita ẽt tenendum, arg. l. si quis. ff. de inoff.
test. & c. fratres. s̃. de re iudi. Quid autem sit si daretur tunc hæ-
res institutus in re certa, dic vt s̃. in 2. q. Quinto quærit̃, an idem
sit, qñ testator diuidit totum patrimoniũ suum per quotas hæ-
reditatis, puta relinquẽdo Titio dimidiam hęreditaris, & Seio
alteram dimidiam. & dic ꝙ sic, quia idem esset, qñ relinqueret
per quotam bonorum, vt s̃. Sed an idem sit, si relinquit vni di-
midiam hæreditatis, & de alia nihil dicit, non dato alio hęrede
vniuersali. Imo. in d. l. his verbis. tenet quod non importet in-
stitutionem, & idem in d.§.si ex fundo. & in d.c.Ray. & idẽ di-
50 cit Bar. sentire in l. Centurio. ff. de vul. & pup. in 3. q. prin. in vlti.
a col. ante 4. q. prin. † Tu aduerte, quia hoc vr̃ euidenter falsum,
primo, quia appellatio hæreditatis [a] continet in se iura actiue
et passiue, vt no. per gl. & Bar. in l. si quis seruum. §. fi. cũ l. seq. ff.
de leg. 2. Ideo debet trahi ad institutionem instituto alio hære-
de. Secundo, quia relinquendo medietatem hæreditatis, vr̃ te-
stator illum facere hæredem in dimidia, & tunc sequitur ꝙ nõ
dato alio hr̃de dẽat accrescere vniuersum, vt d. §. si ex fundo.
Tertio, q̃a si istud est, qñ relinquit̃ dimidia bonorũ, vt tenet d.
Ant. Sali. & Bal. s̃. in proxi. q. fortius qñ relinquitur dimidia hæ
reditatis. Qñ tñ vnus esset institutus hæres in vniuerso, & alte-
ri relinqueretur dimidia hęreditatis, vel tertia, tunc verbum re
linquo, non trahitur ad institutionem, sed censetur relictum fi
deicom. vniuersale respectu illius partis, vt est dictũ s̃. ante pri-
mam q. Sed posset esse dubitatio, testator instituit Titiũ in re
certa, & Seio reliquit medietatem hæreditatis, non dato alio
hærede vniuersali, quia tũc erit hæres vniuersalis, an Titius, vt
sic accrescat sibi vniuersum per d.§.si ex fundo. & secus censea
tur esse in fideicom. vt s̃. An vero Seius dicatur hæres vl̃is, vt
sic verbum relinquo, trahatur tunc ad institutionẽ, ex quo est
adiectum quotæ hęreditatis, & sic accrescat sibi vniuersum, ex
quo censetur institutus in quota, non autem accrescat Titio in
stituto in re certa, ex quo est Seius, qui censet̃ institutus in quo
ta, prout dicitur in l. quotiens. C. de hęr. insti. cogita, & vide in
2. q. in fi. Sexto quæritur, an omnia præcedentia dicta s̃. de ver-
bo relinquo, habeant locum in aliis verbis communibus, vt di
cimus de eis, sicut s̃. dr̃ de verbo relinquo, in casibus in quibus
87 secundum Bal.ibi. † Tertio quæritur, quid si testator dicat,filio meo impuberi,si decesserit sine liberis,substituo talem, an pter illud verbum, impuberi. videatur talis substitutio restricta ad pupillarem ætatem tantum.concludit Bar.in d.l.Centurio.q non, ex quo adijcitur verbũ instituo, quod est dispositiuũ,quo casu videtur appositum gratia demõstrationis. Et idẽ tenet Ioan.An.in d.c.Raynutius. secus autem si dictum verbũ impuberi,adiectum esset uerbo executiuo,puta dicendo filio meo impuberi,si decesserit, succedat talis: nam qualitas iũcta uerbo debet esse secundũ tempus uerbi,ut l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.& ideo intra pupillarem ætatem talis substitutio valebit iure directo, postea uero euanescet in totum, quia tempore quo succeditur,debet esse impubes. Non ob.d. c.Raynu. ubi est adiectum uerbũ succedat, & tamen non restringit substitutionem ad tempus pupillaris ætatis, sed valet etiam postea iure fideicom. quia illud ideo est propter conditionem sine liberis ibi appositam in substitutione, propter quam testator uidetur sensisse etiã de tempore post pupillarẽ ętatem,in qua potest habere liberos: secus si dicta uerba sine liberis,non fuissent adiecta, quia tunc intelligetur substitutio ad tempus pupillaris ętatis,quod est no. pro limitatione & declaratione d.c.Raynu.secundũ Imo.ibi,in 42. col. Quæ autem sit ratio differentiæ,quare uerbũ succedat,vel deueniat,sit executiuũ & nõ dispositiuũ,sicut uerbũ,substituo. Bar.ibi non dicit,tamen forte posset dici secũdũ Bal.in d.l. pcibus. in pe.col. q quando uerbum pupillo,uel impuberi,adijcitur conditioni, facit illam substitutionem esse pupillarem duraturam tm intra pupillarem ætatem, dato q fuerit facta per uerba cõia, nisi apponatur uerbum,sine liberis,quia tunc propter cõmune significatum uerbi, substituo, post pubertatem ualebit iure fideicom.Nec tunc obst.quod est dictum s.in tex. in 8. no.scilicet,q ista uerba,sine liberis,non habeant alterare naturã substitutionis, quia illud procederet in expressa pupillari, uel in compendiosa facta per uerba directa, secus si per uerba communia,ut s.de quo etiam uide dicta s.in arti.quando compen-
88 diosa sit per uerba directa,in 4.q.†Quarto quæritur,an compẽdiosa facta per uerba cõia in casibus,in quibus s.est cõclusum, quòd contineat pupillarem,contineat etiam vulgarem.Bar.in d.l.Centurio.tenet quòd sic, quia illa uerba, si filius meus decesserit, uel quando decesserit, possunt intelligi siue decedat uiuo patre,siue postea, & siue post testamentũ ante mortem, siue postea, & sic continet vulgarem, quæ uerificatur etiã qñ institutus non potest esse hęres, quia decedit uiuo testatore. Nec ob.quòd si ualet ut directa vulgaris, non debet postea ualere iure fideicom.per no.in d.l.uerbis ciuilibus, quia respondetur,quòd illud pcederet, si ualuisset semel iure directo post aditã hæreditatẽ,sed isto casu ualet, ut vulgaris añ aditam hæreditatem,& post aditam hæreditatem iure fideicom. & sic in diuersis casibus, ideo toleratur a iure, & istud etiam tenuit Iaco.de Are.& Cyn.in d.l.precibus.Non ob. quod habetur in d. l.iam hoc iure, quia procedit in substitutione breuiloqua, secus in compendiosa, de qua hic secundũ Imo. in d. c. Raynutius.in 44.col.& uide per eum in d. l. Centu.in 23. col. in casibus etiam, in quibus compendiosa pupillarem non continet, ut quia est facta puberi uel extraneo,& tunc si est facta per uerba mere obliqua, non continet vulgarem: secus si per uerba cõia,& dicebat Bal.in d.l.precibus. quòd uulgaris comprehensa in dicta compendiosa non potest continere tacitam pupil-
a larem,quia unum[a] tantum non continet aliud,ut ibi per eum.
89 † Et prædictis adde Ang.in d.l.Centu.dicens,q si testator dixerit,si filius meus decesserit in pupillari ætate,uel postea qñcũque sine filijs, q tũc sub pupillari expressa propter distinctionem temporum continebitur uulgaris tacita, & tunc si testatore uiuo filius decedat in pupillari ętate,substitutus nihil habebit,per l.si tempore captus.ff.de uulg.& pupil.& ff.de captiuis.in l.q si filius.sed si decessisset post pupillarem ętatem, dicit Ang.ibi,q substitutus admittetur, quia una uulgaris continetur sub pupillari,& pupillari ætate duran.& alia uulgaris cõtinetur sub illis uerbis,quandocunque, & idem tenet Angel. ibi,si dicta substitutio nõ fuisset geminata, puta si diceret, qñcunque filius meus decesserit,quia tunc infra pubertatem cõtinetur una pupillaris,& etiam una uulgaris, non tamẽ tacita com-

ADDITIO.

a Vinc.God.Adde, quòd unum ubi est causa finalis alterius, illo sublato & aliud sublatum censetur.Ruy.consi.12.nu.1.lib.1.

comprehensa in pupillari, sed vt comprehensa in compendiosa. de hoc tamen articulo vide plene per Doct. in l.j. ff. de vulg. & pupil. in illo dubio, an testm̄ possit incipere a tacita vulgari.
90 & ibi plene de his. † Quinto quæritur, quid de substitutione cōpendiosa facta per uerba cōia, tamen in re certa, puta qn̄cunq; filius meꝰ decesserit sine liberis, substituo sibi Titiū in tali fundo, vel talis fundus perueniat ad talem. cōcludit Bar. in d.l. Cēturio. ꝙ non trahatur ad directam institutionē, vt no. in l. cogi. §. gn̄aliter. ff. ad Trebel. sed est necesse ꝙ fiat per verba directa ciuilia, vt dicitur in l.j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. & d.l. cohæredi. §. fi. Si ergo testator instituit filium in certa quantitate, & si decesserit sine liberis, vel postea qn̄cunque, volo ꝙ dicta quantitas deueniat ad talem, ꝙ tunc non continet pupillarem, & sic directam substitutionem, s̄m Bart. ibi, Bal. tamen in d.l. precibus. in fi. intelligit, ꝙ tunc trahatur ad vniuersum, etiā si sit facta per verba directa ciuilia, quando habet conditionē directam, vt si decesserit in pupillari ætate: secus si diceret, qn̄cunq; decesserit, quia tunc nunq̄ particularis substitutio traheretur ad vniuersum, de quo tñ ibi per eum.
91 † Et intellige prædicta, qn̄ substitutio fit expresse in certa re vel quantitate, puta substituto Titium in fundo, vel in centum. Et idem qn̄ filia esset instituta in re certa, vel in quantitate, & dicit testator, quæ res vel quantitas deueniat in talem, si filia moriatur sine liberis: secus tñ esset si substitutio fieret simpliciter filiæ institutæ in re certa, quia tunc etiam per verba cōia traheretur ad directam substitutionē, vt est casus sing. hic in tex. vbi filia fuit instituta in re certa, & simpliciter fuit facta substitutio, ꝙ si decederet sine liberis moriente filio, & quia non fuit dictum ꝙ moreretur in re illa substitutio iudicatur directa, & sic trahitur ad omnia bona ēt filiæ, quod tene menti, & ita sequitur Imo. in d.
92 c. Raynutius. in 44. col. † Sexto quæritur, quid si compendiosa per verba cōia fiat in certa portione, & conclude, ꝙ aut fit in quota bonorū, & talis non trahitur ad institutionē, quia censetur in re certa, per l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j. & l. si quis seruū. §. fi. ff. de leg. 2. Sed si fiat in quota hæreditatis, cōcludit Bar. in d.l. Centurio. ꝙ idem quando vnus solus fuit taliter substitutus. Si autem fuissent duo substituti per verbum cōe, vnus in dimidia hæreditatis, alter in alia dimidia, & sic tota hæreditas est distributa inter eos, tunc trahetur ad institutionem, quia tali modo videt̄ facta diuisio hæreditatis, per l. filio. cum l. seq. ff. de leg. j. & facit glo. notabilis in l. quoties. & in l. filij. C. famil. ercisc. secus quando vnus tantū substitutus in dimidia, vel tertia, & sic non est distributa tota hæreditas, & verbum commune non est adiectum totalitati bonorū, quia nō trahitur ad institutionem, per ea quæ habentur in l. his verbis. ff. de hæredi. insti. & per glo. in Auth. de hæredi. & falcid. §. si vero nulla. & ita dicit Imo. esse tenendum, in d.l. Centurio. & in d. c. Raynutius. dicens, ꝙ ratio prædictorū est, quia quando substitutio fit pupillo per substitutionē, non agitur, vt fiat quis hæres testatori, sed pupillo, ideo si pupillo non reperit̄ alius vr̄ hr̄s datus, si aliq̄s est sibi & substitutus ꝑ uerba directa ī certa re, trahit̄ ad vl̄em substōnē, vt ī d.l. cohr̄di. §. fi. secus verò eēt, qn̄ substitutio esset facta ꝑ verbū cōe, q̄a nō trahit̄ ad vl̄em substōnē,
93 vt s̄. † Septimo quæritur de q. sæpius in facto cōtingente, quid si testator dixit, instituto filiū meum, & si decesserit sine liberis auteius filij sine filijs, substituo Titium vel hospitale, an filij vltimo morientes sine filijs poterint grauari onere fideicom. Bar. in l. sed & si. §. j. de leg. 3. reliquit istam q. indecisam. sed in d.l. Centu. concludit duos casus, & primo ꝙ possunt grauari, qn̄ relinquitur fideicommis. sub duplici conditione alternatiua, puta si filius decesserit sine filijs, vel eorum filij sine filijs, per id quod habetur in d.l. cohæredi. §. cū filiæ. & l. legato sub conditione. ff. de condi. & demon. Et idem Bal. in l. ab eo. C. de fidei. & in d.l. precibus. in vlti. col. in prin. ratio, quia hæreditas est grauata, & grauamen est scriptum in rem, ideo afficit rem ad quemcunque vadat, cum pro tali fideicommisso a prin. omnia bona sint obligata, ar. auth. si quis rogatus. C. ad Treb. & iō dixit, ꝙ primus hæres videtur rogatus de restituendo post omnes, & ex eius persona esset considerāda Treb. & fal. & alienata interim secundū eum. Secundo casu, quādo relinquitur nominatim a filijs filiorum, & sic apparet, ꝙ voluit grauare liberos vltimo morientes, & concludit Bar. idem esse, quia ex quo istos filios filiorum grauauit, videtur eis reliquisse, & sic onerasse eos, per l. denique. §. interdum. ff. de peculio leg. Bal. tamē videtur tenere contrariū in l. ab eo. & idem tenet Imo. in d.c. Raynutius. in 46. col. & in d.l. Cēturio. in 25. col. vbi plene per eum. Sed tenendo hanc opi. ꝙ liberi vltimo morientes nō potuerint grauari, si non appareat, quem testator voluerit grauare, an filium sub duplici conditione, an verò liberos vltimo morientes sine liberis. dicit Bar. ibi, ꝙ in dubio præsumitur ipse filius grauatus, vt res potius valeat q̄ pereat, argu. l. quoties. ff. de rebus dub. & ita sequitur Imo. in d.c. Raynutius. Sed tenendo, ꝙ liberi potuerint grauari, quis in dubio præsumatur grauatus? Bar. ibi remittit ad no. in l. qui duos. ff. de vulg. & pu. sed dicit Imo. in d.c. Raynu. & in d.l. Centu. ꝙ ex quo liberi nō reperiuntur expresse onerati, in dubio videtur grauatus ipse primus filius, per no. in l. si seruus. §. qui margaritam. ff. de leg. j. & per Bar. in l. codicillis. in prin. ff. de vsufru. & vide per Bal. in d.l. ex tribus. & Ang. in l. ita tñ. §. qui suspectam. ff. ad Treb. & ibi per Imo. & per Bal. in l. cum virum. C. de fideicommiss.
94 † Octauo quæritur, quid si in persona vnius apponantur diuersa verba, puta quia testator dixit, si filius meus decesserit sine liberis, instituo & substituo Titium, vel bona mea ad Titiū perueniant, & in his eum hæredem facio. Bar. in d.l. Centu. refert duas opin. & primo vt iudicet̄ tota substitutio directa. Secūdo concludit, ꝙ sit in electione substituti, an velit succedere ꝑ directam, an verò per fideicom. substitutionem, vt ibi plene per eum. & idem tenet Imo. in d.c. Ray. in 46. col. & idem in d.l. Cēturio. in 25. col. & ita etiam sequitur Ang. in d.l. precibus. Nono quæritur, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine filijs, volo ꝙ bona mea deueniant ad Titium iure substitutionis fideicom. Bart. in d.l. Centu. concludit idem quod s̄. vt sit
95 electio substituti, & idem tenet ibi Imo. & in d.l. Centu. † Decimo quæritur, quid si testator dixit, si filius meus decesserit, substituo Titiū vulgariter pupillariter & ꝑ fideicom. Bal. in d. l. Centu. cōcludit idem quod s̄. ar. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebel. & hac forma substituendi cōiter hodie vtuntur tabelliones. Imo. tñ ibi in 25. col. tenet, ꝙ isto casu testator potius videatur voluisse facere plures substitutiones in diuersis casibus, s. vulgarem in suo casu hæreditatis non agnitę, & pupillarem in suo casu. s. si in pupillari ætate decederet, & fideicom. in casu quo post pubertatem decedat, ar. l. quod constitutum. ff. de test. mil. & facit quod no. Bart. in l.j. §. toties. ff. de dam. infec. & ita dicit fuisse de mente Cy. in d.l. precibus. in materia compendiosæ. & idem tenet Imo. in d.c. Raynu. in 47. col. Sed certe tenendum videtur quod dicitur per Bar. prout etiam tenuit Bal. in l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu. & in l. non iustam. ff. ad Treb. vbi etiam dicit, ꝙ per huiusmodi substōnem non tollitur existentia suitatis. Pro quo tex. in d.l. recusare. §. Titius. de quo ibi per Imo. & alios Doc. & in d.l. non iustam. & pro opi. Bart. facit l. si quis seruo. C. de ma. testamento. Vndecimo quæritur, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine liberis, tunc substituo sibi Titium infrascriptū meum hæredem. Cui adde quæ dicta sunt s̄. in vltima coniectura de dictione, ei, & per Bal. in d.l. eam quam. & in antepe. coniectura. quando testator dixit, substituo hæredem &c. & vide per Imo. in d.c. Ray
96 nu. in 47. col. † Duodecimo quæritur de terribili & difficili q. secundū Bar. in d.l. Centu. qn̄. s. in persona diuersorū substitutorū compendiosè apponuntur prædicta verba diuersa, an directo vel per fideicom. succedant. & quia Bar. satis obscure loquitur, ideo conclude tres casus ex dictis per Imo. in d.l. Centu. in 26. col. & in d.c. Raynu. in 48. col. Et aliquādo in persona vnius substitutorū ponitur verbum obliquū, & in persona alterius ponitur verbum directum ciuile, & tunc substitutus per verbū directum ciuile capit totū., siue fuerit substitutus in re certa, siue in sua portione simpliciter, vt d.l. cohæredi. §. fi. & hoc procedit, siue substitutus per verbum obliquū sit substitutus ad certam rem, siue ad certam portionem, siue ad totam hæreditatem, quia illam non potest capere, nisi per manus substituti per verba directa, cum verba obliqua non possint directari, vt in d.l. verbis ciuilibus. Scd̄o casu, qn̄ in ꝑsona vnius apponitur verbū obliquū, & in ꝑsona alterius verbū directū, nō ciuile, & dic ꝙ vocatus per verbū obliquū est substitutus in re certa, & vocatus per verbū cōe est substitutus simpl̄r, vel in residuo, q̄a tunc dictū verbū cōe vr̄ adiectū totalitati bonorū, arg. l.2. C. de hære. insti. ipse substitutus per verbū cōe erit hæres directo in totū: secus si vocatus per verbū obliquū sit vocatus in certa portione, & vocatus ꝑ verbū cōe sit vocatus in alia portione, q̄a tunc ambo veniunt ad partē eis ꝯtingentē iure fideicōmissi, & nō directo. Tertio casu aliqn̄ in ꝑsona vnius apponitur uerbū directū [a] ciuile, & in persona alterius uerbū directum

ADDITIO.

a Vinc. God. Nota, quòd uerbum directum instituit, non obliquatur, & fideicōmissum non comprehendit, sed tantum vulgarem, etiā si testator ordinem charitatis tantum respexisset. Ruy. consi. 96. nu. 4. lib. 2.

ctum non ciuile,vel verbum cõe,& dic ꝙ ſi vocatus per verbũ
directũ ciuile ſit ſubſtitutus in re certa, & vocatus per cõe ſit
ſubſtitutus ſimpliciter vel in reſiduo, tunc quia verbũ cõe vr̃
adiectũ totalitati bonorũ,ſubſtitutus ipſe ꝑ verbũ cõe erit hæ-
res vniuerſalis directo,& alius in re certa. Sed ſi vocatus ꝑ ver
bũ directũ ſit ſubſtitutus in dimidia bonorũ vel hæreditatis,
& vocatus per verbũ cõe fuerit ſubſtitutus in alia dimidia, vel
ſimpl'r vel in reſiduo, tunc videbitur hæreditas diſtributa per
quotas,& quilibet vocabitur iure directo, vt no.in l. filio. §.fi.
ff. de leg. j. Si verò vocatus per verba directa ſit ſubſtitutus in
vna re,vel quantitate, & vocatus per verbũ cõe ſit ſubſtitutus
in alia re,vel quantitate, tunc ſubſtitutus per verba directa ca-
piet totũ iure directo,ex quo alius nõ reperitur vniuerſalis hę-
res datus pupillo,& idem vr̃ dicendũ, ſi vocatus per verba di-
recta ſit ſubſtitutus in tertia bonorũ, vel hr̃ditatis, & vocatus
per verbũ cõe ſit vocatus in alia tertia.Nã ex quo eſt tota hęre
ditas diſtributa, reperit verbũ cõe fore adiectũ certę portioni,
& ideo ſubſtitutus per verba directa totũ capiet iure directo,
& vocatus per uerbũ cõe vr̃ ſubſtitutus per fideicõ. ad portio-
nẽ ſibi aſſignatã. Et p̃dicta oĩa ſunt de mente Bar. in d.l. Cẽtu.
dicentis, ꝙ ſupradicta in verbis cõibus habent locũ in verbis
directis non ciuilibus, quia quantum ad prædicta non viden-
tur differre verba cõia à verbis directis non ciuilibus, & ita ẽt
ſequitur Imo.in d.c.Raynu. Et vide ad prædicta per Bal. in d. l.
97 ex tribus.ante fi. † Decimotertio quæritur de compendioſa &
reciproca mixta, ut qñcunq; filij mei deceſſerint,eos adinuicẽ
ſubſtituo,dic continere tunc fideicom. ẽt ſi ſolam reciprocam
non contineret,ut l.2.C.de impu.& alijs ſubſti.& no. in l.in te
ſtamento.C.de teſt.mili. quia uerbũ ſubſtituo, ſine conditio-
ne importat tantum vulgarem non compendioſam,puta ſub-
ſtituo Sempronium Titio, ut ff.de libe. & poſthu. l. Gallus.§.
quidam recte.vnde non continet fideicom.Inde eſt,quòd ſi eſt
mixta cum compendioſa,quandocunq; deceſſerint, eos inui-
98 cem ſubſtituo, per illud uerbũ denotans plura tp̃a denotatur
fideicommiſſ.in ui compendioſæ, non in ui reciprocæ.†Deci-
moquarto & ulti.pro concluſione iſtius ſubſtitutionis cõpen-
dioſæ notabilis & quotidianę debent põderari & notari octo
regulæ,& primo ꝙ ubi aliquis inſtituitur hæres, ſibi ſubſtituit̃
ſimpl'r,ſine diſtributione tp̃um, & ſine adiectione alterius cõ
ditionis neceſſario habẽtis tractũ temporũ, illa ſubſtitutio nõ
eſt cõpendioſa,ſed continet ſolũ vulgarem,& ideo expirat in-
cõtinenti adita hæreditate,ut in l.poſt aditam. C.de impub.&
alijs ſubſti.Exemplum, ſi inſtituo Titium ſimpl'r, ei ſubſtituo
Seium,ut in d.l.precib.& in l.j.& in l.iam hoc iure.ff. de vulg.
& pup.In illa tñ vulgari continetur pupillaris, ſi fiebat impu-
beri & in poteſtate, ut in d.l.iam hoc iure. Secunda regula,ꝙ
ſubſtitutio cõpendioſa facta per uerba obliqua omni tp̃e eſt
obliqua,quantũcunq; fiat impuberi,ut d.l.cohæredi. §. cum fi-
liæ.& nunq̃ conuertitur in directam,de quo per glo. & Doct.
in d.l.uerbis ciuili. Quod tñ fallit primo caſu ſingulari in l.ne-
que enim.§.fi.cũ l.ſeq.ff.de teſta.mili. Secundo fallit, qñ teſta-
tor ipſam obliquã,quam forſan fecerat in codicillis,conuertit
in directam in teſtamento poſtea facto.Tertio fallit,qñ pupil-
lus extraneus adoptatur in filium,cui per illũ facta erat pupil-
laris ſubſtitutio:nam ante adoptionem ualebat, ut fideicõ.ut
per glo. in d. l. uerbis. ſed facta adoptione ualet,ut directa pu-
pillaris,ut in l.2.in uer.ſed ſi extraneum.s̃.eo.quod qualiter ꝓ-
cedat,vide ibi per Imol.& alios Doct.Tertia regula,ꝙ ſubſtitu
tio directa bene põt interdũ conuerti in obliquam, vt probat̃
hic in tex.in fi.& in l.Sceuola. ff. ad Treb. & quia dictio inter-
99 dũ,denotat caſualitatem,vt no.in l.interdum.ff.de condi.inde.
† Infertur ex hoc quarta regula,vt regulariter ſubſtitutio dire-
cta non conuertatur in obliquam, vt no.colligitur ex tex.hic,
propter illam dictionem interdum,hic poſitam. Qñ aũt poſſit
conuerti in obliquam,conclude ſic, ꝙ ſi a princ. potuit valere
iure directo,& eſt vnica ſubſtitutio, vt quia ſit facta ſub vnica
conceptione verborũ,& per verba directa ciuilia, tunc nunq̃
obliquatur,vt in d.l.verbis ciui.& in l.in pupillari.eo.tit. Fallit
tñ in milite,matre exiſtente in medio,vt in d.l. precib. ſm̃ vnũ
intellectũ.Si verò a prin.non potuit valere iure directo, tũc be
ne obliquatur, ſiue non potuerit valere rõne defectus ſolenni
tatis,vt quia ſit facta in codicillis,vt d.l.Sceuola. & per glo.no.
in d.l. verbis ciui. Siue non potuerit valere propter conditio-
nem perſonæ cui fit,vt quia fiat extraneo, vel non in poteſta-
te,vel quia erat pubes, ſiue propter conditionem teſtantis, vt
quia erat pater naturalis, qui non poteſt ſubſtituere directo,
quantũcunque filius eſſet impubes, & his omnibus caſibus
ſubſtitutio facta etiam per verba directa ciuilia valet vt fidei-
com.ſm̃ glo.in d.l.verbis.Fallit in vno caſu, ſi ſubſtituitur pu-
beri ſub conditione,ſi decederet in pupil.ætate, quia tunc di-
cta ſubſtitutio tanquam facta ſub cõditione impoſſibili eſt ip-
ſo iure nulla,ſi teſtator reputabat poſſibile, ſm̃ Ang.in d.l.Cẽ
turio.forte quia credebat eum impuberem, licèt eſſet pubes.
facit tex.in l.ſeruo manumiſſo.ff.de condi.inde. ſecus ſi ſciuiſ-
ſet illum puberem,quia tunc ualeret ſubſtitutio iure fideicõ-
miſ.& reijceretur conditio impoſſibilis,ut in l.obtinuit.ff. de
condi.& demonſtra.ſecundũ Imo.in d.l.Centurio.in 53.col.de
quo plenius vide per eum,& Doc.in d.l.uerbis. & in d l.in pu
pillari. eo. ti. Quando aũt ſubſtitutio compendioſa facta eſſet
ſub ſimplici conceptione ſeu diſtinctione temporis, ſi eſt fa-
cta per uerba cõia,uel directa nõ ciuilia,an poſſit poſtea obli-
quari,licèt a principio ualuerit iure directo.dic ut eſt dictum s̃.
in compendioſa facta per uerba directa.Et quid quando eſt fa
cta per cõia,& ibi plene de his,& etiam quando apponat̃ clau
100 ſula codicillaris. & dic ut s̃.†Quinta regula eſt,quòd una ſubſti
tutio directa interdum conuertitur in aliam directam,puta pu
pillaris in militarem, ut patet in d. l. Centu. Sexta regula eſt,
quòd ſubſtitutio directa dubia conuertitur ſeu interpretatur
in dubio in aliam directam. Exemplum, ſi dico, Sempronius
Titij hæres eſto, & Titius ſit filius meus impubes hæres inſti-
tutus:nam eſt dubium an ualuerit ſubſtitutio pupillariter,ꝓut
uerba ſonant,an uerò uulgariter: ideo ſi dicta ſubſtitutio non
poſſet eſſe directa pupillaris,ut quia deficiat aliquid de requiſi
tis ad ſubſtitutionẽ pupillarem, tunc conuertitur in directam
uulgarẽ,ut in caſu l.fi.C.de hære.inſti.& per glo.in d.l.his uer
bis. Septima regula eſt, ꝙ poſt aditam hæreditatẽ non põt q̃s
alteri ſubſtituere directo.fallit in milite, ut in l. in teſtamento.
C.de teſta.mili. & ratio huius regulæ eſt ſm̃ Ang. in d.l. Cen-
turio.quia poſtq̃ fuit quis ſemel hæres, nõ poteſt poſtea facto
teſtatoris deſinere eſſe hæres,ut in l.ei qui ſoluendo. ff.de hæ-
101 re.inſti.fallit in milite,ut l.miles ita.ff.de teſt.mili. † Octaua re-
gula eſt,ꝙ nemo alteri poteſt facere teſtm̃,ne ſibi impediat te-
ſtamenti factionẽ contra rõnem l. ſtipulatio hoc modo conce
pta.ff.de uerb.obliga.& hoc fallit in duobus caſibus.Et primo
ſi ſubſtituatur impuberi in poteſtate ↄcurrentib. alijs requiſi-
tis ad ſubſtitutionem pupillarem, de quibus per Doc. in d.l.2.
Nam pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentũ filij ſibi factum
per patrẽ,ut eſt tex.hic,& in d.l.partis & filij.Secundo, ſi ſub-
ſtituitur deſcendẽtibus noſtris furioſis uel mente captis, ut in
d.l.humanitatis.aliàs aũt procedit regula ſupradicta, ut nemi-
ni ſubſtitui directo poſſit,ut Inſti.e.§.extraneo.& procedit di-
cta regula,ſiue teſtator ſit paganus,ſiue miles,ut eſt caſus in d.
l.Centurio. ſm̃ Ang. ibi aſſignantem rõnem, quia priuilegia
militũ non ſunt trahenda ad alterius iniuriã, ut in l.impuberi.
ff.de admi.tut.& l.cum filijs.ff.de teſta.mili.ſed Imo.in d.l. Cẽ
turio.in fi.& in d.c.Ray.in fi. tenet ↄ̃rium in hoc dicẽs, ꝙ in d.
l.Centurio. ſm̃ uerum intellectũ quẽ ſequitur ibi Bart. & Bal.
eſt caſus ſpecialis in milite, qui poteſt directo ſubſtituere poſt
aditam hæreditatem,ẽt extraneo uel puberi. Non ob.rõ Ang.
quia non poterit miles facere hæredem directo ei, cui ſubſti-
tuit, niſi in bonis prouentis ab ipſo milite:vñ in alijs remane-
bit libera facultas teſtandi illi, cui eſt facta ſubſtitutio per mili
tem,de quo in d.l.Centurio.per quam l.Bar.in l.j. C. de ſacro.
102 eccle.in rub.circa fi.in 5. q. determinat, † ꝙ ad pias cauſas poſ-
ſit pater filio poſt pubertatem ſubſtituere cõpendioſa directa,
quia ſi hoc poteſt fieri ex priuilegio militari,ut ibi, & in d.l.in
teſtõ.Fortius ex priuilegio pię cauſæ, ar.d. l.j.& l. ſancimus.in
fi.eo.ti.ſed Bal.in d.l.j.in rub.in arti.de filioſa.in 8.q. fortiter re
prehendit Bar.quia ſi poſſet directo ſubſtitui puberi adita hæ-
reditate,oflenderentur prædictæ regulæ iuris.Primo, quia pro
certo tp̃e haberet unũ hæredẽ,& pro certo aliũ. Secundo, q̃a
qui ſemel eſt hæres,deſineret ipſo iure eſſe hæres. Tertio,quia
bona ſemel unita ſepararẽtur. Quarto,q̃a hoc eſſet ↄ̃ caſum in
terminis huius dec. ubi ſubſtitutio fuit facta ad pias cauſas, ſi
enim ipſi puberi poſſet ſubſtitui directo ad pias cauſas, ergo
non deduceretur Trebel. & fruſtra diſputaretur in hac decreta
li,an iſta ſubſtitutio facta de pauperibus, & ſic ad pias cauſas
fuiſſet pupillaris uel fideicom. ſaltem quo ad bona teſtatoris.
item qũo appellaretur hic ſubſtitutio directa, nã non pupilla-
ris,quia facta puber.uulgaris non,q̃a hære.adita. militaris nõ,
q̃a non miles.ſi uocas eam cõpendioſam, ſcias ꝙ cõpendioſa
directa debet reduci ad uulgarẽ uel pupillarẽ, ſed iſta ad neu-
trũ reduci poteſt, & ſi dicis eã cõpendioſam fideicom. habeo
propoſitũ,ꝙ non eſt directa,ſm̃ Bal.ibi concludentẽ, ꝙ in hoc
dicta opi.Bar.nihil valeat, prout ſatis clarè ꝓbatur ex hoc tex.
quem ad hoc ſing.tene menti.facit quod dr̃ j.in glo. de detrac.
Treb.

103 Trebellianicæ. † Circa septimũ & vltimũ principale, qualiter
finiatur dicta substitutio cõpendiosa, dicit Bar. in d.l. Cẽturio.
in fi. ꝙ cum ista substitutio contineat vulgarem, tũc finitur si-
cut finitur ipsa vulgaris, & idem quandò cõtinet pupillarem,
& idẽ quando continet exemplariã, finitur, quia sicut expirat
substitutio, quam ipsa continet respectu fideicommis. ita expi
rat fideicom. puta quando substitutus decederet, quando ante
euentum conditionis substitutionis, vt in l. si in persona. C. de
fideicom. & plene per Bal. in l. cum filio. ff. de leg. j. vel quando
hæres institutus decessisset ante aditam hæreditatẽ, sm no. in
l. eam quam. C. de fideicom. In gl. in ver. trebellianicæ. ibi, ca-
nonicam portionem, quod procedit, siue relinquatur pauperi
bus certis vel incertis, vt per Bal. in auth. similiter. C. ad l. fal. &
in l. id quód pauperibus. C. de epi. & cle. & vide per do. Pet. in
trac. cano. epis. in 5. c. in ver. sexto principaliter. cuius dictum
procederet de iure C. sed hodie qñ relinquitur pauperib. non
videt̃ relictum pauperibus certi hospitalis, licèt relinquatur in
genere, vt est dictũ s. in ver. pauperes. cuius dictũ non procede
ret, de quo per Bal. in d.l. id quod. & per do. Ant. in c. 2. de sep.
Quando verò relinquitur pauperibus certi loci, per Ioan. An.
104 & Doc. in c. dudum. de conuer. coniuga. † In ea. glo. in fi. no. gl.
sing. tenentem, ꝙ de fideicõmis. vniuersali ẽt ad pias causas de
a trahitur Trebel. [a] Postea tñ respondendo vltimæ rationi istius
glo. ꝙ hæres satis lucratur ex eo, quia piè agit adeundo, vt pau
peribus restituat, vt in Auth. de hære. & fal. in §. si vero expres-
sim. Item posset dici, ꝙ tota hæreditas singulariter sit legata
ad pias causas, & sic periret tota falcidia, vt no. in auth. simili-
ter. C. ad l. fal. & per Spec. in ti. de testa. §. j. ver. quid si legatum.
& ibi per Ioan. An. in addi. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ hæ
res ipse non adeat, & sic nullum onus habebit, sm Ioan. An.
vel quia hæc ratio contingit, lex non habuit respectũ ad hoc,
vt in l. nam ad ea. ff. de legib. Et secundũ Ioan. An. pro hac glo.
facit, quia iste est casus omissus a iure Authenticorũ, ergo sta-
mus iuri antiquo, vt in l. sancimus. C. de testa. Nec ob. ꝙ nomi
ne falci. continetur Treb. quia illud procedit de impropria si-
gnificatione, & in legitima impropriissime, vt per gl. in auth.
105 vnde & si parens. C. de inoffi. testa. † Item pro hac glo. facit, ꝙ
licèt testator possit prohibere fal. non tamẽ Trebel. vt in auth.
sed cum testator. & in l. si vt allegas. C. ad l. fal. & ibi no. Et hãc
partem sequitur hic Arch. in addi. vt sic euitetur iurium corre-
ctio, s. de elec. cum expediat. eod. lib. quia dicta auth. similiter.
non corrigit nisi in falci. ius antiquum, de quo iure poterat de
trahi falci. de relictis ad pias causas, vt in l. j. §. ad municipum.
ff. ad l. falcid. Iura ergo de singularibus statuta ad vniuersalia
trahi non debent, nec econtra, ff. de reb. dub. l. lege. in tantum
hæres cogitur adire, vt restituat, sed propter legata singularia
non compellitur. Cum ergo in illo grauetur, releuetur in isto,
vt quartam detrahat, secundũ Ioan. And. vt hic plene per eum
tenentem se cum hac glo. Et idem etiam tenuit Old. in suo cõ
si. 248. Et pro hac opi. consuluerunt Ioan. Cal. & Ioan. de Lig.
prout refert Sal. in d. auth. similiter. Idem etiam tenuit Innoc.
in c. cum tibi. circa fi. s. de testa. secundũ quod refert Bal. in l. &
in epistola. C. de fideicom. Et ita etiam nouissime sequitur Lu
do. de Vrbe in repe. auth. similiter. C. ad l. falci. circa fi. vbi ple-
nius quàm alius examinat hunc artic. & respondet ad omnes
rationes in 9̃rium, & dicit hanc opin. esse veriorem de iure, vt
ibi plenius per eum. Fatetur tñ ꝙ 9̃ria opi. cõiter tenetur a Do
cto. vt j. patebit. Sed 9̃riam opi. tenuit primo Spec. in tit. de in-
stru. edit. §. compendiosè. ver. sed cum deductio. vt refert hic
Io. An. Secundo eam sequitur Cyn. in d. auth. similiter. Tertio
eam tenet Dy. in l. j. §. in filij. ff. ad Treb. Quarto, & idem sequi-
tur Bar. in l. Marcellus. §. quod aũt. ff. ad Treb. Per iura & ratio-
nes in hac glos. alleg. & etiam per text. in d. §. quod aũt. vt ibi
vide plene per eum. Quinto idem tenuit Bald. in d.l. si quis ad
declinandam. in prin. & in l. id quod pauperibus. & in l. fi. C.
de epi. & cleri. & in l. executorem. C. de execu. rei iu. & fundat
se per iura alleg. hic in glos. pro hac parte. & idem tenet in d.
auth. similiter. dicens hoc procedere, etiam si ipse filius sit gra
uatus de restituendo. Vbi etiam plus dicit per tex. in Auth. de
ecclesiasticis ti. ꝙ etiam tunc cessaret falci. inducta per consti-
tutionem alicuius loci. & ad hunc tex. respondet, ꝙ non debet
sumi arg. a 9̃rio sensu, ex quo resultaret absonus intellectus, vt
in l. 2. C. de condi. inser. Idem tenet Bal. in d.l. j. de sacrosan. ec-
cle. in 25. latere, vbi tamen respondet ad l. si quis. vt non faciat
pro hac parte, qa ibi erat improprius hæres, scilicet executor,
quia cum sit hæres propter pauperes, ergo non deducit cõtra
pauperes, l. cum filio. de leg. j. Et idem etiam tenet in d.l. in epi
stola. Sexto eandem opi. sequitur do. Anto. in d. ca. Raynutius.
dicens esse sequendam, cum faueat animæ, refert tñ se vidisse
consilia contraria. Septimo in hac ca. opi. residet Ioan. de Fan.
& Do. hic adducens tex. Insti. de fideicom. §. sed quia. vbi dicit
tex. proinde liceret quartam partem tetinere, sicut ex l. fal. ha-
bere conceditur: ergo vr̃ velle tex. ibi, ꝙ in casibus, in quibus
licet detrahere falcidiam, liceat detrahere Treb. sed in legatis.
ad pias causas non detrahitur falci. ergo nec Trebel. Nec obst.
quod ista equiparatio non procedit generaliter, cum Trebel.
detrahatur contra voluntatem defuncti, & non falci. quia po-
test responderi ꝙ illo casu, quo per ius expressum reperitur, sta
bitur illi, sed vbi non reperitur illa regula vitiata, stet æquipa-
ratio secundum Do. Octauo cum hac op. transit do. Flo. in d. c.
Raynutius. dicens ita cõmuniter seruari. Nono eandem tenet
do. Ang. in d. §. ꝙ autem. Decimo idem tenet do. Nico. in d. ca.
Ray. Vndecimo. Saly. in d. auth. similiter. dicit ꝙ de iure verior
est opin. Ioan. And. & respondet ad tex. dum dicit, omni falci.
cessante, ut exponatur, idest tota, vel omni fal. omni casu, & sic
Trebel. detrahatur, cum ille tex. loquatur tm̃ in falci. & addu-
cit rationem diuersitatis inter falci. vt ibi per eum dicentem,
ꝙ d. §. quod autem. super quo se fundabat Barto. nil facit in illa
æquiparatione inter fal. & Trebel. vt plenissime per eum, con
cludentem tñ tutius esse pro salute animarũ tenendũ Trebel.
de fideicommis. pio non detrahi, sicut nec fal. vt ibi per eum.
106 † Duodecimo Imo. in d. §. quod autem. dicit de iure veriorem
esse opi. Ioan. An. & respondet ad omnes rationes Bart. & di-
cit ꝙ tex. in d. §. quod autem. non probat opi. Bart. dicit tamen
ꝙ forte seruaretur in practica opin. Barto. quia videtur esse cõ-
munis, & ꝙ in dubio vr̃ tenenda opi. quæ facit pro religione,
vt in l. sunt personæ. ff. de religiosis. & refert ꝙ pro hac parte
consuluit do. Fran. de Ramponibus, ut ibi per eum. Et vide et
per Ang. in Auth. de heredi. & fal. in §. si uerò expressim. ubi co
natur prædictas opi. reducere ad concordiam, ut ibi per eum.
Et prædictis adde sing. tenentem in l. cum tale. §. Meuiæ. de cõ
di. & demon. ꝙ nedum prohibetur detrahi Trebel. uel falci. cũ
immediate debet fieri restitutio ad pias causas, sed etiam quã-
do mediate, puta si hæres primo loco est rogat[9] restituere ex-
traneo, & extraneus postea ad pias causas. Nam tunc etiam ab
extraneo non poterit hæres Trebel. detrahere, ut sic in conse-
quentiam non detrahatur ad pias causas, ar. l. cum dotem ma-
ritus. ff. ad l. fal. ubi uidetur tex. no. de hoc. Videretur tñ, quòd si
sub conditione, uel in diem deberet fieri restitutio, ꝙ tunc rõ-
ne interusij medij tẽporis satis posset habere locum falci. uel
Trebel. arg. in l. fal. non habetur proprio. ff. ad l. falc. Et vide no
tabiliter de hoc dicta per Bal. in l. eam quam. C. de fideicom.
in lec. 2. & per Ang. in l. si seruus. ff. de condi. & demon. & Lu-
do. sequitur hoc dictum in d. auth. similiter. ubi uide de hoc.
107 † Sed tunc quæritur sing. aunquid ecclesia seu pia causa detra-
hat falc. uel Trebel. alteri piæ causæ, uel ecclesiæ, posito ꝙ uera
esset opi. ꝙ ad pias causas detrahi non possit fal. uel Treb. An-
ge. in Auth. de san. epi. in §. sed hoc præsenti. in uer. si autem, te
net ꝙ sic, quia ratio, quare non detrahitur falci. uel Trebel. est
in fauorem & priuilegium pietatis, ut patet in Auth. de eccle-
siasticis titu. §. si quis autem hæres. sed dicit ipse, una pietas cõ-
tra sibi similem pietatem nõ potest uti priuilegio, ut in d. uer.
si autem, ut sic non cooperiatur unum altare, & alterum disco
operiatur, ut in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & in l. assiduis. §.
§. exceptis. C. qui potiores. Idem etiam & secundo tenuit Imo.
licèt per pauca uerba, in l. j. §. ad municipum. ff. ad l. falcid. Ter-
tio hanc partem tenuit Rapha. Cuma. in d. §. ad municipum.
ubi etiam refert idem tenuisse Cyn. & Albe. de Ro. & facit ra-
tio, quia de iure antiquo detrahebatur falcid. de legatis pijs, ut
d. §. ad municipum. ius antiquorum postea superueniens corri
gens ius antiquum, ut sic non intelligatur id in legatis pijs, ut
in d. authen. similiter. certè si hæres, a quo dicta legata pia de-
bentur, eodem modo est causa pia, non habebit locum ius au-
thenticorum, cum res de facili redeat ad suam naturam, ut l. si
unus. §. pactus. ff. de pac. & 35. dist. ab exordio. & maxime, quia
priuilegium datum piæ causæ fuit cõcessum per respectum al
terius causæ non piæ, ergo non est causa prophana, uidetur ꝙ
cesset priuilegium piæ causæ, cum non sit tunc ꝓpter quid de-
nominetur causa pia. Facit etiã pro hac parte l. Titio ususfru.
in fi. ff. de condi. & demon. per quam dixit Bar. ibi, ꝙ si alicui in
legato apponatur conditio, ꝙ non nubat de cõsensu Titij, ꝙ si
secus faciat, legatum uadat ad pium locum, ꝙ isto casu non re-
mittit

A D D I T I O

a Vinc. God. Trebellianica an detrahatur de eo quod superest deductis legatis,
an uero debeat dotes de toto patrimonio. Ruy. consi. 84. nu. 7. lib. 3.

mittitur conditio, ex quo causa in quam trãsfertur est priuilegia
ta. Item pro eadem parte potest adduci glos. in auth. qui rem.
C.de sacrosan.eccle.volens ꝙ si vna ecclesia habet emphyteu
sim ab alia, & non soluit censum, ꝙ res incidat in cõmissum,
& non vtatur tunc aliquo priuilegio. Sed contrariam partem
tenet Lud.in d.auth.similiter. quia licèt verũ sit, ꝙ priuilegia-
tus non vtatur priuilegio ꝯ priuilegiatũ, vbi adest hinc inde pa
ritas, vt in l.sed & milites.§.j.& 2.ff.de excusa.tu.& no. in l.sciẽ
dũ.in fi.cum l.seq.& in d.§.exceptis.& per Cy. & Bar. in auth.
quas act.C.de sacrosan.eccle.tñ illud procedit, qñ vterque est
priuilegiatus in specie, quod non est isto casu, quo casu solum
reperitur priuilegiata pia cã, vt contra eam non habeat locum
lex falcidia, vt ibi plene per eum. Pro eadẽ ẽt parte reperitur,
quod consuluit Bar.& incipit ꝯsiliũ, Occurrit mihi, & moue-
tur primo, quia in hoc priuilegiũ datur ecclesiæ passiuè nõ acti
uè. facit quod no.Cy.in auth.quas actiones. in 4.qõ. Secundo,
quia volens vti falc.tracta.de diminuẽdo de alteri collatio, qđ
108 fieri non debet, ideo est ꝙ hæres soluens non repetit, vt no. in
l.cum quis.C.de iu.& fa.igno.† Tertio facit d.l.si quis ad decl.
§.fi.vbi ꝓbatur ꝙ pius locus piè debet soluere, quę relicta sunt,
& non detrahere pietati respectu pietatis, vt d.§.exceptis. Item
cæteris paribus, ex quo est hincinde pietas, superest vt implen
da sit ipsa voluntas testatoris. Pro quo summe facit ipsa pietas,
vt l.j.C.de sacrosan.eccle. Et sic potest dici pietas addita pieta
ti.& facit optime tex.in d.§.si verò expressim. ſm Bar.in d.con
si. Pro quo etiam facit ratio, quia falci.detrahitur contra tacitã
voluntatem testatoris, vt in l.ꝙ de bonis.ff.ad l.falc. ergo fauẽ-
dum est, ꝙ non detrahatur, quia hæres quantum potest debet
implere voluntatem defuncti, vt in c.si hæredes.s̃. de testamẽ.
Ad idem etiam ultra facit, quia ex quo testator voluit in specie
deberi relictum ad piam causam, videtur prætulisse genera-
li dispositione per eum facta de institutione hæredis ad pias
causas, vt in regula generi.j̃.eo.lib. Et quia magis uidetur præ-
dilectus legatarius in re legata, quàm hæres, vt in l. publicus
Meuius.ff.de condi.& demonstra. Et vltimo facit, quia ex quo
tex.in dicta auth.similiter.dicit indistincte, ꝙ legata pia nõ de
falcantur: certè debet indistincte intelligi, ut 19.dist.si Romano
rum. Sed aduerte, quia primam opi.tenuit d. Nic.in 15.col.inc.
In præsentia, de proba.in glo.fi.per illam glo. & per tex. in d.
§.sed hic præsenti, quia quando pia causa concurrit cum alia
pia causa, cõcurrit priuilegium cum priuilegio: vnde cõquassa
tis priuilegijs vtuntur iure cõi, ar.d.§. exceptis. & dicit ita esse
tenendum, licèt glo.in c.pontifices.12.qõ. 3. hoc non bene fir-
109 mauerit. † Dependet tñ hæc dubitatio ab illo dubio, quando
a sit, ꝙ priuilegiatus [a] vtatur priuilegio contra priuilegiatum, de
quo ibi d.Nico.plenè tractat. vnde cogita, quia ista pars videre
tur sine dubio tenenda in Trebel. Nam si Io.An.& alij cum eo
tenuerunt, ꝙ Trebel. deducatur de loco pio per prophanum,
quod est magis difficile, licèt de hoc sint opi. vt s̃. tamen inter
locum pium & pium videtur, ꝙ sine dub.illa opi. sit tenenda,
ex quo non est tanta rõ prohibitionis, & idẽ uideretẽ tenendũ
in fal. quia licèt detrahatur contra volun.defuncti, tamen hæ-
res defalcando non peccat, quia tutus est auctoritate iuris ci.
quod factum est propter publicam vti. ſm Inn.in c.quia pleri-
que. de immu. eccle. propter quod dictum tenuit Bal.in auth.
ad hæc.C.de vsu.in 8.col.in prin.ꝙ hæres, qui vtitur falci. con-
tra tacitam vo.defuncti, non possit denunciari denunciatione
euangelica in curia episcopali, & sic sequitur, ꝙ non peccet cã
pia, si vtitur falci. contra causam piam, & maxime quia cessat
tunc ratio finalis priuilegij ipsius causæ piæ, ex quo non con-
currit cum prophana, vt debeat cessare priuilegium, vt in l.ꝙ
diem.ff.de pact. Versatur ergo hincinde causa pia, & sic in pari
causa videtur, ꝙ sit potior conditio hæredis possidentis, vt no.
in regula, in pari.j̃.eo.lib. Aliàs cum hoc priuilegium fuerit cõ
cessum piæ causę, retorquetur, contra quod esse non debet, cũ
priuilegium non debeat redundare contra ipsum priuilegia-
110 tum, vt in l.si Ruffinus.C.de test.mili. † In glo. in ver.verbis.in
prin. Aduerte, quia in substitutionibus, qui veniant appel.libe
rorum vel filiorum, est plenè dictum s̃. in glo. in ver.liberis.&
ibi multum notabiliter de hoc.& ibi etiam qui veniant appel.
hæredum. Quibus adde primo, qui veniant appel.nepotum.
dic ꝙ propriè comprehenduntur filij filiorum per lineam de-
scendentem, vt l.j.§.2.& l.3.in fi.ff.de gradi. Ideo Fede. de Se.in
suo consi.38.quod incip. Viso &c. determinat ꝙ in statutis, vbi
verba debent intelligi proprie, vt in c.in nostra. s̃. de iniu.ap-
pellatione nepotum non cõprehenderetur, nisi nepos ex fi-
lio, & sic per lineam descendentem, licèt tex.in l.si instituta.§.
j.ff.de inoffi.test.dicat, ꝙ etiam comprehendatur filius fratris,
& sic per lineam transuersalem. Pro quo etiam bonus tex. in
c.j.circa prin.s̃.de sentẽ.excom.eo.lib. Et Bal. in l.si auia. C. de
succes.edic.alleg.ad hoc plures alios tex.& per Ioan.And.in c.
fundamenta.s̃.de elec.eo.lib. dicentem ita cõiter teneri, quia
opi.vulgi & cõis vsus loquendi sic interpretatur, qui sequẽdus
est, vt in c.ex literis.el j.s̃.de sponsa. Et hic nota, si testator fece
rit substitutionem, vt aliquo casu bona reuertãtur ad nepotes
suos, qui comprehendi possint. Secundo adde, qui veniunt ap-
pel.successorũ.& dic ꝙ in dubio intelligitur de successore vni
uersali, non de particulari, vt est tex.no. ſm Bal.in l. quædam.
ff.de eden.in prin. Tertio, quid si testator dixerit, si filius meus
decesserit sine sobole, bona mea reuertantur ad illos de sobo
le mea, qui contineantur appel.sobo. Bal.hic remittit ad no.in
l.fi.de bo.dan.vbi dicitur, ꝙ nomẽ sobolis importat idem, qđ
nomen liberi, & sic veniunt descendentes tam per lineam ma
sculinam quàm fęmininã. facit l.j.C.ne rei dominicæ vel tem-
plorum.& l.j.& 3.C.de naturalibus libe.vbi probatur, ꝙ sub ta
li vocabulo veniunt ẽt legitimati per oblationẽ curiæ, & for-
tius per ingressum religionis, vt per Bal.in l.j. circa fi. C.de sa-
b crosan.eccle. Quarto, qui veniant appel.progeniei: vide in l. fi.
C.de emanci.lib.vbi progenies appellatur filius; nepos, & pro
nepos, & similes ſm Bal.hic, vnde dicebat do.Pe. in c.vergen-
tis.s̃.eo.ibi probari, ꝙ progenies sumatur pro linea descenden
tium. Quinto, quid si fiat mẽtio de prosapia, puta si testator di-
xit, ꝙ bona reuertantur ad illos de prosapia mea: vide in l.si qs
ex corpore.& ibi per gl.C.de murileg.lib.xj. & in l. cum satis.
& l.diutius. C.de agri.& cen.li.xj.vbi dicitur, ꝙ ꝓsapia est ge-
neratio, vel familia alicuius, ſm Bal.hic, & sic veniunt illi, qui
cõtinentur appel.generationis, vel familiæ. Sexto, quid si fiat
mentio de generatione. dic vt in l.iurisconsultus.§. posteriore.
ff.de gra.& in c.statutum.el 2.& ibi per glo.j̃.de hæreti. eo.lib.
vbi dicitur, ꝙ sunt descendentes per lineam masculinam secũ
dum Bal. hic, & ibi etiam habetur, qui dicantur esse de prima
& scđa gñatione. Sed Pau.de Ca.in l.j.C.de ꝯdi.inser.refert se
ꝯsuluisse, ꝙ nepos ex filia dicatur esse de generatione recipiẽ-
tis emphyteusim.alleg.Spe.in tit.de loca.§. nunc vero aliqua.
ver.155. secus in honoribus & immunitatibus, vt in l. liberos.
ff.de Senatoribus.& facit c.vbicunque.j̃.de pęnis.& l.j.ff.de iu
111 re immunitatis. † Septimo, qui veniant appellatione postero-
rum. dic ꝙ in successionibus seu substitutionibus comprehen
duntur tam nati ex lineam masculinam, quàm fęmininã, vt in
l.generali.C.de insti.& substi. & in l. cum acutissimi. C. de fi-
deicom. In priuilegijs verò cõprehenduntur nati ex linea ma-
sculina, non fœminina, vt in l.vacatio.ff.de mun.& hon. & in
l.quod hic, verbis.ff.de leg.3.& in l.j.in fi.ff.de iure immu.& in
c.j.de feudo Marchiæ.& hoc in fauorabilibus. In odiosis verò
vide in c.vbicũque.j̃.de pęnis. & per Dy. in regula priuilegiũ.
j̃.eo.lib.& in l.4.ff.de iure immu.& in l.venditor.ff. de religio.
& in q.4.§.item peccato. Octauo, quid si per testatorẽ fiat men
tio de suis consortibus, vide per Bal.in l.si fundum. ff. de con-
trahen.emp.dicentem, ꝙ ſm cõmunem vsum loquendi appel-
lantur omnes illi, qui sanguine cõiuncti sunt, & hi protisij ap-
pellantur etiam si sanguine non sint coniuncti, dummodo ta-
men sint de eadem domo, seu casata. Nono qui dicantur de do
mo, vide per Bar.in l.j.ff.ad sil.dicentem, ꝙ illi, qui veniunt ap-
pel.familiæ. Pro quo glo.no.in l.j.C.si quacunque prædi.po.et
in l.cum vnus.ff.de ali.le.& uide per Bart.in l. tutelas. ff. de ca-
pi.di.& in d.l.pronunciatio. Decimo, qui dicantur de familia,
puta si testator dicat, ꝙ bona reuertantur ad alios, qui sunt de
sua familia, vide in l.pronunciatio.§.familiæ.ff. de verb. sig.&
in l.fi.C.eo.tit.& vtrobique per Bar.& Bal. Vndecimo qui di-
cantur de ceppo domus, & dic ꝙ dicuntur esse illi tantum, qui
per lineam mascu.ascendunt, ſm do. Pet. de Perusi. facit quod
no.in l.j.§.seruus.ff.de ven.inspi.vbi dicitur, ꝙ per agnatos con
seruatur honor domus. & etiam quia ipsæ fœminæ non pos-
sunt leuare faldam domus & casatæ, ut per glo.in c.3. qui feud.
dare pos.& per Ang.in l.pro hærede. in fi. ff. de acqui.hæredi.
Duodecimo, quid si testator dixerit, redeant bona ad illos de
gente mea, vide quod no.in l.j.ff.de probatio.vbi dicitur, quod
veniunt cognati & sic consanguinei ex latere matris, ſm Bal.
hic, sed ſm alium intellectum veniunt etiam agnati, & sic ex
latere

ADDITIONES.

a Vinc.God. Priuilegiatus posit uti priuilegio aduersus priuilegiatum, Alex. in l.si apud.ff.de mino.Ias.in l.Marcellus.nu.37.ff.ad Trebel.quid si priuilegiatus renunciauit priuilegio, an posit eo uti. Alex.consi.197.lib.2.

b Vin c.God. Progenies comprehẽdit omnes descendentes ex linea masculina Cor.consi.307.uidetur per totum.lib.2.

112 latere patris.†Decimotertio, qui contineantur appel. generis, seu dicantur esse de genere.glo.in d.l.j.dicit,ꝙ continentur illi,qui per lineam mascu.descendunt.Pro quo est bonus tex.in l.j.in fi.ff.de iure immu.ſm Bal.hic,quod tñ fallit fauore libertatis,quo casu cōprehenduntur ét descendentes per lineā masculini.vt l.j.& 2.ff.de libe.causa.Item comprehēditur frater, vt in l.cum quid,de interdi.& rele.Item legitimati,vt l.qm. C.de naturalibus lib.ſm Bal.ibi,non autem venirent bastardi,ſm Bal. in l.fi.eo.titu.Decimoquarto,qui dicantur de prole.& dic ꝙ illi,qui veniunt appella.liberorū,vt est tex.no.in l.diutius. C.de agri.& cen.lib.xj.& in l.officiales.C.de epis.& cle.Item comprehenduntur etiam legitimati, vt in l. diui. s̃. de naturalibus li.Decimoquinto, quid si dixerit testator, ꝙ bona deueniāt ad illos de antiquitate sua.dicit hic Bal.ꝙ antiquitas idem est, qđ consanguinitas,vt in l.cum scimus.in fi.C.de agri.& censi.lib.

113 xj.†Decimosexto,qui contineantur appel.suorum,& vsque ad quem gradum,vide per glo. in l.si fœmina. C.ad Turpil.dicentem,ꝙ illi,quorum iniuriam quis prosequi potest, ſm Bal.hic. & facit tex.in l.petitionem.in §.egredientē. C. de aduo.diuer. iudi. glo. Insti.de hære. quali.& diffe.§.j.Decimoseptimo,qui contineantur appel.domesticorum , puta si dixerit testator, ꝙ restituat bona suis domesticis.& ꝙ illi, qui sunt de familia, ſm Bar.in l.j.ff.ad Sil. de quo vide per gl.in §.fi.Insti.de testa.& in l.præsenti.C.de his qui ad ec.confugi.& no.in c.2.j. de ver.sig. Decimooctauo , quid si fiat mētio per testatorem de homine, puta si filius meus decesserit sine homine . dic ꝙ continentur filij masculi,vt l.hominis.de verbo. signi. secundū Bal.hic , & vide ibi,an possint comprehendi feminæ.Decimonono , quid si dixerit,sine natis.dic ꝙ continentur filij & nepotes, vt l. natorum.ff.de verbo.significa.Bald.hic. Vigesimo , quid si dixerit, si decesserit , sine necessarijs , qui contineantur appel.necessariorum,vide in l.fi.ff.de iusti.& iu.& in l.j.in fi. ff.de eo q. pro tutore.& in l.impuberem.in prin.ff.de suspe.tuto. vbi probatur,ꝙ sint cognati,& sic consanguinei ex parte patris,secundum Bald.hic. Et idem si diceret , si filius meus decesserit sine necessitudine,quia hoc verbum idem importat,vt in l.in fidei

114 commis.§.cum Polidius. ff. de vsu.ſm Bal. hic. † Vigesimoprimo, quid si testator dixerit , bona mea deueniāt ad ꝓpinquos meos,qui contineantur appella.propinquorum.concludit hic Bal.ꝙ illi,qui sunt vltra liberos,licèt & ipsi liberi propinqui dicantur,vt no.in d.l.officiales.& per Cyn.in l.etiam.C. de testi. & vide tex.in l.fi.C.de verb.sig.probantem,ꝙ de propria significatione appellatione propinquorum non veniunt gener & nurus:& vide etiam tex.no.in l.j.C. vnde vir & vxor. probantem,ꝙ appellatione propinquorum non venit vxor vel maritus,nec etiam alij affines ex parte vxoris,vel viri,quod etiā inducit ibi Bar.& Bal.ad statuta,ꝙ minores seu mulieres nō possint contrahere sine consensu propinquorum, vel ꝙ causæ cōpromittantur inter propinquos, vt prædicti non comprehendantur: veniunt ergo appel.coniunctorum alij consanguinei, vt probat tex.in c.quoties.in prin.s̃. de testi. Vigesimosecūdo, quid si testator dixit , deueniēt bona mea ad coniūctos meos. qui contineantur appellatione coniunctorū. & dic ꝙ veniunt consanguinei,imò etiam venirent affines, vt videtur probare tex.in l.sed & hæ.in prin.ff.de procu.ideo est quod venit tunc maritus,& vxor,& in l.manifestissimis.§.cum autem in confinio.C.de fur.Non tñ venirent filij spurij , vt voluit glo. in cle. j.de baptis.& Inno.in c.nonnulli.in fi.s̃. de rescrip. & Bal.in l. id quod pauperib.C.de epis.& cle. referens Dy. ita cōsuluisse. Quid autem sit de filijs naturalibus tantum,per Inn.in c.nonnulli.& per Imo.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Tre.Vigesimotertio,quid si dicat testator , restituantur bona mea meis consanguineis,qui contineantur appel. consanguineorū.concludit hic Bal.ꝙ propriè loquendo continentur fratres, & illi, qui sunt ex latere transuersali,vt in l.post consanguineos.ff.de suis & leg.& in dicta l.fideicōmissa.§.cum Polidius.Et adde,ꝙ

a Nic.Sup. Ex iuramento.Adde de poteſtate Papæ ſuper iuramento,vt dicit gl. & Doct.in c.quanto.de iureiu.glo.in c.Florentinum 80.diſt.Archi.in c.qui ſacramento.22.q.5.S.Thom.2.2.q.89.ar.9.Card. S.Sixti, in tract.de poteſtate Papæ.q.38.

Vin.God. Adde, quòd non præſumitur quòd Papa contra iuſtitiam velit procedere,Ruy.conſi.49 nu.11.lib.5.

b Vincē.Gode. Adde, quòd ſepultura quem priuare eſt magnę pęnæ.Bal. conſi. 426.lib.j.

c Nic.Sup.Non exire domum.Adde Spec.in tit.de cita.in §.j.ver.pen.Doct.in c. quia plerique. de offi.ordi. eo.lib.

Vin.God. Iuramentum de quid non faciendo non vitiat pactum,ſi contra fiat valet enim actus,licèt contra iuramentum factus ſit, Ruy.cōſi. 207.nu.5.li.j

SVMMARIVM.

1 *Sepeliens aliquem contra iuris diſpoſitionem, tenetur ad reſtitutionem nō ſolum corporis, ſed omnium quæ ea de cauſa recipit.*

2 *Interdicta eccleſia,non cenſetur interdictum cęmiterium,niſi cęmiterium eſſet contiguum.*

3 *Electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis.*

4 *Electio ſepulturę eſt ius ſpeciale inductum contra ius commune.Et tale ius ſolus Princeps tollere poteſt.*

5 *Eccleſia,apud quam quis ſepeliri debeat,ſi ſit interdicta cum cęmiterio,ſepeliri debet in cathedrali.*

6 *Sepeliri ſi quis non poteſt apud eccleſiam , in qua elegit ſepulturam propter aliquem caſum occurrentem,an illa eccleſia perdat legata.*

Si vero. No.1.argum. quem poſſe ſepeliri in eccleſia , de
1 quo in c.nullus.13.q.2.†Secundo no. & ita allega
tur , quod recipiens ad ſepulturam in caſu prohibito tenetur
ad reſtitutionem non ſolum corpor.ſed etiam omnium obue-
nientium ratione talis ſepulturæ, et ita uoluit Lap. in ſua alle.
60. et facit cap.cum liberum.et cap.in anima.s̄.eod. tit. in fine.
2 † Vltimo no. quod interdicta eccleſia non cenſetur interdictū
cęmiterium,niſi hoc exprimatur,prout hic dicitur, vel niſi cę-
miterium eſſet contiguum,vt no.in c.j.j.de conſe.eccl.et in ca.
ſi ciuitas.j.de ſenten.excom.In glo.in ver. prędictos.in fi. vide
hic per Io.Mon.et Io.And.rationem,quare non poteſt iuramē
to vel voto firmari id , quod poteſt ſimpliciter fieri , et dicunt
3 † ꝙ electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas
4 tolli non debet,vt l.1.C.de ſacroſan.eccle.† Item electio ſepul-
turæ et ius ſpeciale inductum contra ius commune, vt s̄.verſi.
proxi.et tale ius ſolus princeps tollere poteſt , vnde ſicut alius
a principe non poteſt tollere ius commune , ita nec ad ius ali-
quid adijcere,ex quo arctatur ius cōmune , de qua hic per Ioā.
And.& no. hoc dictum,quia ſecundum hoc non poteſt epiſco
pus facere ſtatutum,ex quo ius commune arctetur , facit quod
no.in cle.ne romani.de electio. ſecundum Domi.In gl.in ver.
decennium. in fi. & currit iſtud tempus de momento ad mo-
mentum,& computatur in eo dies perceptionis , ſecundū Ar-
chi.& Ioan.Andr.qui remittit ad not.in capit. frequens. ſupra
5 de reſtitut. ſpoliat. † In gloſ. in verſicu. faciendam. in princip.
Quid autem ſi eccleſia , apud quam ſepeliri debebat ſit in-
terdicta cum cæmiterio , tunc debet ſepeliri in chatedrali , vt
s̄.eſt

s.est dictum. sed an obuenientia causa sepulturæ accedant illi
ecclesiæ, ad quam sepelitur, an verò illi ecclesiæ in qua de iure
debuisset sepeliri, si interdicta non fuisset. Pet. de Anchara. hic
concludit quòd sic. si sine eius delicto erat interdicta, argu. l. ab
administratione. C. de lega. Et idem posset dici de canonica
portione debita ecclesiæ parochiali, si reperit interdicta tem-
6 pore sepulturæ.† Quid autem si non potuit quis sepeliri apud
ecclesiam, apud quam elegit sepulturam, propter casum con-
tingẽtem in personam mortui, forte quia decessit in mari, vel
aliter non reperitur, vel est rebellis ciuitatis, dic quòd per hoc
ecclesia non priuatur legatis sibi factis causa sepulturæ, vt no.
in c. in anima. s. eo. & ibi Innocen. hoc sentit & sequitur ibi
do. Nico. dicens secus esse, si testator expresse alibi elegisset se
pulturam, quia tunc tacitè videretur ademisse legatum factum
alteri ecclesiæ causa sepulturæ, & velle quòd habeat illud ec-
clesia, in qua elegit sepulturam, argu. text. no. in l. alumna. §.
Seia. & in l. filio. §. mater. ff. de adimen. leg. vbi dicitur, ꝙ a quo
remouetur onus, videtur remotum etiam lucrum. Et ex prædi
ctis etiam infertur, ꝙ si testator reliquit decem pro sepultura,
& decedit excõmunicatus, ꝙ ex quo non stat per ecclesiam, ꝙ
debet cõsequi legatum, & ita sequitur Bal. in l. j. in fi. C. de his
quæ pœnæ nomine. argu. l. miles. §. fi. ff. de adul. In ea. glo. ibi,
suam canonicam. no. ex glo. ꝙ ecclesia parochialis debet reci-
pere canonicam de obuentis ecclesiæ, in qua quis elegit sepul
turam etiam minus legitimæ, de quo plene per Doct. in dicto
c. in nostra. & per do. Pet. in tracta. canonicæ parochialis. in 6.
c. in ver. 5. & ver. 8. In eadem glos. in fi. hæc glos. decidit du-
bium, de quo s. in glos. in ver. apud quas. In glos. fi. in princip.
& sic est hic casus, in quo tota ecclesia cum cęmiterio ipso iu-
re incurrit interdictum.

S V M M A R I V M.

1 *Portio canonica cui ecclesiæ debeatur.*
2 *Religiosus si infra annum probationis decedat in monasterio, an ecclesia pa rochialis debeat habere canonicam portionem.*

C A P. II.


Vm quis. Canonica portio non debetur ec-
clesiæ dimissæ, sed parochiali, &
plurib. si sunt plures, & noua sepultura potest eli-
gi etiam in loco minus religioso. h. d. Et habet tres
partes, sicut tria sunt dicta. secundum ibi, cum ab eo. tertium
1 ibi, si quis.† Nota primò, cui ecclesiæ debeatur [a] canonica pa-
a rochialis. nam debetur illi ecclesiæ, in qua quis consuetus est
audire diuina, & percipere ecclesiastica sacramenta. & voluit
Innocen. & Io. And. in c. de his. s. eo. ꝙ si in vna audiant diuina,
& in alia recipiantur sacramenta, ꝙ debet inter eas fieri diui-
sio, sed Pet. de Anchara. hic tenet ꝙ isto casu debeatur ecclesiæ
parochiali, etiam si ibi non audiuerit diuina, nec perceperit sa
cramenta, dũmodo tamen hoc potuerit facere & debuerit, vt
s. de parochijs, vt dñicis. & ita etiam videtur tenere d. Pet. in 7.
c. canonicæ parochialis, in ver. 12. quæritur. & idem videtur sen
tire Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cleri. in ver.
nunc breuiter. Domi. tamen, & do. Nico. in c. de his. simplici-
ter transeunt cum dicto Inno. & Io. And. Vide per Lap. in sua
alleg. 60. in fi. vbi singulariter inducit hunc tex. ꝙ vbicunque
quis sepeliatur parochialis debet habere suam canonicã por-
tionem, licèt etiam sepeliatur quis in ecclesia maiorum. Nam
aliud est ius parochiale, & aliud est ius funerandi, vt patet hic
in tex. vbi dicitur, ꝙ ille, qui est parochianus vnius ecclesiæ, &
habet sepulturam maiorum in alia ecclesia, si eligat sepulturã
in alia tertia ecclesia, canonica portio debetur non ecclesiæ re
lictæ, sed parochiali, vt hic in tex. dicitur, & sic ius funerandi
non est proprie de iure parochiali, & canonica portio debe-
tur soli ecclesiæ parochiali, & facit j. c. proxi. Vide per do. Ni-
co. in c. cum super. s. eo. in fi. Si eligit quis sepulturam in eccle-
sia cathedrali, an parochialis debeat habere canonicam. &
concludit quòd sic. fuit de mente Hostien. & Ioan. And. in c. re
quisisti. de testa. & facit quod no. do. Pet. in 6. c. canonicæ paro-
chialis. in princip. Et vide no. in clemen. dudum. §. huiusmodi.
j. eodem. & ibi de quibus relictis debeatur canonica ecclesiæ
parochiali. & per Docto. in c. j. s. eo. & hic per Archidia. & Pet.
de Anchara. Sed plenius per do. Pet. in 6. c. canonicæ episcopa
lis. & in 4. c. canonicæ parochialis, & in quodam suo consilio,
quod incipit, Aduerte. In glo. 2. in fi. pro quo tex. j. c. prox. Quæ
autẽ dicatur esse illa ecclesia. dic quòd illa, in qua maiores sui
sunt consueti sepeliri per 10. vel 20. annos, cum tale dicatur lon
gum tempus, vt C. de præscrip. longi temporis. per totum. sin
Io. And. & ita sequit̃ hic Do. per no. j. c. prox. in gl. 2. & ibi vide.

In glo. 3. in prin. dic, ꝙ de iure est quarta, prout dicit glo. quia in
illa vt in minori summa oĩa iura concordant, arg. c. j. s. de arbit.
eo. lib. secundũ Io. An. nisi de consuetudine appareret, ꝙ esset
tertia, vt in c. certificari. hic alle. & ibi per Ioã. An. in glo. fina.
vbi idem tenet, de quo per d. Pet. in prin. canonicæ parochia-
2 lis. † In glo. in versi. dumtaxat. in fi. Quid autem si infra an-
num probationis decedit quis in monasterio, an ecclesia paro
b chialis debeat [b] habere canonicam. Archid. hic ꝙ sic quia non
dicitur plene conuersus, vt in c. excom. qđ. s. de electione. eo.
lib. nec adhuc dicitur mutasse domicilium, vt no. 13. q. 2. §. quia
ergo. idẽ tenet Pau. in cle. 2. j. eo. ti. & Lap. Abbas. & Ioã. de Fa.
hic, per no. in d. c. j. in glo. magna, circa prin. & idem sequitur
hic Do. cum iste non possit dici mutasse effectualiter domici-
lium. facit c. religioso. 2. respon. j. de sen. excom. Sed Host. &
Ioan. An. in d. c. de his. tenent contrarium, quorum opi. potest
procedere, quãdo inuitus fecisset profes. vel quando appareret
ꝙ voluerit vitam mutare, cum tunc videatur domicilium mu-
tasse, & sic desinat esse parochianus. & ita videt̃ velle d. Ant.
in d. c. de his. & §. pe. in 6. c. canonicæ parochialis. ver. 12. quæri-
tur. & de his per Bal. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle.
& in auth. nisi rogati. C. ad Treb. dum alle. c. beneficium. j. de
regularibus.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup. Debeatur. Adde Doct. in c. relatum, de sepul. & quid si aliquis audit di
uina in vna ecclesia, & alibi recipit sacramenta, & alibi sepulturam eligit, cui
ecclesiæ debetur canonica. vide per Pet. de Vbal. in tract. canonicæ parochia
lis. in 7. c. in 3. col.

b Nic. Sup. Debeat habere canonicam. Adde Doc. in c. de his, eo. tit. in antiquis.
Vin. God. Canonica parochialis qua causa sit introducta. Pet. de Vbald. in eo.
trac. c. 2. nu. j. & qua actione & quo iure petatur, idem in c. 3. nu. j. ꝙ habetur
in lib. 11. tract. fol. 259.

S V M M A R I V M.

1 *Domicilium in aliquo loco habens ratione originis, non propterea dicitur habere illud domicilium respectu solutionis canonicæ parochialis.*
2 *Sepulturæ electio valet, licèt in loco minus religioso fiat. Et hoc si bona fide fieret, secus si dolo, vel ex contemptu. & alias limitationes habes ibidem.*
3 *Parochiæ, cuius dicatur esse domum in confinio duarum parochiarum posi tam habitans. & nu. 4.*
5 *Domicilia duo habens, & sic duas ecclesias parochiales, dixit, relinquo decem ecclesiæ meæ parochiali, & non apparet de qua senserit, cui decem hæc relicta intelligantur.*
6 *Dispositio ad pias causas nunquam vitiatur ratione incertitudinis.*
7 *Testator si dicit relinquo decem ecclesiæ meæ parochiali, & tempore testa menti habitat in vna parochia, tempore verò mortis in alia, cui eccle siæ videantur hæc decem relicta.*
8 *Testator si simpliciter dixerit, relinquo ecclesiæ, & non apparet cui, intelli gendum erit de parochiali ecclesia ipsius testatoris.*

Cum ab eo. No. j. ibi, se collocans æqualiter. ꝙ ad ca-
nonicam portionem non dicitur domi-
cilium, nisi habitetur in loco. vnde infert Do. ꝙ licet quis ratio
1 ne originis † habeat domicilium in certo loco, tamen si ibi nõ
habitat, non dicatur habere illud domicilium respectu solutio
nis canonicæ parochialis, tunc enim dicitur quis habere plu-
res ecclesias parochiales, quando habens plura domicilia in
vtroque pariter se collocat, secus ergo si in altero non habi-
tet, & secus si in altero in æqualiter se collocet, seu habitet,
quia tunc fieret diuisio pro rata habitationis tantum, ar. c. rela
tum. el j. s. de test. secundum Lap. & Do. hic in fi. Secundo no.
ibi, eligitur. quia idem si non eligatur, sed alias ibi de iure se-
pelitur, puta quia ibi est sepulchrũ maiorũ, secũdũ Io. An. hic,
& in c. in nr̃a. s. e. & ibi per Inno. Si autẽ quis eligeret sepultu-
ram in altera de duabus ecclesijs parochialibus, tunc ecclesia,
in qua sepelitur, debebit diuidi in canonicam cum altera, &
residuum qđ causa sepulturæ relinquitur, habebit sibi præci-
puũ, sicut in simili dicitur in c. officij & c. requisisti. secundum
Io. An. & facit qđ est dictũ s. in prin. c. Tertio no. ibi, diuidere,
ꝙ si certa portio assignatur propter exercitium alicuius actus,
si tale exercitiũ equaliter diuidat̃ in plures, nõ habebũt tũc sin
guli portionem integram, sed debent illam æqualiter inter se
a diuidere. qđ inducit Domi. ad q. de pluribus simul [a] intranti-
bus castrum, vt debeant habere vnũ tantũ præmiũ, qđ diuidãt
inter se. de quo p d. An. in cle. & si principalis. de rescrip. & per
Bar.

A D D I T I O.

a Nico. Sup. Simul intrantibus castrum. Adde Alex. de Imo. in l. qui filia. in §. j ff.
de leg. j. vide Io. de Imo. in cle. & si principalis. in 2. col. de rescrip. Lud. Ro. in
l. eum qui nouissimus. ff. ad Treb. Albe. in j. parte statutorum, q. 106. inci. quę-
ro etiam.

2 Bar.in l.hoc argu.ff.de hæredi.insti. † Vltimo nota, quòd valet
electio sepulturæ, licèt fiat in loco minus religioso. quod intel
ligit hic Archidia. quando fieret bona fide, secus si dolo vel ex
contemptu, quia tunc non liceret. & ita procedat tex. in c. fra-
ternitatem. s. eo. Item intellige quando talis locus minus reli-
giosus esset ecclesia habens cœmiterium, aliàs in loco non reli
gioso, vel in ecclesia non habente cœmiteriũ non est licitũ eli-
gere sepulturam, cũ corpora fideliũ debeant quiescere in cœmi
terijs ecclesiarũ, vt in c.j.13.q.2. Item intelligit hic Arc. & Host.
in c.j.s.eo. istum tex. procedere, quãdo canonica portio datur ec-
clesiæ parochiali, anteq̃ fiat electio, sed hæc opinio hodie non
seruat, nec placet Io.And. vt hic per eum. In glo.in ver. domi-
cilia. in princi. imo & plura domicilia possunt haberi, vt nota.
in c. ex parte. & c. fi. s. de foro compe. & eodem modo haberet
tũc locum iste text. vt fieri debeat diuisio inter ipsas ecclesias,
cum eadem sit ratio, secundum Io.And. In ea.glo. ibi, in con-
finio. facit glo.no.in c. licet in regu.16.q.3. in fi. & quod no. In-
no. & Ioã.And. in c. super eo. in ver. limes. s. de paro. & talis in
vtraque parochia tenebitur ad collectas, argu.l. forma. §. si ve-
ro. ff. de censi. & de his plenè per Io. And. in addi. Specu. in tit.
3 de parochijs. super rub. & hic per Domi. † Ex quorum dictis cõ
clude, si quæratur, cuius parochiæ dicatur esse habitans domũ
positam in confinio duarũ parochiarũ, vel duas domos coniũ
ctas positas in duab. parochijs. & quia ius parochiale consistit
in pluribus, conclude q in his, in quib. cadit diuisio, putà quo
ad canonicam parochialem, dicitur esse vtriusque parochiæ,
cum vtriq; ecclesiæ debeatur talis canonica portio, & inter se
4 eam diuidunt, vt hic in glo. † Quo [a] ad decimam vero persona
a lem, & idem voluit Io.An. in dictis addi. quod procedit, nisi ta
lis operam faceret in parte illius domus, vel in vna ex illis do-
mib. sita in vna parochia, quia tunc talis decima personalis ei
dem ecclesiæ debetur, vt vult Ioan.And. hic, arg.l. quartæ. ff. de
fun. instru. Sed quo ad decimam prædialem, putà quia dicta do
mus locatur, & tunc aut tota locatur, & idem, quia fiet diuisio
talis decimæ inter illas ecclesias pro rata. Sed si locatur pro par-
te, & tunc decima debetur illi ecclesiæ, in qua est sita illa pars,
& si esset in vtraq; fiet diuisio, vt s. secundum Io.And. in addi. Si verò
loquimur in his, in quibus non cadit diuisio, putà quo ad con-
fitendum audiendum diuina, accipiendum ecclesiastica sacra
menta, vel sepeliendum & similia iura parochialia, de quibus
per Hostien. in sum. in titu. de parochijs. §.2. & in his iudicis ar
bitrio relinquitur, qui secundum circunstantias factorum habebit ar-
bitrari, cuius ecclesiæ dicatur esse parochianus, vt plenius per
Io.And. in dictis addi. & hic per Do. eius dicta referentem, qui
etiam dicit post Imo. q posset tale exercitium diuidi alternis
vicibus, putà q vno anno recipiat ab vno sacramẽta, & audiat
diuina, & alio anno ab alio, sicut in simili dicitur in clem. 2. j.
de iure patro. & per glos. in ver. retinere. in c. non potest. s. de
præben. eo. lib. Sed circa sepulturam si decederet ea non ele-
cta, posset subito dirimi, in l. fi. C. cõmunia de leg. secundum Imo. di-
centem eodem modo posse diuidi sepulturam familiæ alter-
nis vicibus, scilicet, vt s. secundum Do. Posset tamen apparere, q taci-
tè voluerit quis sepeliri in vna, vt quia in ea audiuerit diuina,
& perceperit ecclesiastica sacramenta, vt dictũ fuit s. c. prox. &
no. in c.j.s. eo. tit. nam poterit audire diuina, & recipere sacra-
menta in quacunq; parochia voluerit, si alia diuisio facta non
sit, sicut dicitur de munerib. personalib. putà in impositione equo-
rũ, quæ fieret per parochias, cum talia munera præstare possit
in quacunq; parochia velit, vt in l. eius. hic allega. secundum Io.And.
hic, & ita etiam voluit do.Pet. in 7.c. canonicæ parochialis. in
ver. quarto quærit. Et prædicta, qñ in vtraq; parochia æqualiter
habitat, aliàs verò si in vna haberet introitũ, & in alia habitat,
tunc subire debet onera personalia in ea parochia, in qua ha-
bitat, cum introitus sit pp habitationem, arg.l. prædijs. §. ante-
pe. & pe. de leg.3. secundum Io.An. hic sentientem ex his, q talis censetur
parochianus illius ecclesiæ, in cuius parochia habitat, licèt in
alia habeat introitũ. & idem videtur sentire d.Pe. in d.c.7. in ver. quin-
to quærit. Et intellige prædicta, qñ in dictis domib. in q.b. habi-
tat, hẽbat duo ostia, & quodlibet in sua parochia, & in quoli-
bet istorũ aditũ æqualiter frequentabat, alias si hẽret ostiũ tm in vna
vel esset solitus magis exire & intrare per vnũ ostiũ, & sic ma-
gis frequentare, censetur tũc esse parochiani illius parochiæ, vbi
5 hẽt ostiũ, vt voluit Bart. in d.l. prædijs. §. qui demũ. de quo et no.
in l. quod conclaue. ff. de dã. infec. † Extra gl. quærit primo, hñs duo
domicilia, & sic duas ecclesias parochiales dixit, relinquo de-
b cem ecclesiæ meæ parochiali, [b] non apparet de qua sensit. Io.
An. refert hic aliquos tenere per hunc tex. q tale legatum de-
beat diuidi inter illas ecclesias. & ista opi. est æquior per hũc tex.
& ita transit hic Do. & Pet. de Anc. Alij tenent, q insolidũ de-
beatur vtrique, vt in l. qui filiabus. §. si quis. ff. de le. j. Alij verò
volunt, q nulli ecclesiæ debeatur rõne incertitudinis, vt in l. duo
sunt Titij. ff. de testa. tute. & l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de
leg.2. Sed alij dicunt recurrendũ esse ad coniecturas, vt est, si al
teram prædiligebat, vt in l. si seruus plurium. ff. de leg.j. vel si
in altera mandauit se sepeliri, ar.l. secũdum naturam. ff. de reg.
iur. & in reg. qui sentit. j. eo. lib. vel si in altera magis conuersa-
batur, vt ff. de leg.3. l. legatis seruis. §. si vnus. Si verò aliqua ex
dictis coniecturis non appareat, dicit q neutra ecclesia habe-
bit, per ea quæ habentur in d. §. si inter duos. & istud sequitur Pe.
& Cy. in l.j.C. de sacrosan. eccle. & Do.Pe. in c. relatum. el 2. s.
de testa. sed Io. An. hic dicit, æquius esset tenere secundam opi. &
idem sequitur hic Io. de Lig. dicens q. melius decidi per hũc tex.
quam per alia iura s. all. & ita transit hic Do. & Pet. de Ancha.
Tu aduerte, quia secunda opinio non procedit, ar.l. Titia. §. qui in-
6 uita. ff. de leg.j. nec etiam † procedit tertia, quia ad pias causas
nunquam vitiatur dispõ rõne incertitudinis, vt in l. nulli. & l. si
quis ad declinandam. C. de epi. & cle. & in Auth. de ecclesiast.
titulis. §. si quis in nomine. & tenetur hoc in c. nos quidẽ. s. de te-
sta. vñ tenenda quarta opinio, vt sit recurrendum ad cõiectu-
ras, ex quibus declaratur voluntas defuncti, vt in l. licet impe-
rator, & in l. si seruus pluriũ. in fi. ff. de le.j. & illi ecclesiæ debea
tur, pro qua plures cõiecturæ faciunt, vt in c. j. & ibi per glo.
13. dist. & cõiecturis existentibus paribus, tunc debeatur paupe-
riori, vt in d. §. si quis in nomine. & per glo. no. in c. indicante.
s. de testa. & per Spe. in ti. de instru. edi. §. nunc. ver. quid si ali-
quis. & per Bar. in l. quæ conditio. §. fi. ff. de cõdi. & demõ. Et cete
ris existentibus paribus, tunc eps poterit gratificare alteri to-
tũ assignando vel diuidẽdo vtrique, ar.l. Titiæ textores. de leg.
j. & in c.j.s. de parochijs. vt tenuit Host. & Io.An. in d.c. indicã
te. & ita sequuntur ibi oẽs Doctores, et Imo. in c. relatum. el 2.
7 s. de testa. circa fi. † Secundo quæritur, quid si testator dixit, re-
linquo decem meæ ecclesiæ parochiali, et tempore testamenti
habitat in vna parochia, et tpe mortis habitat in alia. Cy. in d.
l.j.C. de sacrosan. ec. tenet recurrendũ esse ad cõiecturas, et cõ
iecturis cessantibus si legatũ erat modicũ respiciens sumptus
funeris, tunc si in altera sepelitur, illi debetur, si vero esset ma-
gnum, tunc debetur ecclesiæ parochiali, quæ erat tempore
facti testamenti cuius cõtẽplatione fecisse videtur, vt in l. nec ad-
iecit. ff. pro socio. et ita trãsit hic Io. An. et Do. Sed Pe. de Anc.
hic intelligit prædicta, quãdo fuisset expressum nomẽ sancti
ipsius ecclesiæ, vel qñ testator non mutauit parochias, sed tpe
testamenti habitabat in una, et tpe mortis in alia, alias uerò si
mutauit parochiam, debetur illi parochiæ, quæ erat tpe mor-
tis, tñ illud tps sit cõsiderandum, argu.l. plane. cum sequenti.
ff. de libe. et posthu. et l. quidam. ff. de uino leg. et l. si ita. ff. de
au. et argen. leg. et quia videtur factum legatũ sub noĩe digni-
tatis et officij, dicendo, relinquo ecclesiæ meæ. et sic transit in
futuram ecclesiam parochialem, arg.c. qm̃ abbas. s. de offi. de-
le. & l. annua. §. fi. ff. de annuis leg. cogita tñ, quia Io. And. loqui
tur, qñ testator mutauerat parochiam, & sic dimiserat primã,
8 vt s. per eum. † Tertiò quæritur, quid si testator simpliciter dixit,
relinquo ecclesiæ, & non apparet de qua, dic q intelligitur de ec
clesia parochiali ipsius testatoris, arg. d.l. quæ conditio. in fi. &
in c.j.s. de sepul. & ita tenet do. Nico. in d.c. indicante. Vltimo
quæritur, quid si testator dixit, relinquo decem monasterio, &
non appareat de quo dic vt s. & plenè per glo. & Doct. in d.c.
indicante. Et an in dubio intelligatur de monasterio monacho-
rum, an verò de monasterio mulierum, seu monialiũ. vide sin-
gulariter per Bald. in l. fi. C. de dona. ante nup. volentem, quòd
debeat intelligi de monasterio monialium, per rationem tex.
no. in l. quisquis. §. at si filius. C. ad l. Iul. maiesta. & dicto §. si
quis in nomine.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Quo ad decimam. Adde c. dudum, de deci. c. conquerente. de offi. ord. Car. Zaba. in c. de quarta, in primo no. de præscri.

b Nic.Sup. Et non apparet de quo. Adde Do. in c. fi. eo. tit. in antiquis. Doc. in c. j. de sol. Io.And. in addi. Spec. in titu. de instr. edi. in §. nunc vero aliqua. ver. quid si testator. & Io. de Imo. in c. relatum. el 2. de testa. Abb. consi. 99. incip. Quidam condidit testamentum, in 2. vol.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium habens in vno loco, si transferat se ad alium ex causa limitata, non censetur illuc transferre domicilium, vel cõstituere parochiam.*

2 *Parochianus infirmus si eligat sepulturam apud monasterium sancti Pauli, ibique aliqua legauit, si postea de sua parochia se transferat ad parochiam sancti Pauli, & ibi decedat, prima ecclesia debet habere canonicum.*

3 *Filius decedens intestatus, an debeat sepeliri in sepulchro patris, vel aui* *qui*

qui in diuersis locis fuerunt sepulti.
5 *Mulier debet sepeliri cum vltimo viro.*
6 *Moritur aliquis non electa sepultura, eius aũt maiores sepulti sunt apud habentes priuilegium sepeliendi eos, qui eligunt sepulturam apud ipsos, in quo loco talis sepeliri debeat.*

CAP. III.



IS qui. Mutatio ad episcopum facta ad certum locum, non aufert ecclesiæ ius sepulturæ. Et mortua vxore, cum marito vltimo sepelitur. h.d. Et habet duas partes, sicut duo sunt dicta. secũda ibi,
1 mulier.† No.j.ꝙ si habet quis domicilium in vno loco, & trãsferat se ad alium locum ex causa limitata ad tempus, non censẽt illuc transferre domicilium, & constituere parochiam, qđ inducit ad scholares, vt in dubio nõ videant trãstulisse domicilium ad locũ studij, de quo plene no. in c.qđ clericis. & c.ex parte.s̃.de foro compe. Item facit, ꝙ ecclesia dicti loci, ad quem se transferunt, non debeat habere canonicam parochialem, ex quo non dicit ibi eorum domicilium, & per ꝯñs nec parochia, prout requiritur, vt s̃.c.proxi.& ita tenuit Hosti.in c.in nostra. s̃.eo.& Ioã.And.hic. Dicens etiam, si propter guerram aliquis fugit de villa ad ciuitatem, & ibi stans cum familia durante hostilitate moriatur, & elegerit sepulturam in ciuitate, ꝙ tunc ecclesia ipsius villæ & nõ ecclesia ciuitatis, in cuius parochia moritur, debet habere canonicam parochialem, ex quo non videtur translatum domicilium de villa ad ciuitatem, cum non habuerit animum ibi perpetuò permanendi, quod requiritur in cõstitutione domicilij, vt l.non vtiq;.& l.domicilium. & l.eius qui.§.pen.ff.ad municipa. Et ita tenuit Host.in summa de parochijs.§.pen.& ita residet hic Io.And. & ita est tenendum, licèt Lap.hic contradicat, nisi quando talis steterit in ciuitate, & audiuerit missam, & receperit sacramẽta ab ecclesia ciuitatis, q̃a tunc illa ecclesia deberet esse particeps canonicæ portionis arbitrio boni viri, ar.c.j.s̃.eo.quod dictũ non procedit, quia vt ecclesia habeat portionem canonicam, nõ sufficit ꝙ in ipsa ecclesia audiat diuina, & percipiat ecclesiastica sacramẽta, sed debet concurrere ꝙ etiam sit eius parochianus, vt no.s̃.c.prox.& probatur per cle.dudum.§.huiusmodi.j̃.eo.titu.& in d.c. in nostra.16.q.j.no.j.& c.ad apostolicæ.s̃.de decimis. aliàs verò si nõ esset eius parochianus, non posset percipere in totũ vel in partem ipsam canonicam. & ita tenet in simili Innoc. in c.2.s̃. de decimis.& voluit Ioã.And.s̃.in proxi.q.& tenet Domi. hic, de quo hic plenissime per eum. & do.Pet. in 7.c. canonicæ parochialis.in ver.12.quæritur.& ver.8. quæritur. ibi tamen limitat hoc dictũ Io.And.procedere, quando ille, qui se transtulit propter hostilitatem in certo loco, decessisset ibidem durante illa causa, aliàs vero si ea finita non recessisset, sed ibi remansisset, tunc cẽseretur domicilium mutasse, & ibi elegisse.& istud idẽ est de mente Io.And.hic, intellige si constat de animo mutandi domicilium, vt s̃. Vide per do. Nico. in c.certificari. s̃. eo.in 7.col.& per Fede.in consi.246.an sola habitatio faciat dici quẽ
2 parochianum.& vide s̃.in §.præcedenti, in primo no.† Secundò no. ꝙ licèt quis transferat se ad locum ex causa limitata ad tempus, non tamẽ ex hoc perdit domicilium nec parochiam, quod inducitur ad q.de parochiano vnius ecclesiæ infirmo eligente sepulturam apud monasterium S.Pau.& ibi aliqua legauit, si postea de sua parochia, in qua morabatur, se trãsferat ad parochiam S.Pau.& ibi decedat, ꝙ prima ecclesia habebit canonicam, arg.c.de his.s̃.eo. fm Io.And. quod fm Do.procedit in eo qui transfert se in infirmitate, secus si in sanitate, vt in d,
a c.de his. Tertio no.ibi, potius.quia exponitur pro imo, a vnde ponitur hic correctiue fm Archi.& Io.And.& sic no. singulariter, & tene menti, ꝙ decedẽs non electa sepultura, debet potius sepeliri in ecclesia & sepultura suorum maiorum, q̃ in ecclesia parochiali.intellige, quando ad eam sine periculo portari potest, & ibi sepeliri, fm Io.And.aliàs si non posset ad ecclesiam maiorum portari, vel non posset ibi sepeliri sine periculo, putà violationis interdicti, vel ex alia causa, & tunc in ecclesia parochiali esset sepeliendus, fm Io.And.Lap.& Dom.Et licèt quo ad sepulturam, & sic quo ad ius funerandi ecclesia, in qua sunt soliti ab antiquo sepeliri maiores, prę̨ponderet ecclesiæ parochiali, vt hic est tex.notabilis, tamen quo ad canonicã portionem ecclesia parochialis præponderat tali ecclesiæ, & omnibus alijs ecclesijs, nam in quocũq; loco quis sepeliatur, etiam si in ecclesia maiorum, soli tamẽ ecclesię parochiali debẽt canonica portio, vt est tex.no.s̃.c.proxi.in princ.vbi patet, ꝙ qui est parochianus vnius ecclesiæ, & habet sepulturã maiorum in alia ecclesia, si alibi eligat sepulturam, canonica portio non debeatur ecclesiæ relictæ, & sic ecclesiæ sepulturæ maiorum, sed parochiali. Et ita voluit no.Lap.in sua alle.60. in fi.ex quibus patet, ꝙ ius funerandi est diuersum a iure parochiali, imo proprie non est de tali iure parochiali, vt patet hic in tex. Vltimo no.a contrario sensu, ꝙ si ex iusta causa nõ potest quis sepeliri in ecclesia suorum maiorum, vel in ecclesia parochiali, sepeliendus erit in ecclesia, in cuius parochia decessit. quod facit ad no.in c.j.s̃.eo.tit.& lib. In glo.j.in fi.quid autem si laborans in extremis committit alteri electionem suæ sepulturæ, quod fieri potest, per no.in c.cum tibi.s̃.de testa. & in l.vtrum. §.cum quidam.ff.de reb.dubijs.Lap.hic in fi.videt̃ velle, ꝙ electio facta per illum valeat, dummodo fiat ante mortem illius, quia post non valeret, & sepeliendus esset in sepulchro maiorum, per istum tex.& s̃.c.proxi. Sed Pet.de Ancha. hic contra, quia fm eũ talis electio fieri poterit etiam post mortem illius, ex quo talis cõmissio non expirat per mortem cõmittentis, cũ eius effectus sit exequendus post mortem, vt in l.si vero remunerandi.§.fi.ff.mandati.& in c.fi.s̃.tit.proxi. & ita etiam sequi-
3 tur hic Domi.in fi.† In glo.2.in prin. Quid autem sit quo ad forum iudiciale, an inspiciatur origo patris, vel aui. vide per Cy. in l.2.C.de iurisd.om.iudi.& per Spec.in tit.de compe.iudi.adi-
4 tione.§.j.ver.42.& plene per Bar.in l.assumptio.ff.ad muni.†In ea.glo.in fi.Pau.vero hic contra, vt talis debeat sepeliri cũ pa-
5 tre, arg.tex.j̃.§.proxi.† vbi mulier debet sepeliri cum vltimo viro, propter vnionem carnis. ita ergo filius cum vltimo parẽte, cum dicantur esse vna caro, vt 25.q.6.§.pen.in prin.& dicantur esse eædem personæ, vt in l.fi.C.de impub.& alijs substi. & ita videtur hic residere Lap.& Dom.& d.Pet.in 8.c.canonicæ parochialis.ver.11.quæritur.pro quo facit quod tenuit hic Io.An. in simili q.dum quærit, si proauus, auus, & pater in tribus diuisis locis sepulti fuerunt, & filius moriatur non electa sepultura, tenet ꝙ tunc sit sepeliendus cum patre, per iura hic in glo. alleg.& per d.l.fi.& per d.§.pen. licèt quibusdam videretur, ꝙ tũc esset fortius ius parochialis ecclesiæ per tex.hic, & j̃.c.proxi. Quid autem si pater & auus sunt sepulti in vna ecclesia, & proauus & alij superiores sunt sepulti in ecclesia parochiali, vel alia, & filius decedit non electa sepultura, in quo loco erit sepeliendus. Io.And. in addi.Spec. super ista rub.arguit pro & cõtra, finaliter videtur tenere, ꝙ in sepultura patris & aui, per prędicta.& quia pater & auus appellantur maiores, vt videtur probari in c.j.s̃.eo.iuncto c. Embron.13.q.3. licèt de propria significatione aliud sit, vt l.iurisconsultus.§.parentes.ff.de grad. vt ibi plenius per eum, & hic per Do.eius dicta referentem. Et hanc partem tenuit etiam Old.in suo consi.25.& do.Pe.in 8.c. canonicæ parochialis. vbi tenet hoc procedere, etiam si filius esset naturalis tantum. Et hanc etiam partem videtur tenere d.Nico.in c.j.s̃.eo.vbi plenius de his per eum. Prædicta tamen procedunt, nisi ex coniecturis appareat de præsumpta voluntate illius, ꝙ voluerit potius alteram elegisse, quia tunc in illa esset sepeliendus, putà si proauus fuit doctor, vel miles, & iste moriens esset doctor vel miles, nam prę̨sumitur ꝙ potius vellet sepeliri cum illis, quàm cum auo, vel patre, qui nõ sunt nec milites, nec doct.& idem de alijs coniecturis. in dubio tñ, quãdo coniecturæ essent pares hincinde, est præsumendum elegisse sepulchrum patris, fm Io.And.ibi, & Do.hic. Vltimo quę-
6 rit,† quid si aliquis moritur non electa sepultura, & eius maiores sepulti sunt apud habentes priuilegium sepeliendi eligentes sepulturam apud eorum ecclesiam, in quo loco debebit talis sepeliri. Lap.& Domi.j̃.§.proxi.tenent, ꝙ apud talem ecclesiam, & non apud parochialem, quia licèt iste non elegerit sepulturam, tamen ius cõmune elegit volens, ꝙ debeat quis sepeliri in ecclesia maiorum, vt hic, & j̃. c. proxi. quod maxime procederet, quando tales essent priuilegiati in iure sepulturę, secus si illud ius præscripserit, ex quo præscriptio est stricti iuris, vt in c.cum cõtingat.& c.ex parte.s̃.de deci.& sic non possent recipere illos, qui expresse nõ elegerant, sed certe eodem modo esset inspiciendus tenor priuilegiorum, vt in c. porrectum. sicut præscriptio ita & priuilegium debet stricte interpretari, quatenus tangit præiudicium tertij, sicut est isto casu, vt in c.olim.& c,quid per nouale.s̃,de ver.signi.

Lap: alleg: 59. quædam puella.

ADDITIO.

a Vin.God. De dictione, imo.ꝙ sit correctiua, quę operatur vt vltima dispositio præualeat, Fely.in c.qualiter & quando.col.17.de accusa & in c.nemo. de simo. Par.de Put.in trac.de sindi.ver. an si iudex.

SVMMARIVM.

1 *Mulier retinet domum & forum viri post eius mortem, si in viduitate permaneat.*
2 *Quid in honore & alijs priuilegijs.*

Mulier

3 *Mulier si decedat ante virum, an sit sepelienda in sepulchro viri sui, an ve*
ro in sepulchro maiorum suorum.
4 *Quid in concubina,*

1 Mulier. † No. j. mulierem retinere domicilium [a] viri, &
a forum etiam post eius mortem, dummodo in vi
duitate persistat, quod procedit, etiam si mulier post mortem
viri ad alium locum se transferat, arg. huius tex. indistincte lo-
quentis. facit l. filij. §. vidua. ff. ad municipa. quod glo. ibi intelli
git quo ad ea, quæ respiciũt fauorem ipsius mulieris, per l. quo
ties, in prin. C. de priui. scho. lib. 12. & sic sequitur, ꝙ ipsa inuita
non possit conueniri, prout etiam hic dicitur, quia in ipsius se
pultura non habet de necessitate sepeliri, sed ita demum si al-
teram non eligat, ſm Io. And. de quo per Bar. in d. l. filij. & in l.
fi. eo. tit. Et intellige de vidua honestè viuẽte, aliàs verò si luxu-
b riosè viueret, [b] in nullo gauderet priuilegio viri, vt in Auth. de
2 resti. & ea quæ parit. circa princ. † Vltimo no. ꝙ honor acquisi-
tus vxori ex qualitatibus mariti non perdit̃ per mortem ipsius
dũmodo ipsa mulier in viduitate viuat. de quo no. c. ex parte
M. s̃. de fo. compe. Patet ergo, ꝙ mulier vidua in sepultura ma-
riti est sepelienda. quod procedit, etiam si fuerit reuersa ad do-
mum parentum, ſm Io. And. ex quo iste tex. indistincte loquit̃,
& quia mulier vidua censet̃ durare in cõiugio mariti, vt in Au
then. de nup. §. soluto, & quia priuilegium, ꝙ vidua retineat ho
nores mariti, non dat̃ habitationi, sed personæ. ergo ex ea va-
rietate locorum non mutat̃, vt l. fi. C. de temp. resti. ſm Io. And.
& idem tenet do. Pet. in 9. c. canonicæ parochialis. §. nũc dicen
dum. ver. secundo quæro. licèt viri tenuerint ↄ̃rium. 7. q. j. sicut.
el 2. Et ad quem spectet expensa funeris, an ad maritum, vel ad
patrem vxoris, hic per Archid. de quo est tex. in l. si pro rata. &
in l. quod si nulla. ff. de relig. Et prædicta procedunt decedente
3 muliere post mortem vltimi mariti. † Sed quærit̃ primo, quid
c si [c] vxor prius decedat quàm maritus, an sit sepelienda in sepul
chro suorum maiorum, an verò in sepulchro maiorum ipsius
mariti. dic ꝙ erit sepeliẽda vbi maritus elegit sepulturam pro
seipso, arg. c. soror. 18. q. 2. & sic in noua sepultura, siue in sepul-
tura suorũ maiorum. Sed si maritus esset absens, vel aliter, ita
ꝙ voluntatem suam declarare non posset, tunc mulier esset se-
pelienda in ecclesia, in qua maritus ipse sepeliretur, si decede-
ret ea non electa, & sic in ecclesia suorum maiorum vel paro-
chiali, vt s̃. & si ibi non posset sepeliri, videt̃ ꝙ tunc sit sepelien
da in sepulchro maiorum ipsius vxoris, ſm Lap. & Dom. & ita
sequit̃ do. Nic. in c. de vxore. s̃. eo. de qua per do. Pet. in d. §. nũc
videndum. licèt enim maritus non possit vxori eligere sepul-
turam, cum hoc non reperiatur iure cautum, nisi ad id se habe
ret consuetudo, j̃. c. proxi. vel nisi prius sibi in eodem loco eli-
gat, vt hic patet, tamen satis dicit̃ tacitè eligere per se iuris di-
spositione in sepulchro suorum maiorum, vt s̃. Scđ ò quæritur,
eꝫ, si vxor prædecessit electa sibi sepultura, an maritus postea
decedens nõ electa sepultura debeat sepeliri in sepulchro vxo
ris. rationes tex. hic faciunt ꝙ non, quia maritus non sequitur
nec honorem nec domiciliũ vxoris. Item tex. in c. vnaquæq;.
14. q. 2. dicit, ꝙ mulier debet sequi maritum, & nihil dicit econ
tra. Item absurdum videt̃, ꝙ maritus sequat̃ dispositionem mu
lieris, arg. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. In ↄ̃rium facit quia pro-
pter vnionem, quæ fuit inter eos in vita, ius disposuit vt vxor
debeat sepeliri in sepulchro mariti, ergo idem econtra, cũ ma
ritus & vxor non iudicant̃ ad imparia, vt videtur tex. in d. c. de
vxore. s̃. e. & facit c. gaudemus. s̃. de diuor. & quia censent̃ vna
caro, vt in c. maritus. s̃. de cog. spiri. tamen idem do. Nic. in d. c.
de vxore. dicit super hoc esse cogitandum. Tertio quærit̃, quid
in sponsa per verba de pręsenti anteq̃ sit carnaliter cognita. &
dic ꝙ tunc non habet locum iste tex. quia non esset sepelien-
da in sepulchro sponsi, nisi esset ducta ad domum, vt tenet do.
Pet. in d. §. nunc videndum. ver. tertio quæro. cum duobus ver.
seq. Quarto quærit̃, quid in sponsa de futuro. & dic ꝙ non de-
bet sepeliri in sepulchro sponsi, vt tenet do. Pet. in d. §. ver. 12.
4 quæro. † Vltimo quærit̃, quid in concubina. dic ꝙ licèt quo ad
affectionem parum differat vxor a concubina, vt in l. item le-
go. §. parui. ff. de leg. 3. tamẽ non debet sepeliri in sepultura cõ-
cubinarij, si non electa sepultura decedat. & ita probat gl. no.
hic in ver. viro. quia iste text. habet locum in vero marito tan-
tum, non ergo in concubinario. & ita tenet Archi. & Io. And.
& do. Pet. in 9. c. canonicæ parochialis. §. nunc dicamus. ver. 13.
cum concubinatus sit reprobatus de iure canonico, vt no. in
ver. tanta. s̃. qui filij sint legi.

ADDITIONES.

a Nic. Supe. Retinere domicilium. Adde ꝙ dicitur etiam de familia viri, vt in l.
quicunq;. C. de re mili. lib. 12. Doct. in c. ex parte B. de foro compe. Abb. in
c. super eo. in 2. col. de test.
Vin. God. Vxor vt dicatur de foro viri, scribit Ruy. consi. 58. nu. 2. lib. 3.
b Nico. Supe. Priuilegio viri. Adde tex & ibi Sali. in l. his solis. C. de reuo. do. &
Abb. in c. vxoratus. in prin. de conuer. coniuga.
c Nic. Sup. Si vxor prius accedat. Adde c. quis conuincit. & c. vnaquęq;. 13. q. 2.
& in c. de vxore. de sepul. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Impubes constitutus in patris potestate nõ potest sibi eligere sepulturam.*
2 *Consuetudo dat ius eligendi sepulturam, licèt videatur esse contra ius.*
3 *Consuetudo dat ius eligendi sepulturam non solum parentibus, sed etiam*
amicis.

CAP. IIII.



Licet. Potest pater ex consuetudine filio impube
ri eligere sepulturã, puta si per seipsum eli-
git pro anima, tamen non legat sine consensu pa-
tris, nisi in castrensib. vel quasi. h. d. Et secunda pars
1 ibi, quàmuis. † No. j. ꝙ impubes in patria potestate constitutus,
a non põt sibi eligere sepulturam, [a] imo impubes etiã si esset sui
iuris, vel patrem non haberet, hoc non posset etiam cum au-
ctoritate tutoris, vt plene vide per do. Pet. in 11. c. canonicæ pa
rochialis. circa prin. Scđ o no. hodie expressum, ꝙ pr̃ non põt
eligere sepulturã pro filio suo impubere, nisi consuetudo ter-
rę id habeat, ex quo infertur, ꝙ ptãs eligendi sepulturã non re
gulatur a potestate testandi. facit j̃. §. proxi. nam pr̃ potest pro fi
lio suo impubere indistincte facere sibi testamẽtũ ẽt in bonis
maternis, vt in c. si pr̃. s̃. tit. proxi. & l. j. ff. de vulga. & pup. & tñ
non potest sibi eligere sepulturam, nisi ratione consuetudinis
& rationem differentiæ vide hic plene per Domi. expensæ tñ
funeris filij spectant ad patrẽ, vt l. filius. ff. de in rem verso. An
autẽ stante tali consuetudine possit pr̃ eligere filio sepulturã
in ecclesijs mendicantiũ habentiũ priuilegiũ recipiendi eligẽ
tes sepulturam apud eos, vt in cle. dudũ. j̃. eo. Oldr. in consi. 223.
ꝙ sic, quia censetur tunc ipse filius apud eos elegisse, cum ha-
beatur ac si ipse filius elegisset sibi sepulturam. & ita sequitur
Do. j̃. §. proxi. & facit qđ no. s̃. c. proxi. in glo. 2. Vltimo no. ibi,
consuetudo terrę. ꝙ consuetudo debet esse gñalis in illa terra.
consuetudo ergo alterius loci vel terræ nõ extenditur ad aliã,
nec illi præiudicat, vt in c. illud. & ibi per glo. no. 12. di. Secũdo,
quia consuetudo debet esse gñalis in illa terra. vnde dicit hic
Arch. ꝙ ↄsuetudo aliquarũ eccl̃iarũ illius terrę nõ pręiudicaret
alijs ecclesijs in eodem loco, vt hic patet, & in d. c. illud. imo
ex quo consuetudo ad hoc vt pater possit eligere sepulturam
pro filio debet esse generalis illius terræ, non videtur sufficere
consuetudo vnius ecclesiæ vel plurium in eodem loco, & ita
2 videtur velle Fed. in suo consi. 86. & Pe. de Ancha. hic. † In glo.
in ver. consuetudo. in fi. Nec ob. ꝙ talis consuetudo cõcedens
ius eligendi sepulturam, non debeat valere, quasi sit contra ius
cõe, per qđ loca sepulchrorũ diffiniũtur. quia secundũ Io. An.
satis est, ꝙ ius cõe assistat tali cõsuetudini, vt hic, & in c. fi. s̃. de
consue. & ibi per Io. An. super glo. pe. Requiritur tñ, ꝙ talis cõ
suetudo sit præscripta, quia quando fit mentio de cõsuetudine
debet intelligi ꝙ sit legitime præscripta, licet aliter non expri
matur, vt est tex. no. in c. Cumana. s̃. de electione. & ita videtur
tenere Fed. in d. consi. Sed an requirantur 40. anni. Oldr. in d.
consi. tenet ꝙ sufficiunt decem anni, per no. per glo. & Io. An.
in c. fi. s̃. de consue. e. lib. sed Do. j̃. §. proxi. contra, quia talis con
suetudo est contra ius cõe, vt patet hic in tex. prohibente hoc
vbi non esset talis consuetudo, unde requiruntur 40. an. ut no.
in d. c. fi. Sed certe ius non resistit tali cõsuetudini, imo assistit,
ut hic in tex. ideo sufficit tempus decem annorum, ut per glo.
no. in d. c. fi. in uer. consuetudo. In gl. in uer. uel parochiali. ibi,
hoc tutius. idem Archi. licet Io. Mo. hic uariet, & cum hac glo.
tenet hic Io. de Lig. dicens hoc cõiter approbari. & facit 63. di.
metropolitanæ. & 23. q. j. alienus. & per gl. & s̃. c. proxi. ubi præ
fertur sepultura maiorum. & ita sequit̃ hic Pe. de Anch. & Do.
cũ ista alternatiua sit ordinis, & nõ pręposterationis, & est sen
sus, ut sepeliatur in sepulchro maiorum, si potest, alias in paro
chiali. Sed si consuetudo esset, ꝙ posset altera istarũ eligi, tunc
esset seruanda, ſm Do. & ita procederet finis istius gl. ſm eum.
Et prædicta procedunt in impubere, si moriatur, vbi debeat se
peliri, quando de consuetudine non appareat. Sed quid sit in
pubere, si decedat non electa sepultura. Lap. in sua alleg. 60. vi-
detur velle, ꝙ sit sepeliendus in parochiali, licèt hoc non mul-
tum

ADDITIO.

a Nic. Sup. Non potest sibi eligere sepulturam. Adde Anto. de But. in c de vxore.
extra eo. in anti.

tũ firmet, dependet tamen hoc ex intellectu c.s̃.proxi. & eorũ quæ ibi no.fm Do.j.in fi.Sed certè prout no.s̃.in gl.& s̃.c.proxi. potius erit sepeliendus in ecclesia maiorum, si potest, aliàs
3 in parochiali, vt ibi est dictum.† In ea.glo.in fi.no.ex glo.ꝙ cõsuetudo potest non solum parentib.sed etiam amicis concedere potestatem eligendi sepulturam.& sic facit, ꝙ ẽt mater possit de consuetudine eligere sepulturam filio, cum in ea sit eadem ratio, quæ in patre, fm Do.Sed ad hoc contra.potest concludi, ꝙ valeat consuetudo, si tribuit potestatem eligẽdi ipsam in patre, sufficit ꝙ sit præscripta per decem annos, ex quo ius cõmune non resistit, vt s̃.Si verò tribuit potestatem alijs quàm patri, & tunc licèt valeat talis ꝯsuetudo, tamen debet esse præscripta per 40.annos, ex quo ius cõmune non assistit, sed resistit, vt patet hic in tex. loquente solum de patre, nisi talis esset cõsuetudo tribuens electionem inter ecclesiam parochialem & maiorum, quia consuetudo potest tribuere electionem etiã amicis, vt hic in glos. & sufficeret tunc ꝙ esset præscripta per tempus decem annorum, vt patet ex ratione huius glo.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest de castrensi peculio liberè disponere pro anima.*
2 *Quid de salario, quod lucratur filiusfamilias ex officio tutelari, vel tanquam publicanus.*

Quamuis. No.ꝙ sicut in alijs spiritualib.filiusfa.pubes nõ dicitur esse in potestate patris, sed sui iuris, vt in c.fi.s̃.de iudi.eo.lib.ita & quo ad electionem sepulturæ, quod ideo est, quia est quid spirituale, vt in c. quæsta.cum trib. sequen.13.q.2. Scd̃ò no.a contrario sensu, ꝙ filiusfa.possit
1 iudicare pro anima de consensu patris.de quo j.† Vlti.no.ꝙ filiusfa. de peculio castrensi vel quasi potest libere & sine consensu patris disponere pro anima, imo etiam non pro anima, sed quomodocunq; velit, potest de illis testari & iudicare, vt in l.fi.C.qui testamenta.quod inducit hic Lapus & Pe. de Anch.
a vt filiusfa.clericus [a] possit de obuentis ex causa clericatus testari sine patris consensu. & ita voluit glo. in c.quia ingredientibus.19.q.3.dicens, ꝙ clericus quantumcunq; sit in patris potestate, potest testari de his, cum ipse dicat miles cęlestis militiæ, fm glo.no.in l.miles.ff.de re iudi.de quo per Spec.in tit.de instru.edi.§.porro.in fi.& §.ꝯpendiose.ver.7.& plenius per Doc. in l.sacrosanctæ.& in auth. presbyteros. C.de sacrosan.eccl..& in c.quia nos.s̃.de testa.& plenius vide dicta in rub. de test.eo. lib.in glo.in ver.quasi castrense.in fi.sentit gl.ꝙ quicquid quærit aduocatus causa aduocationis, dicatur quasi castrense, & sic non solum qñ ex publico, sed etiam si a priuatis, putà, a clientulis in aduocando & consulendo. Et idem voluit glo. in l.fori.C.de aduo.di.iudi.licèt Spe.voluit contrarium in tit.de actore.§.j.in 5.colum.in ver.nec intelligas.Sed prius dictum est verius, quod tenet Io.And.in addi.Specu.in d.§.j.super ver. Item ꝙ agit de peculio.cum talia salaria succedãt loco illorum, quæ dabantur ex publico.facit quod in simili no.de milite in l. ꝙ si forte.ff.de castren.pecu.fm Io.And.ibi, & ita tenuit Cy.& Bal. in l.fi.circa fi.C.de inof.testa.& in l.cum oportet.C.de bo.quę libe.Sed idem Bald.in d.l.fori.intelligit prædicta vera, quando aduocatus est descriptus in matricula aduocatorum, & approbatus, & sic auctoritate publica gerit officium publicũ, quod no.Sed quæritur primo, quid sit in salario assessorum. dic ꝙ cẽsetur quasi castrense, licèt ex publico non recipiat̃, vt voluit gl. in d.l.fori. & est text.in l.velut.C.de assessori .& ita tenet Bar. ibi, & Bal.in d.l.fori.& Io.An.in dictis addi. Scd̃ò quærit̃, quid in salario procuratorum.Bal.in d.l. cum oportet. tenuit ꝙ non sit quasi castrense, cum illorum dicatur vile officium, vt patet Inst.de excep.§.fi.& non est publicum officium, sed priuatum & ita sequitur hic Pet.de Anch.de quo tamen per Bal.in d.l.fi. Tertio quærit̃, quid in salarijs medicorũ.glo. no.in d.l.fi.dixit, ꝙ censet̃ quasi castrense.& ita sequit̃ Bal.ibi, vbi idem dicit de magistris studiorum, seu literarum. Quarto quærit, quid de salario tabellionum.Bal.in d.l.fori. & in d.l.fi.dixit ꝙ censet̃ quasi castrense, cum gerant officium publicum auctoritate & vtilitate, præsertim si gerit̃ officium cum dignitate, sicut sunt notarij, qui stant in curia Principis.& idem sequit̃ hic Pet. de Ancha.Sed idem Bal.in d.l.cum oportet.intelligit hoc, quando tale salarium procederet ex publico, & sic ex bursa fiscali, aliàs
2 secus.cogita tamen.† Quinto quærit̃, quid de salario, quod lucrat̃ filiusfa.ex officio tutelari, vel tanq̃ publicanus.dic ꝙ licèt ratione publici officij quærat̃, tñ non est quasi castrense, sed aduentitium, vt tenet Spe.in d.§.j.& Bal.in d.l.cum oportet, quia talia salaria non differũt a mercantijs. & idem de salario quod lucrant̃ męchanici & artifices, vt magistri lapidũ, licèt habeãt salarium ex publico, quia illud a priuata causa non ex officio descendit, fm Bal.in d.l.fi. Quæ omnia tene menti, quia in bonis, quæ dicunt̃ quasi castrensia, non quęrit̃ patri vsusfruct.nec debent cum fratrib.cõmunicari, sed sunt præcipua eius, quia talia bona quærit, qđ secus esset in bonis aduentitijs. & per Bal. in d.l.fori.in prin.in glo.in ver.iudicare.ibi, pro vltima voluntate.non tamen pro testamento fm Io.And. hic remittentem se ad no.in c.si pater.in prin.s̃.de testamen.eo.lib.& ibi vult, ꝙ filiusfa. in bonis aduentitijs nõ poterit testari etiam patre permittente etiam ad pias causas, licèt possit donare causa mortis de consensu patris, vt hic.ratio differentiæ est, quia testamentum est publici iuris, & non potest ex alieno arbitrio depẽdere secundum eum ibi, de quo articulo vide plenissimè dicta in rubri.s̃.de testa.eo.lib.

ADDITIO.

a Nico.Sup. Clericus possit.Adde tex.in c.relatum.el 2.in §.pen.de test. Pet.de Anch.in c.fi.eo.titu.Bar.Cępol.caute.158.& an possit testari de acquisitis, vt esset capellanus alicuius, vide per d.Ant.de But.in c.requisisti. de test. Vinc.God. Adde, ꝙ clericus ab intestato habet successorem in bonis quæsitis ex industria, labore, & intuitu personæ.Paris.consi.33.nu.26.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Monachus respectu monasterij potest habere proprium, ideo dicitur ꝙ potest agere possessorio, vt restituatur ad monasterium.*
2 *Monachi sunt sepeliendi in proprijs monasterijs.*
3 *Episcopus potest in alia ecclesia, quàm cathedrali eligere sepulturam.*
4 *Monachus si decedit in remotis, non electa sepultura, vbi debeat sepeliri.*

CAP. V.

Religiosi. Primo ponit̃ dictum. Scd̃ò ratio ibi, videt̃ velle. Tertiò exceptio, ibi, nisi.
1 † No.j.ibi, a proprijs.ar.ꝙ monachus [a] respectu mo-
a nasterij dicit̃ habere propriũ, ideo est ꝙ monachus potest agere possessorio, vt restituat̃ ad monasterium, vt no.in c.cum dilecta.de rescrip. Posset etiã monachus petere aliquid vt proprium, quando res monasterij diuidunt̃, vt in c.in nullo. 18.q.2. vel etiam vbi ipse monachus recedit a collegio, 17.q.j.si quis rapuerit. Et vbi monachus permittit̃, vt in c.parochiano. de sen.excom.Scd̃ò no.ibi, nequeunt.ꝙ licèt electio sepulturę conferat̃ in tp̃s, quo monachus solutus est a monasterio, cum
b monachatus soluat̃ [b] per mortem, vt dicit̃ hic in glo.tamen ipse monachus sepulturam sibi eligere nõ potest, cum velle vel nolle non habeat, & sic vbi inspicit̃ initium, non sufficit ꝙ aliquid referat̃ ad tp̃s promissum, si tempore quo actus celebrat̃, est inhabilitas personæ.facit l.minor.ff.de seruis exportandis.
2 & de hoc vide plenè per d.Nico.in c.de vxore.s̃.eo.† Vlti.no.ꝙ
ditum, vel cancellatum, sine dubio eius tenor posset probari per testes, vt in d.ca. cum olim. In ead. glo. ibi, in profitendo. Idem tenet Spec. in §. restat. Sed dic contra, quia regulariter ad esse professionis non requiritur scriptura, & potest probari per testes, vt in c. nuper. s. de testi. & ita tenet glo. in c. vidua. 20. q. 1. & in c. rursus. s. qui cle. vel vo. & facit c. porrectum. s. de reg. & ibi per Docto. In ead. glo. ibi, in emphyteusi, vide de hoc arti. singulariter & plene per Imo. in c. potuit. s. de locato. circa princi. vbi refert plures opi. In ea. glo. ibi, in sententia excommunicationis. absolutio autem bene potest per testes probari, vt in ca. sicut. s. de sent. excom. In ea. gl. ibi, in fideiuss. vide per Doct. in l. pe. hic alleg. In ea. glo. ibi, in legato Papæ. Idem in delegato, vt in c. cum in iure. s. de offi. deleg. & ibi plene per Doct. Idem in subdelegato, vt per Archi. in c. si a subdelegato. s. de offi. deleg. eod. lib. de quo tamen vide per Ro. singulariter dec. 397. quæ incip. Item si Episcopus. in fi. seu in deci. seq. & ibi an commissio generalis vel specialis facta per Episcopum suo vicario possit probari per testes, an delegationes inferiorum a Papa vel Imperatore possint probari per testes, & vide per Archi. 97. distin. nobilissimus. & per Bal. in l. j. C. de mandatis principum. Et vide etiam per Ro. in decisi. 266. quę incipit, Item dixerunt, an officium Papę an commissio seu potestas principalis collectoris deputandi per Papam, & quid de commissione subcollectoris, an possit probari per testes.
4 † Quid autē sit in rescriptis, an requirant scripturam. Bal. quod sic, in l. gesta. C. de re iudic. & in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. In ead. gl. ibi, in libello. et in casib. in quib. procedit summariè, vt in clemen. sæpe. j. de verb. signifi. In ead. glo. ibi, in diffinitione. vide per Ro. in decisi. 409. quæ incipit, item fuit dubitatum vtrū diffiniti. & per Docto. in c. Albericus. s. de testi. & in ca. quoniā contra. s. de probatio. & ibi de alijs actibus iudicialibus, & per Bal. in d. l. gesta. Sententia vero interlocutoria & præceptum non requirunt scripturam, vt per glo. & Doct. in c. fin. hic alle. Et sic glo. ista enumerat 28. casus, in quibus requiritur scriptura, & Ioan. And. hic in nouella addit sex, dicens quod 29. est in quæstoribus elemosynarum, vt in ca. cum ex eo. s. de pœni. & remiss. Trigesimo in casu extrauagantis Bonifacij, quæ incipit, prouide. Trigesimoprimo in casu extrauagantis eiusdem, inci. iniunctis. Trigesimosecundo in clem. causam, de elec. Trigesimotertio in clem. dudum, de iudi. Trigesimoquarto in extrauagan. Io. 22. quæ incipit, execrabilis. Et Lap. hic addit 16. alios casus dicens, quod 35. est in casu c. pastoralis. s. de priuile. Trigesimosexto in c. 1. s. de consti. eod. lib. Trigesimoseptimo est in c. cum aliquibus. s. de rescrip. eod. lib. Trigesimooctauo est in c. si propter. s. de rescrip. eod. lib. Trigesimonono in c. statutum. §. cum vero. ibi, quem in literis. s. de rescri. eo. lib. Quadragesimo in c. duobus. s. de rescri. eo. lib. Quadragesimoprimo in c. quamuis. s. de elect. eo. lib. Quadragesimosecundo in c. procurator. s. de elec. eod. lib. Quadragesimotertio in c. fi. s. de offi. deleg. eo. lib. in §. vices. Quadragesimoquarto in c. quamuis, primo rñ. s. de præb. eo. lib. Quadragesimoquinto in c. cum de beneficio. s. de præb. eo. lib. Quadragesimosexto in c. si motu proprio. s. de præben. eod. lib. Quadragesimoseptimo in c. quamuis. s. de hæret. Quadragesimooctauo in c. j. j. de exces. prę la. Quadragesimonono in c. per exemptionem. s. de priuil. Quinquagesimo j. de sen. excom. c. quia periculosum. Quinquagesimoprimo in cle. per literas, de preben. Item adde quinquagesimumsecundum casum in l. fi. C. arbitrium tutelæ. de inuētario, & ibi per Doct. & per Bal. in d. l. gesta. Quinquagesimotertio in auth. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ offi. scilicet in tutela matris & auiæ, de quo etiam per Bal. in d. l. gesta. Quinquagesimoquarto in clausula ex certa scientia, vt voluit glo. in ver. literarum. in c. statutum. s. de rescri. eod. lib. & in cle. 2. in fi. de rescri. Sed certe Doct. in d. c. statutum. tenent contrarium, quia dicta clausula, vt possit probari per testes, licet non esset expressa in literis, & ita determinat Rota in decisio. 322. quæ incipit, Item licet. Quinquagesimoquinto est in probatione sacrorum ordinum, vt videtur velle tex. in d. l. si qua per calumniam. sed certe sacri ordines possunt probari etiam per testes, vt in ca. pe. s. de cler. peregrinan. & in c. si iudex. in fi. j. de sen. excom. Quinquagesimosexto in dispensatione, vt videtur probari in c. ex diligentia. s. de simonia. vbi videtur idem probari de restitutione ad famam, vt requirat scripturam. Sed dic, quod potest probari etiā per testes. & ita voluit gl. sing. in c. 2. s. de scisma. & ita sequitur Spe. in ti. de dispē. §. qualiter. ver. dicunt etiam. & ver. qualiter. Quinquagesimoseptimo in protestatione, vt in auth. præsbyteros. la 2. C. de sacrosan. eccle. sed certe Bal. ibi tenet, quod regulariter in protestatione non requiritur scriptura, nisi solum in casibus expressis in iure, & idem tenet in l. fi. C. de neg. gest. & Bal. ibi. Quinquagesimooctauo est in decretum, nā interpositio decreti requirit scripturam, vt tenet Ioan. And. in c. 1. super glo. s. de reb. ecclesię. eo. lib. Et ad prædicta vide per Bal. in d. l. gesta. & in l. pactum quod bona fide. C. de pactis. Exceptio suspensionis & recusationis iudicis est proponenda in scriptis, secundum Ioan. And. in c. appellatio. de appella. in 6. in fi. alle. l. apertissimi. C. de iudi. & vide in c. pia. de excep. eo. lib. Mandatum ad exigendum collectas & tributa, glo. in l. non solum. §. q alieno. ff. de procu. & est tex. in Auth. de collatoribus. §. eos. & loquitur in speciali casu in executore publicarum actionum. Et quod tenet ibi glos. in alio procuratore ad exigendum, & idem Barto. in l. 1. C. eodem titu. Bald. ibi contra, dubium facit, quia mandatum potest probari per testes. vide Imo. in ca. j. de procura.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus visitans debet prædicare populo.*
2 *Generalis inquisitio non facit, vt possit procedi contra infamatos de crimine, sed debet de nouo specialis inquisitio inchoari.*
3 *Notoria nulla indigent examinatione.*

1 Sanè. †No. 1. ibi, verbo Dei, quod Archiepiscopus visitans debet prædicare populo, & hoc potest per se & alium facere, vt s. de ætate & quali. cum sit. & de officio ordi. interiectam. secundum Ioan. And. Secundo no. ibi, absque coactione, quod licet Archiepiscopus possit visitandos compellere ad veniēdum, & respondēdum, quia alias fustratoria esset eius iurisdictio, vt in c. ex literis. s. de offi. dele. tamen non potest eos cogere ad iurandum, secundum Ioan. And. & sic a visitatis non recipitur iuramentum, quod procedit in visitatione generali, secus in speciali, vt j. in glo.
2 †Tertio no. ibi, inquirant, quod virtute generalis inquisitionis non potest procedi contra infamatos de crimine, sed dēt de nouo spālis inquisitio inchoari, & contra eum procedi. An autem ex generali inquisitione possit quis damnari, & an testes recepti in generali inquisitione probent, vel sint repetēdi, vide singulariter per Inn. in c. bonæ. el 1. s. de ele. in glo. in ver. testes. Quarto no. ibi, denunciet, quod ad denunciationem Archiepiscopi debent ordinarii inquirere. facit 2. q. 5. omnibus. & si nollent, an tunc propter eorum negligentiam deuoluatur cognitio ad archiepiscopum. Archi. & Innoc. hic, quod non, cum iste non sit casus expressus in iure, sed archiepiscopus poterit cogere ordinarios, vt procedāt & puniant, & hoc facere poterit ratione peccati & negligentię, & facit quod no. Inno. & Host. in c. ex tuæ. s. de cle. non resi. secundum Io. And. Sed certe hoc videtur expressum j. in ver. notoria. quod propter negligentiam deuoluatur cognitio ad archiepiscopum, quod procedit non solum in notorijs, in quibus constat de negligētia ex lapsu termini, sed etiam in non notorijs, dummodo de ipsa negligentia constet, & qualiter constituatur in negligentia, vide plene in ca. j. s. de sup. negli. eo. lib. & quod no. in cle. in plerisq;, de electione. In glo. in ver. exactione. idem sequuntur Doc. & de materia denunciationis per Spe. in tit. de inquisitione. §. 2. ver. licet autem, & ver. nec autem.
3 a † Quinto no. ibi, non indigent. quod notoria non indigent examinatione, sic s. de filiis presby. c. quoniam. 47. dist. de Petro. & vide 2. q. j. de manifesta. & in c. euidentia. s. de accu. & alias dicitur, quod notoria probatione non indigent, vt in l. emptore. ff. de act. emp. Et si esset dubium, vtrum sint notoria, habebit inquirere et cognoscere an sua sit iurisdictio puniēdi, et pronunciare sm Inn. et Io. And. quod no. ad glo. in c. 1. s. de offi. dele. eo. lib. Sexto no. ibi, negligentia. vnum modum probandi negligentiam ordinarii, quando. s. factum est notorium, cui debet prouideri ex dispositione iuris, etiam non prouidet, qd facit, vt si beneficium vacet notorie in diœcesi per sex mēses, et probetur negligentia Episcopi absque probatione scientię, et vide in cle. 1. in fi. de conces. prębend.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, quod notorium plus in se habet quam publicum, Cor. consi. 44. deueniendo, litera f. lib. 4 & de materia notorij, Felyn. in c. cum ordinem. col. 8. cum seq. de rescrip. & in c. olim. col. 6. & seq. de re iudic. late Hipol. in rub. de proba. colum. 42. & idem in eadem rub. colum. 47. quod per duos testes probatur.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio visitantibus non debet dari in pecunia, sed in victualibus.*
2 *Visitans non potest accipere munera, nisi esculentum & poculentum.*
3 *Pena æterna debetur pro peccato mortali.*

Procurationes. No. 1. ibi, aliquis de sua familia, & nec Archiepiscopus nec aliquis familiaris vel officialis eius debet recipere a visitatis pecuniam etiam pro labore, vel aliter qui veniant appellatione familię hic per

1 hic per Io.And.†Secundo no. ibi, in victualibus tantum, tene
menti, ꝙ procuratio non in pecunia sed in victualibus tantum
dari debet, de quo in c. Fęlicis.j. de pęnis. & quid veniat nomi-
ne victualium, hic per Io.And.& per Bar.in l.lega.de ali.leg.&
in l. verbo victus.ff.de ver.sig. Et per hunc tex. determinat Ar-
chi.& Io.Aud.s̃.ꝙ prælatus visitans, si perdit equum, vel soluit
vecturas equorum, vel similes expensas, quas facit, petere non
possit, quia tantum victualia percipere debet, vt hic in tex. nec
posset petere expensas, quas facit in via eundo pro visitatione
2 facienda, vt s̃.per Inn.& Io.An.†Tertio no. ibi, minus.ꝙ visitãs
nõ potest recipere munera seu dona, nisi sint esculenta vel po-
culenta, secundum Host.& Io. And. dicentem tñ periculosum
esse recipere victualia portanda, sed comedenda, ibi secus, li-
cet & tunc exigere ab inuito posset esse peccatum, & ita sequi
tur hic Do.qñ procuratio recipitur in victualictus, secus si pro
curatio recipitur in pecunia, vt in d.c.filias. Nam tunc nõ pos-
set tutè recipere victualia comedenda, quia posset fraus com-
3 mitti.†Quarto no.ibi, maledictionem.i.pęnam æternam, quæ
debetur pro mortali peccato, ſm Io. And. cum maledictio Pa-
pę excõicationẽ nõ inducat, ſm Lap.ponentem hic, quidope-
a retur maledictio [a] patris.& Ioã. And.hic inducit hunc tex. pro
opi.dicentium, quod iustus homo vel iudex potest alium ma-
ledicere, vt in c.de illicita.cum seq.24.q.3.Quinto no.ibi, etiam
epĩs, ꝙ iura loquentia de archiepiscopis non includunt episco
pos, vel alios inferiores prælatos, nisi hoc exprimatur. vide tñ
no.s̃.in gl. 2. & sic patet hic, ꝙ visitatio potest etiam iure ordi-
nario competere inferioribus prę latis ab Episcopis, & omnes
prælati seruare tenentur formam hic traditam in visitando, vt
hic dicitur. Vltimo no. quod ista constitutio etiam in regulari-
bus est seruanda quo ad capitula eis congruentia, sic s̃. de sta.
mo. c. fi. & hoc nisi quatenus derogetur per consuetudinẽ rõ-
nabilem, vel statutũ, & sic patet, ꝙ statuta & consuetudines di-
sponentia super visitationibus & correctionibus religiosorũ,
sunt seruanda, si rõnabilia sint. In gl.in ver.officij.in fi. idẽ Ho-
stien.per c.1.s̃. de simonia. & hoc si petantur rõne visitationis,
alias si clericus lr̃as faciat, & pro labore aliquid habeat, tunc ꝑ
hanc deci.hoc non damnat̃.12.q.2.charitatem.ſm Host. & Ioã.
And.intelligentẽ nisi talis recipiat salariũ de publico, quia tũc
stipẽdijs suis debet esse contentus, 23.q.1.militare. Et ex hoc in-
fertur primo, ꝙ faciens literas posset salariũ recipere, nisi de pu
blico salario hẽat, & sic habens salariũ ex publico non põt ali-
quid a priuatis ꝑsonis recipere, ẽt si sit aduocatus medicus vel
alius, & ita voluit gl.no.in d.c.militare.& Io.And.hic. In gl. in
ver.alijs. in fi. In delegatis vero non habet locũ, cũ illi solũ te-
neantur seruare formam mandati, s̃.de rescri. cum dilecta. etiã
si sint dati ab alio q̃ a Papa, dũmodo forma mandati cõtineat
illud qđ potest legatus committere, alias de iure non teneret
ſm Io. And. tenentem ꝙ forma hic tradita non esset seruanda
per legatũ, licet Imo. & Do. hic teneant ɔ̃rium, vt hic per eos.
In gl.fi.in fi.vide hic per Io.And.super tex. ponentẽ de denun-
ciatione regulariũ, quid sit, dicens requiri solẽnitates iuris, sed
de plano & simplici expeditur ſm regulam, nec posset appella
ri: & dicit ꝙ licet religiosi sint secundum regulam corrigendi
misericorditer, tamen nec passim more latronum in grauem
carcerem sunt detrudendi.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Maledictio patris. Adde Cardina. Zaba. in capitu. licet. in 5. no.de uoto.

SVMMARIVM.

1 *Pœnę additio facta ipsi legi prohibitiuę adiuuat eam.*
2 *Exigere & recipere differunt, quia illud fit ab inuito, istud a volente.*
3 *Patriarcha an comprahendatur appellatione archiepiscopi.*
4 *Dominus an teneatur de facto suæ familiæ.*

CAP. II.

Xigit. Primo ponit exordium. Secundo ibi, cõ-
1 stitutionẽ.repetit effectũ, s̃.c. proxi. Ter-
tio ibi, alioquin. apponit pęnam distinguendo sta-
tum delinquentium.†No.j.ibi, adiuuandam, ꝙ addi
tio pęnæ facta ipsi legi prohibitiuæ dr̃ adiuuare ipsam legem,
& hac ratione inferiores a Papa possunt facere statuta adden-
tia pœnam iuribus communibus, quia non dicuntur illis ɔtra
riari, sed potius adiuuare, vt hic dr̃, de quo in c.fi.s̃.de off.arch.
2 †Secundo no. ibi, a volente recipere, dr̃iam inter exigere quod
fit ab inuito, vt hic in glo.& recipere quod fit a sponte soluẽte,
quod facit vt procurator datus ad exigendũ non possit solutio
nẽ a sponte soluente recipere, de quo tñ vide per Doct. in l. fi-
deicom.§.si rem.de leg.3.& in l.non solum.ff.sol.mat.& in l.so
lutam.ff.de pign.actio. Tertio no.ibi, ecclesiæ, ꝙ obligatus ad
restituendum quod recipit contra iuris prohibitionem, debet
in dubio restituere ei, a quo recepit, vt patet hic iuncto c. præ-
3 cedenti, vbi nihil dr̃, cui fiat restitutio.†Vltimo no.ibi, patriar-
chę, iuncto c.prox.vbi de patriarchis nulla fit mentio, ꝙ appel
a latione [a] archiepiscopi compræhendantur patriarchę, de quo
in c.1.in fi.s̃.de sta.mona.eod.lib. In glo.in verbo, pecuniam.in
tellige hoc in legatis & nuncijs sedis apostolicæ, & ita sequit̃
Inno.in c.procuratores.s̃.eod.secus in visitantibus, & hoc nisi
indigeãt tali indigentia, per quam visitatio impediatur. & ita
procedere posset glo.hic.& ita videtur tenere hic Ioã.And. &
Archi.& Inno.s̃.c. proxi. ver. visitatio, & ibi dictum fuit. In gl.
in ver.minima, ibi, esculentum. intellige etiam si sit portandũ
alias si esset tunc comedendum, vel bibendum, sine dubio nõ
haberet locum pœna, quia procuraretur tunc in victualibus,
4 & vide no.s̃.c.proxi.in ver.caueant.secundum Ioan. And.†In
glo.in verbo, teneantur.in fi.vide ibi not.quando sit, quod do-
b minus [b] teneatur de facto suę familiæ, & in c. cum ad sedem. s̃.
de restitu.spolia.& per Barto.in l.1.§. familię. ff. de publicanis.
vbi etiam ponit, quis dicatur de familia, de quo etiam per Bal.
in l.1.C.de episco.& cler.& in l.obseruare.§.proficisci.de offic.
proconsu. In glo.in ver.suspensus.no.ex gl. ꝙ suspensi a cano-
ne etiam ad tempus incertum celebrando incurrunt irregula-
ritatem.de quo vide no.in c.cum æterni.hic allegata. In glo. in
versic.quousque.in fi.secundum Ioan. And. hoc debet intelli-
gi, prout voluit glo.nota.in versic.donec, in clemen. 1. de deci-
mis. & ibi vide.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Appellatione archiepiscopi. Adde an compræhenditur primas, uide Card. Alex.in cap.cleros.21.distin.& an compræhenditur Papa. uide per eundem Car.in d.c.cleros.

b Nico. Supe. Dominus teneatur. Adde Barto.in l.Titius.ff.de testam.mili.Bart. in l.hoc iure.in §.Labeo.ff de do. Bald.in l.apud antiquos.in fine.C.de fur.Ludo.Roma.consi.11.incip.In proposita quæstione.idem Lud.Roma.consi.15. inci. Plura sunt, quæ quæruntur.

SVMMARIVM.

1 *Papa si est in concilio, ipse est qui facit constitutionem, & ab eo intitulatur.*
2 *Prouisio si datur pro exercitio vnius diei, licet plura fiant opera, non tamẽ debet augmentari.*
3 *Peculium, hoc verbum ad quæ extenditur.*
4 *Episcopus visitans non debet ab vna ecclesia recipere plus quam procurationem vnius diei.*

CAP. III.

Oelicis. Potest visitator a volentibus procu-
rationem in pœnitentia recipere, sed
vna die vltra vnam procurationem non recipiat, li-
cet plura loca visitauerit. hoc dicit, secundum Do-
mini.& habet quatuor dicta. Primo recitat ius antiquum. Se-
cundo ibi, veram, illud limitat. Tertio ibi, addiscentes, decla-
1 rat. Quarto ibi, cætera.in reliquis ius antiquum cõfirmat.†No.
primo, quod si Papa est in concilio, ipse est qui facit constitu-
tionem, & ei intitulatur, secundum Domini. Secũdo no. quod
a tunc demum a volentibus potest recipi pecunia pro [a] visitatio
ne, quando recipitur pro sumptibus moderatis occurrenti-
bus tempore visitationis pro ipsis victualibus, vnde taxatio
2 non debet excedere, secundum Domi.†Vltimo no. ibi, nisi
vnam &c. quod vbi datur prouisio pro exercitio totius diei,
non debet tunc augmentari etiam si tali die exerceat plura
opera, pro quorum quolibet habuisset integram prouisio-
nem, quod inducit Domini. vt si detur indulgentia euntibus
ad certam ecclesiam certis diebus deputatis, vadens non ha-
beat nisi vnam indulgentiam, licet pluries in eadem die acce-
dat. de quo tamen in capitu. cum ex eo. supra, de pœni. & re-
3 mis.& in capit. finali. infra de pœnitentijs.†In glos. in versic.
concedimus.in fi.& dicit hic Ioan. Andr. quod verbum, pecu-
lium, non restringitur tantum ad numeratam, sed in alijs re-
bus possunt concordare pro quantitate taxata seruato mode-
ramine, ideo dicitur quod quicquid habent homines, pecu-
lium est, vt 1.questio.3.totum.hodie autem per constitutionem
Benedicti, quæ incipit, Vas electionis. taxata est in omnibus
quantitas, & ibi vide quia breuiter recitari non posset, secun-
dum Ioan. And. In glo. in versi.officio.in fine, nota quod iura
loquẽtia de habẽtibus potestatem exercendi iurisdictionem
habent

ADDITIO.

a Nico. Superan. Pro uisitatione. Adde Francis. Paui.in tracta.de uisitatione, in prima parte.

habent locum etiam in delegatis ordinariorum, de quo vide
4 in c.1.in fi.s.eod.tit.& lib.†In glo.in ver.persoluendam.in fi.&
dicit hic Ioan.And.quod visitans non debet ab vna ecclesia re
cipere amplius quam procurationem vnius diei, vt in ca. inter
cętera.10. q. j. quia visitator non debet trahere moram in vno
loco vltra vnam diem, nisi necessitas aliud inducat, & ita pro.
cedat c.placuit.10.q.j.vt de his vide per Hostien. in summa, de
offic.ordi.§.quod si vero patet, & plenè per Innoc.Archidia.&
Ioan.And.in d.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Pedagiorum exactio est illicita de iure communi, ergo debet probari esse licita ab eo qui eam allegat.*
2 *Consuetudo non prodest in exactione pedagiorum contra clericos.*
3 *Clericus an gaudeat priuilegio clericorum in præscribendis bonis patrimonialibus.*
4 *Clerici non gaudent immunitate in his, quæ deferunt causa negociandi. Adde ad idem nu.5.*

CAP. IIII.



QVaquã. Primò ponit exordium. Secundo prohibitionem, ibi, cum igitur. Tertio pęnas transgressorum ibi, qui vero, & plenius prouidet iste tex.quam c.quia nonnulli.de immu.eccl.
1 tene menti primo istum tex.& ita allegatur, quod exactio† pedagiorum est prohibita tam de iure cano. quam de iure ciuili.
qui ergo diceret hoc sibi fore licitum, habet idem probare,
de quo in c.2.j.de immu.eccle.secundum Domi.& in l.1.C.noua vectigalia.vbi habetur, quando sit quod possit institui nouũ
a vectigal. ideo est quod ius imponẽdi pedagia [a] & gabellas est
casus reseruatus soli principi, vt in ca. super quibusdam. s. de
ver signi. Secundo no.ibi, tanto validum etiam.arg.a minori,
de quo per glo.in c.cum in cunctis. s.de elec.& in auth.multo
magis.de episco.& cle.Tertio no.ibi, diuino.tex.expresse probantem priuilegium clericorum fuisse concessum de iure diui
2 no, de quo etiam hic in glo.†Quarto no.ibi, contraria consuetudine, quod contra clericos vel ecclesias in exactione pedagiorum non prodest consuetudo, secus contra laicos, quia tale ius
potest quæri per consuetudinem, vt plene per Barto. in l.si publicanus.§.fina.ff.de publi.& hic per Pe. de Ancha. & videtur,
quod consuetudo debeat esse tanti temporis, in cuius contrarium non sit memoria, vt est tex.in d.c.super hoc. Quinto no.
ibi, donec exacta, quod absolutio fieri non debet, nisi prius p̃cedat restitutio seu satisfactio.& in casu huius c. inferior a Papa posset absoluere, ex quo Papa hic non reseruat sibi absolutionem, vt in c.nuper.s.de senten.excom. secundum Archi. &
Ioan. And. de quo tamen ibi vide per Innocen. Vltimo no. ꝙ
licet qui vsurpauit aliena, illa restituat, tenetur tamen facere
penitẽtiam de delicto, sic s.de homici.c. sicut dignum. & vide
per glo.& Dyn.in regula, peccatum.j.eo. lib. Et cui debeat hic
fieri restitutio de tali transgressione. Arch.hic tenet, ꝙ sufficiat
fieri prælato, cum transgressio fuerit facta in rebus ecclesiæ, vt
no.17.q.4. si quis contumax. quod procedit, si iniuria fit loco,
sed si personæ, tunc haberet locum c. parochianos. s. de sentẽ.
excom.secundum Archi. licet alii contra per c. si quis in atrio,
eadem causa & q. vbi dicitur quod debet satisfieri ecclesiæ secundum Ioan.And.& conclude secundum Domi.quod si clericus soluit de bonis patrimonialibus, & tunc sibi debet fieri
restitutio, & nomine suo, non nomine ecclesiæ. Si vero de rebus ecclesiæ, & tunc restitutio dẽt fieri ecclesię, uel ipsi clerico
noĩe ecclesiæ, arg.12.q.3.sacerdotes. Si vero quæritur de satisfactione iniuriæ, prout iniuria respicit priuilegium rerum eccle.
& tunc debet satisfieri prælato nomine ecclesiæ, vt d. c. si quis
contumax, quia hæc iniuria censetur facta ecclesiæ, cuius prætextu gaudebat priuilegio. Si vero iniuria sit facta personę, &
ipsum respicit, vt quia personaliter fuerit detentus propter pedagium, & tunc sibi fiat restitutio, & ita procedat d.c.parochianos. In glo.j.ibi, vniuersitas interdicta, dic quod de loco dicere
debuit, quia locus vniuersitatis non ipsa vniuersitas est interdictus, secundum Ioan.And.vt patet in tex.In glo. 1.in fi. vide ẽt
per Barto.& Docto.in l.j.ff.de publi.In glo.in ver. ipsorum. in
princip.facit l.2.C.de episco.& cler.per quam dicit Bald. ibi in
princip.quod clerici de bonis, quæ vendunt, non tenentur soluere gabellas, nec soluere ad portam ciuitatis.†In eadem glos.
3 in fine, quicquid dicat hic Domi. dicas, quod in præscriptione
rerum clericorum non gaudent priuilegio cum bonis ecclesiæ, quia contra res clericorum præscribitur istud tempus, quo
præscribitur contra laicos, & ita est glos.singu. in capitu.j. hic
allega.sed contra res ecclesiæ non currit minor præscriptio xl.
annorum, vt in capit.de quarta.s. de præscrip. Et vide per Doctores in capitu. finali.s. de vita & honesta. a n clerici de bo-
b nis [b] patrimonialibus teneantur soluere collectas. vide etiam
per Federi. in suo consi. 106. quod incip. Quæstio an coloni
partiarij de bonis ecclesiarum, vel ad fictum teneantur soluere gabellam & collectam impositam per iudicem secularem
de parte fructuum eis tangente, vbi videtur velle, quod sic, pro
quo facit glos. nota. in ver.excolendas. in clementi. j. de deci.
& vltra etiam dicit Federic. in dicto consil, quod si dominus
temporalis grauet tales rusticos, & sic ecclesiam per indirectum grauet, quod Episcopus hoc sustinere non debet, vt cap.
finali.infra de immu.eccle.melius facit capit.quanto.supra, de
priuileg.& l. 1. C.de episcop.& cleri.per quam Bal.ibi in prin.
dicit quod eo casu, quo non possunt grauari clerici, eodem
modo non possunt grauari eorum mancipia, vel ministri, seu
4 eorum familiares & coloni.† In glos. in versic. negotiandi. in
princi.no.iuncto tex. à contrario sensu, quod clerici non gaudent immunitate in his, quæ deferunt causa negotiandi, facit
tex. in clemen. 2.j. eodem titulo, vbi glos.idem tenet, de quo
ibi plene per Docto.& Specu.in titu.de immuni.eccle.§. fina.
vbi ex hoc etiam arguit contra emptores redditũum clericorum, vel regis, vel alterius baronis, qui volunt in his gaudere
eadem immunitate, quia clerici vel rex vel baro, vt non possint, & idem Archid.Ioan. Andr. hic, & glos. in d. clementi.2.
Quid autem si esset quæstio inter publicanum & clericum de
rebus quæ portantur, an deferantur causa negotiandi vel non,
quid tunc fiendum, vide glos. singu.in d.clemen.2.quam sequitur hic Lap.& vide per Barto. in l. citatio. §. mercatores. ff. de
pub.cuius dicta refert hic Pet.de Ancha. & vide plene per Docto.in d.capit.fina.Quid autem de eo, qui cępit extrahere bladum de ciuitate ante edictum, seu prohibitionem, & casu impeditus coactus est reuerti, an possit extrahere. Archidia. hic
quod sic, de quo in l.Cæsar.ff.de publ. & per Doctores in cle-
5 menti.2.supra, de constitu. † In eadem glo. in fine, in his enim
quæ negociationis cã deferuntur, statim absque alia admoni-
c tione perdunt [c] immunitatem, cum puniantur in quo delinquunt, licet alias clerici negociatores, vt amittant priuilegiũ,
debeant ter moneri, vt in capit. fina. supra de vita & honesta.
d secundum Lap.Et dicit hic Archid. quod ille proprie dicitur [d]
negociator, qui emit rem & ipsam integram, & non mutatam
vendendo lucratur, alias si emit, vt sit sibi materia aliquid inde
operandi, & talis non dicitur negociator, vt no.88.dist. emens.
hanc negociationem clerici exercere non debẽt, vt eadem distin.c.2.& 14.q.3.in summa.in fi. est autem clericus negociator
e vt [e] pestis euitandus, vt in ca. negociatorem.88.distin.& idem
sequitur Ioan.And.& vide per Bar.in procemio ff.& in l.legatus. de lega. 3.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Pedagia & gabellas.Adde Bertachi.de Firmo, in trac.de gab.
b Nico. Supe. De bonis patrimonialibus. Adde Specu.tit.de cler. coniug. in §. 1.uer.huius autem, Abb.in c.1.de censi.Lud.Roma.in l.si publicanus. in §.de rebus.de publi.
Vin.God.Clerici non sunt immunes a gabellis, & huiusmodi oneribus pro rebus, quas habent negociationis gratia, secus si habent usus sui causa, Ruyn. consi.112.nu.6.lib.5.
c Nico.Supe.Perdunt immunitatem.Adde Innocen.in capit Ioan.de cleri.coniug.Cardi.in clemen.j.in ulti.colum.in 20.q.de ui.& hone. clerico. ista iura loquuntur quo ad canonem, sed quo ad forum uide per Bald.in addi.Specu. tit.de re.uer.scholar.idem Bal.in tit.de cleri.coniug.uersi. 2. & dicit Fely. in c.cæterum, in 2.colum. de iudi. quod si clericus est mercator, & efficitur de numero mercatorum, quod iudex mercantiæ statim habet iurisdictionem in eum, sed ut perdat priuilegium, requiritur monitio præcedens.
d Nic.Sup.Dicitur negociator.Adde tex.in c.clericus ab instanti.21.q.1.
e Nic.Supe. Vt pestis euitandus.Adde Iosephum de Bello Iudaico contra Appi. grãmaticum Alexandrinum, sic inquit, oportet eum qui sacer. habiturus est eiusdem gẽtis nasci mulierem, neque ad honores neque ad pecu. neque ad mercantias inspi.

SVMMARIVM.

1 *Libere fieri potest, quod potest fieri alterius negligentia non expectata.*
2 *Consuetudo vt inducatur contra ius vel vtilitatem publicam, requiritur consensus principis tacitus vel expressus.*

CAP. V.



PErpetuò. Potest archiepiscopus prouinciã visitare, & ipsam reiterare, & curationẽ recipere, licet suffraganei non sint negligentes, tũc poterit cõfessiones oĩm audire pęnitẽtiasq; iniungere.h.d.Et scd̃a pars ibi, pōt, patet ergo ꝙ archiepiscopus non datur visitator prouincię in defectum suffraganeorũ, sed accu-

sed accumulatur visitatio, & sic possunt ambo concurrere in
1 visitando.de quo per Ioan. And. cap. 1. s. eod.lib. † No. primo ibi, libere. quod illud dicitur posse libere exerceri, quod potest fieri negligentia alterius non expectata, facit quod no. in cap. licet Episcopus. s. de præben. eod. lib. Secundo no. ibi, consuetudine. casum in quo non valet cōsuetudo, quod ideo est, quia est contra ius publicum autoritate & vtilitate, quod tamen intelligit hic Innocen. & Ioan. And. nisi in tali consuetudine inducenda interueniat cōsensus principis tacitus vel expressus. 12. dist. nos consuetudinem. & sic no. ex prædictis, quod in con-
2 suetudine † inducenda contra ius publicum, & vtilitatem requiritur consensus principis tacitus vel expressus. ex quo habetur vna declaratio ad glo. in c. leges. 4. distin. secundum Do. Tertio no. ibi, dum visitat, a contrario sensu, quod archiepiscopus non visitans, non possit audire confessiones subditorum suffraganei, vel eos absoluere, in tantum quod etiam a minori excommunicatione eos absoluere non posset, vt no. in cap. nuper. s. de senten. excommu. secundum Archidia. & Ioan. And. Vltimo nota, arguendo ex ordine literæ, quod licet vt in cap. mandato. s. de pœni. eod. lib. quod confessor debeat pænitentem prius absoluere, quam pęnitentiam imponere, glo. tamen in ver. audire. in clemen. dudum. de sepul. dixit contrarium, de quo ibi per Docto. In glo. in ver. negligentis. in fi. ideo Ioan. And. hic declarando glo. dicit, quod cap. sicut olim. s. de accusa. loquitur de concilio prouinciali Episcoporū, non de archiepiscopo visitante, tale enim concilium examinat delicta non solum suffraganeorum, sed etiam subditorum suorum, vt ibi patet, & in cap. graue. s. de præben. vnde concludit, quod prouisio d. cap. sint. non est superflua, vt hic per eum. In glo. in ver. reiterare. in fi. quid autem facere debeat pauper clericus toties visitatus, per Ioan. And. in cap. si mandamus. s. de offic. Archid. tenet quod visitans debet visitare tunc suis sumptibus, secundum Lap. hic. & dicit hic Archid. & Ioā. And. quod si sunt duæ ecclesiæ propter paupertatem vnitæ, vel per Episcopum in ꝓcuratione coniunctæ, quod non sufficit, vt habeatur procuratio alteram visitare, sed ambę sunt visitandæ, si commode potest, alias ad locum idoneū conuocet clerum & populū vtriusque, vt in cap. 1. s. eod. In glo. in versi. absoluere. in fine, non tamen posset archiepiscopus tunc tales substitutos ordinare, seu dare literas commendatitias ad ordines, vt in cap. cum nullis. & ibi no. s. de tempo. ordi. eod. lib. & an possit cum talibus dispensare, no. in capit. ad extirpandas. s. de filijs presbyterorum, & ibi per Innoc. & Ioan. And. & de materia plenius in cap. pastoralis. hic alleg.

De consecratione ecclesiæ. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Vitium rei principalis se extendit ad accessorium illi contiguum.*
2 *Domus si vendatur, an veniat ortus contiguus illi, & an remotus.*
3 *Paries intermedius diuidit rem, in tantum quod censentur duæ res.*
4 *Ecclesia non consecrata licet dicatur basilica, tamen etiam dicitur ecclesia.*
5 *Pollutio, quæ fit in somnis, an polluat ecclesiam.*
6 *Locus facti vulneris dēt attendi, non locus effusionis sanguinis, vel mortis.*
7 *Vulneratus in tecto an videatur vulneratus in domo.*
8 *Effusio sanguinis si fiat in porta, quæ est in medio duorum cęmiteriorum, an vtrunque cæmiterium videatur esse pollutum.*

CAP. I.



I ecclesiam. Polluta ecclesia pollutum erit cæmiterium eidem contiguum, sed non semotum, econtra vero polluto cęmiterio non erit polluta ecclesia etiam cōtigua, nec polluto vno cęmiterio erit aliud illi contiguum pollutum, licet de vno ad aliud per portam detur ingressus. hoc dicit. Et quatuor casus declarat. secundum ibi, situs. tertium ibi, non sit. quartum ibi, non vnum.
1 † No. primo, quod vitium rei principalis se extendit ad accessorium illi connexum vel contiguum, vnde contiguitas seu connexitas nocet. facit de pœ. distin. 1. sed existimo. sic etiam prodest, quia absolutio & liberatio facta in re principali extendit se ad accessoriam & cōtiguam, vnde reconciliata ecclesia erit reconciliatum cęmiterium, arg. c. 1. j. de reg. iur. secundum Archid. & Ioan. Andr. patet ergo, quod cæmiterium contiguum sequitur conditionem ecclesiæ, & iudicatur de cęmitero contiguo sicut de ecclesia, vt hic dicitur. & per rationem istius text. Rota in decisio. 197. quæ incipit, Item quod habens gratiam in certam. determinat quod licet rescripta ad beneficia sint strictissime intelligenda, & fines mandati diligenter seruandi, vt in c. quamuis. el 1. & c. cum domino. s. de præben. eo. lib. tamen habens gratiam in certa ecclesia de beneficio ibi vacaturo, poterit acceptare beneficium vacans in cęmiterio, ambitu, vel capellis ipsi ecclesiæ contiguis, quia pars illius ecclesiæ etiam dicuntur, vt hic in tex. secus vero si capella vel beneficium sit extra septa monasterij, vel ecclesiæ situatum, licet capellanus seu rector illius capellæ resideret in ipsa ecclesia, vt ibi per Ro
2 tam. Item per rationem huius tex. † determinat hic Pe. de Ancha. vt in venditione domus veniat ortus contiguus ipsi domui, non remotus, & in venditione vineę veniat domus ipsi contigua, non remota, de quibus dic, vt per Bart. in l. prædiis. §. pen. ff. de leg. 3. & in l. olympico. ff. de serui. vrba. & in l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Secundo no. quod in cęmiterio polluto nō debet aliquis sepeliri, fortius & in ecclesia polluta, ad hoc qđ no. in c. j. s. de sepul. eo. li. nec dēt in ecclesia polluta celebrari ante reconciliationem, vt in c. ex tuarum. s. de priuil. si tamen contrarium fiat, ex hoc non incurritur irregularitas, arg. c. is cui. j. de sen. excommu. secundum Ioan. And. sed incurritur suspensio, cum contrafaciens suspensus sit ab ingressu ecclesiæ, j. de priui. Episcoporum. in fi. quia suspensione durāte si celebret in ecclesia diuina, agens in officio suo, vt prius erit irregularis, vt in c. is cui. j. de sen. excom. secundum Lap. & Do.
3 † Tertio no. quod paries intermedius diuidit rem, in tantum ꝙ dicuntur duæ & diuersæ res, & idem facit, vt si domus habens parietem intermedium censeantur tūc duæ domus, & nō vna, dato quod in pariete sit porta, per quam itur de vna ad aliā, vt hic dr̄, quod no. in l. si quis duas. ver. quod. & in ędibus. ff. cōia prediorum, & quia domus constituitur ex parietibus & tecto, & ibi dicitur, no. in l. si domus. ff. de leg. j. introitus ergo per eādem portam non facit rem, ad quam datur ingressus, coniunctam illi per quam fit acces. dici eandem, sed diuersam, si paries diuidit istas res, quod inducit Domi. vt si porta domus sit in vna parochia, & totum residuum domus sit in alia, quod illi debeat solui canonica portio, & non vbi est porta, de quo vi
4 de in c. cum quis. de sepul. eod. lib. † In glo. 1. ibi si. vide in capi. † s. cum ab eo. nu. 3.
a non oportet, de consec. dist. 1. & licet non consecrata dicatur [a] basilica, tamen ecclesia vocatur, vt in c. fi. hic alle. & de consec. dist. 1. ecclesiam. sed non proprie, vt dicit glo. hic, & vide in ca. penul. s. de immu. ecclesiarum. & de pluribus varijs nominib. ecclesiæ hic per Archi. & Ioan. And. & per gl. in c. fin. s. ne prelati vices suas. In glo. 2. ibi, quantum in eis, vt est expressum j. q. j. quod quidam. in fi. ad idem 49. dist. c. fin. in prin. & ita intelligi debet 81. dist. oportet. in fi. secundum Io. An. hic, & hoc idē
5 voluit Arch. in c. ecclesijs. de conse. dist. j. † In glo. 2. ibi, fuit occulta. idem tenet Host. & Docto. in c. fi. s. eo. vbi concludit, ꝙ li
b cet pollutio, [b] quæ fit in somnis, possit ipsum esse peccatū, vt est tex. & glo. in c. si testamentum. 6. dist. tamen non violat ecclesiam, & idem de pollutione nocturna occulta, de quo ēt per Archi. in d. c. ecclesiis. In glo. in ver. sanguinis. ibi, casu. idem si in ea quis facit minutionem sanguinis, secundum Io. And. minutio sanguinis vel sanguis exiret de naso casualiter, s̄m Do. & idem si moriatur quis in ecclesia casualiter ex se, aut ꝑ lignum vel lapidem cadentem, vt no. in d. c. ecclesiis. hic alle. & idem si se defendendo quis alium ibi interficiat, quia tūc sanguis non est iniuriosus, cum liceat uim vi repellere, ut in l. ut uim. ff. de iusti. & iure. & facit cle. 1. de homicidio. secūdum Io. Cal. dicentem tn̄, ꝙ tutius est, ꝙ fiat reconciliatio, ar. c. ad audiētiam. s. de homi. & ita tenet Io. And. in c. proposuisti. s. eod. Si tn̄ homo sanę mentis se ipsum occidat, uel irato animo se uulneret cum sanguinis effusione in ecclesia, tunc debet fieri reconciliatio, si hoc est publicum, s̄m Io. An. & no. in c. si quis occiderit. 60. dist. in gl. tunc aūt ex processione debebit eccl̄a recōciliari, si est magna effusio sanguinis, secus si modica, ut patet ex uerbo effussione, hic in tex. ꝙ abundantiā significat, ut in c. reuertimini. 16. q. j. & per gl. in uer. effundendi. in cle. ne Romani, de electione. imo si ex alio uulnere facto in ecclesia exiuerunt aliquæ guttæ sanguinis, non esset necessaria recōciliatio, per no. in c. ligneis. s. eo. & ꝑ glo. in c. cum illorū. s. de sent. exc.
c Et sic propter effusionem modici sanguinis [c] non polluitur ecclesia, quod est no. ad statutum, ideo dicebat Bal. in l. si ꝑdiū. C. de ędil.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Dicatur basilica. Adde c. 1. & ibi Doct. de reli. do. Card. Zab. in c. cum ex eo. in fi. de pœni. & remis.
b Nic. Supe. Pollutio, quæ fit in somnis. Adde c. omnes accusationes. 32. q. 7. sanctus Tho. in 4 sen. dist. 9.
c Vinc. God. Effusio sanguinis quæ dicatur. Fely. in cap. cum illorum. colum. 3. in fi. de senten. excommu. Angel. Areti. in tracta. malefic. versiculo, sanguis el secondo.

de ædil.act.quod ſtante ſtatuto,quod ſindici teneantur denun-
ciare percuſſiones ſanguinolentas, quod vbi eſſet modica cu-
tis ſciſſura denunciandum non eſt,& idem ſi diceret ſtatutũ, ꝙ
de vulnere facto in platea ſit pęna manus, quia pro paruo vul-
nere non haberet locum talis pęna per prædicta ſm Bald.ibi ꝑ
prædicta.& quia dixit glo.ſing.in d.c.cum illorum,ꝙ ſi dubita-
retur an effuſio ſanguinis ſit modica,vel magna, ꝙ hoc totum
iudicis arbitrio relinquitur,de quo ibi per Docto.In ead.gloſ.
ibi,necne.facit l.qua actione.§.caſuum.ff.ad l. Aqui.& idem te
net hic Ioan. Andr.& Archid.in d.capit. eccleſijs, & procedit
hoc in homicidio, ſed pro alio vulnere vel alia iniuria corpora
li ſine ſanguinis effuſione non polluitur eccleſia, ſecundum
Hoſtien.& Docto.in d.cap.propoſuiſti.licet in aliquibus locis
ſit conſuetudo, vt fiat reconciliatio ad terrorem. & facit quod
6 notat Ioan.And.in c. aqua.s̃. eod.† In ead. glo.ibi,ſecus econ-
uerſo.& idem Io.And.per no. in l. huic ſcripturæ.ff.ad l. Aqui.
& no.ex glo.quod locus facti vulneris debet attendi, nõ locus
mortis vel effuſionis ſanguinis.& vide in l.illud.ff.ad l.Aq. qđ
facit ad no.per Docto.in c.fin.s̃.de fo.compe.& per Batto.in l.
quod ait.ff.de adul.& in l.libellorum.ff.de accu.& in l.1.§.ex in
cendio.ff.de incend.rui.nau.& per Bal.in l.j.C.vbi de actione.
In ead.glo.ibi,ſuper tectum.idem ſi ſub eccleſia,vel in cella,ca
mera,vel ſpelunca ibi ſita quis interficiatur.ad hoc quod no.in
c.2.s̃.de offic.deleg.eod.lib.& in c.is cui.j.de ſenten.excom. ſe-
7 cundum Io.And.& no.ex hac glo.†Primo,quod vulneratus in
tecto non videtur in domo vulneratus.facit quod no.per Bart.
in l.terra.§.hic ſanamus.ff.de leg.1. & in l. item apud. §.conui-
tium.ff.de iniurijs. & in l. j. ff.de cloacis.& quod no.in clemẽ.
j.j.de pœnis.circa princip.Secundo no.quod non debet atten-
di locus,vbi eſt vulnerans,ſed vbi eſt vulneratus, quando loca
diſtant inter ſe,de quo no. in regu.in obſcuris.j. eod.lib.& per
Bar.in d.l.libellorum.& per Bal.in l.1.C.vbi de poſſeſſione, &
per Docto.in d.cap.fina.s̃.de foro compe.In ead.glo. idem te-
net Archid.in d.cap.quamuis.& in d.cap.eccleſijs.In gl.in ver-
bo ſeminis.ibi,31.diſtinctio.quoniam.ſed certe tex.ibi facit pro
opinio.prima,quam tenet hic Archidia.quia licet non debeat
ibi reddi,ſi tamen reddatur,non eſt fornicatio vel adulterium,
vt in c.ſi motum.de conſe.diſt.1.in c.apoſtolis.33.q.4. vt hic ple
ne per Archidia. & facit quod no. Ioan. And. in c. quoniam.s̃.
de coniug.leproſorum.ſecundum Lap.qui idem videtur tene-
re.Sed licet Hoſtien.s̃.eo.in c.fin.ponat hoc pro dubio, tamen
Ioan.And.tenet ſe cum glo. hic, quia exigere debitum in illo
loco eſt demeritorium, & ita ſequitur hic Domi. vt hic plene
per eum.In glo.in ver.polluto.in fi.vide hic pleniſſime ꝑ Lap.
in ſua alleg.83.vbi pleniſſime tractat de eccleſia vel cęmiterio,
vbi eſſent ſepulta cadauera infidelium, & quid vbi eſſent ſe-
pulta cadauera infantium non baptizatorum, & quid de mu-
liere quæ decedit prægnans.& ibi no.vide hanc materiam per
8 Docto.in c.conſuluiſti.hic alle.†In glo.fin.in fi. Quid autem ſi
in porta poſita in medio fiat iniurioſa ſanguinis effuſio, an
vtrunque cęmiterium erit interdictum.& videtur quod ſic, ar.
l.arbor. ff. cõi diuidun. & l.pe.ff.pro ſocio.ſed ꝙ nõ ambo, ſed
illud cui magis accedit pollutio,intelligat pollutũ.facit qđ no.
in l.quæritur.ff.de ſta.ho.Et quod neutrum,facit l.duo ſunt Ti-
tij.ff.de teſt.tute.ſecundum Io.And.dicentem ſe audiuiſſe fuiſ-
ſe terminatum id cęmiterium dici violatum, cuius gratia por-
ta vel paries facti fuerunt,quaſi ſit ipſius acceſſio.ſicut in ſimi-
li dicitur de auro & gemmis,in l.ſi non ſint.§.pen. & fi. cum l.
ſequen.ff.de auro & argen.leg.ſecundum Io.And.qui per pre-
dicta dicit, idem eſſe dicendum de porta eccleſiæ, ſi in ea fiat
talis iniuria,ſecundum Ioan.And,quod intelligit Imo.quando
infra clauſuram oſtii verſus eccleſiam facta eſt pollutio, ſecus
ſi in parte, quæ eſt extra verſus locum vacuum extra eccleſiã,
arg.no.per Bar.in l.1.ff.de cloacis.vt hic per eum.& Domi. con
cludentem,ꝙ aut talis iniurioſa effuſio ſanguinis eſt commiſſa
in porta,ſed ex parte magis inhærente exterius, & non dicitur
uiolata eccła, aut ex parte magis inhærente interius, & tũc dr̃
violata,ar.d.l.quæritur.ſecundum Domi.& idem ſi effuſio fie-
ret in porta exiſtente infra duo cęmiteria,vt illud dicatur viola
tum,cui magis adhæret effuſio. Si vero eſt commiſſa in medio
portę,& tunc conſiderari debet cuius cauſa porta & paries fue
rint facti, vt s̃. per Ioan. And. In dubio vero ſi non poteſt hoc
apparere, vt quia porta pariter participat de vtroque, & tunc
vtrunque cęmiterium erit violatum,argum. d. l. arbor. & facit
quod not. in l. iuris peritos. §. cum oriundus. ff. de excuſa. tu-
torum.& in capitu.poſtulaſti.s̃. de foro competen. & in capit.
ſuper eo. s̃. de parochiis, & quod not. in capit. ad audientiam.
de homicidio.

De reliquijs & veneratione ſanctorũ. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ordines dignitatum ſunt etiam in cœlo.*
2 *Apoſtoli dicuntur athletæ.*
3 *Epiſcopus non poteſt inducere aliquod feſtum in ſua diœceſi alicuius ſancti non canonizati per Papam.*
4 *Credo an debeat dici in magna miſſa in feſto quatuor Doctorum principalium eccleſiæ.*

CAP. I.



Loriosus. Primo ponit exordium de di-
uina prouidentia,quæ dignio-
res extollit. Secundo ponit imitationem eccle
ſiæ militantis,ibi,ſic & alma.& hęc ſecũda tria
facit.Primo commendat apoſtolos, & euange
liſtas. Secundo ibi,ideoque, ponit præteritam
prouiſio nem eccleſiæ circa ipſorum excellentiã. Tertioponit
ſuam additionem de feſtis illorum ſub duplici officio celebrã-
1 dis,ibi,nos itaque.†No.primo ibi, potioribus &c. quod etiam
in cęlo ſunt ordines dignitatum.de quo in c.ad hæc.79. diſtin.
& licet ſit vna vita ſanctorum, tamen ipſis ſanctis in cęlo am-
pliora præmia tribuuntur,qui ex bonis operibus plus prome-
ruerunt,vt hic dicitur. Secundo no. ibi, ſic & alma, quod ec-
cleſia militans ſequitur veſtigia Dei & eccleſiæ triumphan-
tis, quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, vt hic dicit,
2 & s̃.de electione. ſignificaſti. † Tertio no.ibi, athletas. [a] quod
a apoſtoli vocantur athletę,ſic de conſec.diſt. 5. ne tales. in fi.&
ponitur pro forti milite, ſeu pugnatore. & dicitur quaſi fortis
ad lethum, i. ad mortem,vt C.de athletis.l.1.lib.10. Quarto no.
ibi,Docto.eccleſiæ,de quatuor Doct. eccleſiæ, & quis iſtorum
alteri proponatur,& in quo,vide glo.ordi.in cap.vt veterum.9.
diſt.dicentem quod in moralibus Grego.exceſſit alios, Hiero
nymus in hiſtoriis & tranſlationibus.Et Auguſt.in diſputatio-
nibus & ſententiis.& vide in c.de libellis.20.diſt. vbi Hierony
mus pręponitur Auguſtino.Quinto no.ibi, ſacerdotii præditũ
titulo, quia videretur hoc debere intelligi de titulo ordinis ſa-
b cerdotalis, nam titulus [b] dicitur multis modis, & iſte eſt vnus
de illis,vt per gloſ.in cap.dudum. el 2. s̃. de electio.& s̃.de offi-
cio archipresby.cap.vltimo,in gl.2.Sed certe videretur, quod
iſte tex.poſſet intelligi de titulo Cardinalatus, vt ſic probetur
c hic quod Hiero.fuerit [c] præsbyter Cardinalis,& ita etiam uo-
luit glo.16.q.1.§.nouarum.uerſic.hoc idem.& 2. q. 7.quamquã.
& ſequitur hic Ioan.And. dicens, quod habuit titulum ſanctæ
Anaſta.ut hic per eum. Item ex ordine literæ hic Epiſcopum
præponi pręsbytero Cardinali, quia q̃libet Epiſcopus eſt ma-
d ior pręsbytero [d] Cardinali,& ei eſt præferendus. & ita dicit gl.
no.in d.c.quamquam.intellige de Cardinali non Epiſcopo, ut
dicit Io.An.in c.cum apoſtolus.s̃. de cenſi. et uide per Hoſt.in
c.eccleſia.s̃.de elec.ideo dixit glo.no.in c.in nouo.21.diſt. quod
omnis Epiſcopus dicitur eſſe par ipſi apoſtolico quo ad ordi-
nem & conſecrationem, licet Papa ſit maior omnium in ad-
miniſtratione.Vlti.no. quod ad ſolum Papam ſpectat diſpone
re, quæ feſta debeant celebrari ſub duplici officio. In gloſ.2.in
fi.no.glo.ponentem,qui fuerunt 12.Apoſtoli, & de eorum no-
minibus.In ead.ibi,Iudas Iaco.iſte uocatur Thadęus, & de his
3 omnibus habetur Lucę,6.†In glo.mag.in fine.tene menti glo.
ordi.ex qua habetur primo,quod Epiſcopus non poteſt in ſua
diœceſi inducere celebrationem feſti alicuius ſancti non ca-
nonizati per Papam,& idem tenet glo.in cap.fina.s̃.de feri. Se
cundo habetur ex gloſ. quę requirantur ad hoc ut dicatur eſſe
miraculum.& uide plene per Archid.1.q.1.teneamus.& in cap.
nec mirum. 26. quæſtio. 5. Tertio habetur,quę requirantur in
4 canonizatione alicuius ſancti.†In glo.fina.in fi.an autem in fe-
ſto quatuor Doctorum debeat in miſſa dici Credo. & uidetur
quod ſic, ſicut in feſto apoſtolorum et euangeliſtarum, licet
in rub.miſ.hoc non ponatur,nam illa rub.fuit facta ante iſtam
conſtitutionem,ſecundum Domi.

ADDITIONES.

a Nico.Supe.Athletas. Adde quid ſit athleta. vide in l.athletas. & ibi gloſ. ff. de his qui no.infa.

b Nico. Supe.Titulus dicitur multis modis.Adde c.clericus.2.q. 1.Archi.in c.ſi quis diaconus.50.diſt.

Vin.God.Tituli multiplicatio in eodem beneficio ad cautelam vtilis eſt, Fely. in c.in noſtra.col.1.de reſcrip.

c Nic.Sup. Fuerit præsbyter Cardinalis.Adde Lud.Ro.conſi.524.inci. Vos eſtis lux mundi.Io.de Ana.in c.ad deliberandum.de iud.

d Nic.Sup.Præsbytero Cardinali.Adde Abb.in cle.1.de exceſ.præla.Card.Zaba. in c.eccleſia. el 2.in fi.2.oppo.de elec.

De immunitate ecclesiarum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Romana est magistra & tutrix aliarum ecclesiarum.*
2 *Ecclesia & ecclesiasticæ personæ sunt immunes a talijs & exactionibus.*
3 *Collecta quãdo licite imponitur personis ecclesiasticis pro rebus, quas possident, an tunc tenentur soluere collectas etiam pro rebus, quas possidẽt extra territorium imponentis.*
4 *Feudum si deueniat ad ecclesiam, an efficiatur liberum.*
5 *Laici non possunt cogere personas ecclesiasticas dimittere aliena bona licite acquisita.*
6 *Munera quædam sunt personalia, quædam realia, quædam mista, & quæ sint illa, singulariter declarat.*
Adde ad idem nu.7.

CAP. I.



T periculosa. Religiosus professus habitū religionis temerariè dimittens, vel ad quæcunque studia accedens, non obtēta licentia prælati, & conuentus, ipso facto est excōicatus. hoc dicit vsque ad §. Doctores. & habet duas partes principales, quia in prima parte ponitur duplex inhibitio cū pęna, ibi, si quis. secundo ibi, Doctores. declarat illam in Do-
1 ctoribus locū habere. † No. primo, ꝙ vagatio [a] dicitur esse val-
a de periculosa religiosis, sic s̄. de regu. c. fi. & c. cum singula. s̄. de præben. eod. lib. & rationem hic vide per Ioan. An. nam monachus debet suo claustro esse contentus, ut in c. qui uere. & in c. placuit, el 2. 16. q. j. & ibi morari debet, vt in c. iusta. & in c. causa. & debet in solitudine contemplationis permanere, 16. qō. j. si cupis. ad stabilitatem loci seu claustri ex vinculo professio-
2 nis astringitur, vt in capit. sicut ex literis. s̄. de iureiuran. † Secundo no. ibi, dimittat. quòd religiosus siue expresse, siue tacite professus debet portare habitum suæ religionis, nec potest ipsum dimittere etiam in scholis, & propter hoc dixit glo. sing. in uer. extrinseca. in clemen. 2. de vita & ho. cler. ꝙ quantumcunque monachus portet per omnia habitum suum, si tn̄ cooperit habitum clericorum secularium in superiori veste, ꝙ talis est apostata, & idem sequitur Io. An. in re. certum. j̄. eo. lib. in mercu. quia ex quo portat coopertum, habetur ac si non deferret, & sic dimitteret, & ita sequitur Imo. & d. Ant. in c. Deus qui. s̄. de vi. & ho. cle. & ibi nota. & in cle. 2. tenentes etiam ibi, ꝙ si monachus stans in studio portat cappam destitutā s̄. habitum, ꝙ dicatur apostata & excōicatus, quæ oīa singulariter no.
3 & uide j̄. in gl. in ver. temere. † Tertio no. ibi, ad quæuis studia, quod etiam ad studium theologiæ, vel iuris canonici non pn̄t religiosi accedere sine licentia prælati & consi. capituli, cum iste tex. generaliter loquatur, s̄m Arch. & Io. An. & sic sequitur ꝙ ēt ex iusta & legitima cā, puta studij uel alia nō licet religioso se absentare a monasterio sine licentia prælati & consi. capituli, s̄m Do. vnde a ɔ̄rio sensu istius tex. sequitur, ꝙ de licentia prælati & consi. capituli bene possit religiosus se transferre ad quæ vult studia literarum, non tn̄ intelligas de scientijs prohibitis, ut s̄. c. proxi. quia tunc prælatus cum capitulo dispēsare non posset, imò ēt nec legatus de latere posset, vnde dixit no. Arch. 12. q. j. non dicatis, ꝙ solus Papa dispensat, vt religiosi, vel alij prohibiti audiāt leges, vel physicā, idem ēt tenet Spec. in ti. de leg. §. nunc ostēdendū. ver. 76. Debet ergo intelligi iste tex. de scientijs non prohibitis, & requiritur tunc consilium cōuentus, & sic non requiritur cōsensus, ita requiritur licētia prælati. i. abbatis, uel alterius eius locum tenentis, cum de tali prælato intelligat iste tex. & talis proprie dr̄ suus prælatus, ut 19. q. 3. statuimus. in prin. & in c. si religiosus. s̄. de ele. eo. lib. nō aūt intelligitur de ep̄o, quia solus ep̄s hanc licentiam dare nō posset sine ɔ̄sensu abbatis, arg. d.c. non dicatis. & ca. monachi. cum duobus sequentibus, 16. q. j. quia monachi tenentur obe-
4 dire abbati potius q̃. ep̄o, s̄m Arch. † Quid aūt si prælatus religiosi docibilis uolentis studere in iure canonico absque onere monasterij, & fraude chori nolit eidem dare licentiā, maxime in eadem ciuitate, tūc poterit cogi per ep̄m, & si nolit dare, vel legitimā cām ostendere, ipse ep̄s licentiā dare poterit, & ita refert hic Io. An. fuisse disputatū in q. monasterij habentis magnū populum, cui monachi ministrabant sacra, & alleg. j. q. 7. exigunt. & in c. licet. in uer. si uero. s̄. de reg. nec esset peccare tenendo, ꝙ de bonis monasterij, si sufficiant, esset illi in necessarijs prouidendū, si aliunde non prouideatur, arg. 68. di. quorū. et l. alimenta. C. de neg. gest. facit s̄. de magistris. super spec. & quia contemptor scientiæ mēbrum est diaboli, 38. dist. c. fi. & quod monachi exhortentur ad scientiā, habetur 16. q. j. sic viue. & c. dicto. & in alijs iuribus hic alleg. per Io. An. dicentem, ꝙ in ɔ̄rium facit 18. q. 2. nulla. & quia abbas est uice Dei super monachum, ut d.c. si religiosus. & habet officium plangētis, & nō docentis, 16. q. j. monachus. & per istas & alias plures rōnes, de quibus hic per Io. An. ipse tenet primū dictū Archi. de quo s̄. s. ut ep̄s hanc lnīam dare non possit sine ɔ̄sensu abbatis, qđ intelligit Imo. nisi rōne necessitatis & utilitatis imminētis, q̲a tunc ep̄s dare poterit, ut s̄. & idem tenet hic Do. qn̄ monachus est docibilis, et non multū detrahitur seruitio monasterij, q̲a sunt ibi alij monachi qui seruiunt: nam tūc si ep̄s monet abbatē, & ipse non assignata legitima cā non vult dare licentiā, ep̄s rōne talis negligentiæ poterit dare, ut no. in d. c. si religiosi. qn̄ aūt subesset legitima cā ɔ̄dicendi, et tunc p̄cedit
5 opi. Arch. s̄m Do. † Vide tn̄ multū singulariter per Arch. in d.c. non dicatis. ponentē quæ requirantur ad hoc, ut monachus iste possit esse in studio, de quo ibi per eum. Quid aūt sit de ipso abbate vadente ad studiū Arch. cum quo residet hic Io. An. ɔcludit, ꝙ licèt male faciat ire ad studium sine licentia ep̄i, si tamen vadat, non ligatur pęna imposita in hac ɔstōne, quæ vr̄ respicere immediatū prælatū, et non ep̄m, ut hic plenè per Arc. et idem tenet Do. hic, ꝙ ista constitutio est pęnalis: vnde non debet extendi ad alium casum, ut in c. statutum. s̄. de elec. eod. lib. Dubiū tn̄ facit, quod no. in c. fi. s̄. de sen. exc. q̲a cum ista decre. ɔtineat fauorē aīę, non dr̄ pęnalis. Item quia ēt in pęnalib. appellatione monachorū uenit ipse Abb. ut in d. ca. fi. de quo ibi plene per Doc. et uide ēt per d. Nic. in c. de mulcta. s̄. de p̄b. in 2. col. ubi no. ponit, an Abb. uel monachus possit salua con-
b scientia esse Doctor, [b] et assumere officiū legendi, de quo ibi plene per eum, et per Arch. in d.c. monachus. In glo. in uer. expresse. in fi. dicebat Host. in c. 3. s̄. eod. ꝙ in fauorē religionis, et animarū salutem fuit utrūque introductum, s. ꝙ tacite professus non ligatur, et tamen ista constitutione ligetur, secundum Ioan. An. In glo. in uer. temere. in fi. pro quo uide gl. no. in ver. temerarius. j̄. de senten. excom. in c. 1. quia ut habeat locum cōstitutionis pęna, nō requiritur dolus, sed sufficit ꝙ temerè uel ex negligentia uel fatuitate seu leuitate fecerit, secus tamen si esset iusta causa, ut dicit glo. hic. Imo etiā licèt monachus semper debeat esse cum habitu, ut in c. sanctimonialis. 23. dist. etiā in lecto, ut in c. fi. 20. q. j. attamen si in cella dimittat habitum suum, uel dum balneum intrat in occulto, uel iacet in lecto, hac constitutione non ligatur, sed bene ligatur quando exhibet se conspectibus hominum sine habitu monachali, in habitu

A D D I T I O N E S.

a Vinc. God. Hinc est, ꝙ uagatio sola sufficit ad beneficij priuationem, secundū Pe. de Ablas. in trac. director. elec. c. 25. primæ par. nu. 3. quod habetur in lib. 8. trac. fol. 22.

b Nic. Sup. Esse doctor. Adde Io. An. in c. quia nonnullis. de magist. & ibi Ant. de Butri. & Abb.

bitu laicali, vel ſecularis clerici ſine iuſta cauſa, ſecundum Ioã.
And.& facit cle.2.§.dignitatis.in ver.publico.de vita & ho.cle
5 ri.ſecundum Do.† Et quis dicatur habitus monachorum, no.
per glo.in d.clemen.2.in ver.extrinſeca.& in cle.ne in agro.in
princip.de ſtatu regu.& 20.qō.3. prius. & 19. qō. 3. mandamus.
In glo.in ver.conuentus.in prin.no.iuncto tex.quòd ſolus præ
latus,&c.vt ſ.in 4.no.In ead.gl. in fi. ſed iſti fauores ceſſant in
caſu huius cap.merito hic requiritur conſilium conuentus, &
non conſenſus,ſecundum Archidia.& Io. And. In glo. in ver.
licentia.in prin.tene menti iuncto tex.ibi,primitus, ꝙ vbicun
que requiritur licentia alicuius,illa ſemper debeat præcedere.
& vide quod no.in d.c.ſi religioſus.& c.quorundam . & cap.ſi
abbatem.ſ.de elec.eo.lib.& in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.
6 de acquiren.hære.†In ead.glo.in fi.inficitur primo, immo hoc
ſentit ipſa glo.hic,& in c.ex parte.hic alleg. ꝙ monachus exi-
a ſtens in ſtudio de licentia prælati poſſit pro ſua neceſſitate[a]
obligare monaſterium etiam accipiendo mutuum, & ex illõ
poterit monaſterium conueniri,ſecundum Innocen. in c.quã
to.ſ.de offic.ordi. quod intelligit hic Archi. niſi actum fuiſſet,
vt alius puta propinquus vel amicus,faciat ſumptus ipſi mona
cho,quia tunc monaſterium obligare non poterit. Nullo ta-
men caſu monachus exiſtens in ſtudio de licentia prælati po-
terit obligare monaſterium pro alio,quàm ꝑ ipſo monacho,
puta pro eius ſocio,nec etiam poterit pro illo uel alio quàm ꝑ
ipſo obligare libros,vel alias res,nec fideiubere, & ſi obliget
b vel fideiubeat,[b] non valebit,argu.l.j.§.j.ff. quæ res pigno.& l.
ſeruus.ff.de fideiuſ.ſecundum Archi.& Ioan.An.quærentem,
quid ſi aliquis ipſi monacho exiſtenti in ſtudio de licentia ab-
batis,dum egeret,vel infirmaretur,fecit expenſas, an illas re-
petat ab abbate,an verò a naturali patre, & remittit ad Spe.in
titu.de ſalarijs.§.vlti.ver.quid ſi monachus. vbi dicitur, prout
refert Lap.hic,quòd negari non põt,quin grauamen ſit vtriuſ-
que, tamen ille tenetur, cuius contemplatione fuerunt factæ
expenſæ,& ſi vtriuſque gratia,vterque tenebitur,in dubio ve-
rò qualitas perſonarum eſſet conſideranda, vt ſic ex perſonis
dicta penſemus,pro quo facit c.requiſiſti.ſ.de teſta. ſecundum
Domi.& vide per glo.Bar. & Bal.in l.ſi pupilli. §. ſed ſi ego.ff.
de neg.geſt. Et certe videtur, quòd indiſtinctè ſint repetendæ
ab abbate,poſtquàm eſt in ſtudio de eius licentia, & quia hoc
onus eſt monaſterij,vt hic,& in d.cap. ex parte. & quia per in-
c greſſum monaſterij [c] ſoluitur ius patrię poteſtatis, vt per glo.
in l.ſi ex cauſa.ff.de mi.& 20. q.2.c.j. quando tamen filius eſſet
in ſtudio de licentia patris,tunc eſt, quòd tenetur ad expenſas
ſtudij etiam vſque ad ſtudium perfectum, & pęnitere nõ poſ-
ſet,vt voluit glo.ſing.in l.Macedoniani.C.ad Maced.aliàs non
reperitur iure cautum, quòd pater teneatur ad expẽſas ſtudij,
ſed in alijs expenſis ratione infirmitatis, vel alterius neceſſita
tis bene poſſent procedere ſupradicta.Secũdo infertur ex hac
glo.quòd monachus, qui eſt in ſtudio de licentia abbatis poſ-
ſit eſſe in iudicio pro factis ſtudij,& dare vocem in electio. re-
ctoris,ſecundum Bal.in auth.habita.C.ne filius pro patre.dicẽ
tem quòd monachus,qui eſt in ſtudio de licentia abbatis, vide-
tur habuiſſe licentiam ad omnia agendum pro factis ſtudii,&
quia intereſt habere bonum rectorem,ſecundum no. in c.ſu ꝑ
his.ſupra de accuſa. Tertio infertur ex glo. ꝙ ſi monachus eſt
legitimè in ſtudio,poſſit mutuare,& agere ex contractu,& eſ-
ſe in iudicio,& accuſare pro iniuria ſibi facta,& ſi ſpoliaretur
cappa,vel libro,poſſet petere reſtitutionem,quæ omnia, ſi eſ-
ſet in monaſterio,facere non poſſet,ſecundum glo.in d.c.non
dicatis.& no.in ca. parochianos.ſ. de ſenten.excom.ita voluit
Spe.in titu.de accu.§.1.ver.edictum.& glo.in l. ſi longius.§.ſi fi.
7 lius.ff.de iudi.†Quarto infertur ex glo.ꝙ ſi monachus eſt legiti
d mè in ſtudio,poteſt facere gratuitam eleemoſinam [d] de bonis
monaſterii, moderatam tamen, quod aliàs facere non poſſet
ſecundum glo.in d.c.non dicatis.& in cle.2.in ver.committẽ.
do.de vita & hone.cler.In glo.in ver.ipſo facto.in prin.no.iun
cto tex. ꝙ religioſus per dimiſſionem habitus dicitur apoſta-
ta,& ipſo facto excommunicatus.intellige,quando aſſumeret
habitum laicorum,vel clericorum ſecularium, exhibendo ſe
conſpectui hominum ſine iuſta cauſa,vt ſupra in glo. in ver.te
mere.quia tunc proprie dicitur apoſtata. & facit prin. huius c.
aliàs dimiſſo habitu proprio religionis tranſit ad aliam etiam
laxiorem aſſumendo habitum ipſius religionis, licèt tunc di-
catur apoſtata,tamen non erit excõicatus, vt in ca. ex parte.ſ.
de tempo.ordi.& per Inno.in c.intelleximus.ſ. de æta.& qua-
li.& per Arch.50.diſt.c.ſi.& per Ioan.An.in c.Ioãnes. ſ. de cle.
coniug.in 1.q.ut dicit Do.j.§.proxi. ſecundum quem non obſt.
tex.hic,ibi,ſuæ religionis, quia debet intelligi de religione in
genere, & hanc partem tenet Lap.in ſua alleg.34.& do.Nic.in
c.ſane.ſ.de reg.in 2.col. de quo tamen vide per Doc. in d. c.li-
cèt.Et concludit hic Domi. & Pet. de Ancha. referendo Ioan.
An.in addi. Spec.ſuper hac rubri.& Oldra. in ſuo conſi.200.te
nentes, ꝙ licèt religioſus temerè dimittens habitum ſuæ reli-
gionis ipſo facto ſit excommunicatus, & efficiatur ineligibi-
lis,vt 16.q.1.legi.quod etiam tenet hic Archi. tamen ex hoc nõ
incurrit irregularitatem, ideo ſi poſtea habitum male dimiſ-
ſum reaſſumat, & abſoluatur ab excommunicatione, poterit
eligi,cum de tali irregularitate non probetur iure, ad hoc c.is
cui.j.de ſenten.excommu.& quia per abſolutionem dicitur ſa
natus,vt 6.quæſtio.1.illi. & tu intellige prædicta, niſi ante abſo
lutionem celebraſſet in diuinis, quia tunc propter hoc fieret
irregularis,ut in c.1.j.de ſenten.excom.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Pro ſua neceſſitate.Adde glo.in c.non dicatis.12.q.j.& ibi Archi.in c.cum paſtoris.2.q.7.
Vinc.God.Adde,ꝙ licentia non ualet ſine iuſta & legitima cauſa, Ruy.conſi.57.nume.11.lib.1.

b Nic.Sup.Vel fideiubeat.Adde do.in c.cum paſtoris.2.q.8. & Abb. in ca.quod quibuſdam.de fideiuſſo.niſi proximo imminente neceſſitate conſtituto, ſecundum Ant.de But.& Io.de Imo.in d.c. quòd quibuſdam. propter glo. ibi, licèt Car. Zaba.ibi tenet contrarium.

c Nic.Sup.Per ingreſſum monaſterij.Adde glo.in c.indecorum.de æta.& qua.& Spe.in tit.de ſta.mona.uer.13.

d Nic.Sup.Eleemoſinam.Adde glo.in c.ſi cupis.16.qō. j. Hoſtien.in ſum.tit.de pœ.in §.quibus.uer.ſed nunquid monachus.

Doctores. Doctores ſcienter docentes, vel in ſcholis retinẽtes religioſos ad phyſicam, uel leges, ipſo facto ſunt excommunicati.hoc dicit.No.1.ibi, religioſos, quòd licèt in c.ſuper ſpecu.ſ.e.ſint æquiparati,& pariter prohibiti ab auditione legum, vel phyſicæ tam religioſi quàm etiã clerici ſeculares, & ſimilis pęna excommunicationis ſolo facto imponatur,tamen ſi Doctores retinent in ſcholis presbyteros,uel clericos ſeculares,non uidetur quòd in eis habeat locum pęna huius tex.loquentis ſolum de religioſis, ar. c. nõne. ſ.de præſump.& l.cum prætor.ff.de iudi.Non ob.quòd iſti caſus ſint æquiparati iuri antiquo, ergo conſtitutio noua etiam pęnalis loquens in vno de caſibus æquiparatis, deberet extendi ad alterum,quando eſſet eadem ratio, ſecundũ gloſ. in ver. prouiſio.in c.ſi poſtquàm.ſ.de elec.eo.lib.& in l. ſi quis ſeruo. C.de fur.quia reſpondetur,ut per glo.ſ.c.proxi.in uer. declaramus.& ibi dictum fuit.& in c.conſtitutionem.ſ.de reg.eo.lib. & ibi glo.no.& prout dicit Ioan.And.hic in glo.Vltimo no.ſecundum Ioã.An.ex hac diſiunctiua ibi,aut &c. quòd pęna hic impoſita Doctoribus, locũ habet nõ ſolũ eis retinẽtibus religioſos in ſcholis, ſed etiam ſi extra ſcholas eos docerẽt leges, vel phyſicam.facit quod no.1.q.3.ſaluator.& 2.q.2.§.item Paulus.& in d.c.ſuper ſpe.In glo.in uer.dimiſſio.ibi, communicat in crimine.idem Arch. & hoc teneas ſaltem poſtquàm religioſus incidit in excõicationem, cum cõicet iam excommunicato in crimine, pro quo ligatus eſt, ſuper quo vide quod no.in c.contingit.el 1.de ſenten.excom.ſm Ioan. And. & per glo.in cle.unica.de conſan.& affini.& in regula,cui licet.j.eod.lib.In ead.glo.in fi.& hoc procedit,ſi intelligas de Doctore, qui cõicabat iam excõicato, ſed ſi intelligas quòd ante excõicationẽ propter auditum Doctor hanc pœnam incurrat,tunc eſſet ꝓrogatio,nec excederet caſum ſuum, ideſt non haberet locum niſi cum habitum dimittat,ſm Io.An.Sed Lap.hic ſentit ꝯ,cõcludens generaliter, ꝙ aut religioſus egreditur monaſterium cauſa audiendi leges, uel phyſicam, & tunc ſi non reuertatur intra duos menſes,ſm Innocen.Gof.& Vin. computandos ab exitu monaſterii hac de cauſa,uel poſtquàm cępit audire ſecũdum Inn,uel ſi audiat ẽt ſemel intra duos menſes, ſm Hoſti.ꝑ tex.in d.c.ſuper ſpe.in §.uerum. cuius opi. ſequitũr hic Archi. tunc ipſo facto eſt excõicatus tã religioſus quàm ipſe Doctor ſcienter idem participans, etiam ſi habitum non dimittat:vnde ad tex.hic ibi,habitu ſuo dimiſſo,debet ſubaudiri, maxime quo ad leges et phyſicam,ut in d.c.ſuper ſpec.et in c. cum magno.eo.tit.quæ indiſtinctè loquuntur ſm Lap.etiam ſi de licẽtia prælati phyſicam uel leges audiant, ut in dictis iuribus ſm Pet.de Anch.Si verò religioſus egreditur monaſterium cã audiendi theologiam uel canones, uel aliam ſciam non prohibitam,et tunc ſine licentia prælati,et in habitu nulla pęna incurritur.Si aũt uadit ſine licentia,et tunc quantũcunque iret cum habitu,tñ eſt ipſo facto excõicatus,ut ſ.in prin.in uer.horum. et ibi gl.et idem ſi cum licentia vadit ſine habitu,ut ſ. probat. et Doctor qui cum tali ſcienter participat ipſum docendo uel retinendo in ſcholis, pari ſñia ligatur, cum ſatis participat in

cri-

crimine damnato,ſm Lap.Pe.de Anch.& Domi.In gl. in ver.
ſcienter.in princ. intellige de ignorantia veriſimili,quia aliàs
bene poſſet eſſe tanta multitudo ſcholariū, & cautela mona-
chi intrantis in occulto,& recedentis, ꝙ licèt in habitu intra-
ret,ꝙ excuſaretur Doctor,ſm Io.An.Intellige tn̄, dūmō igno-
rantia non ſit craſſa, quia conſtitutio pęnalis loquens de ſcien
te,ligat etiam ignorantem craſsè & ſupinè, ſm glo.no.in c.fi.
ver.ſcienter.s̃.de offic.deleg.eo.lib. & in d. cle.j. In glo.in ver.
retinere.in prin.no.glo.& intellige ſubſiſtente iuſta cauſa, aſs
ſecus.In ead.gl.ibi,excōicatus non eſt, ſ. ipſe Doctor. & idem
tenet hic Io.Mo.& Arch.ſed bene erit excōicatus ipſe mona-
chus,cū eidem prohibeatur auditus, & ſtudium, vt in c.ſuper
ſpecu.ſm Io.And.In ea.gl.ibi,poſſit expelli. idē Arch. & Doc.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus uenit appellatione prælati.*
2 *Mandatum continens, quòd aliquis ueritatem inquirat,& iuſtitiæ debitū exequatur, an per hoc uideatur commiſſa diffinitiua,& executio cauſæ.*
3 *Iudex inferior a principe poteſt de iure canonico delegare cauſas criminales etiam meri imperij.*
4 *Papa an poßit ſtatuere, quòd clericus poßit proferre ſententiam ſanguinis ſine periculo irregularitatis.*
5 *Mutilatio membri, & ultimum ſupplicium non delegantur etiam de iure Authenticorum.*
6 *Laicus habens iuriſdictionem etiam in criminalibus, ſi committat clerico, quòd committat vice ſua ſpecialem iuſtitiarium, & ita facit, incurrat irregularitatem.*

CAP. III.

Piſcopus. Clericus in loco tpalis iuriſdictio
nis ſuæ ſuper delicto ibi commiſſo
delegatus, vt ueritate inquiſita iuſtitiam exequat̄,
non fit irregularis, licèt pęna ſanguinis inferatur.
h.d.Et primo ponitur dictum, cuius cā redditur, & obſtaculū
1 ſoluitur,ibi,nam licet.†No.primo,ꝙ appellatione prælati [a] ve
a nit ēt eps̄,de quo vide dicta in c.j. in prin.s̃. de cleri. ęgro.eo.li.
Secundo no. ꝙ diſpoſitio iſtius tex. locum hēt in quibuslibet
prælatis & clericis ēt non prælatis habentibus iuriſdictionem
tpalem,ſiue ratione patrimonij,ſiue ratione eccleſiæ, ſm Ioā.
2 An.de quo j̃.in gl.fi.†Tertio no.ibi, exequatur, ꝙ ſi mandetur
alicui,vt veritatem inquirat,& iuſtitiæ debitum exequatur, ꝙ
per hoc vr̃ commiſſa diffinitio,& executio ipſius cauſæ. Ideo
eſt, ꝙ delegatus inferioris a principe pōt ſuam ſnīam exequi,
qn̄ hoc in eius commiſſione includitur,de quo in c.ſi quis cō-
tra cle.s̃.de fo.competen.in c.quærenti.s̃.de offi.dele. vnde po
nit Arch.quæ ſit debita pęna pro homicidio,& dicit ꝙ eſt pœ-
na mortis etiam ſm legem ciuilem,& diuinam,ideo ſtatutum
b laicorum imponens pęnam pecuniariā [b] pro homicidio,non
valet,ſm Arch.& Lap.de quo p Hoſt.& Io. An.in c.fi.s̃. de cō-
3 ſue.& per Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.†Vltimo no.
ꝙ de iure canonico ordinarius inferior a principe poteſt dele
c gare cauſas criminales [c] ēt meri & mixti imperij. ſic s̃. de rap.
c.in archiepiſcopatu.& per glo.in cle.vnica.de offi. delega.&
in c.ꝙ ſedem.s̃.de offi.ordi.& j̃.in glo.& ideo dicebat glo. ſin-
gu.95.diſtin. peruenit. ꝙ epiſcopi & alij prælati eodem modo
poſſunt.In glo.ibi,ſed non ſpecialem, dicebat Gof. in d. ca.in
archiepiſcopatu, ꝙ conſulebat prælato habenti iuriſdictionē
temporalem, quòd non committat in ſpecie laicum punien-
dum corporaliter, ſed generaliter deleget vniuerſitatem cau-
ſarum,quæ ſunt ad pęnam ſanguinis,& ſi Gof.intellexit,ꝙ nō
exprimat de pęna corporali inferenda in ſpeciali commiſſio-
ne,hæc decre.non reſiſtit huic conſilio, ſecundū Io.And.imò
hoc conſilium eſt neceſſarium, quia ſi exprimeret quòd impo
neret ſpecialiter pęnam corporalē,eſſet irregularis,ideo eſt,ꝙ
tex.hic dicit,ꝙ debet committere ꝙ iuſtitiam faciat,ideo eſt ēt
ꝙ qn̄ caſus eſſet de præſenti ex ſolo conſilio,ꝙ imponatur pę-
na ſanguinis,fieret prælatus irregularis,ſm glo.& Io.An.in c.
hic alleg.& in c.ex literis.s̃.de exceſ.præla.fortius ergo ex præ
4 cepto ſpeciali.†In glo.in ver. maleficio. in prin. tenet ergo gl.
quam tene menti, ꝙ Papa poſſet prouidere, ut ſine pęna irre-
gularitatis clericus habens iuriſdictionem tpalem poſſit per
ſe ſnīam ſanguinis proferre,& iuſtitiā in pęnis ſanguinis exer
cere,& idē tenet Io.An.in d.c.clericis.& idem ibi d. Nic. refe-
rens Io.Cal.tenere Papam poſſe dare licentiā clericis intereſ-
ſendi in iuſto bello ſine pęna irregularitatis, qa irregularitas,
d quæ ͻhitur ex actu in ſe licito,eſt de iure poſitiuo,[d] ꝯ qđ Papa
diſpenſat,vt in c.propoſuit.s̃.de conceſ.præben. & ita ēt tenet
Inn.in c.ad audientiā.s̃. de homi. vide tn̄ plenius per eundem
Inn.in c.niſi cum pridem. s̃. de renun. ponentem ſingu.an &
qō,& in quibus caſibus irregularitas ſit de iure diuino,vel po-
5 ſitiuo.†In ea.glo.in fi.& hoc per id quod no.in d.c. in archiepi
ſcopatu.in vlt.glo.quia membri mutilatio,& vltimū ſuppliciū
non delegantur ēt de iure Authenticorum,& tn̄ de his cōmit-
tendis agitur hic principaliter & ſpecialiter,vt patet in tex.ſm
Io.An.Ideo dicebat glo.ſing.in c.peruenit.95.diſt.ꝙ epi,& alij
prælati nihil habent,quod ſit meri imperij, quod delegare nō
poſſunt excepto vſu palij,de quo arti.an de iure can.cauſæ me
ri & mixti imperij poſſint indiſtincte delegari, vide per Doct.
in d.c.ꝙ ſedem.& per Imo.& do.Flo.in cle.j.de offi.delega.Et
quid ſit de iure ciuili,uide per glo.& Doc.in l.imperium.ff.de
iuriſd.omni.iud.& in l.j.C.qui pro ſua iuriſdi.In glo.in ver.iu-
ſtitia.idem Archi.nam iſta non demandantur, nec venit in ge
nerali mandato aliquid illicitum', ſed hic in terminis iſtius gl.
non ſolum fecit non incluſum in mandato, imò ēt expreſſe ꝯ̄
mandatum,vnde non imputatur ipſi mandāti, ex quo eius cul
pa non præceſſit,ut hic in glo.& facit quod no.in c.poſtulaſti.
s̃.de homi.& in iuribus ibi allega.in glo.2.ſm Io.An. In glo.fi.
in fi.& procedit diſpoſitio iſtius tex.hic non ſolum in ſimplici
bus clericis habentibus iuriſdictionem tpalem ratione eccle
ſiæ vel patrimonij,vt s̃.in 2.no.ſed etiam in laicis:vnde ſi laicus
habens talem iuriſdictionem cōmittat gn̄aliter vel ſpecialiter
alteri,non fit irregularis,& poterit poſtea ordinari ſm Io. An.
& ſatis probatur hic in tex. vbi ſi hoc eſt in clericis, fortius in
laicis,& ita ſequuntur Doc.Poteſt ergo clericus vel laicus ha-
bens temporalē iuriſdictionē delegare cauſas criminales gn̄a-
liter vel ſpecialiter, ut fiat iuſtitia ſine pœna irregularitatis.
6 †Sed quærit hic Ioan.An.quid ſi clericus vel laicus habens di-
ctam iuriſdictionem cōmittit alicui clerico, quòd vice ſua eli-
gat,ſeu deputet ſpecialē iuſtitiariū, & ita clericus facit, an in-
currat irregularitatē ſi iuſtitiarius poſtea procedat ad pęnam
ſanguinis.& vr̃ ꝙ ſic,quia tex. hic loquitur in cōmittentib. rō-
ne iuriſdictionis, qui excuſantur ratione officij deputādo aliū
ad tale officium,imò ad hoc tenentur,ut hic in fi.tex.in ver.de
bent.ſed talis clericus,de quo quæritur,voluntariè cōmittit &
cōmiſſionem exequitur,ſic C.de procu.l. inuitus. & iſtorū di-
ſpar eſt ratio,vt no.in c.ab arbitris.s̃.de offi.dele.eo.lib. ſm Io.
An.dicentē per prędicta non eſſe tutū ipſis clericis ſcribere di
ctas cōmiſſiones,imò debēt ſibi cauere, aſs eſſent irregulares,
vt vr̃ hic velle Io.An.inferens ex his,ꝙ eps̄ vel pręlatus exiſtēs
in remotis, & non habens notitiā officialiū, debet hanc curā,
& poteſtatem electionis non ipſis clericis, ſed laicis cōmitte-
re,cuius dictum procedit,qn̄ ſimpliciter talis poteſtas eligen-
di eſſet ipſi clerico commiſſa,& ſic eſſet electa induſtria perſo
næ:aliàs verò ſi factus eſſet merus executor, ſed nudus mini-
ſter,vt quia clericus habeat nominare iudicem, quem ex tunc
ipſe prælatus conſtituit,ſeu deputat, non incurrit irregularita-
tem,ad hoc quod no.in cle.relig.de procura.ſm Io.Cal.& Do.
hic.Quid aūt ſi Papa cōmittit iuriſdictionem tpalem alicui in
aliquo loco,ut rectoribus Marchiæ & Romandiolæ: dic quòd
tunc erit idem in eis,quod in epiſcopis, ſm Ioan.An. ſentien-
tem,quòd ſi tales rectores poſtea alijs hoc committant, ꝙ tūc
irregularitatem non incurrunt, licèt tales officiales ſeu iuſti-
tiarij ſic deputati imponant pęnā mortis,& idē ſequit̄ hic Do.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Appellatione prælati.Adde Do.in c.vbi periculum.in §. quia verò.in primo no.de elec.lib.6.idem Do.in c.præſenti.in §.cæterum. in j.no.de offic.ordi.eo.lib.

b Nic.Sup.Pęnam pecuniariam.Adde Do.in c.2.de conſuet.lib.6.Bal.in c.ad noſtram.de proba.

c Nic.Sup.Delegare cauſas criminales. Adde Fel.in c.j.in fi.vlt.col.de iudi.

d Ni.Su.Eſt de iure poſitiuo.Adde glo.in c.fi.de temp.ordi glo.& Archi. in c.j. 21.diſtin.Card.Zab.in c.petitio.de homi.Io.de Ana.in rub.de cle.exc.mini. Ab.in c.clerici.el 2.de vi.& ho.cle.

De ſponſalibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia poſſunt contrahi pure & ſub conditione.*
2 *Sponſalia annullantur propter quatuor cauſas.*
3 *Sponſalia nulla de iure poſitiuo inducunt impedimentum publicæ honeſtatis.*
4 *Mulier appellari poteſt etiam ſoluta, & matrimonio non copulata.*
5 *Contractus factus ſub conditione non habet conſenſum ante aduentum conditionis.*
6 *Impedimentum publicæ honeſtatis non extenditur, niſi uſque ad quartum gradum.*
7 *Conſanguinitas quid ſit, & vnde dicatur.*
8 *Affinitas quid ſit, & vnde dicatur.*
9 *Impedimentum publicæ honeſtatis quare ſic dicatur, ex quo inducatur, an ex extraordinaria pollutione.*

CAP.

CAP. I.



X sponsalibus. Spōsalia pura & certa, & ex consensu valida, licèt aliàs nulla, inducunt publicam honestatē, q̃ hēt dirimere sequentia spōsalia, sed nō præcedentia, quam publicam honestatem nō inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis euentum. hoc dicit, s̄m Io. vsque in fi. & habet duas partes. In prima tractat de sponsalibus puris, & primo in genere. secundo in specie ibi, quare. In secūda ponit de ↄditionalibus
1 ibi, ille verò. †No. primo sponsalia posse ↄhi pure, & sub conditione. & vide hic per Arch. quot sint species sponsaliorum, & quomodo ↄhantur, & per Ioan. An. in sua summa, & plene per
2 do. Ant. in rub. s̄. eo. ti. Secundo no. quatuor impedimēta, quæ inducūt nullitatem sponsaliorū respectu vinculi matrimonialis, s. affinitas, consanguinitas, frigiditas, & religio, sunt & alia impedimenta, de quibus hic in gl. in ver. religionis. Tertio no. ibi, ex defectu consensus, ꝙ actus potest esse nullus de iure positiuo, qñ ius annullat, si tamen non est nullus de iure naturali, vt quando adest consensus. quod facit ad no. per Inno. in c. j.
3 s̄. de cle. excom. †Quarto no. ibi, ad impediendum & dirimen-
a dum, & tene menti sing. ꝙ sponsalia [a] nulla de iure positiuo, puta ↄcta cum consanguineis vel affinibus, vel ↄcta a monacho, vel frigido, inducūt impedimentū publicæ honestatis ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, quia talis sponsus non poterit contrahere matri. vel sponsalia cum aliquo de consanguineis illius sponsę vsque ad quartum gradum, & idem econtra in sponsa. sic s̄. eo. c. sponsam. & c. ad audientiam. quod intelligit hic Pet. de Anch. quando dicta sponsalia nulla fuerunt contracta per ignorantes dicta impedimenta, ex quibus redduntur nulla, aliàs si scienter, & tunc secus, quia talis consensus contra iura accōmodatus pro non consensu habeatur, ar. l. non dubium. C. de ll. quod dictum nō procedit, quia iste tex. generaliter & indistinctè loquitur, quia fortior adest consensus, quando scit quàm quando ignorat, ar. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iud. & facit gl. in d. c. ad audiētiam. Quinto no. ibi, ad prædecētia. quòd facilius tollitur actus fiendus quàm iam factus, ideo est, ꝙ impedimētum iustitiæ publicæ honestatis inductum a constitutione ecclesiæ, licèt non tollat præcedentia sponsalia vel matrimoniū, tamen tollit sequentia, & sic patet ꝙ circa matri. cōtrahendum magna est potestas ipsius Papæ, vt hic, & in c. vnico. s̄. de voto. eo. lib. de quo plene hic per Pet. de Anch. ponentem, qñ sit ꝙ Papa possit dispensare super impedimentis matrimonij, & eius dispensatio reddat filios legitimos, de quo in c. per venerabilem. s̄. qui filij
4 sint legit. †Sexto no. ibi, mulier, ꝙ appellatione mulieris venit mulier etiam soluta & matrimonio nō copulata. Quid autem
b in vxore, an veniat sponsa de futuro. [b] vel præsenti, & quid si matri. nondum est consummatum per copulam, vide in c. pe. s̄. eo. & ibi per domi. Anto. Septimo no. ibi, prioris consanguinea, ꝙ impedimentum publicę honestatis solum impedit matrimonium contrahi cum consanguineis sponsi vel sponsę vsque ad quartum gradum, non autem cum eorum affinibus, & sic ista publica honestas afficit solum consanguineos, non autem affines, secundū Ioan. An. quia iura solum exprimunt cōsanguineos, & non affines, vt hic, & in d. cap. duo pueri. vbi est tex. ꝙ istud impedimentum publicæ honestatis impedit, & dirimit postea matri. etiam carnali copula consummatum. quod no. Octauo no. ibi, minime derogatur. argum. ꝙ secunda sponsalia de futuro valida derogent prioribus, quia cum hic sit speciale, vt secunda, quibus obstat impedimentum publicæ hone
5 statis, non tollant priora, ergo regulariter secus esset, de quo tamen vide in c. sicut. s̄. eod. †Vltimo no. quòd contractus factus sub conditione, ante euentum conditionis non dicitur habere consensum. l. obligatiuum, cum consensum contractus statim habeat, ideo dicimus, ꝙ ante euentum conditionis nō est nata actio, nec obligatio, vt in l. cedere. de verb. signifi. vt hic, vbi ex sponsalibus sub conditione contractis ante euentum
6 conditionis nulla inducitur abligatio, nedū dirimens, sed nec impediens, s̄m Io. An. †In glo. in ver. consanguinitatis. in fi. tene menti glo. ꝙ licèt tex. in d. c. sponsam. videatur dicere, ꝙ impedimentum publicæ honestatis duret perpetuo, tamen non extenditur, nisi vsque ad quartum gradum, vt in c. non debet. hic allega. & dr̄ durare istud impedimētum perpetuo hoc respectu, quia habet locum, siue sponsus viuat, siue nō, & sic durat etiam post mortem alterius. s̄m Io. An. hic j. in glo. & probatur in c. fraternitatis. 35. q. vlti. & per Io. An. in d. c. non debet. & ibi plene de hoc, quod tene mēti. & dicit hic Io. An. ꝙ prohibitio matrimonialis vinculo sanguinis durante non extenditur vltra quartum gradum, quia Papa ita voluit, & potuit, vt in d. c. non debet. Sed ipsa consanguinitas, & eius vinculū non restringitur ad quartum gradum, vt patet in d. c. non debet. & c. ꝙ dilectio. imò nō posset facere Papa, qñ in quinto & vlterio
7 ribus gradibus sunt consanguinei, s̄m Io. An. †Quid aūt sit con
c sanguinitas, [c] & vnde dicatur, [d] hic plene per Archi. & Io. An.
d in summa quarti lib. & in arbore consangui. †In glo. in ver. affi
8 nitatis. in fi. uide hic plene per Archi. quid sit affinitas, & vnde dicatur, & ex quo coitu contrahatur, de quo per Inn. Io. An. & Docto. in c. fraternitati. s̄. eod. qui cognouit consanguineā. In glo. in ver. frigiditatis. vide per Ioā. And. in c. fraternitatis. eo. tit. vbi ponit distinctionem notabilem. In glos. in uer. consensus. in prin. an tamen malitia posset supplere ætatem, dic j. cap. proxi. In ead. glo. in fi. & idem esset, si sponsalia contraherentur per iocum, vbi iocus esset patens, s̄m Archi. & Ioan. And. In glo. in ver. ad dissoluendum. in fi. sufficit enim aliquid esse factum, vt pęna cōmittatur, licèt de iure nō teneat, ut in l. si q̃s in graui, de quo hic per Arch. & Io. And. & dicetur in reg. non
9 præstat. j. eo. li. †In glo. in ver. publice. in fi. & quare istud impedimentū hoc nomine vocetur, & ex quo inducat, & an ex extraordinaria pollutione, uel conatu ad copulam, hic per Arch. Sed concludit Io. And. ꝙ ista publica honestas fundatur super consensu sponsaliorū, ut hic, nec inducitur per nixum copulę, immo nec per copulam, quia licèt copula deficientibus ēt spōsalibus inducere possit affinitatem, non tamen inducit hāc publicam honestatem. fatetur tn̄ Io. And. ꝙ sequutis sponsalibus solus nixus ad copulam fortificat illud impedimentum, quasi per id fortior cōsensus appareat, de quo hic per Io. An. Et quæ pęna imponatur ↄhentibus matrimo. vel sponsalia subsistente impedimento publicæ honestatis, uide tex. in d. c. duo pueri. & in c. referente. qui filij sint legi. In glo. in uer. obligatus. in prin. quia tunc soluuntur sponsalia de futuro, & remanet obligatus, intellige quando matrimo. de pręsenti esset validum, alis prima sponsalia non fuissent soluta, s̄m Io. An. remittētem ad nota. per eum in regula, non præstat. j. eo. lib. & in c. sicut. s̄. eo. tit. & ibi an, & quando secunda sponsalia de futuro tollant prima, uel nō, & an ex sponsalibus possit quis cogi ad ↄhendum matrimonium. tex. hic facit ꝙ sic, de quo in d. ca. ex literis. el 2. eo. titu. & ibi pet Ioan. And. In glo. in uer. præsenti. ibi, contrahit, intellige cum consanguinea primæ, de qua loquitur tex. secundū Ioan. And. In glo. fi. ibi, de conditione honesta. idem intelligas de conditione de futuro, non de præsenti, vel p̄terito, ut hic in tex. ibi, ante conditionem extantem. facit l. cum ad præsens. ff. si cer. pet. secundū Io. And. quod procedit, quando tales conditiones de præsenti vel præterito verę erāt, aliàs spōsalia sub eis contracta non valerent, nec inducunt publicæ honestatis iustitiam, secundū Fran. Zab. In ead. glo. ibi, tenet contractus. intellige, quando apparet de impedimento, aliàs primus contractus censeretur purus, & sic secundus non teneret, & ita procedat quod tenet hic Arch. s̄m Io. An. In ea. glo. in fi. no. ex glo. quòd expressio tacitæ conditionis facit dispositionē conditionalem, de quo in l. aliquando. ff. de condi. & demon. & in l. 3. ff. de leg. j. & per glo. in l. item quia. ff. de pac.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Nota, ꝙ sponsalia puberum per uerba de futuro contracta, per cohabitationem, oscula, & amplex. ac etiam nixus ad copulam etiam post ætatem legitimam in matrimonium de præsenti non transeunt, sed tantū per copulam carnalem. Ruy. consi. 203. nu. 1. lib. 1.

b Nic. Sup. Veniat sponsa de futuro. Adde Fel. in rub. extra eo. titu. in antiquis.

c Nic. Sup. Sit consanguinitas. Adde Bar. in l. cum quidam. in §. quòd dicitur. ff. de acqui. hære.

Vinc. God. Consanguinei diuersis modis dici possunt, late per Alex. in consi. 82. In causa uertente. lib. 1. & quatuor modis in iure sumuntur, Cor. consil. 21. Videtur. litera, m. lib. 1. Qui autem dicuntur, idem Cor. consi. 90. scrupulosa. litera. m. lib. 3. & consanguineorum appellatione ueniunt omnes agnati, non autem cognati. Ruy. consi. 15. nu. 2. & nu. 15. lib. 3.

d Nic. Sup. Et vnde dicatur. Adde Host. in summa, ti. de cōsan. & affi. & per Doc. in arbore consanguinitatis.

De desponsatione impuberum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Aetas prima hominis est infantia.*
2 *Aetas quæ dicatur esse legitima ad contrahendum matrimonium.*
3 *Sponsalia contracta a minore infante, quæ sunt nulla, tribus modis possunt ratificari.*
4 *Actus a principio nullus potest ratificari, vel conualescere ex post facto.*

CAP.

CAP. I.



SI infantes. Habet tres partes. primo tractat de ſponſalibus ɔ̃ctis per infantes ambos, vel eorum alterum. Secundo ibi, idem quoque. tractat de matrimonio ɔ̃cto per impuberes. Tertio ibi, porro, de ſponſalib. ɔ̃ctis per parẽtes pro filijs, & hoc ꝑ diuiſione & ſummario ſufficiat, ſm̃ Ioan. And. ſed prima pars poteſt ſic ſummari: Sponſalia cõtracta per infantes ambos, vel alterum per ſolam ſuperuenientiam maioris ætatis non validant̃, nec publicam honeſtatem inducũt, niſi tacite vel expreſſe fuerint
1 ratificata. h.d. † No. primam ætatem hominis [a] dici eſſe infan-
a tiam, q̃ durat vſq; ad ſeptẽniũ, vñ vſq; ad ſeptenniũ dicunt̃ infantes, & vide gl. or. ſ. in proœ. huius li. in ver. ꝑfectus, ponentẽ
2 ſex ætates hoĩs. † Secundo no. quæ ætas dicatur legitima ad ɔ̃hendа ſponſalia, quia requiritur, ꝙ ſint maiores infante, aliàs ſponſalia contracta per minores infante, vel per eorum alterum, ſunt ipſo iure nulla, nec inducunt impedimentum publicæ honeſtatis, vt hic dicitur: vnde requiritur, quòd ſint maiores ſeptennio, & ſic videtur, ꝙ ſi eſſent proximi ſeptennio, nõ ſufficeret. Sed Arch. hic refert opi. an malitia ſuppleat ætatem in ſponſalibus, ſicut in matrimonijs, de quo no. 30. q. 2. in ſumma. & concludit Arch. duo requiri, primo ꝙ malitia ſuppleat ætatem. ſecundo, ꝙ mulier tentata fuerit. Sed Io. An. vr̃ hic indiſtincte tenere, ꝙ ſicut in matrimonio ita in ſponſalibus malitia ſuppleat, & ita tranſit hic Do. & tenet gl. in d. c. ſponſam. & in d. c. iuuenis. & ita videntur ibi tenere Doc. licèt do. Nico. teneat ɔ̃rium dicens, ꝙ hoc non inuenitur iure cautũ, de quo ibi per eum. & plene per Io. An. in c. fi. ſ. eo. tit. & vide per Arc. hic, & 27. q. 2. ſi quis diſponſauerit. & 30. q. 2. in ſumma. Et vide per ſanctum Thomam ſuper 4. ſñiarum. diſt. 27. art. 2. in fi. tenẽ
3 tem, ꝙ malitia ſuppleat ætatem. † Tertio no. tres modos, ex quibus ſponſalia ɔ̃cta per minores infante, vel eorum alterum, q̃ ſunt a prin. nulla, vt ſ. veniunt ratificanda, & inquantum hic dr̃ de cohabitatione, intellige ſiue in domo viri, vel mulieris, vel ẽt alterius cuiuſcunque, quia in quocunque loco fiat, illa cohabitatio inducit ratificationẽ, ſm̃ Io. An. de quo per eum in c. j.
4 & c. literas. ſ. eo. † Vltimo no. caſum, in quo actus a prin. nullus conualeſcere põt ex poſtfacto, de quo plenè per Io. An. in re. non firmatur. j. eo. lib. & hic in glo. in ver. conualeſcunt. In gl. 2. in fi. no. glo. & inquantum glo. hic dicit de pubertate, intellige inchoanda, quia in illa eſt drĩa, vt glo. dicit. ſed in finienda non eſt drĩa, quia tam in maſculis q̃ in fœminis æqualiter finitur ipſa pubertas in 25. anno, vt Inſti. de curatorib. in princ. & quia ſexuꝰ non conuenit in t̃pe medio, & ſic in pubertate inchoanda, ſicut ɔuenit in prin. & in fi. Finitur enim infantia eodem t̃pe in vtroque ſexu, ſ. in ſeptennio, & idẽ in adoleſcẽtia, ſeu pubertate, ſ. in 25. vt ſ. & rationem drĩæ vide hic per Io. An. dicentem ideo eſſe, quia natura ipſa fecit pubertatẽ diſparem in ſexu, quia naturaliter fœminæ pubeſcunt in 12. & maſculi in 14. anno, vnde lex poſitiua debet ɔuenire naturæ, vt in 4. diſtin. erit aũt, ſm̃ Io. An. de quo ẽt per eum in c. literas. ſ. eo. tit. & iſta eſt vera rõ, licèt gl. in l. 2. C. de his qui ve. æta. dixerit, ꝙ ideo citius pubeſcit fœmina q̃ maſculus, quia mala herba cito creſcit.
5 † In glo. in ver. vel facto. in fi. & ſic patet, ꝙ ẽt qñ ſeorſum habitant, poſſunt ratificari ſpõſalia per alios actus, q̃ per ɔſenſum expreſſum, licèt Hoſt. dixerit ɔ̃rium, & male, in c. lr̃as. ſ. e. ti. ſm̃ Io. An. ſed hoc intellige, qñ ſcientes actum, quem geſſerũt, deficere rõne ɔſenſus imperfecti, perſeuerãt in eodem, ſecus qñ non ɔſtaret, ꝙ habuerint notitiã de actu, quem geſſerũt in puerili ætate, quia tunc licèt cohabitarent ſimul, & ɔuerſarentur, imò ſi cognoſcerent, nõ ratificarẽt ſpõſalia, per no. in c. fi. ſ. de ɔiug. ſeruorum. ſm̃ Pe. de Anch. & ſatis probatur hic in tex.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Primam ætatem hominis. Adde Io. de Ana. in rub. de delic. pue. Bal. in repe. c. ſi pater de teſt. lib. 6. Cy. in l. ſi infanti. C. de iu. delib.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ut dicantur matrimonium contraxiſſe per verba de præſenti, duo requiruntur.*
2 *Verba quandoque interpretantur a iure, ut in facto minus importẽt, quàm importet ſonus uerborum, & proferentium uoluntas.*
3 *Matrimonium ut ſit ualidum, quę requirantur.*
4 *Sponſalia an tranſeant in matrimonium per alium modum, quàm per copulam carnalem poſt pubertatem.*

IDẽ quoque. Si inter impuberẽ & puberẽ ɔ̃hantur ſponſalia per uerba de p̃ſenti, vel inter duos impuberes nõ proximos pubertati, valẽt vt ſponſalia de futuro, nec tranſeunt in matrimoniũ ex ſola ſuperuenientia ætatis, niſi aliter approbentur: inducunt tñ publicam hone
1 ſtatem. h. d. ſm̃ Do. † No. j. duo copulatiue requiri, ut ſi dicat̃ matrimoniũ ɔ̃ctum per verba de p̃nti per impuberes. Primo, ꝙ ſint proximi pubertati. Secundo, ꝙ malitia ſuppleat ætatẽ, ſm̃ Ioã. An. & quis dicatur proximus pubertati, remittit Io. An. ad no. in c. ɔtinebatur. in fi. & in c. de illis. el 2. & in c. atteſtationes. ſ. eo. vbi d. Ant. ɔcludit, ꝙ cum in materia matrimoniali non reperiatur determinatũ, quis dicatur proximus pubertati, ꝙ iudicis arbi. relinquitur, arg. c. de cauſis. ſ. de offi. dele. & vide ꝑ Inno. in c. de illis. el 2. eo. Sed in ɔ̃ctibus & in alia materia quis dicatur proximus pubertati, vide glo. no. in l. j. ff. de nouat. Et qñ dicatur malitia in matrimonijs ſupplere ætatẽ, hic per Arch. et Io. An. dicentes, ꝙ tunc qñ adeſt naturalis vigor, & potẽtia coeundi, & ita ẽt vult glo. hic, de quo in c. fi. ſ. eo. ti. & ibi per Ioã.
2 An. & do. Anto. † Secundo no. ibi, licèt verba, ꝙ aliqñ uerba interpretãtur a iure, ut in facto minus importent, q̃ fuerit ſonus uerborum, & intentio proferentium, & hoc qñ non p̃nt de iure verificari ſonum & intentionẽ proferentium, & hæc interpretatio non ſumitur ex mente, nec ẽt ex verbis, & talis interpretatio non haberet locum in ſtatutis, quæ non recipiunt interpretationẽ extenſiuã, ſed tm̃ illam quę ſonat verbis, ut in c. in noſtra. ſ. de iniur. ſm̃ Do. Tertio no. ibi, modum alium, quòd ſponſalia de præſenti quo ad uerba, quæ iuris interpretatione cenſetur de futuro, tranſeunt in matri. per alium modum q̃ ꝑ carnalem copulam ſubſequutam, de quo j. Vlti. no. ꝙ ubi dat̃ defectus in cã efficiente, ſed non in forma actus, tunc ſi nõ valet, valeat ſaltẽ vt valere põt, de quo ar. hic in gl. In glo. in uer. ſupplebat. ibi Hoſt. idẽ tenet hic Arch. quia tex. hic dicit, ſupplebat, & ſic reſpicit factum certum, & præſupponit ꝙ de hoc ɔſtet, ſed Io. An. ſequitur hanc glo. per rõnem de qua hic in gl. fi. & ita ſequitur hic Do. dicens, ꝙ ætas non eſt ſignum determinatũ ad matrimo. ſed ſola potentia coeũdi, ut in c. puberes ſ. eo. ſed ſola potentia ſufficit abſque ætate, ſi de illa cõſtare p̃t. Sed opi. Hoſtiẽ. & Arch. procedit, qñ de illa non conſtaret, ſm̃ eum notantem ex hac glo. practicã probandi, quo malitia ſuppleat ætatem, de qua materia per do. Ant. & Do. in c. de illis. el 2. & in c. atteſtationes. & cap. fi. ſ. eod. & ibi plene de hoc arti.
3 † Et aduerte ad aliquos caſus certos, & primo, quòd ſufficit ad validitatem matrimonij numerus annorum determinatus tã in maſculo q̃ in fœmina, dequo conſtet, ut in c. j. & c. puberes. ſ. eo. & ſi allegaretur tunc, ꝙ non eſſet potentia coeundi, non debet matri. ſeparari, ẽt ſi de hoc conſtaret, ſed debet expectari, an impedimentum ſit perpetuum, uel non vſq; ad 18. annos, vt in c. j. ſ. de frigidis. & per glo. & Doc. in d. c. puberes. Secundo, ꝙ ſola potentia coeundi, de qua clare conſtat, ſufficit, licèt adhuc non deuenerit ad numerum determinatũ, ut in d. c. puberes. Tertio, qñ nondum eſt ętas legitima, ſed eſt proxima pubertati, & ſunt ſigna de potentia coeundi. vnde dicebat d. Anto. in d. c. fi. ꝙ qñ nixus copulæ concurrit cum proximitate ętatis, tunc ſufficit vt ualeat matri. & ſit firmum. Sed hoc dictum non vr̃ uerum per tex. in c. fi. de ſpon. vbi per nixum ad copulam ſponſalia non tranſeunt in matrimo. quod procedit, quando aliter non ɔſtaret de potentia coeundi: al̃s ſi conſtat de potentia per alium modũ, & tunc ſufficeret, ut dicit gl. hic. In gl. in uer. matrimoniũ. in fi. & hoc procedit in matri. carnali, ꝓut hic dr̃, non aũt in ſpirituali, ut in c. fi. de poſtu. præla. ubi dr̃, ꝙ ſi electio non ualeat ut electio, non ualet ẽt ut poſtulatio, & circa hoc generale ſi non ualet, quod ago, an valeat vt valere põt, uide no. per Bar. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uer. oblig. & plenè per d. Ant. in c. cum ſuper. ſ. de off. deleg. cuius dicta refert hic Do. & per Doc. in l. nõ codicillum. C. de codicil. & per Lap. in ſua
4 alleg. 88. in 2. col. † In glo. in uer. modum alium. in fi. conclude ſi quæratur, an ſponſalia tranſeant in matri. per alium modum q̃ per copulam interuenientem poſt pubertatem, ꝙ aliqñ ɔ̃hũtur ſponſalia de præſenti, tñ propter defectum legitimæ ætatis cenſentur iuris interpretatione de futuro, & iſta tranſeunt in matri. non ſolum per carnalem copulam, ſed ẽt per aliũ modum, ut per cohabitationẽ, per amplexus, & oſcula, & ſimilia interueniẽtia, tñ poſt pubertatẽ, & ita procedat iſte tex. & gl. ſm̃ Io. An. Aliqñ ɔ̃huntur ſponſalia, quæ uerbis & mente ſunt de futuro, & tunc talia tranſeunt in matri. per carnalẽ copulã, vt in c. is qui. ſ. de ſpon. Sed non trãſeunt in matri. per nixum copulæ, ut in c. fi. ſ. de ſpon. & multominus tranſirent per amplexus, oſcula, & ſimilia ſm̃ Io. An. immo nec ẽt per cohabitationẽ, ſm̃ Hoſt. in d. c. is qui. Sed quid ſi ſponſi ſimul habitauerunt per longum tp̃s, an ex hoc tranſeant in matri. ante carnalem copulam. Io. An. in d. c. fi. ꝙ ſic, niſi mulier duceretur iñuita, & ſtatim fugeret, ut in c. conſultationis. ſ. de ſpon. Sed Ioan.

Cal.

Cal.in d.c.fi.contra,quia ista materia exorbitat a iure cōi, vnde non debet extendi vltra casum expressum, in d.c.is qui.& in d.c.fi.& ita sequitur ibi do.Nic.Sed do. An.ibi dicit, ꝙ si vir asserit se eam cognouisse, ꝙ sibi creditur, vt in c. continebat. s.eo.& transeunt tūc in matri.qn̄ allegatur cohabitatio, & carnalis copula simul,secus si allegatur sola cohabitatio,quia hęc sola non sufficeret,vt in d.ca.fi. & ita ēt tenet hic Do.Sed hoc non procedit in corrupta,ex quo posset probari ꝯrium,ꝙ non fuerit cognita,sed in virgine posset probari ꝯrium, qn̄ alter negaret,ꝙ copula non intercesserit,vt in c.proposuisti.& c. cām. s.de proba.Aliqn̄ ꝯhuntur sponsalia,quæ a prin. sunt ipso iure nulla , vt quia sunt ꝯcta per verba de præsenti per duos infantes,vel eorum alterum,& tunc si post infantiā appareat eos ꝑseuerare in eadem voluntate, & per mutuā cohabitationē, & alia signa interuenientia , etiam post pubertatē,an transeāt in matrimo.si carnalis copula non intercessit.Io. An.hic,ꝙ non, quia iste tex.loquitur de spōsalibus ꝯctis ab impuberibus , nō aūt ab infantibus,quæ sunt ipso iure nulla,vt hic in prin.c. vnde non debet extendi vltra casum suum , quia ista est quædam fictio,quæ vltra casus non expressos extendi non debet , ut in d.c.is qui.& in cle.quod circa, de elec. qui ergo dicit hunc casum expressum,doceat,& ita tenet auctor dec.dn̄orum de Rota in decis.460.quæ incipit,Item dubitatur si duo. Sed Archid. hic contra,& in d.c.vbi non est ꝯsensus.30.q̄ō.2. & ita sequitur Pe.de Anch. quia sicut perseuerantia ratificat consensum nullum præstitum in infantia quo ad sponsalia de futuro , vt s. in prin.istius c.ita & quo ad matri.facit quod no.in fi.s.de coniugio seruorum,& idem tenet hic Do.Pro quo ēt facit,quia ipsis perseuerantibus in eadem voluntate post infantiā, censet ꝯhere sponsalia de p̄senti iam in infantia ꝯcta, quæ iuris interpretatione valent vt sponsalia de futuro,quæ post pubertatē transeunt postea in matrimo. aliter q̄ per carnalē copulam , ut hic in tex.& hanc partem sequuntur dn̄i de Rota in d.decisi. intellige tn̄,ꝙ perseuerantes in eadem voluntate sciuerunt actū gestum,& de eo plenam notitiam habuerunt , aliàs sponsalia nō reconualescerent ex sola perseuerantia , vt patet ex notatis in d.c.fi.& est dictum s.in prin.huius c.in fi.In glo. in ver. pubertatis.in fi.vbi dicebant,ꝙ sponsalia [a] de præsenti cum impuberes ꝯcta non transibant in matri.post pubertatem per dona,visitationem , & similia , quod est falsum secundum Ioan. An.vt hic in tex.& in glo.s.proxi.

ADDITIO.

[a] Vinc.God.Nota, quòd sponsalia impuberum per uerba de præsenti superueniente malitia & nixu ad copulam in matrimonium transeunt, idem est superueniente ętate legitima, & apparente de perseuerantia uoluntatis per amplexus & oscula,Ruy.consi.203.nu.2.& 5.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Parentes non possunt contrahere matrimonium pro filijs contradicentibus tacite,uel expresse.*

2 *Pater si distulit maritare filiam usque ad 25.annum, & ipsa nubit sine eius consensu,aut luxuriosè uiuit , non potest eam propter hoc exhæredare.*

3 *Matrimonium contractum per procuratorem sine speciali mandato potest ratificari.*

4 *Metus reuerentialis parentum, an inficiat matrimonium , si non interuenerint minæ,uel verbera.*

6 Bart.in l.de minore.§. tormenta.ff. de quæſtionibus.† Quartò quærit Archi.qualiter teſtes debeant reddere cauſam ſcientię. & concludit ꝙ debent dicere, ſcio, ꝙ epiſcopus habet eum ſuſpectum de tali fornicatione, quia cognitione præmiſſa prohibuit prædictum &c. argu.d.l.verbum. & ff.de infamibus.l.ob hæc verba. non autem eſſet ſufficiens cauſa dicere, audiui ab eo, ꝙ illum ſuſpectum habet, niſi ex præcedenti cauſa, & cum ſolennitate hæc diceret, arg.l.generaliter.C. de non nume.pe. & hoc quādo deponitur de infamia, quæ ſit apud epiſcopum. Sed ſi deponit de infamia, quæ ſit apud conſacerdotes, vel plebem, tunc debet teſtis dicere, ſcio, quia ſuper hoc ſcripſerunt Papæ vel alteri ſuperiori. Ita erit ſufficiens cauſa, ſi dicat ſe ſcire infamiam, quia tantum eſt ſcādalum, & rumor quod vix tolerari poteſt, & ex hoc factum redditur quaſi manifeſtum, vt d.c.qualiter. Sed melior eſt cauſa, ſi dicat, ꝙ populus vel parochiani cum iuramento interrogati reſponderunt illum apud eos de tali crimine eſſe ſuſpectum, vt in c.2.de pur.cano. nō tñ ſufficeret dicere pro cā cōem eſſe infamiam, vel vocem, niſi dicat de ſcandalo vel rumore, vel alijs præmiſſis ſm Io. And.recitat. mittentem ad plenius no.per Inno.in d.c.cum oporteat.& ibi plenè per d.Ant.an teſtes deponentes ſuper fama debeant reddere tātum rationem interrogati, de quo etiam per Doc. in c. cum cauſam.ſ.de teſti.& per Bar.in d.§.tormenta.vbi plenius.

De hæreticis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſacri ſumuntur quandoque ſtricte.*
2 *Clericus hæreticus qualiter debet condemnari.*
3 *Epiſcopus ſi vult degradare clericum hæreticum, quos debet conuocare.*

CAP. I.

QVoniam. Solus eorū epiſcopus clericos in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutos poteſt propter crimen hæreſis degradare.hoc dicit. Et primo ꝑmittit cauſam iur. noui. Secūdò ſtatuit, ibi, concedimus.
1 †No. primò ibi, ſacris ordinibus.quia ſacri ordines ſumuntur hic ſtricte, vt no.32.diſtin. in ſum. ſm Io.And.
a ex quo no.argu.ꝙ in degradatione [a] clericorum in minoribus non requiritur numerus epiſcoporum, de quo in c. degradatio.j.de pœ. Secundò no. quòd pro crimine hæreſis poteſt clericus degradari, & tradi curiæ ſæculari, alios caſus, pro quibus hoc poſſit, vide per glo.& Docto. in c.cum non ab homine.ſ.
2 de iudi. † Tertiò nota ibi, aut perpetuo &c.quòd licèt clericus pro hæreſi non eſſet tradendus curiæ ſæculari, ſed tātum damnandus perpetuo carceri, tamen vtroq; caſu debet degradari, & imponitur hæc pęna alternatiuè, quo caſu electio erit ipſius iudicis, ſm Pet.de Ancha. de quo per Bal.in l. quicunq;.C.de ſer.fugi.& videtur hic probari, ꝙ clericus non poſſit condemnari ad perpetuum carcerē, niſi prius ſit degradatus, quod forte procedit, quando damnatur ex cauſis hæreſis, ſed pro alijs delictis non videtur neceſſaria degradatio, vt in c. quàmuis. j.
3 de pœnis. † Vltimò nota, quòd licèt ſolus epiſcopus confirmatus & conſecratus ſecundum no.in c.tranſmiſſam.ſ.de electio. poſſit pro hæreſi degradare clericos, debet tamen in tali degradatione conuocare non ſolum prælatos & clericos, & etiam perſonas religioſas, ſed etiam alias perſonas literatas, etiam ſi ſint laici periti in iure cano. vel ciuili, ſi tamen non ſint ſuæ diœceſis, conuocare non teneatur, non tamen vitiaretur degradatio, ſi conuocarentur illi, venirent & aſſiſterent, ſm Io. And. In gloſ.2.ibi, ſex adiuncti proprio epiſcopo.Et idem no. in d.c.degradatio.& per Specu.in titu.de accuſa.§.4.in princi. & ibi circa medium, vide de conſuetudine contraria.In ea.gl. in fi.Idem Archid.& Spec.in d.§.quanto.& patet in d.c.degradatio.& ita etiam ſequitur hic Io.And.& in c.graue.ſ. de præben.& ibi per Inno.& Hoſt.In gl.fi.ibi, non capitulum. Idem Ioan.

ADDITIO.


a Nico.Sup.In degradatione clericorum.Adde Doct.in c.non poteſt.de re iud. Vinc.God. Degradatio realis a iure quæ dicatur, & quando datur.Io.Lup. de lib.eccle.q.8.nu.j.quod habetur in lib.9.tract.fol.144.

Io.Mona.Sed Archi.intelligit hoc verum in examinatione,&
diffinitione causæ. In actu verò degradationis sufficit seruare
quod hic dicitur,de quo per Io.And. in d.c.degradatio. in ver.
numero. quando tamen episcopus præscripsisset indistincte
non requireretur consensus capituli,vt in c.3.š.de ꝯsue. eo.lib.
ẜm Io.And.in d.c.graue.ex cuius dicto no.ꝙ ēt in ordinib. va-
leret consuetudo,vel præscriptio, quòd episcopus nō requirat
suum capitulum,de quo in d.c.3.vbi Io.And.idem tenet.

S V M M A R I V M.

1 *Hæretici credentes receptores,defensores,fautores, qualiter differunt.*
2 *Excommunicationi te noueris subiacere, hæc verba inducunt excommuni-
cationem ipso iure.*
3 *Fieri quod debet proprijs manibus,non conceditur fieri per alium.*

C A P. II.



Vicunque. Diuiditur in quinq; partes. Pri-
mò ponitur pęna scienter sepe-
lientium hæreticos &c. Secundò ibi, inhibemus,
imponitur pęna laicis de fide disputantibus. Ter-
tiò ibi,hæretici,punit hęreticos credentes,receptatores,& fau
tores, & filios hæretici. Quartò ibi, ad hæc,punit recipientes
beneficia, & dignitates ecclesiasticas ad preces hæreticorum.
Quintò ibi,illorum.irritat eorum emancipationem. Et prima
pars.h.d. Excōicationem incurrit sepeliens hæreticos, vel eo-
rum fautores,receptatores,vel defensores,nec absoluitur, nisi
exhumet, & eorum corpora proijciat. locus verò priuatur ec-
1 clesiastica sepultura.h.d.ẜm Do.† No.j.differentiam inter hæ-
reticos & alios hic descriptos, quod inducit hic Do. ad statu-
ta,receptatores,defensores,& fautores hæreticorum, cum po
nantur hic vt diuersi, vnde vno expresso non includeret̄ aliud
a quod inducit hic Do.ad statuta.in quo aūt differāt & qui [a] sint
hæretici,& qui dicant̄ credentes,& qui receptatores,& qui de
fensores vel fautores,hic per Arch.& Io.An.de quo ēt per glo.
& Doct.in c.firmissime.š.eo.titu. & vide ēt per glo.no.in ver.
defensant.in cle.j.de pęnis.ponentem,qui dicant̄ socij, & qui
conciliarij,& qui defensores,& qui fautores. Scd̄ò no.hæreti-
cos & alios,de quibus hic,non esse sepeliendos in ecclesiasti-
ca sepultura, nec in cęmiterio, nec alibi ad modū Christiano-
rum,sed proijciendi in signum perditionis,ẜm Archi. & alios
casus,in quibus denegatur ecclesiastica sepultura, vide per gl.
2 ordi.in c.ex parte.š.de sepul.† Vltimò no.ꝙ per illa verba, ex-
cōmunicationi te noueris subiacere ipso iure, fertur excōica-
tio,de quo per glo.in c.3.š.de rapto.In glo.2.in prin. sic j̄.de se-
pul.in clem.j.vbi dicitur,ꝙ contrafacientes sunt ipso facto ex-
cōmunicati,ẜm Io.And.& vide ibi per glos. in ver.sepelire. In
ea.glos. ibi, ex parte,vide ibi per glo. ordi. ponentem omnes
casus, in quibus debet quis carere ecclesiastica sepultura. In
ea.glos.in fi.quid autem si in vltimo apparuerint signa pœni-
tentiæ in hæreticis,& alijs,de quibus hic,vide per Innocen.&
Doct.in c.a nobis.el 2.š.de sent.excom. In glo.in ver. absq;.in
fi.no.glo.& vide per glo.no.in ver.donec.in clemen.j.de deci.
3 †In glo. in ver.proprijs.in fi.tene menti glos.iuncto tex.quòd
vbi aliquid debet proprijs manibus fieri,nunquàm illud po-
test fieri per alium. de quo in c.si verò. š. de senten. excom. &
per glo. in ver.proprium.in c.vt circa.š.de elect.eo.lib. In glo.
in ver.publice.in fi. secus si occultè, quia tunc esset locus pœ-
næ,de qua 5.q.j.quidam.Et habet locū pęna, de qua hic in tex.
in clericis & laicis, cum tex.hic dicat, quicunq;. & sic nullum
excipit,vt in c.solitæ.š.de maiori.& obed.& idem dicitur in d.
clem.j.ẜm Archi.& Io.And.ex cuius dicto no.ꝙ constitutio ca
no. vniuersaliter disponens includit etiam laicos, quando di-
sponeret in materia subiecta iudici ecclesiastico, vt est hære-
sis,ẜm Domi.In glo.in ver.extumulent.in fi. & idem dicit Ar-
chid.& Io.And. si corpora essent prius exhumata, & proiecta
per vnum ex delinquentibus vel alium,nam tunc ratione im-
possibilitatis petens se absolui absoluitur, licèt nō extumulet.

A D D I T I O.

a Nico.Sup.Et qui sint hæretici.Adde ca.hoc autem scripsimus.30.dist.c.hære-
ticus.24.q.3.glo.& ibi Pau.de Eleaza.in cle.j.de vsu.
Vin.God.Quis dicatur hæreticus,ponit Dec.in consi.337.col.2.lib.2.

S V M M A R I V M.

1 *Laicus dupliciter potest accipi.*
2 *Pęna quando intelligatur imposita ipso iure.*

Inhibemus. Laici publicè, vel occultè de fide dispu-
tantes, sunt excōmunicandi, & hæretici
defensores & credentes,& fautores,& eorum filij vsque ad se
cundam generationem ipso iure sunt indigni publicis vel ec-
clesiasticis beneficijs.hoc dicit. No. iudices ecclesiasticos pos
se inhabilitare laicos etiam ad officia sæcularia, quando com-
1 mittunt crimina ecclesiastica. † In glo.in ver.laicò. in fi.no.ex
glo. ꝙ laicus dupliciter sumitur, vno modo pro illiterato. alio
modo pro non habēte ordinem,vel pro non religioso. & hæc
expositio videtur verior propriè sumendo. In glo.in ver.inno
detur.in fi.Idem Archi.per c.excommunicamus.§.quia verò.š.
eo.Item admonitio esset præmittenda, vt 12. q. 2. indigne. ẜm
2 Archi.& Io.And. Et no.ex glos.† ꝙ licèt pęna,quæ imponitur
per verba præteriti temporis, intelligatur imposita ipso iure,
secus si per verba futuri temporis,quia requiritur sentētia,nisi
sit appositum verbum eoipso,vel statim,vel simile.de quo per
glo.in c.q̃ sit.de elect.eo.lib.& ibi no.in c.j.š.de rescrip.eo.lib.
& per glo.& Doct.in l.in criminali.C.de iurisdi.om.iud. & in
d.regula,in pęnis. & in c. si diligenti.š.de fo. compe.In glo.in
ver.filij.in fi.vide tamen hic per Domi.referentē Io. Cald.suo
consi.30.huius tit.tenere ꝙ iste tex.& eius pęna non habeat lo
cum in filijs catholicis natis ante hæresim patris. de quo hic
plene per Do.In gl.in ver.publicum.in fi.intellige, ꝙ isti fiant
inhabiles ad beneficia,& officia publica obtinenda,& sic pas
siue,non autem actiue, quia ipsi possunt alios ad officia & be-
neficia eligere, vt no.per Ioan. And. in d.c. excōmunicamus.
in ver.eligendos.

S V M M A R I V M.

1 *Inhabilitatus quo ad beneficia obtenta non censetur inhabilis quo ad bene
ficia obtinenda, nisi aliud sit expressum.*
2 *Gesta per inhabilem, licèt sit toleratus, non valent, quando fierent ex offi
cio priuato, secus si ex publico.*

Ad hæc. No. j.ibi, ecclesiasticos, ꝙ in hac pęna non in-
cluduntur laici adepti dignitatem, vel officia
sæcularia,cum iste tex.loquatur tantum de ecclesiasticis,secū
dum Ioan.And.Secundò no.ibi,perpetuò, quia etiam mortua
persona media, non poterunt illa consequi,licèt aliud sit in ca
su c. ex transmissa. de filijs presby. ẜm Io. And. efficitur ergo
1 res vitiosa,si obtineatur ex precibus,vt hic dicitur.† Tertiò no
ta ibi,& si receperint, quòd inhabilitatus quo ad beneficia ob
tenta non censetur inhabilitatus quo ad obtinenda, nisi aliud
exprimatur.facit c.cum singula.š.de præben.eo.lib. & c.super
2 eo. š.de elect.† Vltimò nota,quòd gesta per inhabilem etiam
toleratum non valent, quando fierent non ex publico offi-
cio, sed priuato. de quo in c. pia. š.de except. eod. lib. & in c.
ad probandum. š. de re iudic. & in l. Barbarius.ff. de offi.præ-
toris. Et eadem ratione dicit hic Ioan. And. de manumissione
seruorum, quòd postea facta non valeat, non ex eo, quòd sint
sui iuris, sed eo quia potestatem non habent in illos, cum illi
sint, & reliqua bona publicantur, vt in c.cum ẜm.j̄.eo.In glos.
in ver.dignitates.in fi.Ioan.And.hic credit non includi, quod
procedit ẜm Dom.etiam si in literis Papa exprimeret,quòd ad
preces talium ipse contulerit, quia ista est materia pœnalis,&
restringenda, vt in regula,in pęnis. j̄.eo. lib. licèt aliud volue-
rit Io.And.in c.2.š.de præben.eo.lib. de quo vide ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Imo,ista dictio stat correctiue.*
2 *Testes domestici & familiares non admittuntur ad probandum quem nō
esse sanæ mentis.*
3 *Inquiri potest de crimine hæresis etiam post mortem.*
4 *Reus an & quando admittatur ad excipiendum,et probandum contra in
tentionem actoris.*

C A P. III.



Ilij. Filij,vel hæredes petentium in infirmitate hæ
reticorum consolationem non admittuntur
ad probandum, quòd non sanæ mentis, vel perdi-
ta loquela susceperunt, si constat quòd erant sanæ
mentis, vel si suspecti vel diffamati erant de hæresi, aliàs ad-
mittuntur, sed per testes fide dignos & non suspectos. hoc
dicit, secundum Domini. & primo distinguit, & secundum
membrum prosequitur ibi, alioquin.quod determinat ibi, nō
1 tamen. † Nota primò ibi, imo. [a] quòd ista dictio stat correcti-
a ue, de quo per glos. 16. q.j.prædicator. Secundò no.ibi,ordina-
tum. quòd ille non dicitur sanæ mentis, si non habet memo-
riam ordinatam,de quo vide no. in c.j.š.de cle.ęgrotan.eo.lib.
2 †Vltimò no.quòd ad probandum quem non sanæ mentis non
admittūtur in testes domestici & familiares, quod est spāle in
odium

A D D I T I O.

a Nic.Sup. Imo ꝙ ista dictio.Adde c.nemo.de simo.c.quanto.de iurei.l. iurisgen
tium.in §.quin imo.ff.de pactis.l.Pomponius.ff.de neg.gest.& in l.si ita.ff.de
hæredi. insti.
Vin.God.Vide Fely.in d.c.nemo.& in c.qualiter,& quando.col.17. de accusa.

odium tanti criminis,fm Archi.dicentem etiam,quòd mercenarij dicuntur domestici,vt l.respiciendum.§.furta.ff.de pęnis. cum aliàs ea,quæ fiunt in domo & in familia,per illos de familia probari possint,vt l.consensu.C.de repudijs.& in l. si forte. C.de sicarijs, canonizata de poe. distin.j. secundum Archidia. & Ioan.And. vide per Doct.in c.in literis. & in c. veniens.el 2. in fi. s̃. de testibus. In glos. j. ibi, licèt hæredes non sint. no. ex glo. iuncto tex.ꝙ non sequitur,filius,ergo hæres.de quo in
3 l.necessarijs. ff.de acqui. hæredi.† In ea.glos. in fi.potest enim de hoc crimine queri etiam post mortem,vt hic & 24.q.2.§.his auctoritatibus. & secũdum aliquos non admittitur denunciatio, sed accusatio cum inscriptione ad pœnam talionis, vt 24. q.2. c.sane.in glo.sed qualiter.secũdum Archid. & Ioan. And. In glos. in ver. non sane. in fine,vide ibi in glos. cui incumbat onus probandi de furore, vel sana mente, de quo hic per Archid. In glos. in ver.legitime. in fi. si ergo constat de infamia, vel suspectione,vel sana mente,filij,vel hæredes volentes probare contrarium directè non admittuntur, vt hic. Sed si nollent probare directè oppositum,sed corruptionem, vel falsitatem illius probationis, ita ꝙ concludant illam probationem non esse legitimam,& tunc poterunt,quia hoc eis non prohibetur.quod intellige,vt no.in c.licet causam.s̃.de probatio.fm Ioan.And.ex cuius dicto no. quòd licèt l.vel statutum repellat quem a potestate probandi propositum eius, quod est probatum,non tamen intelligitur repellere quem a potestate reprobandi probationem, ex quo illius intentio probata erat in iu-
4 dicio.quod est singulariter notandum fm Dom.† Et conclude generaliter,si quæratur an & quando reus admittatur ad excipiendum,& probandum contra intentionem actoris,ꝙ aut intentio actoris nõ est fundata,vt quia actor proponit actum legitimum nondum probatum,& reus lite cõte.dicit illum fuisse actum a furioso,tũc seruat curia,ꝙ hincinde admittant probationes.Sed si intentio actoris est fundata, & reus excipit de facto legitimo, tunc actor iuuat intẽtionem suam altero de tribus modis,scilicet fama,vel suspectione verisimili, vel quia legitime constet de contrario narratorum in exceptione, & tũc non admittitur exceptio,vt C.de proba.l.ad probationem.cũ si. fm Io.And. intelligentem hoc, quando probatio non releuaret,aliàs si releuaret, & tũc quantũcunq; intentio actoris sit fundata,tamen probatio contraria esset admittenda, quia poterit esse fortior,& ipsa exceptio adiuuari per fortiora adminicula, als nihil esset hic speciale in causa fidei, quod est falsum, fm Io. And. Si verò actor non iuuat intentionem suam altero de tribus modis prædictis, & tunc si intentio actoris & exceptio rei sunt prorsus separata, putà si actor petit mutuum, & reus excipit de pacto de non petẽdo, & admittitur reus etiam post fundatam intentionem actoris,vt l.si quid.C.de exce.fundata enim intentione actoris reus probat peremptoriam,s̃.de dolo & contu.finem.& de test.C.de testi.aut actoris & rei intentio versatur circa idem, vt hic,vt quia vnus dicit illum sanę mentis,& alius furiosum,tunc publicatis attestationibus actoris reus non posset probare cõtrarium directo per testes, vt in c.fraternitatis.s̃.de testi. quia publicatis attestationibus probatio directè in contrarium per testes fieri non potest,vt in cle.2. de testi.fm Io.And.& facit quod no. Spec. in tit.de teste.§.qualiter. ver. sed opponitur.& de excep.§.dicto.ver. sed nunquid. fm Lap.idem tenentem,de quo vide plenius in d. cle.2. & d.c. licet causam.& in l.officium.ff.de rei vend. In glo.in ver.alioquin.ibi,infamati.non tamen sufficeret rumor, arg. c. non inuenitur.in fi.28.q.4.vbi de hoc fm Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta ecclesię,quæ denegantur hæreticis,vel quæ non,si ostendant signa pęnitentiæ.*

2 *Papa an possit ardua tractare,& expedire sine consilio Cardinalium.*

CAP. IIII.



Vper eo. Curiæ sæculari tradendi sunt relapsi in hæresim, licèt eos pœniteat, & ad fidem redeant,non tamen debent denegari eis sacramenta pęnitentiæ & eucharistię.Nota primò ibi, audientia. casum in quo audientia denegatur. sunt & alij,de quibus per Bal.in l.postquàm liti.C.de pact. & per glo. 4.distin.c.j. Secundò no.ibi,petita sacramenta eccle.non esse concedenda,nisi petenti vel habenti signa cõtritionis,fm Do
1 mi.†Vlti.no.duo sacramenta, quæ conceduntur etiam relapsis in hæresim,si pęniteant,vel appareant signa pęnitentiæ manifesta,sic s̃.de sen.excom.a nobis.el 2. de alijs verò sacramentis, vt extrema vnctione,&sepultura, ideo nõ dixit, quia non adaptantur huic crimini,cum relapsi tradantur incendio,fm Io. And.remittentem ad statutum j̃.eo.super glo.quia lapsi. cuius intentio est,fm Lap. ꝙ nec cinis nec corpus istius relapsi in hęresim tradetur ecclesiasticæ sepulturę.Item eius intentio,ꝙ dã
a natis [a] ad mortem non sit offerenda extrema vnctio.Idem tenet Tho.in 4.sen.23.q.2.art.2.Et ita videtur sentire Arch. 95.dist. §. oleo. vbi dicit, ꝙ istud sacramentum non debet dari, nisi in infirmitate corporali constitutis,qui fm humanam æstimationem morti appropinquant.facit c.j.s̃.de sacra vnctione. ibi,informatur &c.quod no.& ita sequitur hic Domi.dicens,ꝙ licèt relapsi admittantur ad pœnitentiam, tamen non promouentur ad ordines,vt in c.illud.l.di.Vltimò no.ꝙ in hæreticis signa penitentiæ debent esse manifesta. & vide no.per Innoc.& Io.
2 And.& Doct.in c.a nobis. el 2.s̃.de sen. excom.† In glo.in ver. sedem.in fi.intellige de consilio Cardinalium,vt hic in tex.fm Io.Mo.dicentem,ꝙ actus Cardinalium est in hac possessione,
b ꝙ ardua [b] negotia ipsius consilio tractentur & terminẽtur,vnde dicit,ꝙ quia Celestinus multas abbatias & epatus & superiores dignitates contulerat sine consilio fratrũ,& coram successore fuit satis de hoc tractatum, & propter illam possessionem collegij Cardinaliũ dicit collationes fuisse cassatas, & ꝙ per Benedictum XI. fuerunt suspensa statuta, quæ Bonifacius absq; fratrum consilio dederat Marchianis, quia tangebant ardua,de quo hic per Io.And.remittentem ad no.in c.ad aposto licæ.s̃.de re iudi.in j.glos.Sed dicit hic Domi.ꝙ cõis conclusio est,ꝙ Papa possit sine eis, quia ipse est s̃. omnia cõcilia, vt s̃.de elect.c.significasti.& hanc partem tenet Hug.4.distin.§. legis. vbi idem dicit de Imperatore, vt possit quæcunq; ad eum spectantia sine conclusio.suorum baronum.Nec obst. quod dicit Ioã.Mo.hic, quia in hoc non est ei credendum,cum ipse esset Cardinalis.& sic loquitur in propria causa,prout dicit Io.Mo na.in extrauagan.Bonifacij VIII. quę incip.excõmunicamus. in ver.clericis.fm Domi.Tu aduerte,quia pro Cardinalibus facit,quod dicit Ioan.And.in c.requisisti.de testa.dicens,ꝙ inter Papam & Cardinales est identitatis vnio,quod no. Archid.in c.sunt quidam. & c. quæ ad perpetuam. 25. q.j. dicens Papam non posse condere legem vniuersalem super statu ordinis sine Cardinalibus. Ad idem quod dixit idem Archi.in c.quàm nis.s̃.de offi.ordi.eo.lib. ꝙ Papa debet requirere cõsilium Cardinalium in arduis,& videtur de hoc esse melior tex. qui fit in iure, in c. per venerabilem. in ver. rationibus igitur.s̃. qui filij sint legi.probans,ꝙ etiam de iure diuino Papa debeat habere consilium Cardinalium in arduis,& facit quod dixit Io.An.in c.requisisti.s̃.de testa.de vnione,quæ dr̃ esse inter Papã & Car.

ADDITIONES.

a Nico.Sup. Damnatis ad mortem.Adde Io.de.Imo.in cle.j.de pęn.& remis. Stepha.de Caie.in suo sacramentali,in §.7.q.10.

b Nic.Sup. Ardua negotia.Adde Doc.in c.ex gestis.de cle.non resi.Abb.in c.que fiunt.de his quæ fi.a præla.Host.& Io.And.in c.requisisti. de testa. Card.Zab.in c.petitio.de ho.

SVMMARIVM.

1 *Testes minus idonei admittuntur contra hæreticos in fauorem fidei. Et etiam ipse Papa posset accusari de hæresi occulta in fidei fauorem.*

2 *Papa potest statuere,ꝙ testes minus idonei admittantur,si tamen non sit præsumptio ꝙ falsum deponant.*

3 *Circunstantiæ quæ sunt considerandæ, vt testi inhabili credatur vel non.*

CAP. V.



N fidei. Excommunicati participes, & socij criminis admittuntur in testes cõtra hereticos &c.si verisimiliter veritatem deponant. hoc dicit. Et primò ponitur causa constitutionis, quam fortificat Secũdò ibi,concedimus. ponitur constitutio, quam fauore.†No.
1 ibi,præsertim.& mõderando,determinat ibi si ex fauore habilitantur ad testimonium, & tantus est fauor ipsi fidei, ꝙ ipse Papa primò, ꝙ propter fauorem fidei testes minus idonei
a posset etiam de occulta hæresi [a] accusari,vt 40. dist.si Papa.dicitur modo probari possit, vt per glo.in d.c.Papa. fm Domi.dicentem post Archi.& Io. And.ꝙ cõ ipsum Papam concilium generale erit iudex competens,17.distin.§. hunc etiam. vers.ad hoc. & 2. q.7. §. item si macris. & poterit concilium deponere Papam,vt dicto c.si Papa.in fi.Non ob.11.q.3.c.nemo.quia loquitur ibi de fideli,& prædicta in Papa viuente,quid autem si Papa iam mortuus de hoc accusetur?tenet hic Archi.& Io. An.ꝙ possit accusari coram successore,& ipse sit iudex cõpetens,nec
2 est necesse cõuocare cõsilium, vt no.24.q.j.c.j. quod no.† Secũdò no.

ADDITIO.

a Vin.God.No.ꝙ hæresis suspitio ex leuibus signis oriri potest,& qualiter illa signa probentur,ponit Fely.in c.literas.in fi.de præsum.

no. Papam posse statuere, ꝙ testibus inhabilibus adhibeatur fi
des, dum tamen sit præsumptio, ꝙ non deponant falsum. intel-
lige de teste inhabili ex iure positiuo, secus si ex iure naturali,
vt quia careret sensu, quia tunc Papa non posset, sm Pe. de An
cha. per no. in c. pastoralis. s. de re iudi. sicut non posset facere
Papa, ꝙ credatur generaliter soli vni testi, vt est tex. no. in ver.
3 non possumus. in c. indicas. 3. q. 9. † Vltimò no. quæ circunstan-
tię sint considerandę ad hoc vt testi maxime inhabili adhibea
tur fides, & debet hoc discerni per ipsos executores, quorum
arbitrio hic relinquitur, vt hic in glos. pen. sm Io. And. dicen-
tem, ꝙ tales inquisitores causæ debent a pęna. c. j. s. de re iudi.
eo. lib. quando tamen non esset præsumptio ꝙ testes isti dice-
rent falsum, licèt de hoc dubitaretur, non repellerentur, secun
dum Ioan. And. vt hic in tex. in fi. In glos. 2. in fi. pro quo fa-
cit, quia ista decis. dirigitur inquisitoribus, sm Io. And. tenen-
tem se cum hac glo. licèt Archid. tenuerit primam opin. huius
glos. per c. si hæreticis. 2. q. 7. qui canon non tenet, vt ibi not.
quod patet, quia aliàs non fuisset necessaria ista cõstitutio. nec
obst. ratio glos. per no. in c. constitutionem. s. de regu. eo. lib.
sm Io. And. & Domi. no. ex hac glo. duo. Primò, ꝙ processus in
quisitorum dicitur fauorabilis propter respectum ad proces-
sum accusationis, vel accusationis criminum. Scd̃ò, ꝙ iura vel
statuta disponentia super processu inquisitionis, non habeant
locũ in processu accusationis vel exceptionis, quando statuũt
aliquid, quod sit contra ius cõe. & idem est econtra, vt no. in c.
frequens. s. de resti. spolia. eo. lib. sm Domi. In glo. in ver. parti-
ceps. in fi. quid autem de testi. inhabilibus, per c. Fęlicis. j. de pę
nis. an admittantur in causa hæresis. Archi. hic ꝙ sic, de quo in
d. c. Fælicis. & vide in c. tanta. s. de simonia.

SVMMARIVM.

1 *Tyrannus, qui aliàs iurisdictionem non habet, potest eam exercere contra*
hæreticos ad requestam inquisitoris hæreticæ prauitatis, vel ordinario
rum loci.
2 *Ordinarij delegati inquisitores possunt inuocare brachium sæculare contra*
hęreticos.
3 *Excommunicatio, hoc verbum compræhendit tam maiorem quàm mino-*
rem, quando in materia profertur vtrique conuenienti.

CAP. VI.


Residentes. Ordinarij locorum, vel eorũ
delegati, vel inquisitores sine
pœna excommunicationis petere possunt execu-
tionem iustitiæ contra hæreticos ab habentibus
iurisdictionem sæcularem in loco, licèt excommunicati sint,
vel de facto iurisdictionem illam possideant. hoc dicit. Et pri-
mò ponit dictum, quod ampliat ibi, nec requirentes. & prote-
1 statur ibi, non tamen. † Nota primò casum, in quo excommu-
nicatus, vel habens iurisdictionem de facto, sed non de iure, vt
est tyrannus, potest iurisdictionem legitime exercere, aliàs au
tem si tyrannus aliquid faciat sub nomine dignitatis, non va-
let, no. in c. fundamenta. s. de elect. eo. lib. & in l. decernimus.
C. de sacrosan. eccle. Et an ciuitas possit se submittere vni do-
mino. Host. in c. fi. s. de iudi. tenuit, ꝙ non, sm Arch. & Io. And.
a hic tangentes, an iurisdictio sit [a] apud infideles. de quo remit-
tit ad no. in c. pen. s. de offic. delega. eo. lib. sed plenius vide per
2 Inno. & Ioan. And. in c. quod super his. s. de voto. † Secũdò no.
ꝙ contra hæreticos non solum ordinarij, sed etiam eorum de-
legati & inquisitores deputati a Papa inuocare possunt bra-
chium iudicis sæcularis etiam excõmunicati, vel de facto præ-
sidẽtis, quod facit, vt Christianus possit vti auxilio infidelium
ad sui defensionem. & hoc videtur tenere Old. in consi. 71. vt
plenius hic per Pet. de Ancha. Et an officiales istorum inquisi
torum possint hanc inuocationem facere. tex. hic facit ꝙ non,
quia loquitur tãtum in inquisitoribus, non in eorum vicarijs,
sm Io. And. inducentem ad no. per glo. in ver. ipsorum. in cle.
volentes. j. sed certe glo. ibi tenet, ꝙ inquisitores possint alteri
cõmittere vices suas, ergo poterunt postea dicti officiales seu
vicarij facere hanc inuoca. arg. c. præterea. s. de offic. deleg. sm
Domi. & vide in c. vt cõmissi. j. eo. In glos. 2. in fi. idem Archid.
3 In glos. in ver. officiales. in fi. & in c. j. de offi. vica. eo. lib. † In
glo. in ver. excõmunicationis. in fi. imo est de offi. vica. sm Do
mi. notantem ex glo. ꝙ verbum excõmunicatio, includit ma-
iorem & minorem, quando profertur in materia vtriq; conue
nienti. de quo per glo. in cle. j. de priui. sm Do. & vide in c. pen.
s. de sen. excom. Extra glo. quærit hic Io. And. si in aliqua ciui-
tate sint hæretici, an possint offendi per quemlibet, & tota il-
la ciuitas comburi. & videt̃ velle ꝙ sic, vt 23. q. 5. audieris. dicit
tamen Archi. ꝙ tutum est, ꝙ occisio, & spoliatio hæreticorum
fiat ex edicto Principis vel ecclesiæ, vt in c. cum secundũ. j. eo.
imo est necessarium, ꝙ pręcedat sententia declaratoria, ꝙ tales
sint hæretici, vt no. in d. c. cum secundum. secundùm Domini.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Sit apud infideles. Adde Arch. in c. cui est illata. 11. q. 3. Domi. in c. si
quis viduam. in fi. 50. dist. Fran. de Ramp. consi. j. inci. in causa, & quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio quando profertur propter contumaciam, non requiritur*
alia citatio ad sententiam excommunicationis.
2 *Excommunicatus pro causa hæresis, si remanet per annum in excommuni*
catione, reputatur pro hæretico vero.
3 *Præsumptio violenta qualiter, & quibus signis cognoscitur.*
4 *Citatio an debeat continere causam, propter quam aliquis citatur.*

CAP. VII.


Cum contumacia. Excommunicatus
propter contuma-
ciam in non respõdendo super hæresi, de qua erat
suspectus, post annum damnatur vt hęreticus. h. d.
Et primò ponit constitutionis causam. Secundò ponitur con-
1 stitutio, ibi, si suspectus. † Nota j. ibi, innodatus. argu. ꝙ quando
profertur excõmunicatio propter contumaciam, non requiri
tur alia citatio ad sententiam excõicationis, cum hic de alia ci
tatione non exprimatur. facit c. j. s. de iud. sm Dom. bene tñ ad
minus est necessaria admonitio, antequàm quis constituatur
in contumacia, sm Archid. & Io. And. per no. in c. dixit aposto
lus. 24. q. 3. & per gl. in c. excõmunicamus. §. qui autem. s. eo. &
2 ibi vide per Doc. in d. c. j. † Scd̃ò no. ibi, velut, ꝙ excõicatus pro
a causa hæresis stans in [a] excõicatione per annum habetur pro
hæretico verè, cum ista dictio velut, sit expressiua veritatis, sm
Archi. & Io. And. & facit c. vt inquisitionis. in fi. j. eo. refert ta-
men hic do. Gasp. de Cal. in suo consi. 5. huius tit. tenere, ꝙ iste
interim non censetur verus hæreticus, licèt contra eum vt hæ
reticum possit ferri snĩa, vt hic in tex. ibi, cõdemnet̃. & sic post
annũ requirat̃ snĩa ꝯdemnatoria. Host. tñ & Io. And. in d. §. qui
autem. tenent ꝙ hodie alia snĩa non requirat̃, per tex. in auth.
gazaros. in fi. C. eo. titu. & ita sequuntur Doct. in d. §. qui autẽ.
nam post annum habetur pro condemnato, ergo sequitur, ꝙ
elapso anno censetur hęreticus, debet tñ esse elapsus totus an-
nus, vt patet hic in tex. ibi, ex tunc. vnde non haberet locũ iste
tex. sm Io. And. Itẽ annus debet esse ꝯtinuatus, quia ista dictio
de sui natura denotat ꝯtinuationem tp̃is, sm Arch. Item deno
tat actum perfectum, vt in l. vrbana. §. pernoctare. ff. de ver. sig.
ideo si j. annum iste stetit, pro absolutione obtulit satisfactio-
nem, & his similia, non præsumetur pertinacia, & sic non ha-
beret tũc locum iste tex. qui requirit ꝙ animo pertinaci stetit
3 per annum in excõicatione, sm Io. And. † In glo. 2. in fi. no. ex
glo. doctrinam cognoscendi præsumptionem violẽtam, nam
præsumptio violenta inducitur, quando post pręsumptionem
vehementem superuenit alia præsumptio eam confirmans,
b cum tunc talis pręsumptio [b] vehemens transeat in violentam,
idem voluit gl. in d. c. excõicamus. §. qui autem. & sic no. ex gl.
iuncto tex. ꝙ ex præsumptione violẽta põt deueniri ad senten
tiam condemnatoriam etiam in criminibus quantumcũque
grauissimis, licèt secus sit in præsumptione vehementi, secun
dũ Arch. & Io. An. & vide gl. no. in c. insinuatum. in fi. hic alle.
4 & in c. fi. s. de presbytero non baptizato. † In glo. in ver. respon
deat. in prin. requiritur ergo, ꝙ in citatione exprimatur causa,
propter quam quis citatur. de quo per glos. in q. 2. si episcopus.
& no. in c. 2. s. de dila. & in clem. 2. vt lite pen. & in l. eum quem
temere. ff. de iudic. sufficit tamen in citatione exprimere deli-
ctum in genere, nec requiritur specificatio in specie, nec lo-
cus vel tempus, vt patet in tex. de quo per glo. in d. c. 2. & 3. q. 9.
indicas. & per Archid. 5. q. 2. primatis. In ea. glo. in fi. quod pro-
cedit etiam in casibus, in quibus proceditur summarie, & de
plano &c. vt in cle. sępe. de ver. sig. sm Io. And. & sic no. ex glo.
& ex d. Io. And. ꝙ sententia redditur nulla, si citatio non conti
neat, ꝙ pars veniat ad audiendam sententiam, imo non suffice
ret, si citaret̃ ad audiendam voluntatẽ, vt sentit glo. & Io. And.
hic. pro quo etiam est glo. sing. in d. clem. sæpe. in ver. ad id. In
gl. fi. ibi, pro cõuicto. de illis criminibus non tñ haberetur pro
hæretico seu ꝯuicto de hæresi, vt no. in c. excõicamus. in §. qui-
dam. in gl. vr̃. in fi. sm Io. And. hic. aduerte, tñ, quia de mente Io.
An. & aliorũ Doct. in c. fi. s. de pęnis. est, ꝙ excõicatus pro qua-
cunq;

ADDITIONES.

a Nic. Sup. In excõicatione per annum. Adde Host. in summa, tit. de voto. Abb. in
c. j. de iudi. in 8. col. Abb. in c. grauem. in 3. no. de præben.
Vin. God. Excommunicatio maior vel minor quando dicatur, vide per Fely.
in c. 2. col. 2. ver. at scias. de excep. vbi ponit qualiter differant.
b Vin. God. No. ꝙ præsumptio doli & fraudis potest induci per legem ciuilem.
Ruy. consi. 103. nu. 4. & 8. lib. 4.

cunq; causa etiam ciuili, si stat in excõmunicatione per annũ, habeatur suspectus de hæresi in tantũ, ꝙ posset sibi indici purgatio, & contra eum inquiri de hæresi, quia præsumitur male sentire de articulis fidei contenendo per tantum tempus potestatem clauium, de quo ibi per Hosti. & alios Doct. & ita sequitur d. Nic. in c. postulasti. s. de ho. & ibi per Host. & Io. An. quod sing. no. Et vide per glo. sing. in c. contingit. s. de dolo & contu. volentem, ꝙ c. rursus. & c. quicunq;. hic in glo. alle. non habeant locum in causa ciuili, ideo q̃tumcunq; quis fuerit excõicatus pro contumacia in causa ciuili, etiam si staret in excõmunicatione per mille annos, nunquàm habetur pro conuicto in illa causa ciuili, quod tene menti, licèt post annum habetur pro suspecto de hęresi, vt s. & ita intellige hanc materiã.

SVMMARIVM.

1 *Et, dictio exponitur pro idest.*
2 *Del. ctum non dicitur plene probatum, quando de eo constat præsumptione vehementi.*
3 *Hæreticus dicitur errans etiam in vno articulo, vel in vno sacramento ecclesiæ.*

CAP. IIII.



ACcusatus. Adiurans in iudi. hęresim propter vehementem præsumptionem, si iterato labitur, licèt non fuisset plene probatum, relapsus dr̃, secus si leuis fuerat præsumptio & culpabilis in vno articulo hæresis generaliter postea adiurando, relapsus dr̃, si cõmittit in alium titulum separatum. h. d. vsq; ad §. ille quoq;. † No. j. ibi, & vehemens. quia ista dictio, &, c exponitur pro idest, fm Io. Mo. & Io. And. ex quo no. ꝙ copulatiua &, posita inter diuersa voce, idem tamen importantia, exponi tur pro idest, quod no. pro statutis & priuilegijs fm Do. & vide per Bar. in l. j. ff. de pact. vbi gl. & per Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Scd̃o no. ꝙ propter vehemẽtem præsumptionem non damnatur quis de hæresi, vt c. proxi. sed cogit ipsam hæresim adiurare demũ adiurationis forma. vide in c. inter. s. de pur. cano. & c. ego. de ɔse. di. 2. † Tertiò no. ibi, plene ꝓbatũ nõ fuit. ꝙ delictũ nõ dr̃ plenè ꝓbatũ, q̃n de eo ɔstet pręsumptione vehemẽti, vt ɔstabat hic, vt s. i prin. qđ inducit Do. ad statuta requirẽtia plenã ꝓbationẽ, tu intellige, ꝙ vehemẽs pręsumptio erat hominis non iuris, quia pręsumptiones legis dñr non solum plenę, sed etiam liquidissimæ probationes, fm glo. no. in l. si tutor. C. de periculo tu. Quartò no. ibi, leuis, ꝙ in crimine hæresis ex leui & modica pręsumptione potest procedi contra aliquem, de quo no. per Imo. in c. sicut. s. de simonia.
3 † Vlti. ibi, in vno &c. quod dicitur hæreticus etiam qui errat in vno articulo fidei vel sacramento ecclesiæ, & sic facit quod dicatur hæreticus, qui desponsata vna per verba de pręsenti contraxit matrimonium cum alia, & contra eum tanquam hæreticum posset inquiri, qualiter sentiat de sacramẽto matrimonij. & ita tenet Lap. hic prout refert Domi. j. in §. sane. In gl. in ver. simpliciter ibi, non dicetur relapsus, Archi. contra, arg. l. si duobus. §. exceptio. ff. de iureiur. & idem Io. Mo. sed Io. And. sequit̃ hanc glo. quia verba debent aliquid operari, j. de priuile. si Papa. & quia in pœnis fieri debet benignior interpretatio, vt in regula in pęnis. j. eo. lib. dicit tamen Io. And. ꝙ raro veniret in practica, quia est suspectus in vno articulo generaliter adiurato. & pro opi. Io. And. facit c. ad abolendam. s. eo. titu. vbi pęna relapsorum imponitur tantum illis, qui fuerunt relapsi in hæresim adiuratam, sed in contrarium facit glos. j. sequẽs fm Do. dicentem, ꝙ opi. Archi. est verior, pro qua facit j. §. proxi. In gl. in ver. iudicari. in prin. idem Io. Mo. & Io. And. quia de connexis idem est iudicium, vt in c. quanto. s. de iud. fm Pe. de Anch. no. ex hac glo. ꝙ licèt transactio vel sentẽtia in vna re non præiudicet in alia, tamen illud verum, quando alia est penitus diuersa, secus si contigua vel connexa, de quo tamen vide in l. licet. C. de iudi. & in l. si certa. hic alleg.

SVMMARIVM.

1 *Relapsus in hæresim vt quis dicatur, non sufficit suspitio.*
2 *Testis compellitur dicere veritatem in causa hæresis etiam de suo crimine.*

Ille quoque. Qui post adiurationem hæresis, de quo conuictus fuerit, vel postea conuincitur cum hæreticis prohibitis cõicat, relapsus dicit̃, & testis in causa hæresis falsum deponens, licèt sit periurus, probat dicendo contrarium, si ex indicijs constet correptionem veritatem cõ-
1 tinere. h. d. vsq; ad §. sane. † No. j. ibi, constat, ꝙ ad hoc vt dicat̃ quis relapsus, non sufficiat suspicio, de qua s. in princ. huius c. sed requirit̃ ꝙ constet de vero lapsu priori. Scd̃o no. ꝙ veniens cõtra adiurationem super hæresi factam directè vel indirectè, dr̃ relapsus, vno enim adiurato videntur adiurata concomitantia, & sequentia, fm Io. An. de quo hic vide per eum, & facit gl.
2 s. §. proxi. † Tertiò no. ibi, cum de se, ꝙ testis in causa hęresis cõpellitur dicere veritatem etiam de suo crimine, in alijs verò casibus dic, vt per glo. in c. cum causam. s. de testibus. Quartò no. ibi, stari. casum sing. in quo periurus etiam si pœnitentiam nõ egerit, admittitur ad testimonium. & sic patet Papam posse facere, ꝙ periurus admittatur ad testimonium. quod facit pro d. Arch. 22. q. 5. paruuli. In gl. in ver. numera. in fi. vide in l. minus. ff. de ver. sig. In glo. in ver. non possit, in fi. idem Io. Mo. & Arc. vide qđ no. 2. q. j. q̃ pio. & in c. quiescamus. hic all. In gl. in ver. postea. in fi. idem Io. Mo. & Arch. de quo in c. præterea. hic all.

SVMMARIVM.

1 *Diuinationes & sortilegia non semper sapiunt hæresim, inquisitores ergo non semper inquirunt de his, nisi quando sapiunt hæresim manifestam.*
2 *Inuocator dęmonum si abiurauit hæresim coram iudice, si postea inuocauit dæmones, dicitur relapsus, pęnaq; relapsorum punitur.*
3 *Pocula amatoria dare, vel imagines facere causa pudicitiæ tentandæ non sapit hęresim.*

Sane. Inquisitores hæresis non intromittunt se de diuinationibus vel sortilegijs non sapientibus hęresim manifestam, nec etiam intromittũt se de quęstionibus vsurarum.
1 h. d. vsq; ad §. si verò. † No. j. ꝙ non omnes diuinationes vel sortilegia sapiũt hæresim. ideo est, ꝙ inquisitores non cognoscũt de his, nisi in vno casu, q̃n. s. sapiunt hæresim manifestam. & in quo differant diuinationes a sortilegijs, & quot modis sumat̃
a diuinatio [a], hic per Io. And. & no. in c. ex tuarum. s. de sortileg. & per Old. in suo consi. 79. In tex. ibi, suis iudicib. s. legatis, vel episcopis, fm Io. An. ex quo no. ꝙ legatus & eps potest cognoscere de diuinationibus, & sortilegijs, etiam si non sapiant hęresim. facit quod no. in c. peruenit. 26. q. j. Vlti. no. ꝙ in foro pę-
b nitentiali inquisitores possunt se [b] intromittere de vsuris, secus in foro iudiciali, vel in executione iudiciali, cum hoc spectet ad ordinarium, vt hic plene per Io. And. & Dom. hic in fi. huius c. dicentem, ꝙ licèt directè & principaliter non possint assumere cognitionem super restitutione vsurarum, tñ poterunt indirectè cognoscẽdo an verè vel fictè reuersus fuerit, an pniam egerit, nec cognoscunt vt iudices, sed vt executores pę-
2 nitentiæ. de quo ibi per eum. † In glo. in ver. saperent. in princ. idem Arch. & Io. And. & idem Bal. hic dicẽs, ꝙ si inuocator dæmonũ abiurauit hæresim coram inquisitore in iudicio, & promisit de cætero nõ inuocare, si postea eos inuocat, dr̃ relapsus, & pęna relapsorum puniri potest, licèt ɔrium in hoc fuerit cõsultum, & non bene, fm eum, quod procedit vt voluit Old. in consi. 208. q̃n inuocat vt adoret, cum tunc sapiat hęresim, vt patet ex hac glo. Et idem si inuocat non vt adoret, sed vt sciat futura, vel eos inuocat, putans eos posse facere id, ad quod inuocat ex eorum potestate actiua, quia tũc attribuit creaturæ, qđ est Dei. facit 26. q. 5. epi. Si verò inuocat ad tentandam pudicitiam mulieris, & tunc cum inuocet ad id, quod est propriũ ipsius, s. tentare, & hoc non sapit hæresim, vt plenius per Old. in
3 d. ɔsi. & per Do. hic, & in fi. huius c. † In ea. gl. fi. vide plene per Old. in d. ɔsi. 79. & 208. ponentem de pluribus, an sapiant hæresim. & dicit inter alia, ꝙ dare vel sumere pocula amatoria vel imagines facere ad tentandum pudicitiam mulieris, non sapit hæresim, vt hic per Do. in fi. In glo. in ver. manifeste. in fi. idem Io. Mo. & Archi. & no. ꝙ vbi iudici non dat̃ potestas cognoscẽdi, nisi de manifestis, si reuocat̃ in dubium, de illo casu, non potest cognoscere, an sua sit iurisdictio. intellige q̃n nõ apparet, ꝙ sit manifestum, etiam si per hoc reuocat̃ in dubium, & tunc de hoc cognoscere poterit, & pronunciare. & ita procedit gl. in d. c. j. s. de offi. dele. eo. lib. quæ est ɔria huic fm Dom. de quo etiam vide no. in d. c. j. In glos. in ver. etiam. in fi. no. de hac dictione, quæ tacitè includit alia non expressa. de quo s. de præben. eo. lib. in c. cum in illis.

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde, ꝙ diuinare non est in potestate nostra, quia annunciare quæ futura sunt solius Dei est. ita Mar. Soz. consi. 6. prædicta consultatio. ver. ad cuius clariorem. circa med. lib. j.
b Nic. Sup. Se intromittere de vsuris. Adde Io. de Ana. in c. excommunicamus. el j. de vsu. Bal. in c. j. in §. ad hæc. in tit. de pa. iu. fir. in vsibus feu. Fede. de Se. in consi. 102. inci. Alex. Ca. consi. 2. in isto titu. de hære.

SVMMARIVM.

1 *Hæres potest compelli implere penitentiam defuncto impositam, si implementum consistit in rebus temporalibus.*
2 *Crimen hęresis extinguitur morte quo ad pœnitentiam imponendam, non quo ad pœnam imponendam.*
3 *Hæredes an possint cogi circa peregrinationem defuncti.*

Si verò. Possunt inquisitores compellere hęredes fautorum hæreticorum, qui tamen hęretici non erant ad

ad implendam pęnitentiam impositam defunctis in bonis tēporalibus, secus si mortui fuerunt antequàm fuerit pęnitentia
1 iniuncta.h.d.† No.j.ibi, agi debent. ꝙ hæres cogi potest implere pœnitentiam defuncto iniunctam, quando implementum cōsistit in rebus temporalibus, & prodest saluti animæ. de quo in glo. Scđò no. ibi, non est &c. ꝙ heres non potest cogi facere pęnitentiam de delicto confesso per defunctum, si eidem pœnitentia nondum imposita fuit: & ratio est, quia crimen extinguitur morte quo ad defunctum. Et talis pęnitentia est personalis, & reseruat ipsi defuncto in purgatorio, vt no.26. q.7.c.j. fm Io.And. & vide per glo.& Doct.in clem.2.š.de raptoribus.
2 † Vlti.no. ꝙ crimen hæresis extinguit morte. intellige quo ad pęnitentiam imponendam, non autem quo ad pęnam respectu bonorum, vt j.§.proxi. vel posset dici, ꝙ hic sit tex. no. ꝙ licèt crimen hæresis non extinguatur morte, tamen crimen defensorum fautorum & aliorum, qui non sunt hæretici, morte extinguitur, fm Io.And. In gl. in ver. hæreticus. in fi. no. iuncto tex. ꝙ non oĩs receptator, defensor, vel fautor hæreticorũ censet hæreticus, hñt tñ inquisitores iurisdõnem ꝯ tales, licèt non sint hæretici, vt patet in tex. In gl. in ver. temporalib. in prin. licèt enim ieiunia & orationes possint per alios impleri, vt in c. animæ defunctorũ.13.q.2. cum non ꝯsistant in reb. temporalib. in quib. permittit executio, per istum text. vnde bene cõpetit
3 hoc exemplum fm Io.And.† In ca.gl. ibi, vel sifib. vt peregrinatio. quod no. ad gl. in l.2.ff.de pollicitationib. volẽtem, ꝙ ex voto peregrinationis defuncti nõ possint cogi hæredes, circa qđ tñ vide plene per Inn.& Io.An. in c. licèt.š.de voto. & per Bal. in l.j.§.si defunctus.ff.de reb.eo.& in l.j. in §.ne autem.C.de cadu.tol.& hic per Pet.de Ancha. dicentem, ꝙ in onere mere spirituali personaliter explicãdo non succedit hæres, vnde est in aliud grauandus, ex quibus no. an & quando hæres possit cogi ad satisfaciendum de votis & pęnitentia defuncti, cuius est hęres.& vide in d.c.licet.per Doct.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non tribuit ius de nouo, sed declarat iam quæsitum.*
2 *Religiosi grauius puniuntur pro crimine hæresis, quàm sæculares.*

In eo vero. Ad finem confiscandi bona potest post mortem hæretici declarari hæreticum. & sacerdotes & clerici seculares instruentes hæreticos vel testes ne inquisitores veritatem inuestigent, puniri possunt per eos. Et religiosi grauius puniuntur quam seculares. hoc dicit. vsq;
1 in fi.† No.ibi, declaratum, ar. ꝙ per sententiam non tribuitur ius de nouo, sed iam quæsitum declaratur, secundum Archi. de quo 11. q. 3. quõ. Secundo no. ibi, per capturam personarum, quòd in crimine hæresis possunt inquisitores procedere ad capturam personarum, clericorum, & sacerdotum, non debent
2 tamen bona ecclesiarum confiscari propter delictum clericorum, vt in cle. nolentes. & ibi per glo. post prin. j. eo. † Vlt. no. pro eodem delicto grauius puniri religiosos, quam seculares. ratio, quia grauius peccant, quod procedit secundum Io. An. hic referentem d.Thomam, 2.2.q.16. articulo fi. in tribus casibus. Primo, quando peccat contra votum, vt furando vel fornicando. Secundo, quando ex contemptu. Tertio, quando palam propter scandalum, alias autem leuius peccat in eodem gñe peccati, quàm secularis, cũ ex multis bonis, quæ facit, absorbeatur peccatum, si sit leue, & si sit mortale facilius ab illo resurgit, vt hic plenius per Io. An. Sed istæ rationes licet concludant, ꝙ facilius redeat ad pęnitentiam, non tamen concludunt quòd delictum religiosi in se sit minus delicto aliorum, imo est grauius & grauius puniẽdum, vt est tex. hic, & quia in dubio magis præsumitur contemnere, ad hoc glo. no. in c. homo Christianus.40.dist.& in c. cum quidã.š. de iureiur. & hoc videtur hic tenere Io. Mo. dicens, quòd religiosi arctius sunt ad id astricti, & ideo contradicendo grauius peccant. facit 47. dist. quantumlibet, & ita sequitur hic Do. vt hic plene per eũ. pro quo etiam facit tex. in c. qualiter. el 2. in fi. š. de accu. facit
a etiam glo. in ver. seipsam. in cle.j. de reliqu. & vene. voluit sin gu. quod in eodem gñe boni plus [a] mereatur religiosus astrictus ex voto, quam secularis, ergo a contrario sit dicendum, ꝙ delinquendo plus peccet, cum contrariorũ eadem sit disciplina, 22. dist. hospitiolum, cum si. In glo. in ver. casu. in prin. alias si fuisset reincorporatus vnitati ecclesiæ etiam post sententiã, tunc hæredes non perderent bona, vt vult glo. hic iuncto tex. & ita etiam videtur tenere Io. And. š. §. proxi. & vide de hoc per Archi. in c.1.22.q.7. in summa. & per Doct. in c. vergentis. š. eo. & per Doc. š. §. proxi. In glo. in ver. impedire, in fi. vide in cle.j. §. pe. & fi. j. eo. In glo. in ver. seculares. in fi. no. quòd app. regularium generaliter facta comprehenduntur laici & clerici seculares, secundum Do. & vide per glo. in c. licet. š. de offi. ordi. quare dicantur clerici seculares.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Plus mereatur religiosus. Adde tex. in c. homo Christianus. 40. dist. & in c. cum quidam. iuncta glo. j. alle. Concordantes. de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest irritare statuta laicorum, quando concernunt tangentia fidẽ.*
2 *Reuocare & moderare qualiter differant.*
3 *Statutum laicorum disponens, quòd contrahens matrimonium cum filia sine consensu patris, an & qualiter possit reuocari a iudice ecclesiastico.*

CAP. IX.



Statutum. Non ualent statuta, per quæ inquisitoris officiũ impeditur, vel retardatur. h.d. Et primo reuocat statutum. Secundo ibi, ipsius. iubet excommunicari officiales, ad
1 quos spectat, si illud non reuocent, vel temperent. † No.j. Papam posse irritare statuta laicorum, quatenus concernunt cõcernentia fidem. facit quod no. in c. fi. š. de immu. eccle. & vide in c. nouerint. š. de sen. excom. Scđò no. ibi exhibendum. ꝙ ordinarius loci, vel inquisitor hæresis potest petere, vt edant statuta laicorum, vt videat an sint aliqua ꝯcernentia fidem. & sic est hic casus, in quo compellitur ciuitas, vel alius edere statutum ꝯ se, esto ꝙ regulariter aliud sit, vt no. per Bar. in l. oẽs po-
2 puli. ff. de iusti. & iure. † Vlti. no. ibi, eatenus moderandũ. aliud esse reuocare, aliud moderare. quod facit pro hñtib. arbitrium moderandi statuta, vel aliter. de quo š. in proœmio huius lib. & in cle. ne Romani. in prin. de elec. eo. lib. In glo. in ver. retardare. in fi. sed immo differendo auferet, si non in toto saltẽ in tan
3 to, vt l.j.§.diem.ff.de eden. fm Io. And. † Extra gl. inducitur hic tex. ad q. statuti laicorum disponentis, ꝙ ꝯhens matrimonium cum filia sine consensu patris incurrat certã pęnam, si aliquis ꝯxit ꝯ statutum, propter quod conuenitur ad pęnam, an iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici sæculari, ne procedat. & refert hic Io. And. hanc q. fuisse disputatam Bononiæ, & terminatum ꝙ nõ, cum iurisdictiones sint distinctæ, vt in c. nouit. š. de iudi. & quia hoc statutum vtriq; iuri est consonum, 32. q. 2. honorant. ff. de ritu nup. l.2. nec est super substantia matrimonij, sed super forma ꝯhẽdi, & hæc solutio æquitatem habet fm Io. And. dicentem, ꝙ in ꝯrium facit, ꝙ talis motus matrimonium impedit directè vel indirectè, vnde nõ debet valere, sicut non valet hic, tex. ad hoc quod no. in c. fi. š. de secun. nup. & in c. gẽma. š. de sponsa. vbi patet, ꝙ ne impediat libertas matrimonij, prohibet in eo apponi pęna. cum ergo matrimonium & eius causa & dependentia ab illis sint ecclesiastici fori, vt in c. tua. š. de or. cog. & c.3. š. de dona. inter vi. & vxo. meritò iudex ecclesiasticus de hac pęna, ne exigat, habet se intromittere, sicut de pęna conuentionali, vt in d.c. gemma. & ita residet hic Io. An. pro prima tñ parte facit, quod voluit Inno. & Io. And. in c.j. š. de spon. dicens statuta & consuetudines laicorum valere quo ad accidentalia matrimonij, putà super dote lucranda, vel aliter, & tamen pp amissionem lucri dotis intimidat matrimonium ꝯhendum fm Lap. qui videtur residere in prima opi. quæ opinio æquior vr̃, quia plura inconuenientia sequi possent ex secunda opinione, q̃ ex prima, fm Io. de Fan. dicentem tamen vltimo loco super hoc cogitãdum, prout refert, sed Domi. hic tenet opi. Io. And. quia vbicunq; statuta laicorum imponunt pęnam retrahendo a ꝯtu matrimonij, & talis pœna diminuit matrimonium vel famam ꝯhentis, talia statuta non sunt seruãda, fm no. in d.c. fi. & per glo. j. eo. tit. in c. cum scđm. vnde cum lex canonica disponat ꝙ possit ꝯhi matrimonium ẽt sine consensu patris, licèt æquum sit ꝙ interueniat, tamen statutum lai
2 quantitatem,vel non,prout in simili no. in c.si episcopus.s̄. de præben.eod.lib.†Vltimo no.de pœna religiosorum, vel aliorū admittentium vsurarium manifestum ad sepulturam,& vide glo.no.in ver.sepelire.in clem.eos.de sepulturis. quid de portātibus seu associantibus funus, & de alijs dantibus operam ad funus,an sint excommunicati.Et vide etiam hic per Ioan.An. Quid de simulantibus sepelire vsurarium, an excusentur a pœna,licèt in vero non sepeliant.& tenet quòd non, quia ex quo dederunt alijs malum exemplum, & scandalizauerunt ecclesiam,non debent a pœna excusari,11.q.3.præcipue. Et idem se-
3 quitur hic Ioan.de Lign.& Domi. dicens hoc esse notandum, quia aliqui crederent esse excusati ita simulando. † In glos. in ver.alioquin.in fi.tene menti singu.ex gl. an & quando vsurarius præsumatur acquisiuisse ex vsuris,vel non. Et habebit locum hæc glo.etiam quando Italicus in Francia vel Anglia publicè vsuras extorsit,& de hoc est publica fama in ciuitate sua, vbi moritur,secundum.Ioan. And.volentem,quod ordinarius possit moderare seu arbitrari quantitatem usurarum, non solum si ipsæ vsuræ sunt extortæ in sua ciuitate,sed etiam in alia, & secundum moderationem prædictam cautionem recipere, & ita videtur hic velle Pe.de Ancha. loquens de ordinario originis,vel domicilij,imo etiam tenet Ange. in d.dispu. in deci. secundi dubij principalis, quod etiam ordinarius loci vbi vsuræ sunt extortæ,poterit cautionem recipere de vsuris alibi extortis,& componere super eis,dummodo componat, vt quilibet bonus vir considerando ea, de quibus hic in glo. Dubium tamen facit,quia ordinarius loci delicti vel contractus non videt̄,quod possit se intromittere, nisi de eo quod est contractū, vel delictum in illo loco,non de alio,vt no.in c. fina. s̄. de foro
4 compe.secus de ordinario originis,vel domicilij. † Sed quæritur primo eo casu,quo vsurarius publice extorsit vsuras in alienis partibus,& ordinarius loci,in quo moritur, moderatus est cautionem prędictam,& postea non apparet aliquis,qui petat vsuras.concludit Gui.quod ordinarius faciet sibi edi librum rationum illius,& quæ ibi extorta inueniret,restitui faciet, vt in clem.1.eod.titu.non tamen deberet hoc fieri ad petitionē partis,vt hic per Ioan.And.dicentem, quod ipsi libri non possunt violenter tolli de domo, sed bene per censuram, ecclesiasticā potest quis compelli ad illos edendos, vt in d.clem.1.§.cæterū, & ibi per glo.in ver.censuram, & ita refert hic Ioan.And.Archid.consuluisse,& dicit prædicta procedere in eo,qui satisdederit, hodie tamen semper in satisdationibus fit promissio in specie de tradendis libris rationum,& ita transit Ange. in d.dispu.ad fi.in ver.super 12.Quando tamen pars, a qua vsuræ sunt extortæ,instaret, tunc etiam ad eius petitionem esset edendus liber rationum,& maxime attenta consuetudine, vt per Bald. in l.1.C.de eden.& per d.Flo.in d.§.cæterum vbi plene de hoc. Et dicebat Ange.in d.dispu.in dec.secundi quæsiti principalis, quod erunt restituendæ non solum vsurę,quę in dicto libro apparent extortæ,sed etiam alię vsurę. Et ad hoc vt appareat quibus sint restituendæ, ipse ordinarius originis vel domicilij debebit proponere edictum in sua diœcesi,ac etiā scribere dięcesano cuiuslibet loci,vbi sunt extortæ vsuræ, vt publice proponant edictum,vt sic compareant illi a quibus vsurę sunt extortæ coram iudice,qui cautionem recepit,vel coram proponente, quæ edicta quilibet debet proponere ad literas ipsius epi-
5 scopi, vt ibi per Angel. † Secundo quæritur, testator in suo testamento expressit se pro vsuris recepisse centum ab A.B. & C. & alijs innominatis, iubens illa restitui, & episcopum executorem fecit, tamen de illis tribus nominatis non apparet, quod aliquid soluerint. refert hic Ioan.Andr. quod non obstante, quod legatum videatur incertum, tamen episcopus exequetur hoc modo,quia sigillatim per iuramentum ab illis tribus inquiret tm̄ q̄tū soluerint, & postea per edictum vocabit omnes,& eis venientibus dabitur tantum quantum probabunt se soluisse,& illi tres habebunt residuum, in quantum iurauerint se soluisse,& residuum dabitur pauperibus, vt in d.c. cum tu.Sed si venientes totum habuissent, & tunc illis tribus ad quantitatem iuratam satisfaciunt hæredes,vt in c.fina.s̄. de sepul. Si autem nullus alius venisset, & tunc quilibet illorum trium habebit quartam partem illius summæ,& alia dabit̄ pauperibus, in quam dando non festinet propter superuenientes, qui possent habere iustam causam ignorantię,vt in cap. fina.s̄. qui matri.accu.possunt. & ita etiam sequitur Lauren. in d. tractatu,in q.86. Sed Ange. in d.disputa.ad fi.in ver.10.videt̄ aliud velle in illa quarta, vt sic non detur pauperibus, sed accrescat alijs nominatis,per nota.in l.re coniuncti.ff.de leg.3.Sed certe ista portio non deficit, ex quo episcopus succedit in ea distribuenda,vt patet in l.nulli.& in l.si quis ad declinandum. C. de epis.& cle.Posset tamen in d.q.sic concludi, quod cum ex tali dispositione facta in dicto testamento resultet quoddam legatum,& etiam quędam confessio extraiudicialis facta parte absente,& tunc episcopus exequitur illam vt legatum,quod potest etiam alia probatione non facta,vt l.Lucius.§. quisquis. ff. de leg. 2. & l. 3. C.de falsa causa. & tunc debet istis dari totum pro rata,cum illis videatur relictum,vt no.in l.re cōiuncti. Sed si non posset exequi,vt legatum,sed vult episcopus,quod vsuræ vt indebitè solutæ restituantur,& tunc procedat quod dicit s̄. Ioan. And. Nec obst.si diceretur, quod non debet stari iuramento ipsorum nominatorum,per no.in c.fina.s̄. de iureiurā. Nam ex quo concurrit confessio, licèt extraiudicialis, & facta absente parte, attamen facit semiplenam probationem, vt p̄ glo.in l.actori.C.de iureiurando.& no.in d.cap.fin. Nec etiam obst.quod dicta confessio,ex quo non continet certam quantitatem,non inducat præsumptionem super ipsa certa quantitate,& sic non sit locus delationi iuramenti.Nā hoc est odio vsurarum,

rarum, tum quia super eis iudex habet arbitrari quantitatem, vt hic,& quia vsurarius dr̄ esse raptor,vt 14.q.4. si quis vsuram. & sic erit locus delationi iuramenti,sicut dr̄ ꝯ violentum,vt in c.fin.§.quod me.causa.& in l.si qn̄. C.vnde vi.Pro quo facit,vt sit locus delationi iuramenti ꝯ vsurariū cōcurrentibus indicijs seu præsumptionibus,quod tenuit Io.de Deo,in q.2.secundi libri,de vsurario,qui mutuauit Titio sub vsuris, & quia non fuit solutum in primo termino,reuocauit instrumentum in pluribus,& iterum de pluribus,& in morte mandauit vsuras restitui,quod si postea apparet dicta instrumenta cancellata,& per testes probetur illum fuisse vsurarium,& quod fama habet illos ꝯtus vsurarios,& quod ipsi sic credunt, locus erit delationi iuramenti,ſm ea quæ habentur in d.c.fi.& ita residet hic Io. And.& Lau.in d.trac.in q.84.referendo hoc dictum, de quo ēt per eum in q. 85. Sed in ꝯrium facit, quod tenet hic Archid.in alia q.volens, quod non sufficiat repetenti vsuras probare mutuantem fuisse publicum vsurarium ante ꝯctum, t pe ꝯtractus, & post,& quod consueuit exigere instrumenta de duplo veræ sortis,quia vsura est crimen, debent fieri probationes apertissimæ,2.q.8.sciant.vt hic plene per eum,sed dicit Io.An. hoc dictum Archi.non approbatur in iudicijs,vnde vr̄ velle,ꝙ ipsi repetenti vsuras sufficiat prædicta probatio. pro quo facit secundum Lap.quia qn̄ de vsuris agitur ciuiliter,sufficiunt argumēta cum fama ad probandū ꝯ vsurarium, vt in c. cum in diœcesi.
6 §.eo.tit.& per Host.in sum.de proba.§.& quot. ver. & no. † Et aduerte,quia Pau.disputauit supra dictam vltimam q.in disputatione,quæ incipit,Contra instr̄m debiti,& concludit, ꝙ aut quæritur, an talis possit ex prædictis præsumptionibus puniri pœna concilij,§.de vsuris.quia in omnibus. & tenet quod sic, vt in c.cum in diœcesi.§.eod.aut quæritur, an contractus præsumatur vsurarius, & si præsumptiones assumuntur ex verbis ipsius contractus,& præsumitur vsurarius.& ita loquitur c. ad nostram.§.de empt.& vendi.& c.illo vos.§.de pign.Sed si præsumptiones non assumuntur ex contractu,sed ex persona, q.a consueuit fœnerari, & tunc probatis alijs contractibus fœneratitijs,& non istis,de cuius viribus agitur,non iudicabitur contractus vsurarius, quia probatio debet necessario concludere, vt in c.in præsentia.de proba.vnde non sequitur necessario, ꝙ contractus sit vsurarius,ex eo quia fecit talem & talem contractum vsurarium.& ita procedit opi.Arch.ſm Pau.ibidem,vt refert Domi.hic.& idem tenuit Ioan.de Lign.in c.fin. §. eod.tit. dicens,ꝙ non vr̄ quare de iuris rigore debeat reprobari opin. Arch.quod etiam sequitur Ia.de Are.& Cy.in l.1. C. de proba. & Bal. ibi in simili q. Sed si probo mihi mutuatum per vsurarium,sed non probo,ꝙ ad vsuram,vel ꝙ vsuram soluerim, mihi sufficit,& obtinebo restitutionem, licet in contrariū faciat quod idem Io.de Lig.tenet in c.super eo.§.eo.& Bal. hic ꝑ no. in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.Sed Lauren.in d.tract. in q.85. reducendo opi.ad concordiam,concludit, ꝙ aut præsumptiones vel alia probantur ex parte mutuantis, quę tollunt ꝓsumptiones contrarias,& tunc procedit opi.Archi. & sequacium, aliàs vero si prædicta non concurrunt ex parte mutuantis, tūc ex quo talia probanī,inducunt præsumptionem ꝯ vsurarium, vt sic in eum transferatur onus probandi,ꝙ talis non fuerit de illis contractibus,vt no.in d.c.j.§. vt ecclesiastica beneficia, & ita procedat opi.Io. And. & maxime hodierno tempore, quo vsurarij ad infinitas fraudes veniunt,vt in d. cle. j.ſm eum ibi, cuius distinctio vr̄ satis ęqua.& facit quod no.in c.tua nos.§.de iureiu.& 3. q.9.indicas.ſm Do.tenentem secum opi.Io. And.si aliud ex parte vsurarij in contrarium non probetur,& ita vide tur sequi d.Ang.in d.disputa.vltra medium.in ver.de secundo.
a ex eo quia consuetudo [a] fœnerandi inducit vehementem præsumptionem,quod ſm eum procedit, ēt si non doceatur post contractum vsuras exercuisse. Item procedit in eadem specie cōtractuum,vt sic præsumanī vsurarij,non in alijs,nisi & alios contractus fuerit consuetus inire in fraudem vsurarum,ſm eū ibi.& sic patet,ꝙ opi.Io.And.communiter tenetur a Doctoribus de quadam æquitate odio vsurarij,de rigore tamen esset ꝯrium, quia non vr̄, ꝙ sufficiat repetenti vsuras talis probatio, ex quo non concludit necessario,ut in d.c.in præsentia.nec inducit præsumptionem violentam,quæ præsumptio non cadit super difformi,ſm nota.in d.l.1.C.de proba.sed bene aliquam præsumptionem inducit,arg.l.uel uniuersorum. ff. de pig.act. quæ non sufficit ad condemnationem,nisi dicamus ꝙ iuramētum interueniat ex parte ipsius repetentis usuram,ut no. in d. c.fi.sicut dr̄ §. in alia q. Et prædicta, qn̄ apparet de cōsuetudine uniformi ipsius usurarii super ipsis usuris,secus si de difformi, quia tunc ultima consuetudo debet attendi, vt ſm illam ꝓsumat,uel non,ut in l.Mela.§.1.ff.de ali.leg.ſm Ang.in d.disputa. circa medium,in uer.de quarto.ubi ēt dicit, ꝙ ualeret constitutio synodalis disponens,ꝙ ꝯtus initus cum usurario præsumatur usurarius,cum non sit contra ius,secus tamen esset in constitutione disponente,ꝙ contractus factus per aliquem de familia præsumatur usurarius,ar.c.2.§.de his quæ fi. a ma. parte, nisi fuerit consuetus fœnerari per tales, vt plenè per Ange. in d.disputa.in uersic.de secundo.In glo.in uersic.tenere.in fine, idem Archid. & Ioan. And. & no. ex glo. quod appellatione residui totum continetur,quod inducit hic Domi.ad testes,ut hic per eum.

ADDITIO.

a Vinc.God. Præsumptio semper capienda est, quod actus sit factus modo licito,uel cum minori delicto.Ruy.consi.1.nu.3.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Interesse nemo debet in testamento vsurarij.*
2 *Confessio sicut debet esse integra,ita & absolutio.*
3 *Quid in donatione causa mortis.*

1 Nullus. †No.1.generaliter esse prohibitum interesse in testamento usurarij manifesti.Secundo nota,ꝙ qui tenet manifeste male ablata, non est absoluendus, nisi satisfaciat uel idonee caueat,secus autem si esset occultus,iuxta no.in c.si sacerdos.§.de offi.ordi.secundum Domi.Vltimo no. quod ratione criminis potest Papa per suam constitutionem reddere eos inhabiles ad testandum, ideo est,quod manifeste usurarii non possunt testari,& si testantur,non ualeret ipso iure non seruata forma huius decre.† In glos.in uer.absoluat.in
2 princ.facit pro hoc,quia sicut confessio debet esse integra, ut in c.omnis.in prin.§.de pœnitentiis.ita & absolutio,sed iste integraliter absolui non potest, ex quo saltem nō cauet idonee, ergo nulla fiet absolutio, non enim nouit Deus opus imperfectum,ut §.de baptismo.in c.maiores.in uers.sed adhuc. secundum Io.And.patet ergo, quod peccator absolui non potest de aliquibus peccatis aliquo retento,& idem tenuit glo.de pœn. distin.3.his autoritatibus.imo uult glo.hic, quod usurarius manifestus si non satisfaciat,uel caueat,non solum non est absoluendus,sed etiam nō debet admitti ad confessionem, pro quo tex.hic in uer.admittat.& hoc non erat statutum in cōcilio lateranensi, & uidetur hoc minus durum contra c.quod quidā. §.de pœnitentijs.ubi confessio perseuerantis in peccato auditur,& consilium ei datur,sed non absoluitur. sed posset dici ꝙ fallit in casu isto,sed istud esset nimis durum, & nō seruandū, ex quo hic non imponitur pęna ꝯfacienti, practica tamen esset,quod a tali confiteri volente quęrat sacerdos,si vult saltem cauere, alias illam repellat, & talis rigor forsan inducit illum ad satisfactionem,patet tamen,quod de manifestis tantum loquitur rigor istius tex. secūdum Ioan.And.volentem, quod in alijs rigor iste non sit seruandus,& vide dicta §. in glo.in versi. denegetur.& in glo.pręcedenti,in glo.fin.ibi dic contra,idem
3 sequuntur Docto.†In ead.glo. ibi, de qualibet vltima voluntate.tene menti glo.& idem tenet Lap. in d. allega.123.& Ange. in disputa. ante medium, in ver. de quinto. & ver. de tertio.& ibi ꝑ eum de hoc. Quid autem sit de donatione causa mortis. Lap.in d.alleg.idem tenet,de quo tamen vide plene no.in rub. de testam.in artic.de vsurario.in 3.quæstio. & ibi in 4. quæstio. Quid sit ad pias causas, per Ioan. And.& per Lap.in sua alleg. 30. & per Bald.in l.j.de sacrosan.eccle.& in d.l.executorem.In eadem glos.in fine,idem Ioan.Andr.de quo tamen vide plene dicta in d. rubr. in 7. quæstio. & ibi quid si talis cautio præstetur per hæredem post mortem vsurarij, an reconualescat testamentum, vbi vide plene de materia huius glossæ, & quid si post præstitam cautionem vsurarius continuauit vsuras secretè.

De excessibus prælatorum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Masculinum concipit femininum.*
2 *Prohibitus acquirere nouum locum, non prohibetur permutar antiquū cum nouo.*
3 *Permutatio vel donatio an veniat appellatione venditionis.*
4 *Verba in pęnalibus licet debeant stricte interpretari,si tamen verbū vniversale iungatur,largè interpretantur.*
5 *Princeps quando rescribit contra ius,an debeat facere expressam mentionem iuris,contra quod rescribit.*
Adde ad idem nu.6.& 7.
8 *Licentia, de qua dicitur in hoc c.an debeat esse obtenta, an verò sufficiat si sit petita.*

CAP.

CAP. I.

1 Vm ex eo. †No. 1. ibi, aliquis vel aliqui.
a secundum Lap. tenētē, quod
masculinum [a] concipiat hic fœmininum, & quod
iste tex. habeat locum in feminis religiosis mē
dicantibus, non obstante quod iste tex. sit pœ-
nalis. facit 17. q. 4. si quis suadente. & ibi per Ar
chid. & per glo. in c. generali. s. de elec. eo. lib. & no. in clem. vt
professores. j. de regularibus. & in c. non solum. s. eo. tit. & lib.
Secundo no. ibi, hactenus &c. quod ista constitutio locum ha-
bet in duobus casibus tantum. Primo, quando mendicantes re
cipiunt de nouo loca ad habitandum. Secundo, quando loca
habitata per ipsos ante hanc decretalem mutant vel alienant
sine speciali licentia Papæ, etiam si dimitterent antiqua loca
non propter alia de nouo ad habitandum quærenda. facit qd
no. in c. vnico. in §. confirmatos. s. de religio. do. eod. lib. non tñ
haberet locum iste tex. si dimittant vel mutentur loca quæsita
post hanc decre. vt probatur ex ista dictione hactenus, hic, &
ex verbo, olim. s. secundum Lap. ponentem hic de dicta dictio
ne, hactenus, & ita transit hic Domi. Dubium tamen facit, qd
dicitur j. proximo no. videlicet quia lex semper loquitur, vt sit
ratio identitatis in vtroque casu, & maxime quia eo ipso, quod
loca mutantur de vno loco ad alium, videntur de nouo acqui-
ri in alio loco. Sed Domi. loquitur, quando habuit quis licen-
tiam acquirendi de nouo, quia poterit postea illum locum mu
tare, ex quo semel habuit licentiam de nouo acquirere, & in
locis de nouo quæsitis postea non habet locum ista prohibi-
2 tio. cogita tamē. † Tertiò no. ibi, permutationis. arg. quod prohibi-
tus nouum locum acquirere, non videatur prohibitus antiquū
cum nouo permutare, nisi hoc exprimatur, secundum Domi.
dicentem tamen, quod iste tex. potest adduci in contrariū, cū
ista in hac prohibitione æquiparentur inter se, & quia consti-
tutio semper loquitur, vt in l. Arriani. C. de hæreticis. & quia ra
tio, de qua hic in tex. pariter locum habet, vt per gl. no. in ver.
3 eligantur. in clem. 1. de elec. † Item no. quod appellatione [b] ven
b ditionis non venit permutatio, vel donatio, quod procedit in
materia pœnali, alias vero dic, vt no. in Spec. de emp. & vendi.
§. nunc dicendum. ver. sed pone. & in l. 3. §. de illo. ff. de vsuca. &
ibi per Ang. & per Bal. in l. fin. ff. de condi. ob causam. & vide
tex. in l. statuliber. §. Quintus. ff. de statulib. Quarto no. ibi, abs-
que sedis &c. casum reseruatum soli Papæ, quia ipse solus po-
test dispensare contra hanc decr. in tantum quod etiam lega-
tus de latere non posset, secundum Lap. ea ratione, quia quod
facit legatus non dicitur facere sedes apostolica, vt s. de præb.
in c. hi qui. & hoc nisi in leuibus, vt plene no. in c. si abbatem.
s. de elec. eod. lib. secundum Domi. Vltimo no. quod ille dicit
ducere vitam eremiticam, qui habet habitaculum discretum
ab habitatione hominum, & in hoc differt a monasticha, vt
hic patet, licet alias dicat, quod monasteria non sint construen
da in ciuitatibus, sed in locis remotis, vt in c. si cupis. 16. q. j. &
facit iste tex. quod iura loquentia de monachis non compræ-
hendant eremitas, de quo in c. cum monasterium. s. de elec. In
glo. in ver. ad habitandum. in fi. & ibi per glo. in ver. domum.
& in d. c. generali. in ver. de nouo. & vide in cle. exiui. de verb.
sig. & per Oldr. in suo consi. 138. vbi quærit, an ipsi mendican-
tes possint antiqua loca ampliare. & consuluit, quod eremita-
ni sancti Aug. habentes locum in ciuitate castelli contiguum
muro ciuitatis, quem ciues, vt facerent viam, per quam ire pos-
sent circa muros, pro parte destruxerunt & dederunt ipsis
fratribus aliquas domos ex alio latere, inter quas erat quoddā
flumen paruulum diuidens conuentum ab illis, dantes eisdem
licentiam faciendi pontem supra illud flumen, vt possint illas
domos acquirere, & pontem supra illud flumen facere, & sic
eorum locum ampliare, maxime cum talis ampliatio non sit
voluntaria, sed necessaria. & facit tex. in c. fina. 2. respon. s. de cō
cess. præben. eod. lib. vbi prohibitus acquirere nouum ius, non
dicitur facere contra prohibitionem, si ius pristinum augmen
tet, secundum Domi. hic in fi. c. licet in contrarium faciat tex.
in c. consuluit. s. de iudæis. vbi prohibitio acquirendi loca de
nouo, licet non excludat, quominus possint vetera loca repa-
rari, non tamen possunt ampliora aut latiora construi, quam
essent. In glo. in ver. deinceps. nota ex glo. de hac dictione, quæ
4 futura respicit. † In glo. in ver. alienationis. in princ. & ita tenet
Ioan. de Lign. & Domi. ex qua glo. tene menti, quod licet alias
in materia pœnali sicut est ista, deberent verba stricte interpre-
tari, vt in c. statutum. s. de elec. eo. lib. attamen quando cum eis
iungitur verbum vniuersale latè interpretantur, vt hic in glo.
facit glo. in ver. quamuis. in clem. 2. de rebus eccle. In gl. in ver.
mentionem. in fi. & ibi per Archid. & per Spec. in tit. de instru.
edi. §. nunc autem. in ver. & scias. vbi de priuilegio loquitur, &
in titu. de rescrip. prin. §. ratione autem causæ. in ver. item quod
est contra ius. vbi loquitur de rescripto. & hic plene per Ioan.
And. referentem plures opi. circa hanc materiam, an & quan-
do sit necesse, quod in rescripto vel priuilegio apponātur clau
sulę derogatoriæ ad ius commune. Et vltra etiam ponit de ver
bis derogatorijs ad priuilegia, pacta, vel consuetudines, & sta-
tuta, de quibus vide per Fede. in suo consi. 46. quod incipit, Ha
bita. & in cons. 227. quod incipit, Casus talis est, monasterijs. &
per Pau. in clem. 1. de sepul. & per Bar. in extrauag. ad reprimē-
dam, in uer. non obstantib. & per Pet. de Anch. in c. si propter.
5 de rescrip. eod. lib. † Et conclude, quod aliquando priuilegia vel
rescripta conceduntur contra ius commune, & ipsis rescriptis
vel priuilegijs apponuntur clausulæ derogatoriæ speciales &
nominatim, dicendo, non obstante tali lege vel canone, vel nō
nominatim, sed per verba ęquipollentia, quæ idem important, vt
no. in l. 2. & 3. ff. de libe. & posth. & valebit priuilegium vel re-
scriptum, si concedens habebat potestatem tollendi legē, vel
canonem, sicut est princeps, vt in l. 2. §. si quis. ff. ne quid in lo-
co pub. & in c. nonnulli. s. de rescrip. secundum Archi. in d. ca.
1. & Ioan. And. hic. Quando tamen rescriptum esset contra pu-
blicam vtilitatem, deberet tunc expectari secunda iussio, vt in
Auth. vt nulli iudicum. §. & hoc vero iubemus. Et idem quādo
concederetur rescriptum super materia non impetrabili, cum
rescriptum præsumatur falsum, vt in c. porrecta. s. de cōfir. vti.
vel inuti. secundum Ioan. And. & hoc verum est, nisi in tali re-
scripto appareat de certa scientia principis, quia tunc alia ius-
sio non expectatur, secundum glo. in uer. noscatur. in d. cap. 1.
Et idem si appareret de proprio motu ipsius principis, quia
idem operatur, qd secunda iussio, ut d. §. & hoc uero iubemus.
iuncta l. 1. ulti. responso. C. de pe. bo. subla. lib. 10. secundū Bal.
in l. nec damnosa. C. de preci. imper. offe. & in l. impetrata. C.
sententiam rescin. non posse. Et idem si in rescripto appareret
de aliquo motiuo, propter quod ipse princeps rescribat, secun
dum Bal. hic, & in d. l. impetrata. Si uero sit apposita clausula
derogatoria generalis, ut non obstante aliqua l. uel canone,
tunc siue impetretur rescriptum in forma priuilegij, siue in for
ma rescripti, uidelicet cum tātum ualeat genus quo ad omnia,
quantum species quo ad quædam, ut l. si plures. ff. de admi. tut.
& ita uidetur hic residere Ioan. And. & tenet Pe. de Ancha. in
d. c. si propter. & Bar. in d. uer. non obstante. & Bal. in d. l. fin. C.
si contra ius. & hoc sine dubio procedit, quādo princeps rescri
beret ad utilitatem publicam, cum tunc uideatur contra om-
nem legem dispensare, ff. de re iudi. quidam consulebat, secun
dum Bar. in d. uer. non obstantibus. Sed quando rescriberet ad
priuatam utilitatem, posset dici quod si impetratio erat prohi
bita in genere, ut est quoties cōtra ius commune impetratur,
& sufficit clausula generalis, non obstante aliqua l. uel cano-
ne, ut s. Sed si impetratio rescripti uel priuilegij esset prohibi-
ta in specie, & tunc non sufficiat clausula generalis, sed requiri
tur quod in specie fiat mentio de illo iure, contra quod impe-
tratur, ut est in casu c. eam te. de æta. & qual. & in d. c. nonnulli. &
in l. 1. C. si nup. ex rescrip. petantur. cum simi. & sic in omni iu-
re, quo id expresse cauetur, ut patet in hoc tex. secūdum Archi.
in d. c. 1. & Ioan. And. hic, & Bal. in l. fina. C. si contra ius. & in d.
l. impetrata. Ang. in l. omnes. C. de pręscrip. 30. anno. esto quod
glo. in l. 1. C. de naturalibus li. & Bal. ibi, & Barto. in d. uer. non
obstante. aliud uelint, & forte non bene, ut patet ex prædictis,
quod tamen fallit, nisi cum clausula generali, non obstante, cō
currat proprius motus, cum tunc sufficeret, secundum Bald. in
d. l. impetrata. & idem dicit, quando appareret de aliquo specia
li motiuo, propter quod rescribit, ut s. & facit quod nota. per
Lap. in c. si cui. s. de præben. eod. lib. imo si princeps rescribit
specialiter, & ex certa scientia cum dicta clausula, non obstan-
te, sufficeret secundum Bal. in c. naturales. si de feudo fuerit cō
trouersia.

ADDITIONES.

a Nico. Superan. Masculinum concipit. Adde glo. in c. 2. de rescrip. lib. 6. Arch. in c. si quis suadente. 17. q. 4. Cyn. in l. 2. C. de ser. fugit. & Bald. in l. ancillæ. C. de furtis.

Vin. God, Masculinum non concipit fœmininum ratione contrarietatis, Ruy. cons. 103. nu. 7 lib. 3. Nec concipit in statutis contra ius commune disponentibus, Ruy. consi. 15. nu. 9. lib. 3.

b Nic. Sup. Appellatione venditionis. Adde tex. Abb. & Docto. in c. 1. de his, quæ fi. a præla. Bal. in l. 1. C. de rerum permu. Bal. in l. fi. ff. de condi. ob cau. Bal. in l. iurisgentium in lectura antiqua. ff. de pac.

Vin. God. Adde, quod venditio plurium rerum simul facta rescinditur in totum propter vitium vnius rei tantum, Alex. in l. 1. §. pe. ff. de verb. obli.

trouersia. ubi uidetur uelle, quod sufficiat tunc certa scientia etiam sine clausula, non obstante, licet ad petitionem alterius rescribat, per no. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. & in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. & per Rotam in dec.
6 466. quæ incip. Item extra Rotam. & in decisi. 470. quæ incipit, Item supposito plures sunt, quæ ita incipiunt. † Aliquãdo in priuilegijs vel rescriptis non apponuntur clausulæ derogatoriæ, & tunc si est casus, in quo cauetur in iure, quod debeat de illo fieri mentio, vt hic dicitur, vel est materia, in qua prohibetur impetratio, & tunc rescripta vel priuilegia, non valent, vt hic patet, & in d. l. fi. secundum Archi. in d. c. 1. & Ioan. An. hic. Sed si iure nõ cauet, qđ debeat de illo fieri mentio, vel est materia impetrabilis, si princeps rescribit in forma priuilegij, valet, q. a priuilegiando intẽdit facere ꝯ ius, 4. dis. priuilegia. & ita tenet Host. in sum. de rescr. §. quas vires. ver. si vero sit ꝯ ius, & ver. sed nunc. vt refert hic Ioan. And. idem tenens. Hoc tamen fallit, nisi tale priuilegium ius alterius absorbeat, cum tunc nõ valeat, nisi princeps expresse illi deroget, vt no. in d. c. & in c. si postq̃. s̃. de præben. eod. lib. & in d. §. si is pro quo. Si vero rescribit in forma rescripti & proprio motu, & valet, vt in ca. si motu proprio. s̃. de præben. eod. lib. & in clemen. j. si Romanus. de præbẽ. secundum Ioan. And. Sed si ad partis petitionem, & idem, quãdo constat de certa scientia principis, vt no. in l. fin. C. si contra ius. secundum Ioan. And. qui hoc videtur tenere. & adducit ad hoc, quod no. in c. ex parte. el 2. s̃. de offic. deleg. & hoc idem tenuit Pe. de Ancha. in d. c. si propter. & Bal. in d. l. impetrata. & in d. c. naturalis. & Rot. in d. deci. 466. Et facit l. idem Vlp. ff. de excu. tuto. Sed si non constat de certa scientia principis, tunc rescriptum concessum contra ius commune non valet, vt no. in d. l. fin. & per Hostien. vt s̃. Pro quo facit, quia in dubio princeps concedendo rescriptum videtur facere secundum ius cõmune, & non contra, vt l. rescripta. C. de preci. impera. offe. secundum Ioan. And. hic idem tenentem, & idem Pet. de Anch. in d. c. si postquam. quod fallit, nisi rescribat propter publicam vtilitatem, cum tunc valeat absque alia clausula, secundũ Bart. in d. ver. non obstantibus. & idem quando rescriptum esset tale, quod impetranti prosit, & alteri non noceat, vel modicum, vt d. l. rescripta. & l. quoties. eod. titu. & l. fina. C. de fructibus &
7 lit. expensis. † Aliquando rescripta vel priuilegia conceduntur contra ius particulare, vel priuatum, vt contra statuta, & cõsuetudines, priuilegia, vel contractus, & si in ipsis priuilegijs vel rescriptis non apponuntur clausulæ derogatoriæ, & nõ valent, vt no. in d. c. 1. & in c. 1. s̃. de rescrip. etiam si apponetur clausula, ex certa scientia, cum talis clausula nõn operetur in his, in quibus princeps non præsumitur habere notitiam, vt sunt ea quę sunt in facto, vt statuta vel consuetudines, vt no. per Bal. in d. l. impetrata. & per Rotam in d. deci. Si vero apponuntur clausulæ derogatoriæ multum generales, vt non obstantibus quibuscunque. & tunc non trahuntur ad talia statuta, consuetudines, priuilegia, vel contractus, cum sint facti, pro quo tex. in d. c. 1. & no. in d. c. si cui. Sed si apponuntur clausulæ speciales, & fiat mentio specialiter, & nominatim de statuto, priuilegio, cõsuetudine, vel contractu, & valet, si concedens potestatem tollendi habuit, vt patet in d. c. 1. Si verò fiat mentio non nominatim, sed generaliter, puta non obstantibus quibuscunque statutis, consuetudinibus &c. & idem, vt valeat, vt no. in clemẽ. dudum. §. nos enim. de sepul. & in clem. j. de senten. excom. & in c. cum non deceat. & c. quia sæpe. s̃. de ele. eod. lib. cum si. quia in omni materia, si per verba derogatoria, licet generaliter ꝓlata ab eo, qui derogare potest, appareat de eius voluntate, ꝙ sufficiat generalis clausula, non obstantibus quibuscunque statutis, consuetudinibus, & priuilegijs, & pactis. & ita etiam voluit Bar. in d. ver. non obstantibus. & Bal. in d. l. fina. & Pet. de Ancha. in d. cap. si propter. & Rota in decisio. 217. quæ incipit, Item si mandetur. & in decisio. 3. Et hæc procedunt, nisi in priuilegio contrario esset clausula derogatoria, cum tunc de illo debeat fieri expressa mentio, vt per Cyn. in l. j. C. quando imperator. & per Fede. in d. suo consi. 227. secundum Pe. de Anch. in d. cap. si propter. & vide etiam quod no. in d. cap. si cui. & in cap. cum aliquibus. s̃. de rescriptis. eod. lib. & per Lap. in sua al-
8 leg. 128. quæ incipit, circa. † In glo. fin. in fi. non ergo requiritur licentia conuentus, cum de illa hic non dicatur. & videretur ꝙ isto casu licentia deberet esse petita & obtenta, per ea quæ dicit Ioan. Andr. in ca. licet. s̃. de regularibus. Ex quo hic non cauetur expresse, quod sufficiat petere licentiam, ergo cum requiritur licentia, debet esse obtenta. Sed in contrarium facit d. cap. licet, maxime quia cum Papa hic permittat mendicantes transire ad vitam eremiticam, datur intelligi quod ista vita sit strictor. de quo tamen vide per glo. & ibi dicta, in c. cum singula. s̃. de pręben. eod. lib. & ibi quando sit, quod vnus religiosus possit transire de vna religione ad aliam de licentia prælati, & conuentus, vel sine.

De priuilegijs. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Declaratio, quæ fit super dubijs priuilegiorum, dicitur diffinitiua.*
2 *Priuilegium plenæ exemptionis non concernit seu includit exemptionem ratione delicti contractus, vel rei, de qua agitur, si concernat locum non exemptum.*
3 *Ordinarij locorum de quibus non poßint se intromittere contra exemptos.*
4 *Iudex domicilij potest subditum non exemptũ remittere ad locum delicti.*
5 *Exemptus qualiter potest effici de iurisdictione ordinarij ratione contractus vel rei.*
6 *Priuilegium si impetretur post citationem factam ab ordinario, non iuuat impetrantem.*
7 *Monasterium si sit exemptũ, ecclesia, cęmiterium, domus, atria, ortus, areę, quæ iuxta ecclesiam sunt, dicuntur exempta.*

CAP. I.



Olentes. Primo præmisso procœmio, ponit declarationem circa priuilegium exemptionis. Secundo ibi, & idem ipsum. prorogat declarationem ad priuilegium de certo iudice. Tertio ibi, in eos autem, determinat, quid iuris de priuilegio, quod eximit a pęna censuræ. In tex. ibi, libertatem. quod priuilegia exemptionis dicantur concedere libertatem, quod facit, vt statuta laicorum adimentia clericis exemptionem dicantur contra libertatem ecclesiasticam. de quo in c. nouerint. de senten. excommuni. secundum Domi. † No. primo ibi, diffinimus. argumẽ. quod
1 declaratio, [a] quæ fit super dubijs priuilegiorum, dicitur diffinitiua, licet glos. fina. in cap. veniens. j̃. de verbo. signif. velit contrariũ, de quo ibi dicetur. & quia hic dicit, diffinimus, & j̃. ẽt dicit, decernimus. patet quod ista est constitutio noui iuris inductoria: sed posset dici, quod etiam sit veteris iuris declaratoria, vt s̃. in ver. declaratione, & patet ex notatis per Innocen. in ca. ex ore. s̃. de priuilegijs. sed quicquid sit, dicit hic Ioan. Andr. ꝙ multi sunt exempti contra hanc decreta, vt etiam in infrascriptis tribus casibus non possint coram ordinarijs conueniri, vnde si in eorum priuilegio dicatur, non obstante hac constitutione. satis verificatur dicta clausula, vt hic per eum. Esset tamen necesse, quod in priuilegio declararetur, quod in his tribus casibus coram ordinarijs conueniri non possint, alias autem refert hic Domini. in fine istius ca. quod ordo Cisterciensium habens priuilegium plenæ exemptionis, & dubitans ne ista decre. derogaret eorum priuilegijs, impetrauit vt istud cap. nihil pręiudicaret suis exemptionibus. & tamen consuluit Domini. quod possint conueniri coram ordinarijs super decimis prouenientibus ex loco non exempto, ratio quia quantumcunque sit plena exemptio, nunquam includit istos tres casus. Si ergo Papa dicat, concedimus quod ista decreta. in nullo deroget illis priuilegijs, bene dicit, quia illa priuilegia non includebant illos tres casus, ergo eis non derogatur. Nec obst. illud verbum, concedimus. per quod videtur aliquid de nouo concedere, quia quoties conceditur illud idem, quod erat concessum de iure communi, nunquam intelligitur aliquid nouũ concedi, vt patet in capit. & si Christus. in fi. s̃. de iureiuran. &
2 per glo. in cap. 1. s̃. de rescrip. de quo in c. si Papa. j̃. eodem. † Secundo tene menti, & ita alleg. quod priuilegium plene exemptionis quantumcunque latum non includit exemptionem ratione delicti contractus, vel rei, de qua agitur, dummodo locũ non exemptum concernat, & vide per Innoc. in c. ex ore. s̃. eo. per Bal. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat. in princ. Patet ergo, quod ratione delicti contractus vel rei efficitur quis de iurisdictione iudicis illius loci, quantumcunque contrahens vel delinquens sit exemptus, non tamen dicitur quis seu efficitur subditus, secundum glo. singu. in ver. subditos. in clemen. 1. de foro compe. Tertio no. ibi, nõ vtique &c. quod priuilegia sunt restringenda quantum potest, ut minus præiudicent iurisdictioni ordinarij, nec debent intelligi, ut uniuersaliter compræhendant omnem casum, sed sufficit
3 ut priuilegium aliquid operetur. sic s̃. eod. c. pastoralis. † Quarto no. ibi,

ADDITIO.

a Vin. God. Nota, quod declaratio facta contra ius quæsitum, si modici sit præiudicij, non annullatur, Ruy. consi. 76. nu. 11. lib. 5.

no. ibi, dummodo &c. quod ordinarij locorum non possunt
a se intromittere contra exemptos [a] de contractibus, vel delictis
gestis, vel de rebus positis in loco exempto, quod procedit, et
si talis locus sit intra eorum diœcesim, nec etiam poterunt de
delicto commisso in loco exempto punire exemptos, etiam
in beneficijs non exemptis, quæ ibi habent, quorum tamen
possessionem adhuc non habuissent. & ita consuluit Gas. de
Cal. vnà cum Ioan. de Fan vt patet in consi.13. de foro compe.
vt hic refert Domi. circa fi. istius ca. Quinto no. ibi, conueniri
possunt &c. quod licèt aliàs non exemptus possit in loco do-
micilij conueniri de contractu, vel delicto alibi gesto, & re ali-
bi sita, vt hic, & in cap. fina. s. de foro compe. tamen si est exẽ-
ptus, non poterit. & in hoc primo prodest priuilegium exem
ptionis. secundo prodest, quia licèt exempti in loco delicti, vel
contractus, vel rei, de qua agitur, cõueniri possint, vt hic, & no.
in ca. Romana. §. contrahentes. s. de foro compe. eo. lib. tamen
illud procedit, quando exempti reperiuntur in illo loco, sed si
non sunt ibi, sed in loco domicilij, non poterunt per iudicem
domicilij remitti, nec eisdem iniungi, vt ibi compareant, etiã
si non sufficeret remedium d. §. contrahentes. secundum Host.
dicentem, quod tunc recurritur ad Papam, & in his duob. pro-
4 dest priuilegium exemptionis, & ita residet hic Io. And. † Vlti-
mo no. a contrario sensu, quòd iudex domicilij potest subdi-
tum non exemptum remittere ad locum dilecti, de quo per
glos. in ver. de more. in clem. pastoralis. circa medium. de re iu-
di. & etiam potest eidem iniungere, vt compareat ad defensio
nis causam in loco contractus, vel rei litigiosę, vt hic per Ioan.
And. & in d. §. contrahentes. In glos. 1. in fi. & per Innoc. in cap.
recepimus. s. eod. & per Hostien. in summa huius ti. §. fin. & §.
sed & dici posset. In glo. 2. in fine. tene menti, quod concedere
priuilegium exemptionis est casus reseruatus Papę intantum,
quod nec Episcopus eximere potest, vt in cap. 2. s. de exces. præ
la. nec archiepiscopus, vt in cap. sicut. eod. titu. nec etiam lega-
tus de latere, vt no. in cap. fina. s. de confir. vti. secundum Ioan.
And. In glo. in ver. aut rei. dummodo sit intra diœcesim, cum
ista duo debeant concurrere. In gl. in ver. nunquid. ibi, Angli-
cum exempto. in quo tamen exempto Episcopus Bononien-
sis habet plus, quam in Anglico, cum in multis casibus exem
ptis subsit, vt no. j. in glos. in ver. instituta. secundum Ioã. And.
5 † In ead. glo. in fi. scilicet vt ratione contractus, vel rei exẽptus
fiat de iurisdictione ordinarij, intellige, si delictum vel contra-
ctus vel res ipsa sint intra eius diœcesim, & in loco non exem
pto. Hinc est, quod monachus monasterij exempti, si incedit si
ne habitu extra monasterium, poterit per ordinarium puniri,
secus si intra, & intelligi potest Innocen. in d. ca. recepimus. &
Archid. hic secundum Ioan. And. remittentem ad no. in d. c. ex
ore. & dicit hic Ioã. Andr. fuisse disputando terminatum, quod
si monachus monasterij exempti stans in loco exempto per-
cutiat cum lapide existentem extra locum emptum, quod vter
que sit iudex. s. abbas ordinarius ratione ipsius loci, sed ponde-
rato initio fortior est causa primi. s. iudicis loci exempti, sed
Franciscus in d. cap. fina. tenet, quod vtraque debeat ad hoc cõ
uenire, secundum Ioan. Andr. remittentem se in reg. in obscu-
ris. j. eod. lib. vbi de hoc. & in d. cap. fina. per Docto. & per Bald.
in l. 1. C. vbi de pos. & no. in cap. 1. s. de conse. eccle. eod. lib. & in
clemen. 1. vt li. pen. per glo. imo si exemptus delinquat in loco
non exempto, ligatur statuto episcopi ipsius loci, 1. distin. con-
suetudo. intellige, nisi statutum esset contrarium religioni, &
ita loquatur c. nimis. s. de exces. præla. vel nisi sit factum in frau
dem exemptionis, vt in cap. quanto. s. eod. & no. in cap. quod
super his. s. de maio. & obedi. secundum Ioan. Andr. dicentem,
quod talis episcopus poterit exemptum excommunicatum
denunciare, cum denunciando non cognoscat nec iudicet, sed
declaret ad hoc, quod no. 12. dist. præceptis. & in cap. nouit. s. de
offic. leg. & ibi per Ioan. And. in vlti. glo. in fi. vbi dicit, quod si
legatus existens in prouincia excommunicauit egressum, po-
terit illum denunciare, cum per id amplius non ligetur, facit
quod no. in cap. sollicitudinem. s. ad appel. & j. eod. in cap. cum
personæ, & per Ioan. And. j. de pęnis. in cap. Fęlicis. in vlti. glo.
secundum Lap. Et prædicta procedunt, nisi exemptio esset ita
6 plena, quod eximeret contra hanc decre. a foro delicti, contra
ctus, vel rei, est tamen in prædictis multum spectandus tenor
priuilegiorum, vt in c. porro. s. eo. † Quid autem si priuilegium
impetretur super exemptione post citationem factam per or-
dinarium. refert hic Ioan. An. Gof. disputasse, & tenuisse, quod
tale priuilegium non iuuet impetrantem, arg. l. si quis postea.
& l. vbi cęptum. ff. de iudi. Pro quo facit cap. fina. s. vt lite pen-
dente. & c. causam quæ. el 2. s. de testi. quod maxime procedit,
quando citatio fuisset talis, quæ induceret litis pendentiam se
cundum formam clemen. 2. vt lite pendente. & hoc per cap. fi.
s. vt lite pendẽ. & per c. causam. el 2. de testib. & quod ibi no. in
3. & 4. glo. secundum Ioan. Andr. quod verum est, nisi appare-
ret, quod Papa voluerit ad seipsum causam auocare, secũdum
Goffre. & Ioan. Andr. hic, vel nisi specialiter fuisset concessum
super illa lite, secundum Bal. hic, & vide quod no. in cap. fin. s.
7 vt lite pendente. & in l. qui autem. ff. si quis cautio. † In glos. in
ver. exempto. in fi. tene menti glo. quam intelligit Hostien. &
Archid. vt procedat vsque ad 30. vel 40. pas. prout dicitur in ca.
diffiniuit. & sicut antiquitus. 17. quæstio. 4. & quando monaste-
rium est extra muros alicuius ciuitatis, vel loci, alias includitur
intra locum murorum alicuius ciuitatis vel loci, hoc passuum
priuilegium non habebit, vt 17. q. 4. quisquis. secundum Hosti.
& Archi. & Ioan. Andr. & vide per glo. 2. in cap. per exemptio-
nem. j. eod. & per Archi. 12. q. j. nullum. vbi omnino vide. In gl.
in ver. instituta. in fi. sic s. eod. cum & plantare. & ca. ad hæc. &
c. pastoralis. & c. tuarum. & c. patentibus. & de offi. ordi. irrefra
gabili. & de sta. mona. c. recolentes. 17. q. 2. abbates. & in cap. so
litæ. & in c. quod super. s. de maio. & obedien. & in ca. excom-
municamus. §. sane. s. de hæreti. & in c. veniens. in ver. tonsura.
s. de præscriptio. vbi patet, quod oleum sanctum, consecratio-
nes ecclesiarum, & ordinationes clericorũ, & his similia sunt
per exemptos a diœcesanis episcopis postulanda, nisi aliud in
ipsorum priuilegijs concedatur, 16. q. j. interdicimus. secũdum
Ioan. And. Sed idem Ioan. And. no. contrarium in c. cum nul-
lus. s. de tempo. ordi. in glo. si enim essent. sed pro primo dicto
facit. quod no. Ioan. And. j. de sent. excom. religioso. secundum
Lap. de quo hic, vt est dictum in d. c. cum nullus. secũdum Do.
Et ad prædicta vide per gl. pe. in c. 2. j. de pęni. & in clemen. du-
dum. in ver. multoties. de sepult. per quas glo. habentur multa
noua iura, ex quibus ordinarius habet iurisdictionem ɔ̃ exem-
ptos. Sequitur §. Et idipsum.

ADDITIO.

a Celsus. Contra exemptos. Tu recurre, quoties hæc materia declinatorij per exemptionem tibi occurret, ad Panor. in c. cum capella Ducis Burgundię. & ibi Doct. quia est materia peculiaris illius c. eod. tit. in ant. & ibi in diuersis quæstionibus diffuse examinaui hanc materiam.

Vinc. God. Adde, an exemptiones, & immunitates concessæ Venetis venientibus Anconam cum eorum nauibus, & mercantijs, extendantur ad Venetum uenietẽm cum suis mercantijs in aliena Nauique puta Ianuense, uide Corn. in consil. 78. quia, per totum. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium debet interpretari secundum ius commune in materia, super qua disponit.*
2 *Rescriptum & priuilegium qualiter differunt.*
3 *Actor si habet priuilegium, vt possit trahere reum coram certo iudice, si reus est priuilegiatus an possit petere se remitti coram suo iudice.*

1 Et idipsum. † No. quod priuilegium [a] debet inter-
a pretari secundum ius commune in ma-
teria, super qua disponit, vt hic plenè Domi. ideo est, quòd li-
cèt quis sit priuilegiatus, vt non teneatur nisi tantum sub vno
iudice respondere, tamen interpretatur priuilegium, vt non
est exemptus ab alijs iudicibus ratione delicti contractus vel
rei sitæ in loco, vt supra. In glo. j. in fine, tam circa conuentio-
nes, quã circa remissiones, secundum Ioan. Andr. In glos. in
versic. certo. in fine, no. glos. primo ad intellectum cap. ad hæc
sumus. s. de rescrip. & isto ultimo modo soluitur contrarium
cap. fin. s. de rescrip. quod prohibet rescripta trahi ad futuras li-
tes, quia loquitur in rescriptis datis ad impugnationem alte-
rius, quę vt odiosa sunt restringenda ad lites præsentes, vt in c.
nonnulli. de rescrip. sed hic loquitur in priuilegio ad defensio-
nem impetrantis, quod vt fauorabile est late interpretandum,
vt in capit. in his. s. eod. titu. secundum Hostien. & Archidiaco.
dicentem quòd si tex. hic ibi certo, exponatur, idest determi-
nato per priuilegium expresso non per rescriptum, omnia cõ-
traria sunt soluta, secundum Ioan. Andr. circa quæ vide per Io.
Andr. in additio. Specu. in titu. de rescrip. præsenta. in penu. co-
2 lumna. super verbo, item excipitur. † Secundo nota ex glos.
differen-

ADDITIO.

a Nico. Superan. Priuilegium debet interpretari. Adde Bal. in ca cum dilectus. in 3. colum. de consue.

Vin. God. Quòd priuilegium interpretatur secundum usum, & consuetudinẽ iud. obseruatum, uide Dec. in consi. 286. col. 1. & 2.

a differentiam inter rescriptum & priuilegium, cum rescriptũ impetretur super eo, quod est de iure communi, sed priuilegiũ super eo, quod est contra ius commune. de quo per Ioan. And. in cap. olim. super glo. fina. §. de verbo. signi. & per glo. in ver. noscatur. in fi. in c. j. §. de constitu. eodem lib. & per Bal. in l. fin. ff. de consti. princip. †Extra glo. quęrit hic Ioan. And. actor ha-
3 bet priuilegium de trahendo reum coram certo iudice, etiam super quæstionibus postea exortis. An reus tractus coram illo poterit, si ipse est priuilegiatus, prout dicitur hic in tex. declinare & petere se trahi coram suo iudice. & refert Ioan. Cal. disputasse, & tenuisse quòd præfertur ipse actor, vel reus, qui solus fouet causam fauorabilem, arg. cap. fi. §. de re iudi. & si vterque fouet, præfertur fauorabilior, l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. Sed in pari causa, vel quia neuter prætendit id, sed solum priuilegium personæ, & tũc si reus habet plures iudices sibi & actori electionis priuilegio attributo, sicut est in scholaribus, per auth. habita. C. ne fili. pro pa. & tunc erit electio actoris, arg. l. in tribus. & l. qui prior. ff. de iudi. Si verò reus habeat iudicẽ de iure cõmuni, & alium ex priuilegio, sibi & actori tributo electionis priuilegio, vt in iudęis, vel similibus, vt C. quando impera. inter pup. l. j. tunc actor vel reus, qui forum eligit secundum ius commune præfertur alteri eligenti per priuilegium, cum ius commune sit fortius, vt §. de consti. cum accessissent. Et hoc in priuilegijs datis per ius commune, in quibus nõ est prioritas vel posterioritas. Sed in priuilegijs datis a principe viuente attenderetur prioritas, nisi in secundo priuilegio esset clausula derogatoria primi, vt in cap. veniens. §. de præscrip. secundum Io. And. & ita transeunt Docto. de quo §. tit. proxi. c. r. & vide per Bal. in l. executorem. C. de execu. rei iud. & in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. & per Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. non obstantibus.

ADDITIO.

a Nico. Supe. Inter rescriptum & priuilegium. Adde Abba. in ru. de rescrip. Bald. in cap. 1. in §. inuestitura. de noua forma fide. & usib. feudo. Bald. in l. finali. 3. colum. C. de rei uendi.
Vin. God. Adde, quod rescripta & priuilegia Imperatoris non ualent, si contineant duo uel plura specialia. Cur. Iun. con. 1. nu 37.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium si sit bullatum, vt quis non possit excommunicari, potestas vi detur statim alijs adempta.*
2 *Priuilegium personale sequitur personam, quocunque ierit.*
3 *Impetrans priuilegium, quod non possit excommunicari, an poterit puniri ratione delicti in loco delicti.*

1 In eos autem. †No. primo, quod bullato priuilegio, quod quis excommunicari non possit &c. statim videtur alijs adempta potestas, de quo plene in c. 1. §. nec etiam, & §. ex parte. §. de concess. præben. & ibi dicitur, quod ligaret ignorantes intantum, quod excommunicatio lata contra sic priuilegiatum est ipso iure nulla, tanquam lata a non suo iudice, secundum Host. & respondet ad no. in ca. Romana. §. officialis. §. de offic. ordi. eod. lib. in vlti. glos. vt hic per Ioan. And. & vide in cap. 1. §. ex parte. §. de conces. præb. eo. lib.
2 Secundo no. ibi, vbicunque. quod priuilegium personale generaliter concessum sequitur personam quocunque vadat. sic j. eod. lib. in reg. priuilegium. Et limita primo hunc tex. nisi talis priuilegiatus acquisiuerit rem non priuilegiatam, cũ tunc quo ad illam rem perdat priuilegium, vt j. patet. Secundo limita, ꝙ priuilegium concessum personis respectu certi loci non sequitur personas extra illum locum, vt in cap. quoniam. §. eod. titu. Tertio no. ibi, libere. quod priores manuales prioratuum manualium possunt libere a monasterio reuocari. de quo in cle. quia regulares in §. permissa. §. de sup. neg. & in ca. cum ad monasterium. §. tales. §. de sta. mona. Quarto no. ibi, vtrobique. ar. quod possit quis esse de diuersis collegijs, de quo in ca. cum dilecta. de exces. præla. & per Bar. in l. fina. ff. de colle. illi. Vltimo no. casum, in quo ordinarius potest excommunicare monachum monasterij priuilegiati priuilegio, de quo hic in tex. & posset etiam abbas illum excommunicare rationæ abbatie, secundum Inno. & Ioan. And. hic. †In gl. in ver. quantum ad ista. in fi. poterunt etiam illos deponere, & in arctiori monasterio detrudere, si casus talis fuerit, quia non detrahitur iurisdictioni ordinarij, nisi quantum reperitur expressum, sicut in simili no. in capit. cum olim. & c. auditis. §. de præsum. secundum Ioã.
3 And. †In glo. in ver. resideant. in fi. quod procedit, etiam si ibi delinquant, vel contrahant, secundum Innocen. & Ioan. And. & intellige, vt §. scilicet, quod non possit excommunicari, sed bene poterit puniri ratione delicti, cum delinquens etiam vt viator sortiatur forum loci delicti, vt in ca. 1. §. de raptoribus. licet non locum contractus, vt no. in ca. Romana. §. contrahentes. §. de foro compe. eod. lib. secundum Domi. de quo per glo. in ver. commorantes. in c. pe. j. de verb. signifi. & ibi est dictum. In glo. in ver. dependere. in fi. idem Ioan. Mon. & Archidia. de quo per Innoc. & Ioan. And. in c. fi. §. de reli. do. vbi distinguit, an prioratus habeat electionem sui prioris, & an bona prioratus sint distincta, secundum Ioan. And. Et vide hic no. per Pet. de Ancha. qui quærit, an monachus translatus ad prioratum a monasterio, an verò prioratui, & quid si est translatus ad diuersa monasteria. de quo etiam per Docto. in c. quanto. §. de off. ordi. & in clem. fi. de elect. In glo. fi. in fi. intellige, nisi fuerit præuentus, arg. c. proposuisti. §. de foro compe. secundum Inno. & Host. sed an prior excommunicatus post reuocationem & reuersionem ad claustrum remaneat excommunicatus. & dic ꝙ sic si expresso proprio nomine fuit excommunicatus, secus si expresso nomine dignitatis, argum. cap. quoniam abbas. §. de offic. delega. & facit quod no. in c. aduersus. in fi. §. de immu. ecclesi. vbi etiam dr, ꝙ excõicatio prælati ex propria culpa proueniens non ligat successorem, nisi illam culpam faciat propria, vt ibi, secundum Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Papa permittit legi ius ciuile in curia Romana, cum tamen Parisijs legi vetet.*
2 *Papa potest concedere studium, & priuilegium studij.*
2 *Habitus clericalis aſſumptio an tribuat poſſeßionem clericatus.*

3 *Præſumptio vna tollitur per aliam præſumptionem fortiorem.*

4 *Clericus an poßit probari per inſtrumentum coram iudice ſeculari.*

5 *Clericatus poteſt probari non ſolum per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes.*

6 *Conuerſus aliquis ſi ſe confiteatur laicum coram iudice laico, an ſibi noceat,ita quod non poßit petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum.vide alias tres quæſtiones de eodem.*

7 *Titulum quis probare debet,poſſeſſor,an actor.*

1 Non ſic. †No.j.ibi, ac pro tali. ad hoc vt præſumat quis eſſe in aliquo ſtatu, nõ ſufficit ꝙ talis in illo ſtatu publice ſe gerat,ſed ẽt vltra hoc requirit,ꝙ ab alijs cõiter ſic
2 reputet.†Secundo no.ibi,repertus fuerit. ꝙ aſſumptio habitus clericalis non tribuit poſſeſſionẽ clericatus, intm ꝙ ſtatim debeat remiſſio fieri de ipſo ad eccleſiaſticum,quod intellige,qñ paulo ante capturam pro laico reputabat quo ad ſe & alios. & ita intelligit tex.hic, ſecus ſi multo tpe ante, vt vr velle Io.An. hic, & facit tex.ſ.Tertio no.ibi,reſtituẽdus nõ eſt, tex.ꝑ dicto Inno.in c.vt famæ.ſ.eo.in gl.ſi laicus. ꝙ pendente iſto proceſſu iudex laicus nõ dẽt talẽ relaxare a carcere, quia iſto iudicio pendente,an ſit clericus vel non, nihil eſt innouandum, vt in c.ſignificante.ſ.de appe.ſm eum ibi.& ita tenet Lap. & Dom. j.ſuper glo. Quarto no.ibi,propter præſumptionẽ.& ita alle. ꝙ ꝓſumptio transfert onus probãdi in illum,ꝯ quem inſurgit.ſic ſ.vt eccleſiaſtica bñficia.c.1.& l.ſiue poſſidetis. C. de probatio.
3 †Quinto no. & ita ẽt alleg.ꝙ vna [a] ꝓſumptio tollitur ꝑ aliam
a præſumptionẽ fortiorẽ,vt hic dr,& in l.ſcio.ff.de in inte. reſti. Vltimo no. ꝙ qñ litigatur ſuper aliquo articulo incidẽti, iudex debet

ADDITIO.


a Nic. Sup. Vna præſumptio.Adde c.tranſmiſſa.qui filij ſint leg.gl.in c.literas.de præſum.& gl.in c.pe.de cri.falſ.l.diuus.ff.de reſti.in integ.
Vin.God. Præſumptio una tollit aliam,Soz.in conſi.78.nu.96.& conſi.214.nu. 24.lib. 3. & quod præſumptioni ſtatur,vbi contrarium non probatur,idem conſi.61.nu.5.lib.3.& conſi.26.nu.13.lib.4.

debet ſuperſedere in negotio principali,ſic ſ.de ordi.cog.cap.
tuam.& ibi plene per Doct.In glo.in ver.clericali.in princi. &
idem tenet Bal.in l.ſi qua per calumniã.C.de epi.& cle.dicens
etiam quod interim iudex ſecularis debet ſuperſedere, ſi al-
legat ſe clericum,& ſi coram eo literas clericatus oſtendat,de-
bebit ſtatim remitti ad epiſcopum,de quo j.In ea.glo.in fi. ſed
in ↄtrarium facit l.ſi mater.C.ne de ſta.defuncto.vbi vltima fa-
ma,& vltima tempora attenduntur, ſed hic ideo iſtud eſt ſecũ-
dum Ioan. Mona. quia plura faciebant contra ipſum , quã pro
ipſo,vt patet ex tex.vnde a pluribus denominabitur,& ſecun-
dum illa iudicabitur,vt no.j.tit.proxi.c.fin.ſecundum Io. And.
4 †In glo.in ver.fecerit.in prin.idem Io.Mon.& Archid. Sed an
poterit fieri probatio per inſtrumentum clericatus coram iu-
dice ſeculari,Bal.in d.l.ſi qua. quod ſic ad inſtructionem ipſius
iudicis,& ad inducendam ſcientiam, vt ſic poſtea ſit excõmu-
nicatus , ſi eum detineat.nec in tali oſtenſione eſt neceſſe ad-
uerſarium citari,cum non fiat in modum probationis , ſed in-
ſtructionis,arg.l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti. Aduerte tñ , quia
eo caſu,quo captus non reperitur in habitu clericali, vel repe-
ritur in habitu de proximo aſſumpto,requiritur vera probatio
tituli clericatus, vt hic in tex. & talis vera probatio non poteſt
fieri coram laico,etiam per inſtrumentum , cum ſit quid ſpiri-
tuale,vt ſ.in princ.huius c.& ibi in vltimo notabili.& facit qđ
no.in regula non licet.j.eod.& per Bal.&c. Hanc rationem &
per hunc tex.tenuit in ſimili idem Bal.in l.3.in fi. de iud. quod
exceptio excommunicationis non poterit probari etiam per
inſtrumentum coram iudice ſeculari , cum ſit quid ſpirituale,
vt eſt dictum in c.decernimus.ſ.eod. lib. An tamen ipſe iudex
laicus ſi conſtat ſibi per inſtrumentum de clericatu,incidat in
excommunicationem,dependet ex notatis per glo.& Docto.
in c.ſi vero.ſ.eod.In ead.glo.ibi, l. diuus.quod procedit in caſu
hic expreſſo,in quo ipſe captus non eſt remittendus ſeu reddẽ
dus , eo tamen caſu quo eſſet remittendus , poterit ipſe remiſ-
ſus per ſe litigare coram eccleſiaſtico , nõ tamen ex tali remiſ-
ſione facta in dicto caſu erit liberatus a iudice ſeculari , apud
quem detinebatur , ſed agetur corã eccleſiaſtico , cui redditus
eſt de proprietate,hoc eſt de titulo clericatus,cum ſola poſſeſ-
ſio non ſufficiat,vt debeat cenſeri clericus , ſed probandus eſt
titulus clericatus,vt 2.q.5.in ſumma.ſecundum Ioan.Mona. &
Lap.hic.Dixit Ioan.And.poſt Innoc.& Hoſt.in c.fin.ſ. de cle.
non baptizato.& in d.cap.fin.ſ.de eo qui furtiue.quod qui lon
go tempore fuit in poſſeſſione ſacerdotij,& maxime ſi epiſco
pus ſuus eum vt ſacerdotem admiſit,non cogitur oſtendere li
5 teras,ad quas teneretur,vt 2.quæſtio.5.legum.de quo j. † In ea.
glo.in fi.tene menti ſingulariter glo. quod ordo ſeu clericatus
a poteſt probari non ſolũ per inſtrumẽta, ſed etiã per teſtes. [a] Et
iſto caſu ad probandum clericatum non ſufficerent literæ Pa-
pæ productæ coram iudice eccleſiaſtico , in quibus nominat
eum clericum,vt voluit Ioan.Andr.in regula non licet. j. eod.
lib.& Pe.de Anch.hic,vnde talibus literis iudex laicus crede-
re non debet , ſed bene tenetur credere probationibus legiti-
mè factis coram iudice eccleſiaſtico,& ſententiæ iudicis eccle
ſiaſtici,qua pronunciat illum clericum,ſ.de excep.cap.fin.eo.
lib.ſecundum Bal.in l.ſi qua. & ita etiã tenet Fede. in ſuo cõſi.
229.quod incipit, Factum ſic ſe habet.vbi refert de quodam lai
co condemnato per iudicem de crimine falſi,& bannito,& de
inde talis ſic bannitus obtulit ſe & ſua cuidam eccleſiæ ſecula
ri,& demum vigore dicti banni fuit captus a iudice ſeculari,&
coram illo ſponte eſt confeſſus ſe fuiſſe bannitum,ſed ꝙ nunc
erat proceſſus dictæ eccleſiæ,ac etiam fuit confeſſus , quod tẽ-
pore capturæ non erat in habitu conuerſali , ſed in habitu lai-
cali.deinde rector illius eccleſiæ repetit illum conuerſum , &
factis probationibus coram vicario epiſcopi pronunciauit il-
6 lum fuiſſe in habitu tempore capturæ , & iudex laicus viſis di-
ctis actis pronunciauit illum relaxandum. † Et ex his elicit ibi
Fede.quatuor q.Et primo, an confeſſio illius conuerſi corã iu-
dice laico noceat ſibi , vt non poſſit petere ſe relaxari. & con-
cludit quod non , cum ſit facta coram iudice competenti , vt
no.in c.at ſi clerici. de iudic. & quia non poteſt ſuo priuilegio
renunciare,vt in c.ſi diligenti.ſ.de foro competen.vnde pote-
rit eius prælatus eum inuitum repetere,& ſe laicum confiten-
tem,vt eſt dictum ſ.in princip.c.in 2.glo.Imo licet probaretur,
quod tempore capturæ fuiſſet in habitu laicali , tamen ex hoc
non perderet ſuum priuilegium,licet detineri poſſit donec pẽ
deat probationis articulus,vt ſ.in fi.tex. Secunda q. an virtute
actorum geſtorum coram iudice eccleſiaſtico, & an iudex lai-
cus debeat eum relaxare.& concludit quod dicta acta fidem fa
ciant coram iudice ſeculari,ſi debitus ordo fuit ſeruatus , ſcili-
cet facta citatione de eo,cuius intereſt,vt ſ. in princ. cap. & fa-
cta probatione de oblatione.Tertia q.an talia acta ſufficiant ſi
ne literis monitorijs & requiſitionis ipſius iudicis eccleſiaſti-
ci.& concludit quod ſic,quia ex quo illa acta ſunt geſta a iudi-
ce competenti, vnde fidem faciunt coram quocunque iudice,
vt l.geſta.de re iudic.ad c.fin.& aliæ monitiones iudicis eccle-
ſiaſtici non ſunt neceſſariæ,niſi quando ipſe iudex laicus eſſet
negligens vel rebellis,vt ſ.eod.tit.decernimus. & cap. fina.de
iureiurando.Cautum eſſet, vt iudex laicus recipiat literas præ
ceptiuas a iudice eccleſiaſtico,cum iuſſus iudicis habeat mul-
tum excuſare,vt nota.in c. ad aures. ſ. de tempo. ordi. Quarta
q. eſt, an iudex ſecularis excuſetur a pœna excommunicatio-
nis,ſi mandat illum relaxari,ſi abſque eius culpa nõ relaxetur.
& concludit quod ſic , ſi fecit quicquid potuit cum cuſtodibus
carcerum,& cum alijs,ſecundum eum ibi,& Domi.hic dicen-
tem etiam , quod ſi iudex eccleſiaſticus remittit talem clericũ
ſeu conuerſum ignominioſe , & cum verecundia cum tubis ,
vel aliter vt multi faciunt, poterit iudex ſecularis puniri ex ta-
li remiſſione , quia inferens verecundiam videtur inferre ma-
gnam pœnam,vt de pę.diſt.1.quem pęnitet.ver.oportet enim,
& facit quod no.in c.nuper.ſ.eod.titu. Ex quibus etiam poteſt
dici, quod incidat in excommunicationem , cum ſatis dicatur
tunc inferre violentiam perſonalem taliter clericum remittẽ-
do impeditum,& non liberum, vt ibi no.ſecundum Domini.
hic.In glo.in ver.præſumptionem.in fi. & vide hic per Archi.
7 & Io.And.†cui incumbat onus probandi titulum,an poſſeſſo-
ri,vel actori.& dic vt hic per eos inter alia concludentes,quod
cum epiſcopus videt tenentem beneficium in poſſeſſione cle
ricatus,quia tunc poſſeſſio non ſufficit,poterit cogere illum fa
cere fidem de clericatu , 2. q. 1. legum.de reſcrip.cum adeo, de
tranſac. ex literis. quod intelligunt eſſe verum , ſi poſſeſſio eſt
de recenti,alias ſi fuiſſet antiquata poſſeſſio,tunc ex hoc præ-
ſumeretur clericus , & talis poſſeſſio reputaretur calumnioſa,
arg.ff.de ritu nup.in liberæ.& quod no.in c.illud.de præſump.
ille enim , qui contendit de beneficio , ſemper debet probare
ſe clericum,vt d.c.cum adeo. d.c.ex literis. ſecus vbi diu incon
cuſſe tenuiſſet,ſecundum Ioan. Andr. hic. de quo plenius per
gl.& Doct.in c.ordinarij.ſ.de off.ord.eo.lib.Et ideo dicit Lap.
hic,quod licet clericus remittatur ad eccleſiaſticum, tamẽ erit
ibi probãdum de proprietate & titulo clericali , cum ſola poſ-
ſeſſio non ſufficiat,vt ſ.in glo.quod inducit hic Domi. in fi. ad
no.per Rotam in deciſio.235.quæ incipit,Mortuo Titio.tenen-
tem, quod ſi Titius deceſſit ab inteſtato ſine cõſanguineis , &
fiſcus vult occupare eius bona , & epiſcopus dicit illum fuiſſe
clericum,& ſic ſuccedit eccleſia, quod tunc non ſufficiat pro-
bare poſſeſſionem clericatus , ſed debet probari plene titulus
clericatus,nec ſufficiat ſummaria probatio,vt in l.1. C. quorũ
legatorum.& pro his facit tex.hic,vt ſ. & quia cum eccleſiaſti-
cus fundet intentionem ſuam ſuper clericatu,& non ſup poſ-
ſeſſione,non ſufficit probatio ſolius clericatus,vt in c.fin. ſ.de
cauſa poſſeſſio.ſm eum hic.

ADDITIO.

a Celſ. s.Sed etiam per teſtes.Adde Guid. Papæ in deciſionibus Grationopoli. deci.152.& ibi late tetigi de hac q.in abſolutione materiæ clerici captiui. Vin.God. Nota, quod ordinationes etiam a quibuſcunque criminoſis occultis fieri poſſunt,& valent,ſi habẽtur pro veris & legitimis prælatis.Mar. Soz. conſi.32.Ex his.ver.& ex ipſa promiſſione.lib.1.

CAP. XIII.



Tatutum. Primo ponit conſtitutionis prorogationem. Secundo adijcit decretum,ibi,decernentes.No.1. ibi, ad declarationẽ. quod diſpoſitio c.conſtitutionem.ſ.eod. titu. eſt declaratoria,capit.ſtatuimus.ſ.eodem,non ampliatiua. Secundo no. ibi , in ſupenſionis &c. quod iura de excommunicatione loquentia circa modum proferendi, locum non habẽt in ſententijs ſuſpenſionis & interdicti , niſi hoc ſit in ſpecie expreſſum.de quo per glo. ſ. eodem titu.præſenti. Quid autem ſit in alijs ſententijs quam ſint ſententiæ cenſuræ , an procedat iſte tex.ſi proferantur contra participantes.concludit hic Io.And. quod non, quia contra illas ſunt remedia appellationum , per quas ſuſpenduntur,quę remedia deſunt in ſententijs cenſurę, vt j.eod.tit.is cui.in fine. Vltimo nota.ibi , delegatus. quod iudices delegati poſſunt non ſolum excommunicare monitione præmiſſa participantes cum excommunicatis ab eis , ſed etiam interdicere vel ſuſpendere, etiam ſi hoc eis non ſit ſpecialiter commiſſum in reſcripto,vt eſt tex.hic, ſecundum Archi.& vide quod eſt dictum in cap.ſtatuimus.& in capit. ſanc. el 2.de offic.delega.

SVMMARIVM.

1 *Desertio appellationis surgens ex negligentia appellantis non validat quæ attentata sunt post appellationem.*
2 *Desertio appellationis fit, quando intra terminum iuris, vel hominis, quis non prosequitur appellationem.*
3 *Appellans licet non possit prosequi appellationem desertam, potest tamen prosequi nullitatem.*
4 *Appellatio an faciat conualescere sententiam nullam.*
5 *Absolutionem petens, an confiteatur se esse excommunicatum.*
6 *Præsumitur pro denunciatione iudicis.*

CAP. XIIII.

Licet. Primo respondet obiectioni. Secundo ibi, excommunicatus, soluit q.
1 †No. primo ibi, non ratificetur. quod desertio [a] appellationis sur-
2 gens ex negligentia appellantis non habet validare attentata post appellationem legitimam. Et idem si desertio surgat ex renunciatione tacita vel expressa, vt in c. solicitudinem.ad fi.de appel.secundum Ioan.And.hic, & idem tenet Ro.in decisio.130.quę incipit, Item si post. Et idem si ipsi appellationi renuncietur per contumaciam ipsius appellantis, cum & tūc possit appellatus vbi beneficio appellationis. quod procedit hoc casu, & in causa excommunicationis, in qua hoc p̄mittitur fauore animæ & iuris publici, vbi etiam auditur quis allegans turpitudinem suam, alias autem nō posset appellans vti beneficio appellationis, cui renunciauit, & ita procedat quod no.Innoc.& Ioan.Andr.in c.ex parte.s̃.de rescri. & in c. eum qui.s̃.de dolo & contu.eod.lib.secundum Lap.& Domi. Quid autem sit in alijs causis, an per desertionem appellationis ratificentur attentata post appellationem legitimam. tex. hic facit quod sic, ex quo videtur hic esse speciale in sententia excommunicationis, ergo in alijs sententijs secus, & ita tenet Ro.in 1. deci.sed Lap.in sua alle.1. circa fi. per multa iura tenet ꝗ processus omni casu remaneat nullus, & idem tenet Rota in d.decisio.130. De quo articulo vide plene dicta in capit. non solum.in fi.princip.s̃.de app.eod.lib.& j̃.in glo. in ver.conualescat.& in decisio.425.quæ incipit, Item si decanus.circa fi. In tex.ibi, nominatim vel specialiter.no.quod aliud est exprimere
2 nominatim, aliud specialiter & expresse. †Secundo no. ibi, vel a iure. quod quo ad desertionem appellationis paria sunt, non prosequi ipsam appellationem intra terminum iuris, vel hominis, de quo in c.cum sit Romana. & c.personas.s̃.de app. Tertio nota ibi, nedum in iudicialibus &c. quòd licet excommunicatus denunciatus, sit vitandus non solum in iudicialib. & extraiudicialibus, ipse tamen pro excommunicato se gerere non tenetur, si in veritate non est excommunicatus, puta vt quia sententia est nulla, nec incurrit irregularitatem si celebrat.facit c.ad præsentiam. & quod ibi no. per Innocen. in c. dilectus.s̃.de appel.& in c.solet.s̃.eod.secundum Io. And. hic, imo tenet hic Lap. quòd licèt excommunicatus & denunciatus, de quo hic, debeat vitari, ea tamē quæ interim facit, vel de ipso facta fuerunt, valebunt, vt si eligat aliquem, vel si fuit electus ad aliquod beneficium, pendēte enim ex futuro euentu, secundum quod appellatio vel sententia nulla probata fuerit. Quarto nota ibi, quod postquam appellatio quantumcunque deserta, potest in iudicio deduci, & prosequi ad finem ostendēdi nullitatem gestorum post illam, de quo in cap.sæpe. s̃. eod.
3 †Vltimo no.quod licèt deserta appellatione non possit appellans prosequi appellationem, vt in clem.sicut, de appel. Potest tamen prosequi viam nullitatis sententiæ, & de ea docere nō solum ex causa, quia sententia sit lata post appellationem, sed etiam ex alia causa, coram quocunque iudice competenti, vt dicit hic Ioan.And.In glo.2.in princip. idem Archid. & idem tenuit Ioan.And.in c.auditis.super glo.antepen.de elec. secūdum Domi.notantem ex hac glo.quod constitutio disponens super vno de extremis communiter parificatis, extenditur ad aliud, quando est eadem ratio in vtroque. de quo in c. præsen-
4 ti.in 1.glo.in fi.s̃.eod.†In ead.glo.in fi.tene menti singulariter ex glo.quod licet appelletur a sententia nulla, & deferatur appellationi, ex hoc tamen non reconualescit sentētia nulla, nec excluditur a facultate agendi de nullitate sententiæ, etiam si non sit sententia censuræ, fallit in casu hic expresso in glos. & ita etiam intelligitur glo.quæ est 2. q.1.statutis. quæ videt̄ huic contraria, vt videlicet procedat in casu hic expresso in glo. secundum Domi.& vide circa hoc per Ioan.And. in c. cum venissent.de eo qui mittitur in posses.& in d.ca.sæpe, & per Lap. in d.alleg. 1. & per Barto. Ange.& Imo.in l.si expressim.circa fi.ff.de appel.& per Ro.in d.decisio.1.& per Bal.in l.tale pactū. §.qui prouocauit.ff.de pac.cuius dicta refert hic Pet. de Anch.

de quibus vide no.in c.fin.s̃.de re iudi.eod.lib. Sed an ipse ap-
pellans possit prosequi causam nullitatis sententiæ coram iu-
dice a quo, sine præiudicio causæ appellatiouis. Lapus hic ꝗ
sic, per hanc glo.& per ea quæ notat Fede.in suo consi.237. q̄d
incipit, Si a sententia.vbi videtur velle, quod ad instantiam ap
pellati iudex a quo, inuito appellante a sententia, quæ est nul-
la, possit iterum pronunciare. C.quomodo & quando iudex.l.
si vt proponis. vt refert Lap. hic, quod ideo est, quia iudex a
quo potest reuocare grauamen, & in causa procedere inuito
appellante, vt in c.si a iudice. s̃. de appel. eod.lib.quod verum
est, quando re integra id facere velit, cum appellantis non in-
tersit, nec allegare potest iudicem a quo suspectū, vt no. in ca,
interposita.s̃.de appella.secundum Imo.& Do. In glo. in ver.
conualescat.in fine.idem Archidia.& alij Docto. Quid autem
si post appel.interpositam a sententia diffin.sit facta executio,
an reconualescat, seu firmetur deserta appellatione.Io.Mona.
hic, prout refert Ioan.And.j̃.in glo.antepenul.tenet quod non
in ipsa executione indirecta, vt est si ipse victus excommuni-
cetur, ex eo quia non paret sententiæ. Nam licèt talis excom-
municatio fiat ad executionem iudicati, tamen non firmatur
nec reconualescit, vt hic in tex.sed directa executio, quę fit per
solutionem, vel per traditionem possessionis &c. de qua est iu
dicatum, & tunc cum deserta appellatione tollatur suspensio
ipsius iudicati inducta per appellationem, manebit firma ipsa
executio, licèt male facta fuerit, cum de nouo fieri debeat, si fa
cta non esset, vel facta reuocaretur, vt s̃.de re iudic. cum aliqui
bus, & quia firmato principali, idest sententia iudicata, firma-
tur accessorium, idest talis executio directa, vt in l. si ex causa.
ff.de appella.& facit d.l.furti.hic allega.de hoc tamen vide q̄d
no.in d.c.non solum.& per do.Nico.in c.sæpe.s̃.de appella.In
glo.in ver.nunciari.in fi. constat etiam hic de neglecta appel-
latione, vt patet in tex.& dicit glo.fina.j̃. Et pro hac parte facit
bonus tex.in c.pastoralis.in §.verum.s̃.de appel.quia per denū
ciationem quis non ligatur, & denunciatio potest esse iniusta,
vt hic in tex.& ibi.Sed licet hic constaret de sententia, non ta
men constabat quod esset valida necessario, vt hic patet, & iō
Archid.in d.c.pia.sequitur opi. Hostien.vt hic refert Ioan.An.
& eam sequitur Imo.hic, pro qua facit tex.hic, & quia creden-
dum est suo ordinario de denunciatione, nisi aliud appareat,
11.q.3.curæ.secundum Io.An.qui ita residet. & licèt ita etiam te
nuerit Archi.11.q.3. nemo contemnat. Rota tamen in decisio.
252.quę incip. Item licet sit, videtur velle, quòd hoc procedat,
quando opponitur excommunicatio in vim dilatorię, secus si
in vim peremptoriæ, cum tunc maior probatio requiratur, &
hæc distinctio est satis æqua secundum Imo. in d.cap.pia. licèt
Rota in decisio.400.quæ incipit, Item si quis petat, teneat indi
stincte quod nec in vim dilatoriæ, nec in vim peremptoriæ p̄
denunciationem probetur excommunicatio, & ita dicit in cu
ria seruari. Et ideo de hoc articulo vide plene per Docto. in d.
c.pia.super glo.in ver.nomen.Et aduerte primo, quid si oppo-
nitur exceptio excommunicationis, & ille replicat quòd fuit
absolutus, an per hoc sit probata excommunicatio, si absolu-
tio non probetur, vide per Barto.in l.decem.ff.de verb. oblig.
5 Secundo aduerte, an ad probandum quem excommunicatū
sufficiat probare quod petijt absolutionem, de quo no.in cap.
venerabilem.s̃.de electio.in ver. fuit. & per domi. Flor. in re-
pet.c.perpendimus.s̃.eod.ad fi.vbi videtur tenere quòd nō, ad-
ducit ad hoc tex.in ca. exhibita.s̃.de homicidio.vbi singulari-
ter probatur, quod petens veniam super delicto non propter
hoc fatetur illud commisisse, quod nota. In glo. in ver.legiti-
mam.in fi. hoc procedit in appellatione interposita ante diffi-
nitiuam, vel post sententiam diffinitiuam.non autem in appel
latione ab ipsa sententia diffinitiua, si post ipsam appellatio-
nem, ex eo quia ipse condemnatus non paret sententiæ, fue-
rit excommunicatus, quia tūc cùm talis excommunicatio ve-
niat reuocanda per viam attentati, & nullitatis, etiam non iu-
stificata iustitia appellationis, dummodo appareat appellatū
debito modo & tempore per dictum c.non solum, etiam isto
casu quādo agitur, vt ipsa excommunicatio declaretur nulla,
sufficiet hoc probare, scilicet quod fuit appellatū debito mo-
do & tempore, quo probato apparet ipsam excommunicatio
nem postea latam non tenuisse, & per consequens poterit sic
declarari nulla, quodprocedit, nisi ex aduerso probetur causam

ADDITIO.

a Vin. God. Desertio appellationis fit eodem modo, quo appellationis, Alexan. consi.51.lib.2.& insuper desertio excusatur paupertate, Cassiod. in titu. de appel.decisio.6.

sam fuisse, in qua non potuit appellari, vel ante excommunicationem fuisse renunciatum appellationi, vel aliquid tale, vt s. de appellationi. c. Romana. §. si vero. & §. si autem talis. sequeretur quod per acta antiqua, vel per nouas probationes oporteret probare iniquitatem sententiæ, quod esset graue, secundum Ioan. And. de quo in d. c. non solum. In glo. fina. in princi. sed antequam ipsam litem inducat, bene repellitur. & si posset intelligi c. per tuas. s. eod. tit. vt dixit Innoc. in c. quia periculosum. in fi. s. eod. secundum Ioan. And. de quo plenius no. in d.
6 c. solet. †In ead. glo. in fi. idem Archi. qui etiam dicebat, quòd præsumitur pro denunciatione iudicis, vt s. de renunciatione. in præsentia. licèt per illam quis amplius non ligetur, vt d. cap. pastoralis. in fi. secundum Ioan. And. & intellige, vt dicit gl. in eo qui neglexit prosequi appellationem, secus si non potuit impeditus, vel suberat iusta causa, quare non potuisset prosequi, vel non tenebatur, & tunc cum appellatio non sit deserta, non fiet denunciatio, & per consequens non euitabitur, cum tex. hic locum non habeat, ex quo loquitur in eo, qui potuit prosequi & non fecit, vt in d. clem. sicut appellationem. secundum ipsum Ioan. And. inducentem istam deci. ad vltimam q. Ioan. de Deo, lib. 3. scilicet de Seio minore 15. annis, qui publice matrimonium contraxit, & cõsummauit, deinde Titius ab eo illam vxorem euicit, & Seius a sententia appellauit, & nõ fuit appellationem prosecutus. modo postea Titius accusat Seium de adulterio coram iudice seculari, quæritur quid iuris. & reiecta exceptione minoris ætatis, cum in causa matrimoniali minor 25. annis agat & defendat vt maior olim & hodie, vt in ca. ex parte. s. de restitu. spolia. & in c. fin. s. de iudi. eod. lib. pro ipso Titio facit res iudicata, cui acquieuit Seius appellans non prosequendo, vt s. de appel. cum sit. & c. sępe. Sed pro Seio facit tex. hic. Nam ipse defendit se propter nullitatem sentẽtiæ, in qua decepta fuit ecclesia per falsas probationes. Constito autem, quod fuerit lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam, s. de re iudic. lator. & c. consanguinei. nec conualescit per negligentiam non prosequentis vt hic. vnde hoc probato ad sui defensionem apparebit illum non adulterum, & ita concludit, dicens etiã, quod ecclesiasticus iudex de hoc cognoscet, & mandabit iudici seculari, vt interim supersedeat accusationi, de ordi. cog. tuam. vt refert Ioan. Andr. qui tamen per hanc deci. putat, quod Seius separabitur a coniuge, donec sit cognitum de causa, vt sic per sententiam & negligentiam propriam appellantis Seius priuetur possessione coniugis, sicut hic propter illa duo priuatur possessione cõionis. & hoc ipse iudex ex officio faciet, nec alias eum audiet. facit c. 2. & 3. s. de matrimonio contracto, sicut & hic ex officio procedit ad hanc denunciationem in pœnam negligentis, & propter periculum communionis, vt in d. c. pia. Nec ob. c. laudabilem. s. vt lite pendente. quia illa duo, de quibus hic, non concurrebant secundum Ioan. Andr. Pro quibus facit quod singu. no. Innoc. & alij Docto. in rub. s. de spon. duorum. & ibi vide de his.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum nomine veniunt tam constituti in sacris, quam alij minorum ordinum quantum ad tex. huius c.*
2 *Clerici pro suis excessibus possunt capi, & detineri per iudices laicos mandato episcopi.*
3 *Clericus an possit capi, & incarcerari pro debito ciuili.*
4 *Clericus pro crimine tenetur satisdare de iuri stando, non de parendo voluntati capientis.*
5 *Clericus capi potest non solum pro delicto enormi, sed etiam pro leuiori.*
6 *Clericum quocunque modo percutiens incurrit sententiam excommunicationis.*
7 *Satisdatio comprehendit dationem pignorum, vel fideiussorum.*

CAP. XIIII.

SI clericos. Habet duas partes. Primo soluit dubium, quod dupliciter fortificat ibi, & per laicos. ibi, licet. & causam reddit ibi, cum in his. In secunda parte ibi, eadem, ponit regulam,
1 a qua duos casus excipit ibi, nisi. †Nota. 1. ibi, clericos. quod ex quo tex. hic generaliter loquat̃, locum habet, siue clerici sint constituti in sacris, siue non, facit c. cum episcopus. s. de officio ordi. eod. lib. & 27. q. 1. si custos. licèt in modo detinendi inter eos sit differentia, vt 45. dist. cum beatus. secundum Ioã. Andr.
2 Secundo no. ibi, excessus. quod clerici pro excessibus possunt detineri, & capi per laicos ad mandatum iudicis ecclesiastici, quod procedit secundum Ioan. Andr. quando excessus essent graues, secus si leues, vt habetur 35. dist. c. 1. & vltimo. & s. de vi. & honesta. cleri. a crapula. & de accusatione, cum dilecti. & ff. de accusationibus. leuia. Sed certe etiam pro leuibus poterunt capi, & detineri, licèt sint relaxandi datis fideiussoribus, vt j. in tex. & no. per Spec. in tit. de accusa. §. 1. ver. sed pone. & ad hoc
3 bene facit l. leuia. †Item nota a contrario sensu, quod cleri-
a cus [a] pro debito ciuili capi & incarcerari non potest, ex quo hic permittitur solum pro excessibus. facit c. 2. s. de pignorib. quod procedit, etiam si ad id se obligasset, s. de iureiuran. ex rescripto. circa quod dic, vt ibi no. secundum Ioan. Andr. Et hoc idem videtur tenere Lap. in sua allega. 116. Pro quo facit, quia
b clericus, qui [b] dicitur miles cęlestis militię, vt in c. 2. s. de pęnis. eod. lib. habet hoc priuilegium, vt non teneatur nisi inquantum facere potest, secundum glo. no. in l. miles. ff. de re iudic. ergo carcerari non debet. quod procederet, nisi tale debitum ciuile descendat ex crimine seu ex dolo, quia tunc pro eo capi posset, vt in c. grauis. s. de deposito. secundum Domi. hic, de quo per domi. Anto. & per Docto. in d. c. 2. & per Bald. in l. 2. ff. de in ius vocan. & in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & in authen. causa quæ sit, circa medium. C. de episco. & cler. & per Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. in 13. col. & ibi notabiliter. Laicus verò ꝓ debito ciuili ita demũ põt capi de iure cõi facta excussione bonorũ, ẜm gl. in rub. ff. de excus. bon. & in l. 3. §. tutores qui. ff. de suspectis tuto. Sed ꝑ statutũ põt prouideri, vt statim possit capi, vt in l. j. C. qui bonis cedere pñt. & ibi per Bal. & ꝑ Docto. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. Tertio no. ibi, temeritas vel iniuria. quod excommunicatio incurritur ex iniectione manus in clericum, siue manus sit iniuriosa, siue temeraria,
4 de quo in c. nuper. s. eod. †Quarto no. ibi, de stando iuri. quod clericus captus pro crimine tenetur satisdare de stando iuri, non autem de parendo voluntati, vel arbitrio facientis capi, nec tenetur renunciare appellationi. facit s. de appella. ad hæc quoniam. & ff. qui satisda. cog. l. fi. quod facit contra quosdam prælatos contrarium facientes, secundum Ioan. And. hic, quia incurrũt excommunicationem, si eos inuitos sic detinerent, vt hic in tex. Quinto no. ibi, detinere non debes, quod etiam vbi clericus de iure posset carcerari, & detineri, si det fideiussorem de parendo iuri, non erit detinẽdus sed relaxandus, nisi in duobus casibus hic expressis, & pro hoc determinatur qđ no. Spec. in d. §. 1. ver. sed pone. cuius dicta refert Lap. hic, & vide plene per Bar. in l. 2. ff. de custo. reorum. & quod no. in cap. quamuis. de pęnis. s. eod. lib. & in cap. inquisitionis. s. de hæreticis. & per Cyn. in l. ad commentariensem. C. de custo. reo. dicentem quod si captus pro delicto, ex quo venit imponenda pęna corporalis, det fideiussorem, & postea aufugiat ipse principalis, quod fideiussor eadem pœna non punietur. Pro quo
5 est glo. sing. 23. q. 5. cum homo. †Vltimo no. in fi. iuncto tex. s. ꝙ non solum pro delicto enormi, sed etiam pro non enormi potest clericus capi & detineri, licet in modo relaxandi sit differẽtia, vt hic patet. Et dicitur delictum enorme, si esset falsarius literarum Papæ, vel præsentator scienter talium literarum, s. de crimine falsi. ad falsariorum. vel si dicatur ꝙ episcopum suum occidit, 2. q. 5. super. vel de hæresi. vt in d. c. inquisitionis. vel simile, secundum Ioan. Andr. de quibus vide etiam per Docto. in c. cum non ab homine. s. de iud. In glo. 2. in fi. idem Archid. quod procedit in habente iurisdictionem puniendi crimina, vt patet j. in 3. glo. & facit d. c. quamuis. & in clemen. 1. ad fi. de cele. mis. secundum Ioan. Andr. & per Archi. 19. dist. in memoriam. tenentem quod ordinarius possit capere ad mandatum delegati Papę, puta si coram eo præsentatum fuisset rescriptũ falsum, arg. c. 1. s. de offi. dele. secundum Domi. hic. In gl. in ver. postea. in princ. & dicit hic Ioan. Andr. quod illa dicitur debita pęna, quæ est statuta in iure, nisi dispensetur per eum, qui possit, alias si non esset statuta, imponetur pœna extraordinaria, s. de offi. deleg. de causis. & in clem. 1. in fi. de testa. & in c. licet. s. de pęnis. In glo. in ver. innodari. ibi, iustitiæ vel disciplinæ, vt
6 in c. fin. s. de regu. secundum Ioan. And. †In glo. in ver. excedatur. in fi. no. ex glo. quod non solum injciens manus in clericum, sed etiam pedes, est excõmunicatus, imo quomodocunque percutiat, vt dicit glo. hic, idem si expueret, vel aquam infunderet, vel vestimenta rumpat, vt no. per Inno. & Ioan. And. in d. c.

ADDITIONES.

a Nico. Sup. Clericus pro debito. Adde, an talis possit capi sine excommunicatione, uide per Abb. in c. lator. de pig.
Vinc. God. Nota, quod clerici, licet notorie delinquant in habitu seculari, priuilegium fori non amittunt. Ruyn. consi. 7. nu. 6. lib. 5. Clericus autem suspectus de fuga capi potest propria auctoritate, Ruyn. consi. 4. nu. 12. lib. 5. & ibi nu. 13. quod possit capi a laico etiam priuato.
b Nic. Sup. Qui dicitur miles cęlestis. Adde Io. And. in c. 1. de cleri. ægro. idem Io. And. in c. degradatio. de pęnis. supra eo. lib.

in d.c.nuper.cuius dicta refert hic Pet. de Ancha.colligens ex
his,quando dicatur iniuria inferri in personam,& quando nõ,
vt hic per eum.& per Barto. in l.licitatio.§.quod illicite. ff. de
publicanis.& per Docto.in d.c.nuper.In glo.in ver. fideiusso-
rem.ibi,quam in personam agere,vt Insti.de obli.quæ ex deli-
cto.§.furti.& ff.de reg.iur.l.plus cautionis.secundum Io. And.
7 & idem Archi.hic.†In ead.glo.in fi.vide in l.1.ff.qui satisd. cog.
In glo.fin.in fi.facit s.de confes.c.1.& de hæreti.accusatus.§. li-
cet.eod.lib.secundum Ioan. And.,Et idem si esset suspectus de
fuga,cum cautio non sit admittenda,quãdo fragilis est, vt no.
in c.literas.& c.ex transmissa.s.de resti.spo.& per Ioan.Cal. in
consi.21.de regularibus,vt refert hic Domi.notans ex hac glo.
primo,quod licèt confessio socij non probet delictum, vt pa-
tet in iuribus hic alle.tamen ad dictum socij poterunt alij ma-
lefactores capi.facit glo.in l.fin.C.de accu. Secundo pro deli-
cto potest quis capi,etiam antequam cõstet de delicto. de quo
articulo an clericus possit capi, antequam constet de delicto,
hic per Archi.& 18.q 2.abbates.& 45.dist.super glo.summæ.&
hic per Ioan.And.& Dom.concludentem quod si clericus est
incorrigibilis, & de hoc constat, & potest capi etiam per lai-
cum de mandato iudicis ecclesiastici, qui crimen punire põt,
vt in d.c.vt famæ.& s. in glo.Si verò est corrigibilis, & de hoc
apparet,vt quia volebat superiori obedire, & capi non debet,
cum violentia eidem etiam notorio criminoso tunc inferri
non debeat,vt d.cap.vt famæ.& no.in d. cap. cum non ab ho-
mine.secundum Archid.hic. Si vero est dubium,an sit corrigi
bilis vel non,tunc si iudici constat plene de delicto, potest ca-
pi per laicum de mandato ipsius iudicis,vt est tex.hic secundũ
intellectum Archi.Ad idem s.de pęnis.c.super his.& c.tuæ. &
quod ibi no.& 20.q.2.c.1.& in c.grauis.& d.c.vt famæ.& ca. cũ
non ab homine.& per Lap.in d.alleg. 116. poterit etiam fami-
lia potestatis capere clericum in rixa, vel in adulterio depre-
hensum,vt episcopo præsentet,secundum Barto.in l.si quis in
seruitute.ff.de fur.& Bald.l.si qua per calumniam.C. de episc.
& cler.& Pet.de Anch.hic,dicentem tamen quod tunc debet
honeste duci,& non turpiter,vt hic in glo.& habetur in d. ca.
vt famæ.& est dictum in c.si iudex.§.fin.s. eod. quod tu intelli-
ge,vt dictum fuit in d.c.vt iudex.in princip.Si verò iudici non
constet de delicto clerici per pręsumptiones,vel probationes,
& tunc capi non potest,secundum Archid.per tex.hic in vers.
commissas.a contrario sensu.& ita procedat eius dictum,& di-
ctum Ioan.And.hic secundum Domini.intellige, nisi constet
de delicto,quia tunc licèt ignoretur persona,tamen pro verita
te habenda & delicto puniendo poterit clericus capi,caueant
tamen prælati, ne ad hoc sint faciles, secundum Ioan.And. vt
refert Bal. hic. Si verò de ipso delicto constet saltem pręsum-
ptiue, & tunc poterit capi, & incarcerari sine pœna excom-
municationis,vt in d.ca.grauis.vbi gl.hoc videtur velle,& hic,
facit d.ca.inquisitionis.§.1.& de crimine fal.super eo.& in cle.
1.§.1. de hereticis. Et prędicta in captura & carceratione, quæ
fit pro delictis ad custodiam. Si verò captura & carceratio fit
perpetua, & loco pœnæ, tunc fieri non poterit,nisi plene li-
queat de delicto, & lata sententia, vt in d. capit. quamuis. &
ita procedat 27.q.1.si homo. & cap.si custos.& 20.quæst.1. ca.1.
secundum Domi.hic.

SVMMARIVM.

1 *Clerus non venit appellatione populi.*
2 *Ecclesia interdicta,an videantur interdicti clerici.*

CAP. XV.

SI sententia. Habet tres partes.Primo soluit
dubium,& excipit ibi,nisi.& so
lutionem declarat ibi,vnde.Secundo ibi, cęterum,
soluit secundam interserens duas limitationes ibi,
qui culpabiles. & ibi, dummodo. Tertio ibi, cum vero, soluit
1 tertium dubium rationem interferens,ibi,ne sententia.† No.1.
a & ita allegatur, quod appellatione populi [a] non venit clerus,
nec econtra.facit c.licet.s.d priuileg. eod. lib.& quod nota. in
clemen.in plerisque. de elec. & hoc procedit tam in sententia
interdicti, quam in qualibet alia sententia vel dispositione,
dummodo materia sit adaptabilis,cum eadem sit ratio,secun-
b dum Ioã.And.dicentem etiam, quod licet appellatione [b] cle-
ri, vel expresso clero non veniat populus,si tamen districtua-
libus alicuius domini vel prouincialibus, puta Anglicis daret
aliquod priuilegium, & tunc bene comprehenderentur cleri-
ci,& tali immunitate vel priuilegio gaudebunt,vt no.in c. fin.
§.j.super ver.districtu.s.de offic.deleg.& in c.dilecti,super ver-
bo,Anglicis,s.de foro competen.Et ibi per Ioan.And.& in ca.
accedens.2.vt li.non contest.& per Oldr.in q.27. quod no. per
glo.& Docto.in cap.fin.s.de sta.mona.& per Lap. in sua alleg.
2 c.†In glo.2.in princip.sed quid econtra,an interdicta [c] ecclesia,
c videantur interdicti clerici.& dic quod non, si non sunt culpa
biles,vt j.§.proxi. licèt aliud sit in priuilegio exemptionis exẽ-
pta ecclesia,vt in c.per exemptionem.hic alleg. quod non ob.
per no.in regula,in pęnis.j.eod.lib. secundum Ioan. Andr. In
ead.glo.in fi.tamen consulendum esset, vt alij clerici durante
tali interdicto abstineant a publica celebratione, ne pro hoc
vilipendatur interdictum,contra c. proxi. & voluit Ioan. Cal.
in suo trac.de ecclesiastico interdicto,in secũdo membro, ver.
sed circa hoc. Sed clerici ecclesiæ interdictæ ibi celebrare non
possunt,cum sint interdicti, siue sint clerici seculares, siue re-
gulares,siue conuersi ipsius ecclesię, dummodo sint ad eccle-
siam translati,12.q.1.duo sunt.& 21.q.2.si quis iam translatus. cũ
isti veniant appellatione clericorum ecclesię, vt no. per Ioan.
Cal.in d.secundo membro.vers.intellige autem. secundũ Do.
Et an appellatione clericorum veniant canonici. dic quod sic,
vt est tex.in c.cum tibi.s.de verbo.signifi.In glo.in ver. matri-
monio.in fi.no.ex glo.secundum Domi.quod nomen genera
le qualificatum respectu vnius professionis non includit aliud
genus diuersæ professionis etiam eiusdem sexus, de quo nota.
per Pau.in clem.eos.de consan.& affi.& per Docto.in capitu.
sedes.hic allega.

ADDITIONES.

a Nico.Supe.Appellatione populi. Adde Cardi.Alexan. in capit. de his. in prin-
cip.12.distinc.
b Nico. Superan. Appellatione cleri.Adde Benedictum Capram in clem.vni. de
reli.& vene.sanctorum.
Vinc. God. Adde, quod licet appellatione populi non veniant clerici, Clerici
tamen non sunt immunes a gabellis,& huiusmodi oneribus pro rebus quas
habent negociationis gratia,secus si eas habent vsus sui causa, Ruyn. consi.
112.nu.6.lib.5.
c Nico.Sup.Interdicta ecclesia.Adde,an interdicto officio,sit interdictum bene-
ficium.vide no.in cap.fina.de rescrip.lib.6.Card.Zaba.in cap.pastoralis.in §.
verum.in 6.no.de ap.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas potest interdici non solum propter delictum domini,sed etiam pro-
pter delictum rectoris.*
2 *Et an intelligantur interdicti ciues non culpabiles.*
Adde ad idem.nu.3.
4 *Interdictum ciuitatis, vel loci,an differat ab interdicto collegij, vel vni-
uersitatis.*
5 *Interdicta terra Domini, an videatur interdicta terra, quæ ei data est in
dotem,vide vsque ad finem de terris interdictis.*

Cęterum. In tex.ibi,domini vel rectoris.no.differen-
tiam inter hæc,dñs enim est perpetuus pro-
prietarius,rector verò vt plurimum temporalis, & quasi vica-
rius,secundum Ioan.Andr.& facit quod no.24.q.3.§.sed qua.&
ff.quod me.cau.isti quidem.secundum Domi.†No.j.quod nõ [a]
1
a solum propter delictum domini potest tota ciuitas interdici,
vt in c.non est.s.de spon.sed etiam propter delictum rectoris. vt
facit c.sane.el 2.de offic.deleg. quod facit secundum Archi. ꝑ
propter contumaciam episcopi possit eius ciuitas interdici, de quo in
quo j.eod. c. fin.§.illis.& s.de priui. quod nonnullis. de quo
d.c.sane.Secundo no.ibi,puniendum, quod propter delictum
domini vel rectoris puniendum,eius ciues & subditi interdi-
2 ci & puniri possunt.†Vltimo no.quod interdictis ciuibus pro-
pter delictum domini vel rectoris, intelliguntur interdicti nõ
solum ciues culpabiles, sed etiam non culpabiles, imo etiam
& absentes etiam ex iusta causa tũc includuntur secundũ Ar-
chid.per no.31.q.j.quod si dormierit.pro quo etiam tex.hic, ex
quo probatur quod tunc etiam innocentes includuntur. Sed
in contrarium facit s.de consti.c.2.eod.lib. secundum Archid.
sed dic,quòd non ob. quia ibi loquitur de sententia statuti pu-
niente futuras culpas in delinquentibus tantum, quæ non li-
gat ignorantes vel absentes extra diœcesim delinquentes, vt
ibi, sed hic loquitur in sententia interdicti puniente culpam
præteritam in delinquentes,vel alios innoxios,vnde ligant ex
pressos etiam generaliter,vt si puniat ciues propter dominum
vt hic,& quia loquitur de sententia interdicti, qua puniri pos-
3 sunt innocentes,vt s.secundum Ioan.And. & Domi. † In glo.
in ver.domini. in fi. vult glos.quod interdicta ciuitate propter
delictum ciuium,intelligantur tũc omnes ciues interdicti, ex
quo tũc oẽs sunt culpabiles,& verum est hoc,si omnes fuerint
culpa.

ADDITIO.

a Nic.Sup.Non solum propter delictum domini.Adde Dom.in c.quæsiuit.de his
quæ fi.a ma.parte ca.Do.in c.sane.el 2.de offi.deleg.

culpabiles,vt quia omnes fuerunt præsentes, & nullus contra dicit,alias vero si aliqui cõtradixissent, vel erant absentes, tũc dicendum est prout dicit Ioan.And.in illa q.qua quęrit, si propter delictum consiliariorum regẽtium ciuitatem,vel propter delictum vniuersitatis est latum generaliter interdictum in cõsiliarios,vel in vniuersitatem,an sint interdicti consiliarij, qui tunc erant absentes,vel illi de vniuersitate, qui non contradixerunt.in qua q.1.arguit,quod sic per iura dicẽtia factum a maiori parte corporis a toto corpore factum videri.Sed in contrarium alleg.quia decretales,statuta, & bãna non ligant probabiliter ignorantes,vt d.c.2.& qui matrimonium accu.possunt. c.fi.& ff.de decretis ab ordi.l. fin. & quia absentes & ignorantes ex maleficio non obligantur,ff.de acti.& obli. l. ex maleficijs.§.1.ergo multo minus contradicentes, s̃.de simonia.sicut. el 2.& propter has rationes, & alias multas videtur religiosos absentes vel contradicentes ligatos non esse tali sententia interdicti, etiam quo ad ecclesiam, licet præsentes & tacentes ligati sint.facit no.d.Inno.in c.1.s̃.de his quæ fiunt a ma. parte. & quia hoc habet æquitatem, tenendum videtur etiam si ius expressum deficiat,vt s̃.de transac.c.fin. Sed certe ista determinatio est contrá tex.hic, per quem apertè patet etiam non culpabiles propter delictum domini ligari generali interdicto ciuium,per quem tex.tenendum videtur primum dictum, licet certis casibus distinguantur culpabiles a non culpabilibus, vt per Ioan.Andr.s̃.in ver.culpabiles.secundum Ioan.And.hic,dicentem tamen quo ad Deum tales nullo modo teneri,s̃.eo.tit. c.a nobis.el 2.& de re iud.c.1.in princ. eod. lib. & hoc idem tenuit Ioan.Cal.in d.secundo membro,ver. sed dubitatur de absentibus.secundum Domi.hic.Sed Bal. hic dicit hoc procedere in sententijs interdicti,alias aliud esset,per no. in l.j.§.j.ff.de
4 magi.conueniendis.†In glo.in ver.interdicti.ibi,& ciues. subaudi,& aliud est interdicere ius tantum,ex quo manifeste colligitur secundum Archid. aliud esse interdictum ciuitatis, vel loci ab interdicto vniuersitatis vel collegij,& dicit hoc probari in c.1.s̃.de vsuris.eod.lib.& ibi per Ioan.An.super verbo,terræ.& facit c.quamquam.in fi.s̃.de censib.eod.lib. vnde interdicta vniuersitate,poterunt clerici ianuis apertis & pulsatis campanis alta voce celebrare,exclusis excommunicatis & interdictis. Sed interdicto loco celebrari non posset, nisi vt dicitur j̃. in c.fin.& facit quod no.s̃.eo.c.præsenti.secundum Ioan.And. de quo per Ioan.Cal. in d. secundo membro. in ver.circa hoc. vbi istud limitat,prout est dictum s̃.in glo.2. secundum Domi.
5 †In glo.in ver.extra.in fi.Aduerte,quia Ioan. Andr. tangit hic aliqua dubia.Et primo,quid si interdicatur simpliciter terra alicuius domini,de qua intelligatur, an tunc videatur interdicta terra data illi in dotem,vel ei pignorata. de quo hic per Archi. & per Ioan.And.in c.j.s̃.de postu.præla.in glo.bona fuit,& ibi dicit esse attendenda verba interdicti, nam si verba denotantia dominium,puta suam terram interdicimus, vel per similia verba,de quibus in l.Quintus.ff.de au.& arg.leg. & tunc venit dotalis,ex quo notoriè habet in ea dominium, vt in l. doceancillam.C.de rei ven.sed non venit terra pignorata, quia cessat in ea dominium. Si verò per verba denotantia possessionem, puta interdicimus terram,quam talis possidet.tunc veniret pignorata,ex quo creditor dicatur possidere,vt l.sciendum.§. creditor.ff.qui satisda.cog.secundum Pe.de Anch.hic, secundum quem hoc idem tenuit Ioã.Cal.in d.secundo membro, in ver. quid si pertineat ad ipsam.& ver.seq.Secundo tangit hic Ioan. Andr. an videatur interdicta terra, in qua quis haberet vsumfructum.& dicit quod sic,vt in l.4.ff.de vsufru.vbi de hoc. Tertio tangit,quid de terra,in qua quis haberet nudam proprietatem.& dicit idem,vt Insti.de hær.insti.§.1.2.& 3.ff.de reli.l.2.§.1. Sed Ioan.Cal.in d.2.membro,ver. quid si interdicitur. dicit, ꝙ licet istud sit verum,tamen posset sustineri contrarium,quia si interdicitur terra,in qua quis habet vsumfru.non includitur illa,in qua quis habet proprietatem,& alius vsumfruc.& hoc sine dubio procedit, quando ita exprimeretur, nec hoc dictum contrariat̃ dicto Ioan.And.loquentis, quãdo in dicto loco simpliciter interdicit̃ terra alicuius,quo casu venit illa,in qua quis hẽt vsumfru.& alius proprietatem,& eõ, cum dicendo terram talis domini vtrique adaptetur,secundum Domi. Quarto tangit Ioan.Andr. de terra communi,an videatur interdicta.& in hoc dicendum est, quod si dominus, cuius terra interdicitur, habet terram in consortio diuisam prouincijs partem in vna, & partem in alia,& tũc si pro diuiso,& omnes illæ partes erũt interdictæ,secus si pro indiuiso,cum alio, & hoc ne innocens puniatur,s̃.de sepul.c.sacris.& quod ibi no.& ff.de ritu nup. illud.& l.Quintus.ff.de au.& arg.leg.& s̃.de concel.præben.c.j. secundum Ioan.And.& idem tenuit Io.Cal.in d. secundo mẽbro,ver.quid si is.& Lap.hic,adducens ca.dudum.circa fi. s̃. de præben.eod.lib.Et inducit prædicta, quod si aliquis habet terram communem cum aliquo damnato cum participibus suis defendendo propter partem suam totam terram, non dicatur ex hoc fautor damnati,secundum Domini.& vide ad prędicta glo.no.in c.j.s̃.de iure patro.lib.6.Quinto tangit Ioan.Andr.de terra perdita,vel alienata post interdictum,an propter hoc tollatur interdictum.& dicit quod non,vt hic per eum, & per Io. Cal.in d.secundo membro,vers. quid si quis. dicentem hoc iõ esse,quia est quid reale,& transit cum re,s̃.de pigno.ex literis, nec alienatio est modus tollendi interdictum,sed relaxatio, vt in c.ad hoc quoniam.s̃.de appel.Sexto tangit Ioan.And.de terra acquisita post interdictum, & dicit quod nõ erit interdicta, nisi verba sententiæ id exprimant,facit quod no.in c.fina.s̃.de rescrip.& in c.cum capella.s̃.de priui.in glo.2.& in l.si ita.ff.de au.& arg.leg.licèt alias dicatur,quod statuta ciuitatis habeant locum etiam in locis subiectis, quantumcunque de nouo acquisitis, vt in l. etiam. & ibi Cyn. & Bald. C. de iure dotium, per Barto. in l. si conuenit. §. scienda. ff. de pigno. actione. de quo j̃. §.proximo.

S V M M A R I V M.

1 *Populus potest interdici.*
2 *Populi appellatione vel vniuersitatis, veniunt singulares personæ.*
3 *Sententia vel alia dispositio vbicunque esset inutilis, intelligendo verba vt iacent, an debeant tunc impropriari.*
4 *Interdictum inhabilitat personas interdictas in auditione diuinorum.*
5 *Interdictum si sit latum in populum, etiam innocens in populo ligabitur.*
6 *Interdicto ligatus, si se transferat ad alium locum primo dimisso, an desinat esse interdictus.*

1 Cum verò †No.1. populum [a] posse interdici. & vide
a per Ioan.And.in c.fundamenta.in §. ne autem.super verbo,populo.s̃.de elec.eod.lib.quid sit populus,& vnde dicatur, & an facto interdicto de populo censeantur singulæ personæ ipsius populi interdictæ, et dicit tex. hic, quod procedit,cuiuscunque conditionis existant, siue sint nobiles, Comites, Marchiones, & huiusmodi, & in quocunque loco habitent, dummodo sint de ipso populo, vt in l. relegatorum. §.solet.ff.de interdictis & relegatis.& l.est verum, a contrario sensu.C.de incolis.lib.10.& facit gl.3.s̃. Et idem si tales, vel alij essent exempti per priuilegiũ ab omnibus oneribus, propter hoc enim non sequitur,quòd non sint de populo vel vniuersitate, vnde saluis priuilegijs ligantur pęnis, quibus alij de populo ligantur, vt d.c.cum capella.& de priuileg.eod.lib.c.1. secundum Pe.de Ancha.dicentem secus esse, si non sint de ipso populo interdicto, & cum eo nihil participant, licèt habitent in ciuitate ipsius populi,vt colligitur hic in tex.a contrario sen
2 su,& vide quod no.in c.proximo.†Secundò no.ibi,singulares
b quod appellatione [b] populi vel vniuersitatis veniunt singulares personę ipsius populi, non vniuersitas, quando profertur in materia, quæ non est proportionabilis vniuersitati, vt vniuersitati,sed vt singulis,quod facit, vt sub nomine capituli generaliter posito in tali materia veniant singulares personę ipsius capituli,secũdum Archi.ex quo infertur, quod interdicto capitulo, singulares personæ ipsius capituli erunt interdictæ,
3 secundum Ioan.Andr.†Tertio no.ibi,effectu careat,tene menti singulariter, quod vbicunque sentẽtia vel alia dispositio esset inutilis,intelligendo verba ut iacent, debeant tunc impropriari & extẽdi,& ita intelligi,vt ipsa dispositio teneat,& operetur effectum,quantumcũque ipsa dispositio sit odiosa & pęnalis,ut probat tex.no.hic,& facit quod no. in ca.pastoralis.s̃. de appella.& ibi per do.Nico.in prin.in l.sed & si possessori.§. item si iurauero.ff.de iureiuran.Quarto no.ibi,alicubi.& ita allegatur,quod interdictis personis etiam per respectum ad certum locum,censentur interdictæ quocunque vadant,etiam extra illum locum,sicut dicitur de excommunicato,ut in c.j.s̃.de treuga & pace.& in c.ad reprimendam.s̃.de offic.ordi. & in c. pastora-

A D D I T I O N E S.

a Vinc.God.Adde,quando populus contra ius commune possit statuere, Rúyn. consi.23.nu.14.lib.2.

b Nic.Sup.Appellatione populi.Adde, an veniant iudæi.vide glo.sing. in uerbo, quod nulli.in c.ius Quiritum.1.distin.quam alleg.pro sing.Barba. in tract.de præstantia Cardinalium,in 1.q.basilica.in 7.q.Barba.consi.43.incip. Licet in medium,in 2.col,ver.si uero.in 4.uo.

Vin.God.Populum repræsentantes non possunt iuri tertio quæsito præiudicare etiam ex causa, nec requiritur maior pars, sed requiritur totus populus, Ruy.consi.105.nu.8.lib.5.

pastoralis.s̃.de appel. sicut etiam dicitur de infame, quia infa-
mia sequitur infamem quocũque vadat, sicut lepra leprosum,
vt dixit glo.no.in l.1.& 2.ff.de postulando.& vide per Barto.&
4 Bal.in l.1.C.de summa trini.† Vltimo no. quem effectum ope-
retur interdictum,quia inhabilitat personas interdictas in au-
ditione diuinorum,& perceptione sacramentorum, vt hic, &
5 inhabilitat loca interdicta a diuinis,vt s̃.§.proxi.† In gl.in ver.
non computet.in fi.& ratio,quare ita sit in interdicto,est,quia
per interdictum latum in populum etiam innocens de popu-
lo ligatur,vt s̃.§.proximo.quod esset in iuramento,quia sicut a
princ.non obligasset ad periurium illos,qui non iurassent, sic
nec obligat successores,cum sit personale,vt s̃.de iureiuran.ve
ritatis,secundum Ioan.And.vult ergo glo.no.hic, quod si non
existens de populo interdicto efficiatur de populo interdicto,
ex tunc ligatus erit tali interdicto,sicut & alij cum sit factus il-
lius corporis membrum,nec debet diuerso iure censeri, s̃. de
statu reg.c.2.& ff.de vsucap.l.eum qui ædes.secundum Pet. de
Ancha.hic, & speciale videtur in interdicto, in quo etiam in-
fantes & procreati post interdictum ligantur,vt hic in glos. li-
cet dubium faciat,quod est dictum s̃.§. proxi. in fi. de terra ac-
quisita post interdictum,quod non erit interdicta, ita videba-
tur de nouiter receptis in populo interdicto, sicut dicitur in
alijs oneribus,quod ciues recepti non teneantur ad collectas,
quæ pro præteritis oblatis imponuntur,vt l. prouidendum. &
6 ibi Barto.C.de cum.lib.10.& l.incola iam. ff.ad munici. † Quid
autem sit econtra,si ligatus interdicto transferat se ad alium lo
cum dimisso primo,an desinat esse interdictus, vide per Ioan.
Calde.in dicto secundo membro concludentem,quod in spe-
ciali interdicto non est dubium, cum interdictum sequatur
eum quocunque vadat,donec absoluatur,vt est dictum s̃. Sed
in interdicto non speciasr,sed ex eo,quia sit de populo interdi
cto,tunc si fuit in culpa,propter quam sententia interdicti lata
fuit in populum,& tunc cum censeatur specialiter interdictus
quocunque vadat est interdictus,vt s̃.et facit.s̃.de priuile.quod
nonnullis.& s̃.eod.titu.& lib.licet.in fi. Si verò non fuit in cul
pa, & tunc aut non desinit ex toto esse de populo interdicto,
vt quia fuit confinatus vel bannitus ad tempus, vt d.l.relegati.
& l.exilium.eod.titu.C.de pęnis.l.relegati. & tunc cum rema-
neant de populo, remanebit etiam interdictus. Sed si ex toto
desinit esse de populo interdicto,vt quia transtulit se volunta-
rie ad aliud domicilium mutandi causa,vel fuit bannitus in ꝑ-
petuum,& cum tunc desinat esse de populo, cessabit in eo in-
terdictum,cum cesset causa efficiens & conseruans,vt in l. adi
gere.§.quamuis.ff.de iurepa.et quod no.48 distinc. cor episco-
pi.& ff.de tutelis.l.1.§.tutores.secundum Pe. de Anch. dicentẽ
etiam, quod si ille, qui est de populo vel vniuersitate interdi-
cta,ingrediatur monasterium,post professionem poterit ordi-
nari,cũ talis in odiosis desinat esse de populo, & sic extingui-
tur interdictum in sua persona.si tamen ordinetur ante profes.
tenebit ordinatio,argum.cap.religioso.s̃.eodem,& d.cap. duo
sunt,licet tutum sit consilium,quod non ordinetur, quia in du
bio tenendum est quod est certius, vt in capit. ad audientiam.
s̃.de hone.de quibus omnibus hic per Pet.de Ancha.& Dom.
& plene per Feder.in suo consi. 31. & vide quod est dictum su-
pra,in princip.cap.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas,castrum,& villa possunt subijci interdicto pro delicto,secus pro de bito pecuniario.*
2 *Ciuitas, castrum, villa includunt tantum, quod intra muros continetur limita hoc septem modis, vt hic per ordinem.*
3 *Priuilegium concessum ciuitati quo ad præscriptionem, an extendatur ad eius villas & castra.*
4 *Ciuitas quid sit.*
5 *Castrum quid sit,oppidum,diœcesis,municipium,prouincia.*
6 *Interdicta ciuitate,castro,vel villa,etiam ab homine,an intelligantur interdicta suburbia.*

CAP. XVI.

SI ciuitas. Habet duas partes princi.Primo sol
uit dubium, & obiectioni respõdet
ibi,nam licet. Secundo ibi,ratione.distinguit,& se
1 cundum membrum prosequitur ibi, secus. † Nota
primo ciuitatem,castrum, & villam posse subijci ecclesiastico
interdicto. quod intellige pro delicto commisso, secus verò ꝑ
debito pecuniario, quia fieri non posset sine speciali licentia
Papæ, vt in extrauag. Bonifac. quæ incipit, prouidere. & est
dictum s̃.eod.c.1.in §.superior.in fi. Secundo nota, quod verba
sunt interpretanda secundum subiectam materiam. facit l. si
vno.ff.loca. Tertio no. quod quantumcunque materia sit pœ-
nalis,tamen debent extendi verba latius quam importet pro-
prium significatum, quando vilesceret pœna,si interpretatio
non fieret, vt hic dicitur,& facit tex.s̃. cap. proximo. §. finali.
2 † Vltimo no. quia videtur hic aperte probari, quod de propria
significatione vocabuli ciuitas,castrum,vel villa includunt tã-
tum id, quod intra muros vel ambitum continetur, non autẽ
includunt suburbia,vel continentia ædificia,licèt aliter sit sta-
tutum in speciali casu huius c.de quo in iuribus hic alleg. in 2.
glo.& in l.pupillus.§.incola.& l.mille passus. & l. collegarum.
§.j.ff.de verbo.signifi.& 63.distin.ego Ludouicus.& 1.q.j. sicut
Christus, & quod ibi no.&c. ff. de contrahen.emptio.l.quod
creditor.§.fina.& C.de bonis vacan.l.2.lib.10.& ff.de leg.3.præ
dijs.§.fin.Ioan.Andr. ramen hic videtur velle contrarium, di-
cens quod si priuilegium sit cõcessum ciuitati, vel ciuibus, in-
cludit ciuitatem,suburbia,& continentia ædificia,& natos ibi
dem,siue de ciuib. cogitauerit vt vniuersis, siue vt de singulis,
vt l.ciuibus.& l.cum senatus.ff.de reb. dub. nisi aliud appareat
de mente concedentis,cum illa sit sequenda, vt in c. pen. s̃. de
concel.præben.eod.lib.vel nisi vsus loquendi, vel regionis cõ
suetudo aliud inducat,cum illi sit standum,s̃.de spon. ex lite-
ris.secundum Ioan.Andr.contra cuius dictum facit iste tex.vbi
est speciale, quod contineantur suburbia & continentia ædifi
cia,ergo in contrarium est regula & ius commune,vt patet ex
tex.hic.facit ca. pręsenti.§.loca.s̃. de præben.eod.lib.& ibi per
Archid.secundum Domini. imo idem Ioan. And. videtur vel-
le contrarium,dum post Archid. hic dicit,quòd iste tex.decidit
dubium,a quo loco incipiat diœcesis,de quo in c. Rodulphus.
s̃.de rescri.vt scilicet incipiat a murorum ambitu,cum nomine
ciuitatis non comprehendatur vltra murorum ambitum,de vi
verborum,nisi in casu hic speciali expresso,licet Vinc.in d.ca.
Rodulphus. velit quod incipiat a continentibusædificijs, &
non bene,nisi quo ad casum c.statutum.§.j.s̃.de rescri.eod.lib.
& ibi per glo.in ver.ciuitas.secundum Ioan. Andr.hic. Et ideo
Bart. in l.2.ff.de verbo.signifi. videtur tenere quod licet appel.
patrię comprehendantur continentia ędificia,vt in l. vxorem.
a §.ligauerat.ff.de leg. 3.tamen appellatione [a] ciuitatis contine-
tur tantum,quod muris cingitur,vt ibi,& in l.nam quod.§. pe.
ff.de penu lega.quod tamen limita primo in casu huius cap.ut
hic patet.Secundo limita in casu d.c.statutum.in ver.ciuitas.s.
quod causæ possint audiri in suburbijs, de quo dic vt ibi. Ter-
tio limita in beneficijs, quæ latius interpretantur quam priui-
legia,vt no.in l.fin.ff.de consti.principum.& in cap.olim. s̃. de
uerbo.sign.unde si princeps concedit alicui ciuitatem, inclu-
duntur tunc etiam suburbia & continentia ędificia,& adiacẽ-
tia pertinentia & territoria,ut in l.j.§.cum urbem.ff. de officio
præfec.urbis.& in l.si quando.C.de bon.uac.lib.10. secundum
Ioan.And.hic,& Barto.in d.l.2.Quarto limita in priuilegijs,eo
casu quo larga deberet fieri interpretatio, & ita procedat dictũ
Ioan.And.de quo s̃.& facit tex. hic ibi,interpretationem laxio
rem probans. quod ex larga interpretatione comprehendan-
tur suburbia, & continentia ædificia. Quinto limita, quando
nomen ciuitas apponitur post nomen proprium, ut Perusina
ciuitas,quo casu continentur suburbia,& continentia ędificia
ut d.l. 2. sicut & quando nomen proprium tantum exponere-
tur,ut si dicatur, Perusium uel Bononia,ut ibi,& in d.l. nã qđ.
§.sed unius.secus si ciuitas pręcederet nomẽ proprium,ut ciui-
tas Perusina,quia tunc uenit id quod muris cingitur, secũdum
Barto.in d.l.2.Sexto limita,quia testamenta debent confici se-
cundum consuetudinem loci, in quo quis testatur, & tunc li-
cet una consuetudo esset in ciuitate,& alia extra, & testamen-
tum fiat in suburbijs,debet seruari consuetudo ciuitatis, quia
in ciuitate fieri dicitur,quod fit in suburbijs,ut est tex.no. in l.
pen.§.Romæ.ff.de excu. tut. & per Bal.in l.2. C.quemad. testa.
ape. Vltimo limita, quando ciuitas non ponitur pro loco, sed
pro personis,cum tunc ueniant suburbia continentia ædificia,
& territorium etiam comitatense, ut si fiat legatum,uel conce
datur priuilegium ciuibus, ut in l. qui ex uico.ff.ad munici.&
no.in l.ciuitas.ff.si cer.pet.secundum Bart.in d.l.2.Sed Io.And.
uidetur uelle contrarium s̃. dicens quod priuilegium conces-
sum ciuitati uel ciuibus non extenditur ad castra, uillas, uel
diœceses,

ADDITIO.

a Nico.Sup.Appellatione ciuitatis. Adde,an ueniant terræ sibi recommendatę, uide Pet de Ancha in cle.ne Romani.§. sane. de electio.ubi dicit,quod non, & ibi etiam dicit se consuluisse Senis.
Vin.God.Adde,quod ratio adduci potest, quia ciuitas recommendata non dicitur subdita,Cur.Iun.consi.204.lib.2.

diœceſes,niſi apparcat de mente concedentis,vel niſi commu
nis vſus loquēdi alind inducat.Quare vr̄ fienda differentia, an
priuilegium ſit tale in quo debeat fieri larga interpretatio, &
procedat dictum Bar.in d.l.2.ſecus ſi ſtricta. & ita procedat di-
ctum Io.And. hic,& ſic non ob. l.eius.ff. ad municipales. quia
loquitur in fauorabilibus.& hæc faciunt contra Ange.in l. in-
ſulæ.ff.de iudi. dicentem repreſalias conceſſas contra ciuitatē
comprehendere etiam comitatum, nam hr̄, ꝙ in odioſis de-
beret fieri reſtrictio ad ciuitatem tantum. †Et vide per glo. &
3 Doct.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infec. an priui
legium conceſſum ciuitati quo ad præſcriptionem extendat
ad eius villas & caſtra.de quo etiam in l.fin.C.de ſacroſan. ec-
cle.Et vide etiam per Inno.& Doct.in c.dilectus.de capel.mo.
an præſcripta iuriſdictione ſeu quæſita quaſi poſſeſſione iuriſ-
dictionis in ciuitate intelligatur quæſita in eius caſtris vel vil-
lis.In glo.2.in fi.patet ergo iuncto tex.ꝙ tunc interdictum ciui
tatis caſtri vel villę trahitur ad ſuburbia, & continentia ædifi-
cia,quando ſunt continentia ædificia, alias ſecus, vt probat̄ in
tex.& j.§.proxi.& propter hoc non videtur procedere quod di
xit Domi.in c.quoniam.s̄.de immu.eccle.eo.lib.volens per il-
lum tex. ꝙ interdicta terra alicuius intelligatur etiam interdi-
ctus eius diſtrictus, nam vt hic patet interdictum non trahitur
niſi ad ſuburbia & continentia ædificia, ſecus verò in his quæ
4 non eſſent contigua.†In gl.in ver.prædicta.in fi. patet ergo ex
gl.& tex.eſſe diuerſa ciuitas,caſtrum, & villa.de quib. hic ple-
a ne per Io.And.ponentem primo quid [a] ſit ciuitas.& dicit ꝙ eſt
collectio multorum hominum ep̄m habens, & muris & foſſa
tis vallata. & ita loquuntur Italici, ſed vltramontani loquūtur
ꝙ ciuitas dicatur ēt illa,quæ non habet ep̄m,vt probatur in c.1.
s̄.de priui.& facit quod no.80.diſt.epiſcopi.& c.illud.ſed alij di
cunt,ꝙ ciuitas eſt collectio ędificiorum facta per multitudinē
hominum ſimul habitare volentium.& ita tranſit hic Ioā.An.
b Et adde,ꝙ licet ſm̄ opi. aliquorum non ſit neceſſe, ꝙ [b] ciuitas
habeat ep̄m,vt no.per Pe.de Anch.in d.c.ſtatutum.§. j. tamen
vnum ſignum certum demonſtrationis ꝙ ſit ciuitas, eſt ſi ha-
bet ep̄m,vt no.in d.§.j.& ibi per Bal. hic dicentem, ꝙ proprie
non eſt ciuitas,niſi habeat muros & ep̄m. & ēt dicit,ꝙ ſm̄ allu
ſionem vocabuli ciuitas dr̄ quaſi ciuium vnitas, vt hic per eū.
Et an appel.ciuitatis comprehendatur diœceſis. vide no. in d.
c.Rodulphus.& per gl.in c.j.s̄.de rerum permu.eo.lib.& in ca.
fi.s̄.de præben.in 1.glo.& ibi per Imo.& qđ no.in c.j.s̄.de cēſi.
5 eo.lib.in prin.†De caſtro vero,Io.And.refert hic Io.Mo.dicen
tem,ꝙ dr̄ caſa ſtricta, quia habitatio caſtri non debet eſſe diffu
ſa,ne multa cuſtodia egeat:vel dr̄ caſa alta,ſiue fortis,& ſic mu
nita muris ſeu vallo,vt l.quicunque.C.de agri.& cen.lib.10. &
de iure communi ſubeſt ciuitati,vt in d.l.qui ex vico.ſm̄ Pe.de
Anch.in d.c.ſtatutum.§.j.Et dicit hic Io.And.ꝙ ſm̄ hęc caſa for
tis palatium vel caſtrum poteſt eſſe ſine diſtrictu vel territorio
ideſt,iure terrendi,ſm̄ l.ſi pupillus.§.territoriū.ff.de ver. ſig. ꝑ
ſingulas enim prouincias poſſunt feudorum dn̄i ipſa ambitu
murali vallare,vt in l.prouincias.C.de ędi.priua.& l.1.eo.tit.&
ff.ꝙ vi aut clam. l. pe.& fi.Et iſto caſu procedit quod dicit Inn.
in c.cum ad ſedem.s̄.de reſt.ſpo.vt ibi no.per Io.And.in gl.no.
libellum.vbi dr̄,ꝙ caſtrum a iure non habet pertinentias, nec
limitationē,ſed facto hominum hoc conſueuit haberi, & hoc
ſecundo non pōt intelligi,qđ no.s̄.de reli.do.cum vene. & ibi
per Io.And.in glo.2.ante fi.& in c.cum ab eccleſiarū.s̄. de offi.
ord.ſuper 1.gl.& in c.dilecta.s̄.de exceſ.præla.ſuper 1.gl. no.ſm̄
Io.And.De villa autem dicit Io.And.ꝙ dr̄ a vallis quaſi vallata,
quia nō munitione murorū,ſed vallatione fortificat̄,ſm̄ tamen
vulgare ultramontanorum largius ſumitur. dicūt enim de Bo
nonia,ꝙ eſt pulchra uilla uel magna uilla,ſm̄ Ioā.And.& dicit
Pe.de Anch.in d.§ 1.ꝙ uilla dr̄ ſine munitione murorum uallo
uel foſſo,ut in l.ſi hęres.la 2.ff.de leg.2.nec hēt iuriſdictionem,
ſed ſubeſt ciuitati,ut d.l.qui ex uico.De oppido uero dicit Ioā.
And.ꝙ aduerbialiter ponit̄ pro ualde.2.q.7.laicos.ſed noīaliter
ponit̄ pro qualibet ciuitate p̄ter Romā. Itē pro caſtro magno,
ut in d.l.ſi pupillus.§.oppidū.ſm̄ Io.An.De municipio uero di-
cit Io. And. ꝙ eſt locus habens a principe aliquod ius maioris
uel minoris officij,uel dr̄ de munerib.uel officijs,quia munera
uel tributa debita reddit.Et ut dicunt quidā, municipium pro-
priū dr̄ caſtrum munitiſſimū, municeps tn̄ largius ſumitur in
l.j.ff.ad municip.ubi de hoc ſm̄ Io.And. De prouincia uerò ui-
de gl.no.in l.fi.C.de præſcri.30.ann.uolentē, ꝙ hodie quælibet
ciuitas habens iuriſdictionē de per ſe ēt quæ non ſubeſt pręſi-
di,dicat̄ facere prouinciā de per ſe, ibi tn̄ tenet Cy. ꝙ cōis uſus
c loquendi attēdit,quæ [c] dicatur prouincia,alibi tamen aliter ſu
d mit,ut no.in l.coram.s̄.de elec.De [d] diœceſi uero uide no.in d.
c.Rodulphus.& ſcias,ꝙ diœceſis dr̄ reſpectu ſpiritualium,ter-
ritorium uero reſpectu temporalium,ut uoluit gl.no.in Auth.
qūo oporteat ep̄os.§.ne aūt.& de territorio uide in d.l. ſi pupil
e lus.& per gl.in cle.ne Romani.de ele. De [e] comitatu uero uide
in l.mili.§.miſſionū.ff.de re milita. Et de diſtrictu uide in c. j.§.
ad hoc allodium.de pace iura.fir.ut per Bar.in d.l.2. & in extra
uaganti qui ſint rebelles,in uerbo,Lōbardię.& in l.1.C. de me
6 tropo.ubi multa circa hoc ponit.†In gl.1.uilipendi.in fi. & pro
pter hoc tenet hic Archi.ꝙ interdicta ciuitate, caſtro, uel uilla
ēt ab hoīe,ſint interdicta ſuburbia,& cōtinentia ędificia, & in
iſtis non expreſſis erit interdictū iuris cauſatum ab interdicto
hoīs,ſm̄ Io. And.ↄ̄,quia ſuburbia & cōtinentia ędificia ueniūt
ex ui uerborum,unde ab hoīe dicuntur interdicta, ut s̄.in tex.
& hoc dictum procederet, qn̄ proferens ſn̄iam habebat iuriſ-
dictionē tam in loco interdicto, q̄ in ſuburbijs & cōtinentib.
ędificijs, ſecus ſi ſolum in loco interdicto, quia tunc ſuburbia
& continentia ędificia erunt interdicta non ab homine, ſed a
iure,pōderata mēte huius tex.ſm̄ Io.Cal.in d.2.membro, uer.
circa qđ quęro.Sed Pe.de Anch.hic ↄ̄, ꝙ tunc ſuburbia & con-
tinentia ędificia non intelligantur interdicta ēt a iure ex mēte
huius decre. quæ locū habet, qn̄ ſunt de eadē iuriſdictione cū
ipſo loco,ut patet ibi,in ipſorum,tunc enim non ſunt illorū,ſi
ſunt alterius iuriſdictionis,ut l.2.§.alterius.ff.de relig.& ſump.
Sed certe cum cā ſit hic expreſſa in tex. ſ. ne uilipendatur ſn̄ia
interdicti,primum dictum ur̄ uerius, & a rōne expreſſa fit ex-
tenſio ēt in correc.ſm̄ glo.no.in cle.j.in uer.eligatur.de ele. &
maxime in fauorem animæ, ſicut eſt hic, unde a iure extendit̄
dictum interdictum,ut ſuburbia, & continentia ædificia con-
prehendat.Quis aūt abſoluat ab interdicto,cōcludit hic Arch.
ꝙ ab interdicto iuris ſi ↄditor non reſeruauit ſibi abſolutionē,
poterit diœceſanus abſoluere,ut s̄.eo.tit.nuper.& no.in c.gra
ue.de præb.& ibi per Ioā.And.Sed ab interdicto hoīs ipſe, qui
impoſuit,uel eius ſuperior,ſm̄ no.in c.uenerabilib.s̄.eo. Quid
aūt ſi ſingulares ꝑſonę de uniuerſitate ſunt excōicatę a iure ꝓ
delicto,& pro eodē eſt ipſe locus interdictus, ſed abſolutio ex
cōicationis eſt reſeruata Papę, & de abſolutione interdicti nō
eſt facta mētio,dic ꝙ tunc ipſa abſolutio ur̄ reſeruata,ar.l.fi.C.
de nup.s̄.de conſti.tranſla.ſm̄ Archi.Sed in ↄ̄rium poſſet addu
ci,quia duob.ſuppoſitis ex altero ſolo reſeruato, ur̄ alterū ſolū
conceſſum,s̄.de reſcri.nonne,ſm̄ Io. An. cuius dictū eſt uerius
ſm̄ Do.pro quo facit gl.in uer.excōicationis.in cle.j.§.uerū. de
hęreti.In gl.in uer.continentibus.in fi.Ioā.Cal. in tractatu, de
eccleſiaſtico interdicto,in 2.membro,uer.ſed q̄ dicant̄.conclu-
dit ꝙ ſuburbia & continentia ponunt̄ hic in tex.ut diuerſa, ut
patet ex copula &,& ex dictione, uel.dici pn̄t ſuburbia burgi
extra & propè ciuitatem poſiti, in quibus ſunt domus ↄtiguę,
continentia uero ędificia continent domos ultra burgos ſepa
ratas,& non ↄtiguas,ut ibi ꝑ eū,& hic ꝑ Do.Quantū uero du-
rent,& uſq; ad quem locum,ſtandum eſt conſuetudini ſtatuto
uel cōi uſui loquendi, ſi de his appareat, alias iudicis arbitrio
hoc eſſet terminandum,ſm̄ eum ibi.& facit glo.hic.

ADDITIONES.

a Nic. Supe.Quid ſit ciuitas.Adde Card.in clem.dudum.in §. ſtatuimus. de ſent. excommuni.Barto.in l.1.in §.ſinautem.ff.de noui ope.nuncia.Bart. in l.vrbis. ff.de verbo.ſignifi.
Vinc.God.Nota,quòd ciuitatis liberæ maxime intereſt, vt liberis hominibus repleatur.Ruyn.conſi.202.nu.6.lib.1.
b Nic.Sup.Quod ciuitas habeat epiſcopum.Adde tex.in c.vrbes.c.in illis. & ca. iſtud.80.diſtin.c. fęlix.c.multis.16.q.1.Barba.in c.1.in 1.no.de offi.ordi. Bar. in l.1.C.de metro.lib.10.
c Nico. Supe.Quæ dicatur prouincia.Adde Card.Alexan.in ca. ius Quiritum.1. colum.1.diſtinc.
d Nico. Super.De diœceſi.Adde glo.& Ang.in Auth.quomodo oportet epiſcopos.in §.non aliter.
e Nic.Sup.De comitatu.Adde no.in c.Rodulphus.De reſcri.Do.in cle. ne Romani.in §.ſane,de elec.
Vinc.God. Ciuitatis appellatione non continetur comitatus de ſtric.ſignificatione, Alc.in l.2.de ver.ſig.& Fely.in c. Rodulphus.de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum a ſimili ratione valet etiam in delicto, quando ratio eſt expreſſa in iure.*
2 *Interdicta eccleſia interdictæ dicuntur capellæ & cęmiteria.*

1 Ratione. †No.1.ibi,ſimili.ꝙ qn̄ rō eſt expreſſa in iure, li
cet arguere a ſimilitudine rōnis ēt in pęnalib.
qđ no.pro his,quæ hn̄r in c.conſtitutio.s̄.de ele. & in c. 1.& ibi
per gl.in ver.Italiæ.s̄.de temporib. ordi.eo. lib. Secūdo no.ibi,
a capella.ꝙ appellatione [a] ecclę venit capella,qđ inducit Do.ad
no.per

ADDITIO.

a Nic.Sup.Appellatione eccleſiæ.Adde Io.de Ana.conſi.23.inci.Videtur.

2 no.per Rotā in deci.258.†Vlti.no.ꝙ interdictum eccleſiæ extenditur ad eius capellas in cęmiteria contigua, etiam cõtrarium faciens diceretur violare interdictum, propter quod punit̄, vt in c.proxi.ſm Io.And.In glo.in ver.contiguis. in fi. vide no. in c.j.s̄.de conſecra.eccle.eo.lib.ſuper glo.contigua.In gl. in ver. ſepeliri.in fi.vbi Hoſt.idem tenet. ſed Io. And. remittit hoc ad no.in c.a nobis.el 2.in fi.pe.glo.& ad glo.2.in cle.eos. de ſepul. In glo.fin.in fi. & vide per Io.Cal.in d.tractatu. in 6. membro, ver.redeo. dicentem quod aliud cæmiterium cohærens cęmiterio interdicto non cenſetur interdictum, ſi paries eſt in medio, nec etiam cenſetur interdicta eccleſia cohærens eccleſiæ interdictæ, vt ibi per eum.de quo in d.c.j.

S V M M A R I V M.

1 *Temerarie agere dicitur, qui facit actum a iure ſibi prohibitum.*
2 *Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus a iure expreſſis.*
3 *Irregularitas, an ſit de iure poſitiuo.*

Is qui. Celebrans ſcienter in eccle.polluta, vel pręſente excommunicato maiori nõ incurrit irregularitatem. hoc dicit vſque ad §.ſi vero.& habet duas partes, ſicut duo ſunt
1 dicta,& ſm ibi, ſi vero.†No.1.ſm Do.ꝙ qui ſcienter facit actum ſibi a iure prohibitum, dr̄ temerarie agere.ſic s̄.de elec. eo. lib, c.auaritiæ.& vide quod no, in cap.j. s̄.ne cle.vel mona.eod.lib,
2 †Secundo tene menti ſingulariter ibi, non ſit expreſſum in iure.& ita ſemper allegatur, ꝙ nunquam incurrit quis irregularitatem, niſi in caſib.expreſſis in iure, ex quo infertur primo, qui dicit aliquem irregularem ex aliquo facto, habet neceſſe hoc probare, quia non præſumit̄ nec inducitur niſi ſolum in caſib.
3 a iure expreſſis.†Tertio infertur, ꝙ irregularitas [a] ſit de iure po-
a ſitiuo.& ita tenuit Inno.in c.niſi.§.perſonæ.s̄.de renun.& in c, fi.s̄.de cle. excom. & pro tanto Innoc.ibi dicebat Pa.poſſe diſpenſare in omni irregularitate ſm Io, And.hic, & vide qđ no, per Spe.tit.2.§.iuxta.poſt prin.& per gl.magnam in c. ſicut dignum.s̄.de homi.In glo.1.in fi.& per Spec.in d.§.iuxta. ver. illud.In glo.in ver.nodatis.ibi, epiſcoporum. vide quod ibi no. ſuper gl.pe.& aduerte, quia vult gl.hic, ꝙ d.c.epiſcoporũ.nõ habeat locum in celebrante in eccle. polluta. & ita ſequitur hic Do. quia licèt ibi loquat̄ in celebrante in loco interdicto a iure, tñ ecc. polluta non eſt proprie interdicta, ſumendo interdictum proprie vt ſumi debet,& probat̄ hic in tex. iuncto tex. §, proxi. licet late ſumẽdo dicat̄ interdicta. & ita procedat quod no.Io.Cal.in d.tractatu.& ita dicit Do. eſſe tenẽdũ. licet aliud tenuerit Lap.in c.1.s̄.de conſe.eccle.eo.li.ſi tñ ſuperior expreſſe interdiceret celebrationẽ diuinorũ in loco violato, tunc bñ incurreret quis irregularitatem ibi celebrando, vt j.§. proxi. & no.in c.ex tuarum.s̄.de priui.& voluit Io.Cal.in d.2. membro, ver.ſed an celebrans, In gl.in ver.a iure.in fi.idem Hoſt. in c.fi, s̄.de cle.excõ.in d.§.iuxta.ver.in ſuſpenſis.& vide per Io. And, & Cal.in d.tractatu, in 2.parte, in vlti.col.in prin.

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Irregularitas ſit de iure poſitiuo. Adde Inno.in c. ſi celebrat. de cler, excomm.Anto.de But.in c.ſuper eo.de biga. Abb.in c. 1. qui cle.vel vo. Io.de Ana.in ru.de cler.excomm.
Vin.God.Adde Felyn.in c.cum non ab homine. in fi. de iudic. & in cap. ad audientiam, de homic.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum, an poßit ſuſpendi.*
2 *Papa ſolus diſpenſat ſuper irregularitate.*
3 *Celebrans in loco interdicto ab homine, vel a iure, ſi non eſt publicatum vel denunciatum, an efficiatur irregularis.*

Is vero. Celebrans ſcienter in loco interdicto in caſibus nõ permiſſis, irregularis & ineligibilis efficitur.
1 h.d.ſm Do.†No. 1.ibi, priuilegiatus exiſtat.arg.ꝙ interdictum poſſit ſuſpendi, quia ex priuilegio iuris vel hominis celebrans in loco interdicto non eſt irregularis. ergo põt interdictũ ſubeſſe,& celebratio fieri ſm Do, Quid autem ſit de celebrante in loco, in quo eſt inducta ceſſatio a diuinis, an incurrat irregularitatem, hic per Arch.& per glo.in ver.ceſſare.in c.ſi canonici, s̄.de offic.ordi.eo.lib.& per Ioã.Cal.in d.trac.in 2.membro, in
2 2.col.†Vlti.no.caſum reſeruatum ſoli Papæ, quia ſolus [a] Papa
a diſpenſat in irregularitate contracta ex celebratione diuinorum.& vide in c.1.in fi.s̄.de re iudi.eo.lib.& in c.1.s̄.de ſenten. excom.eod.lib.& quid ſit in legato de latere, vide per gloſ. & Doct. in c. clerici.s̄.de cle.excom.In gl.in ver. ſcienter. in fi.ꝑ declaratione huius tex.& gl.duo ſunt videnda, primo, quomodo intelligatur tex.s̄.in ver.ſcienter.an illud procedat in habẽte notitiam de excommunicatione lata a iure, vel ab homine, ſi nondum erat publica per denunciationem, & videret̄ ꝙ excõicatio debeat eſſe publica, per tex.in c.epõrũ.s̄.de priui.cod. lib.in verſ.excõicatos publice. & qui dñr publice excõicati, vide ibi per Arch.& facit rõ, quia excõicatus non debet publice vitari, qñ excõicatio eſt occulta, puta quia non ſcitur publice. Sed bene deberet vitari ſecrete & priuate, vt in c.cum non ab hoie.s̄.eo.& per gl.in ver.publice.in cle.2.s̄.eo.glo.tñ in d.c.cũ non ab hoie. tenet ꝙ excõicatus ẽt citra denunciationẽ debet vitari, qñ id pluribus eſt notum.& ita ſequitur ibi d. Nic. & ſic vr̄, ꝙ tex.hic in prima parte,& c.epõrum. habeat locum in celebrante corã excõicato, licet non publice, dummodo ſit pluribus notũ de excõicatione, & ipſe celebrans hoc ſciuit. facit ẽt quod no.hic Arch.& gl.in d.cle.2.in ver.ſuppoſitus.& tex. hic in ver.ſcienter,& in d.c.epõrum. Si enim vni ſoli conſtaret de excõicatione, debet ille vitare excõicatũ, priuatè tñ non publice quantum poteſt ſine ſcandalo aliorũ.& ſi celebrare eſt volũtarium, abſtineat ſi põt ſine ſcandalo aliorũ, alias locum haberet pœna d.c.epõrum.ſine ſcandalo aliorum, quia alias nõ tenetur vitare occultè excõicatum, vt per gl.in d.cle.2.in ver.publice.& eſt de mente Archi, hic.& ita debet intelligi qđ no.Feder. in ſuo conſi.260.in fi.quod incipit, ad ea.vbi plenè de his.
3 †Secundo eſt videndum, quid de celebrante in loco interdicto ab hoie vel a iure, qñ hoc non eſt publicatum per denunciationem, an celebrans ibi ſit irregularis. Arch.hic diſtinguit pro & cõ,& finaliter concludit ꝙ ſic,& hoc niſi ſit occultũ. & ita tranſit hic Io.And.remittens ſe ad gl.in d.cle.2. & ibi gl. idẽ tñ fortè poſſet dici, ꝙ ẽt ſi illi ſoli eſt certum de interdicto, ꝙ tunc ſi poteſt ſine ſcandalo ibi non celebrare, ꝙ celebrando eſſet irregularis, cum celebrare dependeat a ſola voluntate agentis, vnde eſt in culpa agendo rem illicitam, ex quo ſcit & poteſt ſine ſcandalo abſtinere, pro quo tex.hic in verſi. ſcienter, alias ſi non poteſt ſine ſcandalo, tunc poteſt celebrare, ex quo id eſt occultum.& facit gl.in d. cle.2. in ver.publice.Si vero interdictum eſſet notum tribus vel quatuor,& ſic pluribus, & eſt notum ipſi celebranti, tunc omnino debeat abſtinere a celebratione, alias eſt irregularis, vt hic in tex.in ver.ſciẽter. licet interdictum non eſſet alias publicatum.& facit d.c.cum non ab homine,& ita videtur de mente Fede. in dicto conſilio, vbi vide ſingulariter ad hanc materiam.

A D D I T I O.

a Nico, Supe.Solus Papa diſpenſat in irregularitate.Adde Spec.in tit. de legato. §.nunc oſtendendum.in 9.col ver.31.
Vinc.God.Nota ad hoc, quod Papa in dubio non prçſumitur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis.Ruy.conſi.63.nu.5.lib.5.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſma, baptiſmus, pœnitentia, hæc tria ſacramenta poßunt conferri tempore interdicti.*
2 *Vſus rei ſi permittatur tempore vetito, videtur etiam permiſſa ipſius rei procreatio.*

C A P. XVII.

Voniam. Ponit dictum, cuius vrgentem rõnem ꝑmittit.†No.1. duo [a] ſacramẽ-
1 ta, quæ poſſunt conferri tempore interdicti. & idẽ
a de ſacramento penitentiæ, vt in c.fi.j̄. eod.& in c.ꝙ in te.s̄.de pęnitentijs.& dicit hic Io.And.ꝙ iſta duo ſacramẽta, de quibus hic, tp̄e interdicti non poſſent conferri alta voce, & ſolenniter, cũ hoc non exprimat̄ hic.facit s̄. c. permittimus. & idẽ Io.Mo,& Archi.hic,& Hoſt.in d.c.permittimus.licet prius aliud tenuerit ſm Io.And.dicentẽ ẽt, ꝙ qui ex cõtemptu omitteret recipere confirmationẽ, non eſſet verus Chriſtianus, ut
2 de conſe.diſt.5.c.1,& c.vt ieiunium.†Vlti.no.ꝙ permiſſo vſu rei tp̄e prohibito, intelligit̄ ẽt permiſſa procreatio eiuſdẽ rei, & ſic permiſſo conſequenti vr̄ nec non permiſſum antecedens, vt hic probat̄, ſm Do.Et ſic ad poſitionem conſequentis ſequit̄ poſitio antecedentis, vñ qui vult vnũ vr̄ ẽt velle antecedens, ſine quo ad illud perueniri non põt, vt in l.illud.ff.de acq.hęr. & ꝓp hoc dr̄ in l.fin.in fi.ff.de ſer.vrba.ꝙ cui concedit̄ hauſtus ad fontẽ, vr̄ ſimiliter conceſſum iter ad ipſum. Et cui eſt relictum horreũ, ad qđ erat via & tranſitus per domũ, vr̄ ẽt relictus ipſe trãſitus, vt ff.de ſerui.vrba.§.Olympico. In gl. pe. in fi. uide ibi per Inn.& Ioã.And.& an matrimonium poſſit ꝯhi, & ordines conferri tp̄e interdicti.de quo hic per Pe.de Anch.In glo.fi.in prin.no.hanc gl.de chriſmate & eius confectione.In ea.glo.in fi.facit c.pręterea.s̄.de offic.deleg.& l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procurato.

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Duo ſacramenta.Adde tex.iuncta gl.in c.non eſt.de ſpon.
Vinc.God.Adde Car.in cle.1.§.2.j.oppo.de reli.& ver.ſan.qui ponit verſus videlicet, Maior in effectu Baptiſmus, corpus in eſſe Coniugium, ſigno maiori criſma miniſtro.

S V M.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto aliquo principali, videtur interdictum conſequens ex eo proueniens.*
2 *Interdictus, an poßit per eccleſiam tranſire, & eam intrare, ſi ibi non celebrat, & nume. 3.*

CAP. XVIII.



IS cui. Suſpectus ab ingreſſu eccleſię celebrans
1 in ea diuina, eſt irregularis. hoc dicit, vſq;
ad §. talis. †No. 1. quod cũ interdicitur aliquid prin-
cipale, videtur interdictum conſequens & proue-
niens ex illo. ideo interdicto ingreſſu eccleſiæ, vr̄ interdicta di
uinorum celebratio. Vlti. no. ꝙ ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſię
efficitur irregularis, quæcunque diuina officia celebret, dũmo
do celebret in ſuo officio, ſicut prius. facit c. 1. s̄. eo. tit. & lib. &
2 ibi de hoc, & j̄. in glo. † Sed an talis ſic interdictus poſſit per ec-
cleſiam tranſire, & in eam intrare, ſi ibi non celebrat, hic per
Archi. Io. And. & Do. & conclude generaliter. Et primo de cõ-
ſtituto tantum in mortali peccato, & talis poteſt intrare eccle
ſiam, vt per glo. 3. de pę. diſt. 3. qui ſanctas. & per glo. 2. 11. q. 3. nul
lus. & 1. q. 1. qui ſurdum. Secundo dę excommunicato minori.
& idem, nec talis peccat intrando eccleſiam, cum non ſit pro-
hibitus a communione fidelium, ſed a perceptione ſacramen
torum, vt s̄. de excep. a nobis. & in c. fi. s̄. de cle. excõ. & ita no.
Archi. 24. q. 3. vir cum propria. dicens etiam, ꝙ poterit intereſſe
miſſæ, dum tamen non cõmunicet, & tali non debet dari oſcu
lum pacis, cum illud ſuccedat loco cõmunionis. Tertio de ex-
communicato maiori, in quo dic ꝙ ſi talis vult intrare, vt au-
diat verbum Dei in illa, & poteſt, vt s̄. eo. reſponſo. ſecus ſi ex
alia cauſa, quia nõ poſſet, vt 25. diſt. perlectis. & 24. q. 3. clericus.
ſm Io. And. in c. nuper. s̄. eod. Quarto de illo, cui eſt interdictus
ingreſſus eccleſię. & dic quod ſi talis velit intrare eccleſiã tẽ-
pore, quo celebrantur diuina, cauſa orandi vel etiam tranſitũ
facere ſine oratione, & non poteſt, vt 5. q. 2. pręſenti. & hoc vbi
prohibetur celebratio diuinorum in eccleſia, ergo & ipſorũ
auditio, ſm Ioã. Andr. hic. Sed ſi intrat tempore, quo diuina nõ
celebrantur, & cauſa orandi, & non poteſt, 21. diſt. cleros. in fi.
& hoc tenuerunt quidam, vt dicit hic Ioan. Andr. aut non cau-
ſa orandi, & tunc bene poſſet intrare, ſm Inn. in c. ſacro. s̄. eod.
3 & Archi. in c. 2. s̄. de offi. deleg. eod. lib. †Sed vt dicit Ioã. Cal. in
d. tracta. in ſecundo membro, ver. nunc quæritur. hoc vltimum
non bene capit, videlicet ꝙ ſit licitum tranſire eccleſiam pro
factis ſuis, & non orare, quia videtur ꝙ interdictus ab ingreſſu
eccleſiæ pro nulla cauſa debeat ingredi. hinc eſt, ꝙ ſi moriat̄,
interim non poteſt ibidem ſepeliri, vt j̄. §. proxi. niſi dicatur, ꝙ
tex. hic in prin. & d. ca. præſenti. reſtringat ingreſſum eccleſiæ
quo ad celebrationem & auditionem diuinorum, & ſic ꝙ tpe,
quo in eccleſia celebrantur diuina, poſſit in eccleſia tranſire &
orare. ad hoc c. qui ſundet. & hoc ſibi placet, vt refert hic Pe. de
Anch. & Do. ita reſidentes, & ſm Do. non obſtat, quod dr̄ hic
de ſepultura, quia illa denegatur cum deceſſit impęnitens, &
de hoc conſtat, vt hic, §. proxi. ad hoc c. ex parte. de ſepul. Scias
tamen, ꝙ ille, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, licet graui-
ter peccet, ſiue ingrediatur cauſa orandi, ſiue pro factis ſuis, ſi-
ue diuina officia celebrent̄, ſiue non, & ſiue audiat diuina ſiue
non, tamen nunquam incurrit irregularitatem, etiam ſi audi-
ret diuina, vel oraret, dum ipſa diuina officia celebrantur, quia
ſolum audire diuina nõ inducit irregularitatem, ſed ſolum cũ
celebrat in ſuo officio in diuinis, ſicut prius, vt eſt tex. no. hic,
& extra hunc caſum non incurritur irregularitas, vt hic patet,
quæ irregularitas locum non habet, niſi tm̄ in caſibus expreſ-
ſis in iure, vt s̄. eo. c. is qui. & tex. hic ſolo iſto caſu irregularita-
tem inducat, vt hic, de quo per Io. And. & Do. & ſic ſequitur, ꝙ
laicus, cui eſſet interdictus ingreſſus eccleſię audiendo diuina,
vel etiam dicendo non fit irregularis, ex quo nõ agit reſpectu
alicuius officij ipſius ordinis. Item infertur, ꝙ clericus, cui eſt
interdictus ingreſſus eccleſiæ, audiendo diuina in eccleſia, vel
etiam dicendo non ſit irregularis, dummodo non agat in ſuo
officio, ſicut prius, vt hic in tex. de quo eſt dictum in d. c. 1. s̄. eo.
& ibi de hoc. In glo. 1. in fi. vide per Io. And. in d. c. 1. §. fi. In gl. in
ver. in ea. ibi, vel in domo, ſed quid ſi in cęmiterio eccleſiæ. &
videtur quod non poſſit, vt j̄. §. proxi. & etiam tenet gl. j̄. proxi.
In ead. glo. in fi. idem Innoc. & Hoſtien. in d. c. ſacro. & Specu.
in tit. de legato. §. iuxta. verſi. quid ſi quis. & Archid. hic, & in
d. cap. 2. vt hic refert Ioan. Andr. Et idem tenuit Ioan. Cal. in d.
tractatu, in 2. membro, in verſic. redeo ad propoſitum. ex quo
tex. hic ſolum prohibet in eccleſia, ergo ſecus ſi extra. quod ꝓ-
cedit, etiam ſi celebret in oratorio ſtricte ſumpto, ita quod nõ
ſit eccleſia, s̄. de cenſibus. ca. vlti. Secus ſi celebraret in eccleſia
nondum conſecrata, ex quo eccleſia eſt, vt in c. fi. s̄. de conſec.
eccle. ſecundum Ioan. Cal. in d. 2. membro. ver. ſed quid ſi is. &
prædicta non ſolum qñ talis, cui eſt interdictus ingreſſus eccle
ſiæ, celebrat per ſe, ſed etiam ſi celebrat cum ſocio, dummodo
principale officium celebretur in eccleſia, vt quia eps̄ vel præ-
sbyter celebrat in eccl'a, & diaconus ſic interdictus dicat euan
gelium extra, tunc ſit irregularis, cum vnum dicatur officium,
vt 7. q. 1. nihil. ſecundum Ioã. Cal. ibi, ver. ſed quid dicis. vbi etiã
dicit hæc verba eſſe, etiam ſi talis ſic interdictus miniſtraret in
eccleſia ſacerdoti calicem, vt ibi per eum inferentem, ꝙ ſi ſa-
cerdos ſcienter admittens talem ſic in interdictis ſit irregula-
ris, ex quo participat crimini & criminoſo, vt s̄. eo. c. ſi concu-
binæ. ſed hoc vltimum dictum improbat Do. j̄. §. proxi. per no.
per glo. in cle. eos. de conſan. & affi. & quia irregularitas non
ꝯhitur, niſi tm̄ in caſibus expreſſis in iure, vt d. c. is qui. Si verò
officium principale celebratur extra eccleſiam, vt quia eps̄ vel
pręsbyter celebrat extra eccleſiam, ſed diaconus vel ſubdiaco
nus cantat euangelium, vel epiſtolam, intra eccleſiam, ex quo
celebrat in loco prohibito, fit irregularis, vt ꝑ Io. Cal. ibi, ver.
reuoluto. & ſequitur hic Do. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus intrare locum ad certum tẽpus, videtur prohibitus quòd non intret, ſiue viuus, ſiue mortuus.*
2 *Sepultura in cæmiterio in quibus caſibus denegatur.*
3 *Interdicto ab ingreſſu eccleſiæ, an ſufficiat ſola pœnitentia, vt admittatur ad ſepulturam, vel opus ſit relaxatione.*

1 §. Talis. †No. j. ꝙ qui prohibetur intrare locum ad certũ
tempus, vr̄ prohibitus vt non intret, ſiue ſit viuus
ſiue mortuus. ꝙ facit vt relegatus ſeu bannitus a ciuitate per
certum tempus, ſi interim moriatur, non poſſit in dicta ciuita-
te portari & ſepeliri, ſm Do. & idem tenet Bar. in l. ſi quis. ff. de
2 cada. puni. †Secundo no. caſum, in quo denegatur ſepultura cę
miteriata, & alios caſus vide per gl. in c. ex parte. s̄. de ſepul. &
3 hic per Archi. †Vlti. no. ibi, niſi pęnituerit. ꝙ illi, cui eſt interdi-
ctus ingreſſus eccleſiæ, ſufficit ſola pęnitentia, vt admittatur
ad eccleſiaſticam ſepulturam, tutius tamen eſt ſecundum Ioã.
Andr. quod fiat relaxatio, quæ in morte fieri poterit etiam a ſa
cerdote, vt in cap. fin. s̄. de ſepul. imo etiam poſt mortem, ſi ſi-
gna contritionis appareant, vt in cap. a nobis. el 2. s̄. eo. In gloſ.
in ver. cæmiterio. in fine, & talis illuſio reprobatur, vt in cap. ſi
ſententia. in fi. & c. ſeq. s̄. eo.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, ſuſpenſio ab officio, vel ingreſſu eccleſiæ non ſuſpenduntur per appellationem ſequentem. Quod limita vt hic ſequitur, & numero 2.*

1 §. Sanè. †Sicut excommunicatio, ita ſuſpenſio ab officio
vel ingreſſu eccleſiæ per appellationem ſequen-
tem non ſuſpenditur. h. d. Et idem eſt in ſententia interdicti, vt
non ſuſpendatur per appellationem ſequentem, licèt hic de
ea non fiat mentio, cum de hoc ſit expreſſum in c. ad hoc quo-
niam. s̄. de appel. Et rationem, quare huiuſmodi ſententię non
ſuſpendantur per appel. vide in ca. paſtoralis. s̄. de appel. quia
trahunt ſecum executionem, vnde non eſt locus ſuſpenſioni.
2 † Quod tñ limita primo, qñ pure proferuntur, ſecus ſi in diem
vel ſub conditione, quia tunc appellatio interpoſita ante diem
vel conditionem ēt poſt decem dies bene ſuſpenderet, ſm Io.
An. per no. in c. præterea. el 2. s̄. de ap. Scd̄o limita pręedicta pro
cedere, qñ ſciens ſe talibus ſententijs ligatũ, appellat, ſecus ſi
ignorans ſe excõicatum appellet, quia tunc bñ ſuſpenditur ꝑ
appellationem, vñ non debebit denunciari excõicatus poſt ip
ſam app. vt no. Io. And. in d. c. paſtoralis. ſm Lap. hic. Tertio li-
mita ꝑdicta procedere, qñ appellat̄ ab ipſis ſententijs cenſuræ,
alias ſi appellet̄ a declaratoria, vel pronunciatione iudicis, qua
pronunciat vel declarat aliquẽ incurriſſe excõicationem latã
ab hoı̃e, vel à iure, quia tunc talis ſnĩa declaratoria bene ſuſpẽ-
detur per appellationem, niſi eſſet notorium, vt in c. peruenit.
s̄. de appel. & facit qđ no. per Io. And. in d. c. paſtoralis. in verſi.
denunciare. ſm Lap. hic. & quid de eo, qui fuit excõicatus poſt
appel. pen. probationis articulo, an ſit vitandus. vide in c. licet.
s̄. eo. Et quid de excõicato poſt ſnĩam infra tempora data ad ap
pellandum, hic per Ioan. Mo. de quo in c. venerabilibus. §. por
rò. s̄. eo. In glo. in ver. ſequentem. in fi. tene menti gl. & idem ſe
quitur hic Arch. & Io. And. & Doc.

SVMMARIVM.

1 *Vagatio religioſis eſt prohibita, imo verò periculoſa.*
2 *Religioſus percutiens clericum ſecularem, an poßit abſolui ab abbate.*
3 *Monachus ſi non habet vnde vadat pro ſua abſolutione habenda, & monaſterium ſit pauperrimum, epiſcopus poteſt eum abſoluere.*

C A P. XIX.

Religioso. Potest episcopus absoluere religio
sum inijcientem manus in clericũ
secularem eo casu, quo posset clericum secularem.
h.d.Et habet duas partes,sicut duo sunt dicta. Secũ
1 da ibi,quamuis.†No.1.ꝙ religiosis est permaxime ipsa vagatio
prohibita,imo est eis valde periculosa,vt in cap.2.s̃. ne cle. vel
mo.eod.lib.de quo in c.cum sm̃.s̃.de præbẽ.eod.lib.& in c.fin.
s̃.de regu.No.ꝙ in prohibitis permissio facta circa clericos se-
culares nõ se extendit ad regulares, & hoc nisi de eis sit expſ-
2 se concessum,prout hic conceditur.†Vlt.no.tex.opti.proban-
tem,ꝙ religiosus percutiens clericum secularem nõ possit ab-
solui ab abbate,sed ab ipso episcopo.ex quo no.infertur,ꝙ ab
bas non possit absoluere monachos suos ab excõmunicatio-
a ne canonis,nisi in casibus tm̃ expressis [a] in iure,quantumcun-
que Abbas ipse dicatur iudex ordinarius suorum monachorũ,
vt in c.quanto.s̃.de offic.ordi.& in c.monachi.s̃.eo.& quantũ-
cunque absolutio ab excommunicatione sit de foro pęniten-
tiali,vt in c.2.s̃.de pęnitentijs.eo. lib. & ibi per glo.& quantũ-
cunque ipse abbas sit competens iudex, & confessor suorum
monachorum,vt 16.q.1.c.1.& in cle.1.§.sane.de statu regu. tamẽ
a sententia excommunicationis lata a canone abbas vel alius
inferior ab episcopo absoluere non poterit,nisi in casibus hic
expressis in iure,vt probatur hic.& facit cle.1.circa princ.& ibi
per glo.de priui. & ratio est, quia regulariter absolutio ab ex-
communicatione est casus reseruatus episcopo,vt per gl. in d.
c.2.& solis episcopis conceditur,vt in c.nuper.s̃.eo.& ita deter
minat Fede.in suo consi.14.limitans prædicta,nisi abbas habe-
ret iurisdictionem quasi episcopalem in sua ecclesia, & in mẽ-
bris sibi subiectis,arg.eius quod dixit Innoc.in c. statuimus. s̃.
de transa.& glo.in clem.1.de reb.eccle.ita sequitur do.Nico.in
c.monachi.ab excommunicatione verò lata ab ipso abbate si-
ne dubio posset ipse abbas absoluere,vt in ca.cũ in ecclesijs. s̃.
de maio.& obe.de quo j.in glo.In gl.2.ibi.leuiter percussit.no.
glo.ad intellectum c.peruenit.hic allega.inquantum glo. intel
ligit de leui non restringendo ad leuissimam, de quo in d. cap.
peruenit,super fi.j.glo.secundum Ioan.And.†In glo.in ver.ex-
3 hiberi.in fi.facit etiam ad hoc ratio præmissa, ne propter reli-
gionem sit deterior eorum conditio,secundum Ioan. And.di-
centem etiam,quod in casibus hic expressis poterit episcopus
absoluere religiosum, & nouitium, non solum si excõicatio-
nem incurrit cum est religiosus, sed ẽt si ante nouitiatum de-
liquit,ex quo episcopus poterat prius illum absoluere, & hoc
per rationem huius tex. & per no.per eum in d. c.de moniali-
bus.& in c.canonica.in 1.glo.s̃.eo.& ita transeunt hic Doct.de
quo j.§. proxi. Sed an poterit episcopus his casibus absoluere
monachos exemptos vel nouitios monasterij exempti.Io.An.
hic ꝙ sic,per rationem istius tex.ne detur materia vagãdi, quæ
ratio est pariter cõis ad exemptos,& non exemptos, & maxi-
me poterit absoluere exemptos,qui nõ delinquunt in loco nõ
exempto,de quo in c.j.s̃.de priui.eo.lib.super gl. in loco exem
pto,sm̃ Ioan.And.quod procedit etiam si tales religiosi exem-
pti essent abbates,vt patet ex no.per Ioã.And.in c. vniuersita-
tis.s̃.eod.secundum Lap.hic.Et etiam tenuit Fede.in suo cons.
14.vbi no.per eum de his.Sed do.Nico.in d.c.monachi. s̃. eod.
refert se in hoc disputando tenuisse contrarium in sua dispu-
tatione,quæ incipit, Duo clericali ordine. & refert etiam Ioã.
Andr.idem tenuisse in regula scienti. j. eod.de quo ibi dicetur.
& vide dicta in d.c.2.

A D D I T I O.

a Celsus. In casibus expressis. Adde quod Abbas non potest absoluere suum mo
nachum excommunicatum, nisi pro excommunicatione quam incurrit ex
constitutione regulæ suæ. vel nisi excommunicasset eum ipse met. & præter
has duas limitationes firmat regulam negatiuam,quod abbas non potest ab-
soluere suum monachum,vt per Fely.in c.2.col.1.in secundo notabili. & ver.
limita primo.& ver.limita secundo.eo.tit.in anti.

Vinc.God.Abbas,an habeat iurisdictionem episcopalem in locis sibi subiectis,
vide Franc.Aret.in consi.63.vbi plene.

S V M M A R I V M.

1 *Religiosus ante professionem an censeatur religiosus.*
2 *Inijciens manus violentas in nouitium incurrit sententiam excommuni-
cationis.*
3 *Nouitius non professus,an gaudeat priuilegio personæ ecclesiasticæ in om-
nibus,vel qualiter.*

1 §.Quamuis. †In tex.ibi,cum effectu. idest incommu-
tabiliter religiosus censetur,arg.l.si ita.§.
1.de lega.1.secundum Ioã.And.& sic patet ex tex.ꝙ appellatio-
ne effectualis & veri religiosi non comprehenditur nouitius,
qui non est tacite vel expresse professus. Et generaliter qñ sit,
a ꝙ nouitius veniat [a] appellatione religiosorum,& in quib.gau-
deat priuilegio religiosorum,vide per Do.in c.2.circa fi.& per
Doc.in c.beneficium.s̃.de regu.eod.lib.& per Feder.notabili-
2 ter in suo consi.31.in 6.colum.Vltimo no. ꝙ inijciens violentas
b manus [b] in nouitium etiam non professum incidit in sentẽtiã
excommunicationis,quod procedit, ẽt si talis inijciens sit eius
pater, quia licet pater possit eius filium impuberem reuocare
a religione,& coram superiore repetere,vt in c. 2. s̃. de regula.
non posset tñ eum violenter de ecclesia retrahere ab eius ha-
bitu,maxime si talis sit clericus,arg.c.eũ qui.s̃.de prębẽ.eo.lib.
& l.si quis in tantam.C.vnde vi.sm̃ Io.And.& vide no.in c.j.s̃.
3 eo.†In glo. in ver.non possit.in fi. & idem in tacite professo in
casu,quo est locus pęnitentię,infra triduum,s̃.de reg. eo. lib.c.
constitutionem.sm̃ Io.And.rñdentem hic ad l. statuliberũ. hic
alleg.vt hic per eum.& per Fed.in d.consi.circa fi. Cum igitur
nouitius dicatur religiosus,licet commutabiliter. item dr̃ per-
sona ecclesiastica,vt 12.q.1.duo.iõ est,ꝙ gaudet priuilegio eccle
siasticæ personæ,& sic priuilegio canonis, si quis suadente, vt
hic.Item priuilegio fori. & sic est coram ecclesiastico conue-
niendus,sm̃ Archi.hic,& Ioã.And.in d. c.beneficium.& tenet
Fed.in d.consi.Tenet etiam hic Archi.ꝙ talem nouitium prius
excõicatum per canonem, si quis suadente. poterit abbas ab-
soluere,ar.c.cum illorum.ver.& alibi.s̃.eo.vbi patet,ꝙ satis est,
ꝙ sit in habitu,& facit quod no.Inno.in c.monachi.s̃.eo.& te-
net Host.in c.statuimus.s̃.de regu.Licèt Inno.in d. c. cum illo-
rum.in ver.nos tamen.teneat ɔ̃rium sm̃ Io.And. hic dicentem
super hoc tenendum esse quod ipse tenet ibi concordãdo opi.
Inn.& ibi,& hic Io.Andr.tenet ꝙ ante professionem tacitã vel
expressam non possit eum absoluere.& ꝓ hoc facit tex.hic,vñ
si casus est talis, ꝙ possit eũ absoluere.requirat epm̃, vt hic in
prin.sm̃ Io.And.nec abbas deberet eum recipere, si scit eũ ex-
cõicatum,licet si recipiat teneat monachatus, nec poterit ab-
bas ipsum existentem in probatione absoluere,sm̃ Ioan. And.
ibi,& idem tenet Spe.in tit.de regula. in vlti.col. & hoc dũ est
in probatione.sed postea facta professione bene poterit abbas
eum absoluere,vt voluit Io.And.in d.c.cum illorum.& Hosti.
in summa eod.titu.§.quis possit.in fi.Et intellige,ꝙ tunc abbas
non possit absoluere nouitium,dũ est in probatione,qñ noui-
tius ante ingressum incurrisset excõicationem, alias secus, si
dum est in probatione,quia tunc abbas posset ipsum absolue-
re.& ita procedat dictum Inn.in d.c.monachi.sm̃ Io.And.in d.
c.cum illorum. & ita sequuntur hic Doc.quod tñ intellige, qñ
ipsam sententiam excommunicationis incurrisset, ex eo quia
percussisset alium regularem vel claustralem,secus si clericum
secularem percussisset ante ingressum,vel post, quia tunc non
abbas sed ep̃s posset absoluere in casibus hic expressis, vt d.c.
cum illorum.sm̃ Pet.de Anch.hic,& facit tex.s̃.in princ.huius
c.& ꝙ ibi dictum fuit.In gl.fi.in fi.& eodem priuilegio gaudẽt
etiam conuersi ecclesiæ regularis,vt in c.non dubium.s̃.eodẽ.
Quid autem de conuersis ecclesiæ regularis, vt hic per Pe. de
Ancha.& per Docto.in d.cap.non dubium. quod no. in clem.
cum ex eo.j.tit.1.& in d.c.duo.& 37.q.1.vt lex.& in c.1. s̃. de im-
mu.ecclesiarum.eod.lib.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Supe.Veniat appellatione religiosorum.Adde Car. Alex. in c. in nomine
domini,23.dist.in 6.col.vbi dicit,ꝙ veniunt illi,qui non sunt professi.
Cel. Adde,quid in conuerso alicuius ordinis vel reg.vide Lud. Ro.sing. suis,
653. incip. fuit a me quæsitum per fratres sancti Francisci. de quo per Gemi.
in c.mulier.23.dist. Panor.in c.cum olim,col.pe.de arbi.& Fely.c.non dubiũ.
col.2.circa fi.eo.tit.de sen.excom.in anti.

Vinc.God. Quid de nouitio exeunte de monasterio ante annum professionis.
Vinc.Paliot.in consi,quod incipit,In nomine Sanctæ. post consi.46.Alex.in.
lib.4.& in consi.Barba.quod est in cons.vlti.eiusdem Alex.eo.lib.4.

b Nic.Sup.Violentas manus in nouitium.Adde Card.Zab.in capit. statuimus.5.
quęst.de regu.

S V M M A R I V M.

1 *Absolutio ab excõmunicatione debet fieri ab eo,a quo de iure fieri debet.*
2 *Absolui quis potest propter impedimentum ab eo, a quo alias absolui non
poßet.*
3 *Excõicatus & absolutus tenetur satisfacere iuxta proprias facultates.*
4 *Casus,in quibus quis est excommunicatus a canone, notantur hic iuncta
glo.super verbo canonis.*

C A P. XX.

1 Eos,qui. Habet duas partes. Scd̃a ibi, idem sta-
tuimus.†No.1.ꝙ absolutio ab excõica-
tione dẽt fieri ab eo, a quo de iure debet, vñ dicit
hic Io. And. ꝙ a sñia canonis debet quis absolui ab
illo,cui canon reseruauit,alias ab ep̃o, s̃. eod.nuper.Sed a sñia
hoĩs debet absolui ab excõicante,:& in eius defectũ vel negli-
gentiam

gentia m si est dele gatus,additur delegans.si est ordinarius, ad
ditur eius superior,vt probatur in ca. prudentiam.§.sexta.s̃. de
offic.deleg.& in d.c.nuper.& in c.pastoralis.& c.ad reprimen
dam.s̃.de offic.ordi.de quo in c.venerabilibus.s̃.eod.tit.& lib.
& per Io.Cal.in c.ab excommunicato.s̃.de rescri. & per Pau.
2 in clem.1.de rebus ecclesiæ.†Secundo no.ibi, ab alio absoluũ-
tur.ꝙ propter legitimum impedimentum,& in casu necessita
tis potest quis absolui ab alio , qui alias de iure absoluere non
potuisset.facit gl.in d.c.pastoralis.quod procedit non solum si
sit excommunicatus propter violentam manus iniectionem
factam in clericum,vt dicit Inn.in c. quamuis. s̃.eo.sed etiã ex
quacunque alia cã a snĩa iuris vel hoĩs , vt patet ex hoc tex.
licet Inn.in d.c.quamuis.aliud voluerit,& non bene sm Ioan.
And.& alios Doc.hic.Tertio no.ibi,pñtare.ꝙ tenent isti perso
a naliter comparere quamcito commode [a] possunt,& qñ dican
tur commode posse,no.per gl.antepe.in cle.si quis suadẽte. de
pęnis.& sic facit iste tex.ꝙ ex quo isti tenent personaliter pñta
re,ꝙ absolutio non possit peti per procuratorẽ,de quo hic per
Archi.referentẽ Inn.in c.cũ desideres.in prin.s̃.eo. & hoc cõi-
ter tenet in absolutione,q̃ fit in foro pęnitentiali, vt sic ꝑ pro-
curatorem fieri non possit,nec requirat introductionem in ec
clesia cum psalmo & oratione dominicali,11.q.3. cum aliquis.
sm Do.de quo ẽt per Spe.in tit.de procu.§.1.ver.item opponi-
3 tur.ver.21.& per Doc.in c.cum desideres.†Quarto no. ibi , sa-
tisfacturi. quod excommunicatus & absolutus debet satisface
re,& tenetur iuxta proprias facultates,vt in c.ea noscit.s̃. eod.
sm Archid. inferentem ex hoc, facultates ecclesiæ,quas habet
ad vsum ad id non teneri,vt 16.q.3.§.vlti.Pro quo facit cle. nolẽ
tes.§.1.de hære.& s̃.de ap.reprehensibilis.& no.in c. de multa.
s̃.de præben.in 4.gl.sm Ioã.And. Ex quo no.hic Do. ꝙ fructus
ecclesiæ capi non possunt pro satisfactione delicti per clericũ
commissi.de quo tñ vide in c.grauis.s̃.de deposito.& in ca.2.s̃.
de solu.Vltimo no.ibi,in eandam snĩam reincidere,quia est ea
dem genere , & sic non minor,sed similis pristinæ excommu-
nicationi.vnde vult iste tex. ꝙ sicut olim absolutus non parẽs
absoluenti reducebatur per hominem in pristinam excõmu-
nicationem,sic & hodie in his casibus reincidit ipso iure abs-
que ministerio hominis, quia alias si ad hominis ministerium
recurri deberet,esset necessaria causæ cognitio, & longus tra-
ctatus,ꝙ redundaret in aliorum dispendium , secundum Ioan.
Mon.& Io.And.Et ex his determinat Rota in decisio.399.quæ
incipit , Item si pronuncietur. ꝙ licet si declaretur quis male
absolutus a snĩa excommunicationis lata per hoĩem, & petat
reduci in eandem snĩam excommunicationis , debeat hæc re
intrusio fieri cum causæ cognitione parte vocata,& canonica
monitione præmissa,& iusta causa & probata,secundum Inn.
in c.ab excommunicato.super verbo,obtentis.in fi.s̃.de rescr.
tamen secus est in sententia excommunicationis lata a iure,
in quam reincidit quis ipso facto,vt hic in tex.& alia non sunt
necessaria,vt ibi plene per Rotam.Sed aduerte,quia hoc dictũ
procederet,qñ peteretur quem reduci in eandem snĩam excõi
cationis latam ab hoĩe, ex eo quia sit male absolutus , puta ex
falsa cã,vel quia non satisfecit , dummodo tñ sit absolutus per
eum,qui debebat de iure absoluere,secus si rõne impedimen-
ti quis fuerit absolutus ab eo,qui alias non poterat de iure ab-
soluere,quo casu si cessante impedimento non repñtat se co-
ram illo,qui debebat de iure absoluere,tunc reincidit ipso iu-
re in eandem snĩam excommunicationis,siue talis excõmuni
catio fuerit lata a canone,siue ab hoĩe,vt est tex. hic in princi.
vbi in hoc parificat̃ excõmunicatio lata a canone & ab hoĩe,
a pa. Ex quo singulariter infert, ꝙ legatus [a] de latere possit cognoscere de causis exemptorum, ꝙ ita clare alibi non probatur ſm Abb. & Ioan. And. sed Pet. de Ancha. dicit hoc non probari hic in tex. ergo non de iure communi, vt in l. j. C. de the. lib. x. & facit quod no. in c. 2. de offi. lega. eo. li. ſm eum. Sed certe hoc non exprimitur in priuilegio, solum enim per priuilegium fuerant isti recepti in proprios filios, cuius priuilegij verba quid significent hic declaratur dicendo, ꝙ licèt tale priuilegium eximat tales, vt non possint interdici vel excõmunicari tamen non eximit a Papa uel legato, & sic probat tex. dictum abbatis, vt s. de quo tamen uide per glo. & Docto. in c. 1. & c. ꝙ translationem. s. de offi. leg. & per Spec. eo. titu. §. superest. ver. sed nunquid legatus ibi dicit, quod solus legatus de latere hoc potest & per Hostien. in summa de legato. §. quod pertinet. &
2 in prin. & per glo. in c. auctoritate. s. de priuileg. eo. lib. † In gl. in ver. interdici, ibi fit quoddam interdictum, vt patet. s. tit. pro xi. is cui. secundum Ioan. An. & Domi. notantem ex hac glo. iunctis his quod ubi iura communiter loquũtur per plura extrema statutum postea in vno extenditur ad reliquum per gl. in c. si postquàm. s. de elec. eo. lib.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Legatus de latere. Adde Spe. titu. de offi. leg. in §. superest. uer. sed nũquid legatus. Host. in sum. eo. ti. in §. quid pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Locus desertus quis dicatur.*

2 *Vltra memoriam hominis, hæc uerba sonant in negatiuã, scilicet quòd non sit memoria hominum.*

3 *Gaudeas plena libertate, hæc uerba important exemptionem a lege diœcesana.*

4 *Exempti a iurisdictione episcopi si habeant capellas curatas respectu illarum sunt subiecti episcopo.*

1 Illum. † No. j. ibi in præmissis, ꝙ quo ad casum istius c. locus dicitur desertus prout hic stat. alibi vero aliter sumitur desertus, vt patet in appel. in clemen. sicut. de appella. Item ecclesia dicitur alibi deserta per non residentiam, vt 7. q. j. si quis presbyter. & s. de cle. non resi. c. 2. ut hic per Ioan. An. & sic patet quod loca detenta per Saracenos, de quibus non
2 est memoria in contrarium dicuntur deserta. † Secundo no. ibi, vel vltra ꝙ ista verba sonant in negatiuam, scilicet quod non sit memoria quod per Christianos fuerit habitus, de quo in c. 1. s. de præscrip. eo. lib. secundum Ioan. An. & sic oratio affirmatiua quãdoque tacite includit negatiuam. facit quod no.
a de dictione tantum, [a] in c. cum ecclesia. s. de causa poss. Tertio no. ibi construendas, quòd ecclesia etiam construenda potest priuilegiari. circa quod vide, quod no. in c. ad audientiam. el. s.
3 de eccle. ędi. s. de re iu. eod. lib. in c. abbate. † Vltimo no. ibi plena libertate, iuncto tex. j. quòd per ista uerba gaudeas plena libertate conceditur exemptio a lege, diœcesana ex quo infertur, quòd dicatur plena libertate gaudere ecclesia, quæ est excepta quo ad l. diœcesanam tantum, ꝙ procedit isto casu in quo talis plenitudo sic restringitur prout hic dicitur, aliàs autẽ nõ diceretur plena libertas, nisi quis ab vtraque lege esset liber secũdum Inno. & Ioan. An. & sic illa uerba, plena libertate, important regulariter exẽptionem a lege iurisdictionis. & l. diœcesana, ꝙ nota. In glo. in uersi. penitus. & hoc teneas quicquid hic

ADDITIO.

b Vin. God. De hac dictione tãtum, uide Bar. in l. j. col. 1. si quis ius dic. no. obtẽ. & Bal. in l. cum mulier. col. x. ff. sol. mat.

hic dicat Hoſtien.ſecundum Ioan.An.vt hic per eum. In glo.
in ver.legis diœceſanæ.in fi.vnde ſub diœceſanis poterunt cō
ueniri,ſecundum Innocen.& vide quod no.in ca.1. §.in eos.in
glo.2.ſ.de priuileg.eo.lib. In glo. in ver.petita,in fi.no.ex glo.
iuncto tex.quod vbi requiritur licentia alicuius, debet talis li-
centia non ſolum eſſe petita, ſed etiam obtenta, de quo tamē
4 in c.licet.ſ.de regu.& ibi per Doc. † In glo.in ver.ſubiectæ.in
princ.iuncto tex.no.ꝙ licèt aliqui ſint exempti a iuriſdictione
epiſcopi ſi tamen habeant capellas curatas reſpectu illarum
ſunt ſubiecti, ita quod cura animarum debeat recipi ab ipſo
epiſcopo, & antequàm inſtituantur ſunt ipſi epiſcopo præſen
tandi & ab ipſo examinandi, vt hic in tex.& ſi facta præſenta-
tione & examinatione reperiantur non idonei,poterit epiſco
pus eccleſiam de alijs idoneis ordinare.ſ.de ſup.neg.c.2.ſecū-
dum Hoſtien.quod ideo eſt, quia tales eccleſiæ habentes curā
ſunt ſubiectæ epiſcopo,nec ſunt ex toto exemptæ,vt patet hic
in tex.aliàs autem quando ſunt in totum exemptę,clerici ſunt
inſtituendi per fratres.16.qō.2.ca.1.Si autem populus non eſſet
exemptus tūc rector eccleſiæ inſtitutus per fratres recipiet cu
ram ab epiſcopo,& eidem reddit rationem populi ibi ad con-
cilium epiſcopale,& ſtatuta ſynodalia recipiet,& reſpondebit
de quarta decimarum & aliorum obuenientium ſibi a popu-
lo, & ratione ipſius populi præſtabit ſibi reuerentiā obſequiū
& honorem,& alia quæ ab alijs rectoribus præſtantur epiſco
po.ſ.de priui.ex ore.& ſ.de maio. & obedien. quod ſuper his.
necob. quod quando epiſcopus inſtituit aliquem in eccleſijs
non exemptis,vbi eſt patronus clericus,non recipit inſtitutus
curam temporalium a patrono,nam hoc nō eſt ſimile,quia cu
ram animarum nō poteſt quis habere, niſi per epiſcopum cui
ſubeſt vel eius vicarium.16.qō.8.nullus.ſ. de offic. ordina.cum
ſatis.ſed ipſe abbas exemptus non eſt vicarius epiſcopi, vnde
ab ipſo abbate recipi non poteſt,ſed ſecus eſt in cura tēporaliū
quæ intelligitur data eo ipſo quod animarum cura eſt conceſ
ſa,& poteſt dici quod præſentatio facta a patrono ſufficiat, vt
poſtea commiſſa cura animarum, videatur patronus commit
tere curam temporalium, examinare autem eum nō debebit
epiſcopus, quia non inſtituit eum in eccleſia,nec confirmat,
nec manum imponit,ſed Abb.& tales ſunt examinandi ab il-
lis quibus debet manus imponi, vt in c.nihil. & c. venerabilē.
ſ.de elec.& iſto caſu cura animarum nō eſt principalis, ſed ac
ceſſoria, nam ex quo per patronum clericus eſt inſtitutus, &
cura animarum eſt quaſi acceſſoria, ideo contra eum nulla ex
ceptio admittitur,niſi forte infamia laborauit.ſ. de accu.acce-
dens.nec etiam accuſabitur ab aliquo coram epiſcopo,& epi-
ſcopus de eius criminibus vel negligentia non inquiret, quia
non eſt iudex eius, ſed ſi eſt negligens vel etiam abſens, tunc
poterit epiſcopus dare licētiam populo, vt ab alio recipiat pę-
nitentiam & ſacramenta.ſ.de offi.ordi. inter cætera.in fi. nec
ipſe epiſcopus prohibebit parochianis, vt non recipiant ſacra
menta ab huiuſmodi rectore quandiu toleratur.8.q.4. nonne.
niſi ſciuit vel vehementer præſumeret, ꝙ parochianos vellet
trahere ad errorem vel peccandum: nam tunc nō quaſi iudex
vel in forma iudicij, ſed quaſi ſuperior eius rector, & cui præ
alijs vel ſuper alios eſt cōmiſſa cura eius parochiæ, poterit eis
mandare,quòd ab eo,non recipiant ſacramenta.ar.ſ.de diuor-
tijs.quanto.Caueat tamē ipſe epiſcopus, quia ſi poſtea rector
conqueratur de eo oportet ipſum epiſcopum probare cauſas,
& præſumptiones quare hoc facit quas ſi non probabit punie
tur.ar.ſ.de exceſ.præla.c.2. Ab iſto autem rectore ſi parochia-
ni appellent extra iudicium debet appellari ad abbatem ſi in
iudicio, tunc debet appellari ad epiſcopum a quo eos habet.
argumen.ſ.de maio.& obedien.ſolitę.& ipſe epiſcopus vacā-
te eccleſia habebit curam populi,quo ad curam. 63. diſtin.ſi in
plebibus. ipſi tamen parochiani audient officia in parochiali
eccleſia etiam vacante,& etiam ab extraneo ſacerdote,cum lo
cus ille ad hoc deputatus ſit.ſ.de parochijs, vt dominicis. imò
& ſi rector proceſſiſſet inquirendo contra parochianum ap-
pellabitur ad epiſcopum, & cum vocabit rectorem, vt defen-
dat proceſſum ſuum.ſ.de appel.tamen ſpeciali.c rca fi.ſecun-
dum Innocen. prout refert hic Arch.& Ioan.An. adducens ad
prædicta.c.per exemptionem.ſ.de priui. eo. li. & qđ ibi no.&
vide etiam qđ no.in c.1.ſ.de capel.mo.e.lib. & per d. Nic.in c.
in Lateranenſi.ſ.de præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres poſſunt proprijs manibus exercere agriculturam.*
2 *Quarta canonica debetur de iure communi etiam a regularibus.*
3 *Proteſtatio declaratoria quem habet effectum.*
4 *Epiſcopus quid probare debet vt excludat exemptionem.*
5 *Monaſterium quando eſt priuilegiatum ſuper decimis noualium certæ parochiæ,& agit contra rectorem quaſi earum poſſeſſorem, quid veniat in probatione.*

1 Cęterū. † No.j.ibi proprijs manibus, quòd fratres pro-
prijs manibus exercere poſſunt agriculturam,
nec eſt eis hoc prohibitum, facit qđ no.de conſecra.diſt.5.nū-
quàm.& in c.cum apoſtolus.ſ.de cenſi.& in c.1. ſ. de cele.miſ.
Secundo no.ibi ſumptibus.arg. quòd priuilegium conceſſum
circa culturam ſuis manibus non extenditur ad culturam ali-
cuius factam ſuis ſumptibus,cum hæc ponantur, vt diuerſa.vi
2 de.in l.cum duobus.§.ſi quis in coeunda.ff.pro ſo. †Tertio no.
ibi exigatur, quod canonica decimarum debetur de iure com
muni etiā a fratribus ſeu regularibus. facit ſ. de decimis, quo-
niā.& c.dudum,aliàs hoc non eſſet priuilegium,ſecundum Io.
An.Quarto no.ibi eccleſijs parochialibus,quod regulares ſol-
a uere debent decimas [a] prædiales eccleſijs parochialibus, ut in
c.commiſſum.ſ.de decimis.In glo.fi.ibi,ca. ſuborta. & per iſta
iura videtur quod talis reſeruatio ſit inutilis,quo ad iura omiſ-
ſa competentia tempori iudicati,vt in l.ſi ſub ſpē.C.de re iu.et
l.2.C.ſententiam reſcin. non poſ. & multominus talis reſerua
tio non eſt neceſſaria quo ad iura quæſita poſt ſententiam cū
illa non lædantur propter iudicatum.ſ.de excep.c. pen.ſecun
dum Ioan.Mona.dicentem,primum dictum procedere in iuri
bus & defenſionibus priſtinis inſpecto iure priuato,de quo ſu
blata ſunt. Sed inſpecto iure publico eſt ſecus & hoc cauſa p-
teſtationis reſeruantis defenſiones & iura omiſſa. ar. ff. de re
iu.l.Imperatores.hic ergo talis proteſtatio eſt ſolum conſerua
tiua iuris omiſſi,nam Papa qui eſt ſupra ius.ſ. de conceſſ.præ-
ben.propoſuit legem quam vult imponi ſententiæ quam dat
vel tradit partibus.ff.de ſol.l.j. vt refert Ioan. And. de quo.j.in
glo.ex quorum dictis no.quòd Papa ex plenitudine poteſtatis
poteſt reſeruare iura in ſententia, ſed non inferior,ſecundum
Pet.de Anch.de quo per Doc.in ſæpe.ſ.de appel.& in c. certi-
ficari,de ſepulturis.& per glo.& Bal.in l.quòd Labeo.ff.famil.
erciſcun. Nam videtur quod quilibet iudex poſſit in ſenten-
tia reſeruare iura parti,pro quo glo.in l.ſi qua militi.ff. ex qui.
cau.maiores.& tex.no.in l. Biblius.ff. de pact. dotalibus.in fi.
vbi ſi iudex profert ſententiam cōtra partem ex vna cauſa po-
teſt reſeruare iura, quòd non noceat ex altera cauſa. vnde etiā
dicebat Bal.in l.j.C.qui accu.non poſſ. quòd iudex in ſua ſen-
tentia poteſt reſeruare parti exceptionem falſitatis. Idem etiā
Bal.in l.peremptorias.C.ſententiam reſcin.non poſſe,in 6.co-
lum.dicebat,quòd iudex poteſt proferre ſententiam condem-
natoriam contra partem,& tamen in ſententia poterit ſibi re-
ſeruare exceptionem ſolutionis, quod etiam tenuit Ang.in l.
ꝙ iuſſit.ff.de re iu. ſubſiſtente enim aliqua iuſta cauſa poſſunt
3 huiuſmodi reſeruationes in ſentētia per iudicem fieri. † In ea.
glo. in fi.fuit ergo ſententia declaratoria ſuper certis articulis,
& ſic poteſt dici, quòd talis proteſtatio non fuerit conſeruati-
ua iuris,ſed declaratoria.hunc enim effectum habet ipſa pro-
teſtatio,vt in regula,in generali.j.eo.lib. ſecundum Ioan.Mo.
hic,de quo hic per eum,& Ioan.An. & uide in l. ſi de certa.C.
de tranſac.& in l.an eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.&
in c.abbate.ſ.de re iudi. eod.lib. Et no.j. ex hac glo.ſecundum
Pet.de Ancha.quòd ſi feratur ſententia ſuper declaratione ver
bi vel intētionis ambigue, non præcludit viam probationib.
& iuribus producendis poſt ipſam ſuper talibus iuribus decla
ratis,ſed quando verè non de dubia intentione,ſed de ipſo iu-
re competente eſſet quæſtio,& tunc poſt ſententiam alijs pro
bationibus & defenſionibus eſſet via præcluſa. Secundo no.
ex glo.ſecundum Domi.ꝙ ſententia ſuper declaratione vel in
terpretatione verborum priuilegij eſt interlocutoria, Sed con
trarium habetur in c.in his.ſ.eo.& ibi per Ioan.An.& per In-
nocen.in c.olim.eo.titu.dicentem,quod eſt diffinitiua,qđ pro
cederet quando interpretatio & declaratio fit iudicialiter ſu-
per articulo principaliter in iudicio deducto, puta ſi partes li-
tigent ſuper intellectu ſententiæ iam latæ, & Papa interpre-
tetur, cum illa ſit ſententia diffinitiua.facit gl.2. qō.6.§.diffi.&
in clemen.j.in ver. diffi. de ſequeſt. poſſeſ. Si verò interpreta-
tio fiat ſuper articulo non deducto principaliter, ſed inciden-
ter, vt ſi reuocetur in dubium de intellectu priuilegij in iudi-
cio producti ad probandum principalem intentionem, & ta-
lis eſt interlocutoria, & ita intelligi poteſt glo. hic, & in dicta
clementi. j. Si verò interpretatio fiat extraiudicialiter, vt puta
quia

A D D I T I O.

a Vinc.God. Decimæ qua ratione, & ad quem finem ſolui debeant. Ruy. conſi. 142.nume.3.lib.5.

quia dubitatur de intellectu priuilegij Papæ, & ipse aditur super declaratione verborum, & tunc illa nõ diffinitiua, nec interlocutoria, ex quo actus extraiudicialis, & de ista loquit tex. in c.dilecto.§.e.& ita videtur velle Innocen.in d.c. cum olim. secundum Do.hic, & vide tex.in c.1.in prin.§. de priuilegijs.e. lib.
4 † Extra glo.cum hic tractatur de exemptione inter episcopum,& religiosos quærit Ioan. Mona. quid incumbat episcopo probare ad excludendum exemptionem, & dicit ꝙ episcopus videre debet primo si ius commune,quod est pro eo iuuatur vsu vel consuetudine.nam & leges firmantur frequenti iudiciorum vsu,& longa cõsuetudine approbantur, sicut etiam per desuetudinem abeunt.C.de veteri iure. l.j.§. sed si quæ leges.4.distin.§.leges.Secundo videre debet an priuilegium deroget iuri communi in totum vel in partem cum ista sint diuersa.Tertio videat si priuilegio sit præscriptum,vt §.de priuileg.c.si de terra.& c.accedentibus. Quarto videat si exemptus vult iuuare se priuilegio,sicut titulo dante causam præscribendi,quod requiritur quando præscriptio est iuri communi contraria.§.de præscrip.c.1.e.lib.& si tunc exemptus velit excedere metas priuilegiorum, tunc in excessu iuste repellitur, puta si alleg. priuilegium liberę sepulturæ, in quo priuilegio solet apponi clausula,salua canonica &c.vt in d.c.certificari.si exẽptus etiam cõtra canonicam se velit iuuare præscriptione, vel consuetudine,quia habet malam fidem in eo, ꝙ excedit. §.de præscri. veniẽs.& in regula possessor.j.eo.lib.Quinto videat si priuilegium expresse non tollit ius cõmune, & si in alijs possit saluari,& si graue præiudicium affert,quia non tollit.ar. C. de appel.pręcipimus,in fi.& de decimis suggestum. Secundo principaliter quærit Ioan.Mona.quid incumbat religiosis, & exemptis.& dicit, quòd primo exemptus inspiciat priuilegiũ, & an iuuetur consuetudine quæ quandoque interpretatur priuilegium.§.de consue.cum dilectus. & si priuilegium iuuatur consuetudine firmante priuilegium,vt d.c.veniens.cum tunc præscribatur contra ius commune.§.de præscrip.audiens.nam licèt subditus contra proprium episcopum libertatem præscribere non possit, tamen alterius libertatem & proprij præscribere potest,vt d.c.auditis.& c.non liceat.& c.de quarta.eo.tit. secundum Ioan.Mona. & Io.An. quorum dictum inquantum dicunt, quòd præscriptio non procedit in eo quod pars vult addere ad priuilegiũ,facit cõtra episcopũ Fesulanum,vt nõ possit vltra priuilegium exemptionis ecclesiæ in campo Florenti. allegare pręscriptionem contra episcopum Florentinum in his quæ non sunt in priuilegio expressa.& facit quod no. in ca.cũ personæ.super glo.& sic in fi.§.de priuileg.eod.lib.secundum Lap.
5 † Et vlti. vide hic per Innocen. super ver. ponentem primo quid veniat in probatione, quando monasterium priuilegiatum super decimis noualium certe parochiæ agit cõtra rectorem quasi possessorem earum. Et econtra quando rector agit contra monasterium,vt illas sibi in pace dimittat. quã gl. hic Ioan.An.non recitauit, quia quasi ad literam habetur in Specu.in titu.de proba.§.j.versi.vltra quæritur, de quibus uide hic plene per Pet.de Ancha.ex quibus dictis, & ipsius Innoc. habetur primo qualiter possit probari memoriam non extare
a in contrarium. Et qualiter probetur memoria in contrarium existere, de quibus.in l.2. §.idẽ Labeo. ff.de aqua plu. arcen.& in l.si arbiter.ff.de probatio. Secundo habetur in quibus casibus sufficiat probatio de communi opi. & quid operetur talis probatio.de quo in c.illud.§.de præscrip.& per Bar.in l.de minore.ff.de quæstionibus.& Bal.in l.j.C.de testi.& in l. conuenticulam.C.de episco.& cleri.& per Rotam in deci. 4. & in deci.122.quæ incipit,Itẽ quòd sufficit.Tertio habetur in quo differat communis opi.ab ipso notorio,& qualiter probetur communis opi.& communis vsus loquendi, de quo per do.Anto. in c.vestra.§.de coha.cleri.& per Bar. in l.testium. C. de testib. & per Bald.in l.Labeo.ff.de supel.& in l. librorum.§. quòd tamẽ Cassius. ff.de leg.3.Et pro declaratione horum trium uide hic per Pet.de Ancha. qui quo ad primum quid veniat in probatione quãdo monasterium priuilegiatum super noualibus vult probare noualia,& qualiter testes habeant deponere. super quo Innocen.in d.ca. quid per nouale.ponit primo vnum modum qui sibi non placet.deinde ponit alium in ver.vel melius.dicens, quòd testes debent dicere omnium esse communem opi.se non vidisse vel audiuisse eos qui viderunt vel audierunt quando fuerunt cultę illę possessiones, vt l. si arbiter. ff.de proba.Sed ipse Inno.hic in sua gl. ponit certos alios modos,dicens testes debere dicere,ꝙ opi. cõis est hominum habitantium circa loca quæ monasterium dicit noualia, & etiam aliorum quibus de his.

ADDITIO.

a Nic.Sup. Qualiter probetur memoria. Adde Specu.titu.de proba.in §.1.uer. si.ult.quæritur.
Vinc.God.Adde, ꝙ memoria non extare in contrarium probatur per lapsum centum annorum,& per communem opinionem,ut per Bar.in l.2.§. pen.ff. de aq.plu.arc.Bal.in l.fi.C.de lon.temp.præsc.Bar.Cæpol.de ser. urb.c.19.

SVMMARIVM.

1 *Modi prouidendi de dignitatibus sunt tres, scilicet electio, postulatio, & promotio.*
2 *Defectum patiens in aliquo sensu corporis, non est promouendus ad dignitatem.*
3 *Manifestum & euidens, an in aliquo differant.*

CAP. II.

1 Constitutionem. Summa & diuide,vt in glo.j.† No.ibi,aliàs pro mouendo, tres modos quibus prouideri potest in dignitatibus,scilicet per electionem,postulationẽ, & promotionem,& vide glo.in ver. prouisionem. in c.1.§. de elec.eod.lib.Secundo no.ibi,& alijs &c.quòd auditus & visus sunt duo de quinque sensibus corporis, & tres alios vide per glo.ordi.in l.quod meo.§.fi.ff.de acquir. possess. & per Innocẽ. in c.cum causam.§.de testi. De vitijs vero animi & corporis vi
2 de no.in l.j.cum sequen.ff.de ędil.edic.†Quarto no. ibi memoria & intellectu, ꝙ non solum patiens defectum in aliquo ex sensibus corporalibus non est promouendus ad aliquam dignitatem,immo repellendus, vt hic in tex. & 44. distin. fit rector.sed etiam patiens defectum in memoria,vel intellectu,vt hic,vbi etiam dicitur, quòd talis defectus potest esse euidens.
3 † Vltimo nota quod nulla est differentia inter manifestum
a & euidens,de quo hic in glo. & vide etiam per glo.no. in l.ciues.C.de appel. de differentia inter manifestum & notorium. In glo.in ver.manifestum ibi, fiet certum. paria ergo sunt aliquid esse certum vel leuiter posse fieri certum, ut l. quamuis. el j.C.de adulterijs.& l.damni.§.Sabini.ff.de dam.i.fec.secundum Ioan.Mona.facit quod no.in j.glo.in c.insuper.§. qui matrimonium accu.possunt.Et certum dicitur duobus modis,aut quia expresse apparet,vt in l.certe,hic alleg.aut quia potest fieri certum,puta si promittatur vinum uel granum, quod est in horreo, quod per apertionem fiet certum, vt ff. de uerborum obl.l.ubi autem.§.sed quæ uinum.sic ergo si examinabitur clericus scietur quid est in suo horreo secundum Ioan. And.facit quod no.22.q.5.vbi humanę aures.& in l. Lucius. ff. qui. ad libpro cla.non licet.secundum Pet.de Ancha. Ideo est, quòd vbi venit examinanda qualitas personæ, debet ipsa persona personaliter comparere, & non admittitur procurator, ut in l.2. C.de his qui ueniam impe.Et no. Pet. de Ancha.ex hac glo.ꝙ etiam dicitur euidens illud quod per visum corporis percipi non potest,sed iudicio & oculo intellectus, vt defectus scientię,memorię uel intellectus,licet prædicta non possint ad oculum demonstrari,sed per loquelam tantum. facit quod no. in l.licet Imperator.ff.de leg.j.& in l.si tutor.C.de peri.tu. Et no. ex hac glo.quòd quemadmodum sufficit libellum actoris præsumptiue concludere.l.omnes.§.Lucius.ff. de his quæ in fraudem credi.ita & exceptio ipsius rei sufficit, quòd præsumptiue concludere possit vt hic in glo.

ADDITIO.

a Nic.Sup Nulla est differentia.Adde ca.euidentia.de accu. & in ca. si forte.de ele.eo.lib.6.& utrobique per d.c eorum.& ibi Arc.xj.q.3.
Vinc.God. Manifestum & notorium, an differant Bar.in auth.qui semel. C. quom.& quãd.iud.Soc.in l.si uero.§.si pro rei.qui satisd.cog.

SVMMARIVM.

1 *Canonici cuiuscunque ecclesiæ possunt facere statuta, an autem sine auctoritate superioris.*
2 *Conspiratores contra Romanam ecclesiam qui dicantur.*
3 *Castra vel villę,an possint facere statuta.*
4 *Coniuratio & conspiratio quid sint.*
5 *Crimen qualiter potest probari per instrumentum.*

1 Cæterũ. †Nota primo ibi,cuiusuis ecclesiæ,quòd canoa nici quarumcunque ecclesiarum possunt facere statuta in ecclesia sua sine auctoritate superioris, de quo hic in glo.& dicta statuta firmare per iuramentum: vnus modus firmandi statuta per iuramentũ est, ut hic dicitur,& alios modos uide per glo.in c.cum aliquibus.§.de rescrip. eo. lib.& uide

ADDITIO.

a Nic. Sup. Possunt facere statuta Adde Pet.de Anch.in repe.c.1.de consti. Io. de Imo.in cle.ne Romani.in 2.col.de elec. Fede.de Sen.consi.16. incip.ca. ecclesiæ.

vide per glo. no. in c.cum non deceat. in fi. de elec. eo. lib. Secundo no. ibi sigillo. quod procuratorium potest probari per literas sigillatas sigillo constituentis, de quo per glo. in clemen. j. de procura. Tertio no. ibi libertatem, quod statuta quæ tendunt ad detrahendam obedientiam debitam Papæ dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, de quo per Inno. in c. nouerint.
a §. de senten. excommu. † Vltimo nota, quòd facientes conuentionem & statutum iuramento firmatum de non recipiendo beneficiatos in ecclesia ad mandatum Papæ, dicuntur conspiratores & coniuratores, & vt coniuratores & conspiratores puniuntur, vt hic dicitur, quòd etiam procedit siue sint canonici ecclesiæ cathedralis, siue inferioris secularis vel regularis, imò etiam si sint monachi cum sit eadem ratio, & fortior. ad hoc. c. accusatus. supra de hære. eodem lib. secundum Ioan. An. In gl. in ver. statutum. in fi. tene menti singulariter hanc gl. quæ semper allegatur. & vide per Innocen. & Ioan. And. in c. cum omnes. supra de constit. & in c. constitutus. super ver. per decimũ. de rescrip. & in c. cum consuetudinis. de consuetu. per Lap. in sua allega. 20. & 21. & per Bald. in l. debitorum. C. de pac. Et loquitur ista gl. de cap. ecclesiæ cathedralis, sed in alijs capitulis aliarum ecclesiarum collegiatarum, an possint facere statuta in eorum ecclesia cum eorum prælato sine licentia episcopi, no. per Archidia. xj. distin. catholici. & per Guil. in clemen. j. in ver. inualescat. de celebra. mis. & secundum eos fit eadem distinctio in istis, sicut fit in ista glo. secundum Do. hic. & facit quod no. Innocen. in cap. requisisti. de testa. Quid autem sit de
a alijs collegijs approbatis, an [a] possint facere statuta. Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod sic in his in quibus habent iurisdictionem, & ad ipsos pertinent. facit l. 2. C. de constitu. pecu. & ibi per Bal. & in l. j. C. de monopolijs. & in l. fina. &
3 in l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iud. & ibi per Docto. † De castris vero vel villis, an possint facere statuta. Barto. in d. l. omnes. videtur tenere quod sic etiam sine auctoritate superioris, tamen seruata distinctione & moderatione huius glo. Et idẽ est dicendum in consuetudine, nam castra & villę possunt habere propriam consuetudinem non repugnantem legi vel cõsuetudini proprię ciuitatis. nam vbi repugnaret non valeret consuetudo rusticorum, vt hic in glo. & hoc nisi esset confirmata per superiorem. C. de testi. l. fina. ita dicit Bald. in l. j. circa prin. C. quæ sit lon. consue. In glo. in ver. canonicas. ibi, & cũ oporteat. & uide in c. cum I. & A. §. de re iudi. in vlti. gl. &
4 ibi per Ioan. An. an isti repellantur contra alios. † In ea. glo. ibi,
b et autem. no. glo. quid sit coniuratio, & quid [b] conspiratio, & dicit hic Archidia. quod coniuratio fit cum iuramento, & in hoc differt a conspiratione cum sit promissio vel pactum sine iuramento dicta a conspirando, idest simul spirando, vt quando plures spirant & tendunt in vnum secundum Ioan. And. Quid autem si monachi contra abbatem dilapidatorem ligãt & promittunt cum iuramento se iuuare, & cõtra omne aliud monasterium damnum inferens, an isti sint conspiratores, & a iure hoc reprobetur hic per Archidi. arguentem primo, quod sic de iure quòd non, cum ligatio quæ fit ad aliquid honestum non fit conspiratio, sed potius concordia, & vnio. facit l. j. ff. de collegijs illici. & quod no. in d. c. cum I. & A. & 11. q. j. si clerici. & c. si qui clericorum. & ibi Hugo. hanc partem tenet secundum Archidia. & ita residet hic Ioan. And. & Domi. quod limitata procedere in conspiratione facta ex iusta causa de præsenti, puta contra prælatum uel superiorem qui iam incipit dilapidare vel male tractare bona & personas monasterij, secus si hoc fieret malo animo & quæsito colore, ut quia in animo gerebant se iuuare per phas & nephas, quia tunc secus esset. argumen. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & istis pœna imponetur, vt no. in l. j. ff. de calum. secundum Bald. hic. immo tales conspiratores censerentur secundum Pet. de Anch. dicentem vel præsumptionem illicite, tunc subditis non licet conspirare, & coniurare contra ipsorum superiorem etiam in casu in quo esset malus in posterum, & ita procedat tex. hic, cum cõiuratio istorum contra impetrantes non fuit facta super re illicita, sed super licita, puta vt defenderent se contra impetrantes vsque ad ius & sententiam quantum poterunt, ista enim conuentio non sonat in delictum, cum licita sit defensio secũdum Pet. de Ancha. & pro his facit, quia in dubio omnis coniuratio præsumitur illicita, & fieri ad malum finem, nisi contrarium appareat, ut no. in c. j. supra de scismaticis. Et prædicta procedunt quando coniuratio fieret super re communi, puta super defensione bonorum ecclesiæ, secus si fieret super re propria alicuius de collegio, puta defendẽdo vnũ de collegio ab iniuria ei illata per suum prælatum, quia talis conuentio est illicita, & contra reuerentiam superioris. ad hoc quod no. per Bar. in l. fi. de collegijs illici. & hic plene per Pet. de Anch.
5 † In ead. glo. in fi. no. ex glo. crimen posse probari per instrumentum, intellige quando instrumentum fuit cõfectum de voluntate eius contra quem producitur, vt hic, alias secus, vt per Ioan. An. in regula semel malus. §. eod. lib. vbi plene per eũ. de quo etiam per glo. in c. cum impositionibus. hic alleg. & in l. Senatus. ff. ad turpil. & ibi per Bart. & Bal. in l. contra vagantem. ff. ad l. Aquil.

ADDITIONES.

a Ni. Sup. An possit facere statuta. Adde Ioannem An. in c. cum omnes. de constitu. an tales possint facere statuta. specialia contra statuta generalia illius ciuitatis. uide per Barba. consi. 30. incip. Illud in medium. in 3. uol.

b Nic. Sup. Quid conspiratio. Adde Card. Zaba. in clemen. pastoralis. in 7. no. de re iudi.

Vin. God. Coniuratio, quid sit, remissiue per Fel. in c. exhibita. col. 1. de iud. & de conspiratione, in c. per tuas. col. 2. in fine de simon.

SVMMARIVM.

1 *Capituli appellatione non comprehenduntur singuli de capitulo.*
2 *Statutum quibus, & quot causis cognoscatur esse iniustum.*

1 Statutum. † No. primo ibi, & singulis, quòd appella. capituli non comprehenduntur singulares de capitulo cum ponantur hic, vt diuersa, de quo vide no. in c.
2 si sententia. supra titu. proxi. † Secundo nota ex toto hoc tex. plures causas ex quarum qualibet cognoscitur statutum esse illicitum & iniquum. Et primo quando ex statuto prohibetur debita obedientia superiori. Secundo quando ingerit grauamen expensarum. Tertio quãdo vetat concordiam litis. Quarto quando compellit iniustam mouere litem. Quinto quando prohibet renunciationem litis. Sexto quando inducit quem ad peccandum. Septimo omne statutum inducens conspirationem contra superiorem est illicitum & reprobatum, ut hec omnia probantur hic in tex. quod est no. secundum Domi. In glo. in ver. laudabile. in fi. no. glo. pro excusatione prælati, ut si in rebus ecclesiæ exercet litem non possit ex hoc reprehendi. facit l. minoribus. 25. annis subuenitur. ff. de min. & quia clerici quantum possint debent a iudicijs abstinere, & expedit ipsis paruo incommodo a strepitu causarum esse quietos, vt in c. 1. §. de syndi.


CAP. III.


Xijt qui. In gl. j. in fi. idem Ar. & licet tex. hic in fi. prohibeat hanc cõstitutionem glossari, ista tamẽ prohibitio, & eius pęna hodie est suspensa ad beneplacitum sedis apostolicæ, vt patet in extrauaganti, quia nonnunquàm, Ioan. 22. secundum Io. An. hic. Et uide no. per Bald. in auth. si qua mulier. in fi. C. de sacrosan. eccle. inducentem tex. hic. in §. cæterum. & in §. quia sub colore, ad statuta quãdo in eis caueretur, quòd aliquod statutum non possit glossari, quia qualiter hoc intelligi debeat, patet hic in tex. de quo ibi per Bald. & in l. 3. C. de libe. præte. & in l. non dubium. C. de legibus. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Et loquitur tota hæc decre. de regula fratrũ minorum & illam interpretatur ordinat & limitat, de quibus etiam vide plene in cle. exiui. eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium dicitur esse abbatis quo ad correctionem monachorum.*
2 *Cellarum monasterij appellatione quid ueniat.*
3 *Commorantes, hoc uerbum uerificatur in quacunque mora quæ fit in loco siue sit perpetua siue temporalis.*

CAP. IIII.

1 
Riuilegiũ. † No. primo ibi, tuo. quod monasteriũ dicitur esse abbatis. intellige quo ad correctionem monachorum. supra de maio. & obed. cum in ecclesijs. vel quo ad administrationẽ. vt in c. edoceri. de rescrip. cum tota vis & potestas monasterij resideat in abbate. 17. quæstio. 2. nulla. Non autem intelligitur quod monasterium sit proprium abbatis, quia prælati regulares non possunt habere proprium, vt supra de priuileg. cum olim. el secondo, & quia abbatia monachis remanet, ut 54. distin. abbati, quia monachus caret proprio, ut 12. q. j. non dicatis. et sic patet quòd istud pronomen meum et tuum, non semper importat dominium et proprietatem, sed uerificatur etiã respectu administra. Secũdo no. ibi, siue fratres, optimum tex. probantem idem esse dicere fratres, quòd monachi, de quo §. de iudi. causam. Tertio no. ibi, interdicto. iuncto tex. præcedẽti differentiam inter excommunicationem et interdictũ, quia personæ excommunicantur et loca interdicuntur. sic 11. q. 3. c. nemo.

nemo epiſcoporum.& de cle.excõ. poſtulaſti. ſecundum Ioã.
2 And.j.c.prox. & ibi dicta. † Quarto no. ibi prioratus eccleſias vel capellas, quòd appellatione cellarum monaſterij non veniunt prioratus eccleſiæ, vel capellæ monaſterij quod procedit ſumendo verba proprie, vel quando verba ſunt ſtricte interpretanda, ſicut eſt in priuilegijs ordinariç poteſtati præiudicantibus, vt hic ſecundum Imo.& Domi.pro quo glo.in cle.2. in fi. de offic.ord.aliàs verò de lata ſignificatione vocabuli, eo caſu quo verba deberent latè ſumi, tunc veniret nõ ſolum eccleſiæ, vel capellç monaſterij, vt patet 28.quæſtio.2.quàm ſit.in prin.& ibi glo.ſed etiam monaſterium & prioritas, vt eſt tex. s.de tranſac.præterea.& ita procedant dicta iura, de quo hic per Imo.& Do.& pro his etiam glo.hic in ver. ſecreta.volens, quod large ſumendo appellatione cellarum veniunt cellç, quç ſunt infra clauſtrum, ſed ſtricte ſumendo, prout ſumi debet in priuilegijs alteri præiudicantibus non veniunt, vt ibi in glo. Quinto no.ibi ab ordinariorum, quòd monachi in prioratibus vel capellis in monaſterijs exiſtentes, & ipſi prioratus & capellæ ſunt ſubiecti iuriſdictioni epiſcoporum, de quo in c.conquerente.de offi.ordi. Vltimo no.quòd appella. cellarum monaſterij veniunt loca ipſius monaſterij ſecreta & ſolitaria a conuer
3 ſatione hominum & contemplationi deputata.†In glo.in ver. co morantes, in fi.idem Archi.ſuper tex. intelligens hunc tex. etiam de habentibus ad tempus ſecundum Domi. notantem ex hac gloſ. de iſto verbo commorantes, quod verificatur in quacunque mora quæ fit in loco ſiue perpetua, ſiue temporali, intellige quãdo fit mora, vt fiat de familia illius loci, vel quãdo in illo loco deſeruiret & ad tempus, ſecus ſi ibi fieret mora gratia ſolatij vel viſitationis, & tunc aliud eſſet, vt no.per gl. in ver.reſideant.in cap.1.s.de priuileg.eo.lib.ſecundum Dom. In glo.in ver.ſecreta ibi, a celando, hoc importat occultationẽ de qua ſequitur, ſed in alia ſignificatione ponitur pro ſculpere, quia ſicut ſculpendo datur forma materiæ quæ forma ornat, ita & cella ipſum monachũ quem mũdo celat & per contemplationem ornat Deo ſecundum Ioã. An. vt hic per eum. In ea.glo.in fi.ideo eſt, quòd in ordine Cartuſienſi, de quo fuit dictum per Ioan.An.in c.conſtitutionem.s.eo.& in cap.de decimis.eodem lib.non habet locum quo ad cellas fratrum, quæ ſunt in clauſtro eorum, quæ regulariter ſunt.12. nam illi habẽt cõmunionem clauſtri & capituli, & certis diebus refectorij, vt no.per Ioan.And.in c.ſane.in glo.mag.ſupra de regu.ſecundũ Ioan.An.hic. In glo.fi.in fi. Arch.inducit hunc tex.8.q.j.in ſcripturis, quòd quies eſt nobis ex corde appetenda per quod videtur contemplatiuam vitam præcellere, facit etiam.8.q.j. qui epiſcopatum. quod dicit verum ſecundum Augu.nam.12.ſunt in quibus vita contemplatiua præcellit actiuam, vt per Augu. in ſumma de virtutibus, de quo per Ioan.And.in c.j. §. ſane.in glo.mag.& facit quod habetur in c.licet.de regula. & in c. cõmiſſam.s.de ſponſa.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſiue priuilegium dicitur eſſe illius cui conceditur, licèt ab alio deriuetur.*
2 *Gratia limitata ad vnum modum vacationis non extenditur ad alium modum ſi non exprimatur.*
3 *Conferre beneficia ſuorum clericorum, quis non poteſt de iure communi.*
4 *Gratia conceſſa circa clericos veniunt clerici ſui quotcunque ſint.*
5 *Morari in loco quis continue dicitur, licet abſit aliquo tempore.*
6 *Priuilegium eſt ſtricte interpretandum quando tendit in præiudicium tertij.& num.7.*
8 *Commenſales prælati priuilegiati, ut gaudeant priuilegio canonis, quæ requirantur.*
9 *Continue uerbum, de quo tempore debet intelligi.*
10 *Legatus habens priuilegium, ut durante legatione poſſit conferre beneficia ſuorum capellanorum &c. vide de ſeptem temporibus, numero 11. 12.& 13.*
14 *Familiæ appellatione qui veniant.*

CAP. V.

Sicut. Primo ponitur conſultatio cauſata a verbis duplicis gratiæ. ſecundo ibi, verum, po-
1 nitur latior reſponſio.†No.j.ibi, tibi gratioſè, quod licet effectus gratiæ deriuetur in alium ab illo cui conceditur prout eſt hic, ipſa tamen gratia uel priuilegium dicitur eſſe illius cui cõceditur, & ex cuius perſona in alium deriuatur, vt eſt tex. hic. facit c. ſi cui.& c. quàmuis tibi. ſupra de præben.eod.lib.quod inducit ad opi.Oldra. ſupra de epiſcopo concedente indulgentiam ſubditis porrigentibus manus adiutrices in opere alterius in diœceſi conſtruendo, ut gratia nõ valeat, ex quo concernit opus fiendum extra diœceſim, licet eius effectus deriuetur in ſubditis ſecundum Pet.de Anch.remittentem ſe ad no.per eum.in c.poſtulaſti.s. de fo.compe.in
2 repe.† Secundo no.ibi, cedentium vel decedentium, quod gratia limitata ad vnum modum vacationis non extenditur ad alium modum, niſi exprimatur. facit c.ſuſceptum.s.de reſcrip. eod.lib.quod procedit etiã ſi gratia ſit talis cuius effectus deriuetur in alium ab illo cui cõceditur, vt hic patet, licèt talis gratia non ſit ita ambitioſa, vt j.dicetur.& vide per glo. in ver. decedentium.in c.quàmuis.el 2.ſupra de præben.eo.li. quod no. ad d.c.ſuſceptum. An autem beneficia iſtorum cedentium, ut includantur in priuilegio poſſint renũciari in manibus iſtius priuilegiati, an uero ſit neceſſe, quòd in manibus illius ad quẽ de iure ſpectat. Arch.hic arguendo pro & contra, videtur hoc vltimum tenere, & idem Ioan.An. & hoc niſi aliud in priuilegio ſit expreſſum, vt in c.dudum.s.de præben.eod. lib. & facit quod no.per glo.in uer.manibus.& in clemen. j. de renuncia.
3 & ibi per Pau.† Tertio no.ibi poſſis conferre, quod de iure cõmuni non poteſt quis conferre beneficia ſuorum clericorum, ex quo de gratia & ex priuilegio Papæ hoc cõcedatur, vt in l. j.C.de theſau.lib. x. Intellige, niſi eſſent talia beneficia, quæ aliàs de iure communi poterant cõferri. Et aduerte ſi talis cui hæc gratia conceditur velit dicta beneficia conferre, & in eis vti gratia & illius virtute conferre dicetur factum auctoritate apoſtolica, licèt in priuilegio hoc non ſit expreſſum, cum ſubintelligatur ſaltem quo ad illa beneficia, quæ aliàs de iure conferre non poterat, licèt in literis facultatis bene diſtinguatur, an in eis ſit expreſſum auctoritate apoſtolica uel non, ut in c. cum aliquibus.s.de reſcrip.eo.lib.ſecundum Ioan.And. Quarto no.ibi fructus percipiant, quod de iure communi non deberentur clericis fructus ſuorum beneficiorum, vel præbendarum ſi in eis non reſideant, ideo eſt, quòd hoc ex priuilegio conceditur. quod procedit etiam ſi clerici ſint in ſeruitio etiam Cardinalis uel epiſcopi, cum iſte textus generaliter loquatur, & non apparet cui loquatur ſecundum Ioan.And. remittentem ſe ad notata per eum in cap.ad audientiam. s. de cleri. non reſiden. in vlti.glo.& ibi de familiaribus epiſcopi, de familiaribus uero Cardinalis, no.in c.cum dilectus.s.de cle.non reſiden.in ulti. glo. hodie tamen commenſales Cardinalium ſunt priuilegiati de iure communi in officiando eadem forma cum ipſis,
4 ut in cle.fi.de celebra.miſſa.†Quinto no.ibi clericos, quod in gratia conceſſa circa clericos ueniunt clerici ſui quotcunque ſint ex quo hic in tex.non taxantur. Veniunt etiam clerici ſui non ſolum qui erant ſui tẽpore datæ gratiæ, ſed etiam poſtea quæſiti uel recepti, dummodo non ſint quæſiti fraudulẽter, ut j. in tex.ſecundum Ioan.An.qui poſt Ioan.Mona.inducit prædicta ad epiſcopum habentem priuilegium cum temporis præfinitione ut quatuor clerici ſuis obſequijs inſiſtentes percipiant fructus beneficiorum ſuorum, quòd ſi unus ex ipſis quatuor ſic elec.cedit vel decedit poſſit epiſcopus loco illius ſubrogare, arg.l.ſicut.ff.quibus mo.uſusfru.amit.& hic plene per eos. Sexto no.ibi, & in tuis expenſis, quod illi dicũtur uere clerici, uel
2 familiares alicuius domini qui uere ſunt de eius familia,[a] & cõtinui commenſales expenſis eius, & ita ſumitur hic, licèt in alia materia aliter ſumatur, ut in l.pronunciatio.in fi. cum l.ſe. ff.de uerb.ſig.& in l.j.§.familiæ.ff. de publi. & per Bal. in l.pa. rentes.C.de teſtibus.& uide in l.ędiles.§.familię.ff.de ędil.edi.
5 † Vlti. no. quod ille qui abeſt a loco animo redeundi in breui, uel infra modicum tempus, dicitur continue in loco morari. facit quod no.in c.præſenti.s.de præben.eo.lib.ex quo patet, quod dicitur aliquid continue fieri etiam ſi aliquod interuallum hẽat, facit quod no. per glo. & Doc. in proęmio decreta. & in l.j.ff. ſolu. mat. tenentes ex his quod ſi teſtes dicunt aliquem continue poſſediſſe, eorum dicta non uitiãtur, licèt probetur talem qui dicitur ſemper poſſediſſe aliquo tempore abfuiſſe, & idem tenet hic Pet.de Ancha.& Bal.in proę.C. in princ. & uide quod no.j. in glo.in uer.continue. facit quod habetur in l.2.in fi.ff.de diuortijs & de pę. diſtin.j. diuortium. nam non dicitur diuertiſſe qui ſtatim ſeu in breui redijt, ut ibi habetur. In glo.2.ibi, in curia Romana.glo.in c.quamuis.hic alleg. tenet quod non. idẽ hic Archi.de quo plene per Ioan.An.& Doc. in d.c. quamuis.

In

ADDITIO.

2 Celſus. Sunt de eius familia. Adde Pet.de Ancha.& Ioan.de Ana. in c.1.de cen ſi.Bar.& Bal.in l.fi.ff.de uerbo.ſignifi.Alex.in l.pronunciatio.ff.fami. erciſcũ. & Pau.de Ca.conſi.17.

Vinc. God. Familia quando per nomen familiæ uocatur, intelligitur ordine ſucceſſiuo gradatim, Cor.conſi.131.præmittendum.litera i.lib.2.& familiæ nomen etiam ad futuros extenditur. Ruy.conſi.22.nu.13.lib.2.

In glo.in ver.respondemus.in prin.no.ex glo.modum cogno-
scendi quando constitutio sit declaratoria,an inductoria noui
iuris.In ca.glo.in fi.idem Ioan.Mona.secundum Ioan. An.di-
centem etiam quod in plus se habet declaratio,scilicet,vt tra-
hatur ad præterita quàm ordinatio statutum vel prorogatio,
quæ propriè respiciunt futura.probatur vtrunque.in c. consti-
tutionem.s̃.de reg.& de penis,Romana. & in c. statutum.s̃.de
hære.in j.responso.eod. lib, etiam ex his deciditur quæstio de
6 qua in cle.2.in 1.glo.de decimis.ut hic per Ioan.And.† In glo.in
ver.similibus.ibi odioso no.quod priuilegium censetur odio-
sum,& stricte interpretandum quando tendit in præiudicium
tertij,etiam si tendat hoc modo, quia auferat ordinario pote-
statem conferendi.facit quod no.in cap,quàmuis, hic alleg.&
per glo.in clemen.2.in fi.de offi.ordi. & licèt isto respectu pri-
uilegia de quibus hic sint odiosa & restringenda, quia tamen
ipsorum effectus deriuatur in alios, vt est dictum. s̃. in tex. in
princ. notatur minus ipsa ambitio in impetrante, & ideo in
aliquibus latè interpretantur,quod patet,quia verbum benefi
cia,in tex.s̃.positum in istis priuilegijs ponitur latè,vt compre
a hendat etiam maiora beneficia, [a] vt in c.pen. supra eod. & ibi
hoc no.in prin.& in fi.& in c.si propter.s̃. de rescrip. eo. lib.in
prin.vbi no.an veniant beneficia exemptorum,secundum Io.
And. hic dicentem etiam quod in utroque priuilegio, de quo
in tex. extenditur gratia ad beneficia acquisita etiam post da-
tam gratiæ, vt hic per eum, de quo vide no.in d.c.si cui.Et ex
prædictis infertur quod si in vna, & eadem dispositione cõcur
rat fauor & odium, seu ꝙ vno respectu sit odiosa & altero re-
spectu fauorabilis, iudicatur potius vt odiosa, de quo s̃. de fo-
ro competen.si diligenti,in prima glo.& in ca. sciant, supra de
elect.eod.lib.secundum Do.de quo etiam vide in l.qui excep.
ff.de condi.indebi.& ibidem,& per glo.in l.venia. C.de in ius
7 vocan.† In ea.glo.in fi.dic, quòd ibi priuilegium non est odio
sum,& quia ibi verbum clerici,simpliciter profertur, sed hæc
in ista determinatione suorum, ideo est quod restringitur ad
clericos qui vere sunt familiares, & sui commensales conti-
nui. Et idem si diceretur meorum, vel suorum clericorum, cũ
meum tuum & suum ad diuersos modos loquendi relata, idẽ
suppositum importent, secundum Ioan. Mona.ut plenius hic
per eum.& Ioan. And, ex quo infertur quod istud pronomen
b meum tuum [b] & suum, non semper significant dominium,
vel quasi,vt hic patet, cum referatur ad familiares,qui nõ sunt
in domini potestate,sed liberi.& facit tex.s̃.cap.proxi.in prin.
propriè tamen ista significant dominium,vel quasi, vt no.in l.
Quintus,§.argento.ff.de auro & argen. leg.immo dicit hic Io.
An. post Ioan. Mona. quòd de vi verbi, verbum meum,debet
intelligi ꝙ sit simpliciter meum in omni sui parte, vt l.si defen
sor.§.j.ff.de inter.act.& ff.de excep.rei iudi. l. si quis cum totũ.
causa tamen dubitationis tollendę ille,qui iurat suum nõ esse,
debet adijcere,nec commune esse,& ita procedat,quod no.ff.
eo.titu.in l.pupillus,in fi.secundum Ioan.Mona.putantem ex
his falsam esse gl.in l.Pomponius.§.sed & his.ff.de procura.&
facit quod no.per glo.in l.si in rem.ff.de rei ven. & in l. de pu-
pillo.§.qui nunciauit.ff.de no.ope.nun.Illud tamen, quod cõ-
mune est,proprie non potest dici meum,vt l. illud,in princ.ff.
de ritu nup.fallit in certis casibus, in quibus quod commune
est censetur meum,puta fauore matrimonij, vt dicta l. illud.2.
responso.& fauore libertatis,vt ff.de reg.iur. libertas.secundũ
Ioan.An.de quibus vide no.in c.cum in illis.§.si. supra de præ-
8 ben.eo.lib.plene per Bar.& Doct.in l.serui electione. in §.j.ff.
de leg.j.† In glo.in uer. præterea.in fi. no. iuncto tex. quòd ut
competat priuilegium, requiritur quòd tales cõmensales sint
recepti per se. Item quòd non sint quæsiti propterea vel rece-
pti,vnde dicit hic Archi.sæpe compertum esse, ꝙ volentes be
neficia concedi nepotibus,faciunt se capellanos talium priui-
legiatorum, & sic ipsis renunciantibus priuilegiati conferant
illis nepotibus: interdum etiam ipsi priuilegiati hoc procurãt
vt suis conferre possint. Quidam etiam priuilegiati ad finem
fructuum percipiendorum procurant capellanos,sic ergo præ
lati quandoque hoc quærunt,& quandoque ipsi queruntur ab
alijs,contra quæ prouidet tex.hic, secundum Archidia.& Ioã.
9 An.& vide quod dicitur j̃.in glo.fi. in si. † In glo. in ver. conti-
nue,in fi.Ioan.Mona.alleg.l.si ita quis.ff. de condi. & demon.
& de leg.3.qui concubinam.§. vxori. & de annu. leg.l. Mæuia,
§.uxore.& l.malum.§.fi.ff.de uerb.signifi.& Archid. hic alleg.
22.distin.cap.2.& 24.distin.his igitur.in fi.& 25.distin.c.j. de cõ
secra.distin.5.sint tibi.& c.nonnunquàm.& de cau.poss.c.cum
ecclesia,in glo.de hoc.per quæ iura patet, quòd uerbum conti
c nue,non de quolibet instanti,sed de tempore congruo [c] debe
ret intelligi,ideo clericus præsulis,vel principis sic priuilegia-
ti gaudet priuilegio,si continue offert, licèt vsus non sit conti
nuus,aliàs sibi iudicium manducat & bibit. facit quod in simi
li no.in cap.super specula.in ver.studentes. s̃.de magistris, s̃m
Ioan.And.quæ sunt notanda de isto verbo,continue, & quod
10 dictum est in ultimo no. † In glo.fi.ibi, & si ægrotaret seruire
intelligitur.pro declaratione huius gl. & huius c. vide per Pa.
in sua q.quæ incipit,capellanus commensalis.vbi quærit de le
gato habente priuilegium,ut durante legatione possit confer
re beneficia suorum capellanorum vbicunque decedentium,
& quòd eius capellani percipiant fructus beneficiorum in ab
sentia.Et capellanus eius commensalis absentauit se ex causa
infirmitatis cum protestatione & animo redeundi, postea fa-
ctus est officialis alterius prælati, & sic absens dixit se nolle re
dire ignorante legato,& deinde mortuus est,an legatus possit
eius beneficia conferre.& dicit considerandum esse effectum
huius priuilegij,& 7.tempora. Effectus autem est duplex, pri-
mus respicit legatum, quo ad potestatem conferendi benefi-
cia, si occurrit vacare. Secundus respicit capellanum quo ad
fructus percipiendos in absentia. Et prædictorum septem tẽ-
porum. Primum est, quando capellanus commensalis residet
cum legato.Secundũ est,qñ permissus a legato.Tertium,quã-
do infirmitate vel alio casu impeditur manere vel reuerti. &
his tribus casibus priuilegium inducit duos effectus, cum in
primo casu sit vera residentia cum legato,& in secundo & ter
tio est ficta & a iure præsumpta, sicut in simili dicitur de mili-
te,in l.qui mittitur,& in l.miles qui.ff.ex qui.cau. ma. & in ca.
ad audientiam.s̃.de cle.non residen.& eod.titu. capit.j. s̃. eod.
lib. & in his casibus planum est,quòd legatus potest conferre.
11 Quartum tempus est,quando vagatur.† Quintum,quando do-
mi residet, & his duobus casibus non fingitur residere mensa
liter,vel deseruire,sicut nec miles,ut in dictis iuribus, & in l.j.
ff.de re mili.& no.in cap.qualiter.s̃.de cler.non residen. Et his
duobus casibus priuilegium non producit effectũ respicien-
tem fauorem capellani, cum suo facto pro tunc renunciet,
sed bene producit effectum respicientem legatum paratum
ministrare expensas,vt debet,cum per eum non cõstet,ut no.
in simili in l.si quis ita legauit.ff.de condi.& demonstra. & ita
residet hic Domi.facit l.j.C.de leg. Sed certe videtur, quòd ẽt
non producat effectum respicentem legatum. Nam prout di-
cit Ioan. And. hic in ver. familiares. & dicetur j̃. in fin. glos.
Hæc familiaritas contrahitur communi consensu legati reci-
pientis,& capellani recepti, & habet instar societatis, quæ li-
cèt communi consensu contrahatur, tamen alterius renuncia
tione dissoluitur,vt Insti.pro socio.§. manet. Si ergo capella-
nus vagatur,uel residet domi, certè iam desinit esse capella-
nus,ex quo continuè non seruit,ut dicitur hic in tex. & sic de-
sinit esse familiaris,& capellanus, & cessat priuilegiũ. Ex quo
enim capellanus vagatur,uel residet domi, videtur tacitè a ca-
pellania recedere,arg.l.itaque.ff.pro socio.& sufficit,vel quòd
legatus licentiet capellanum,uel capellanus licentiet seipsum
ex quo alterius renũciatione dissoluitur talis capellania & so-
cietas,vt dicit Ioan.An. quæ renunciatio capellani uidetur ta-
cite interuenire eoipso,quòd non seruit,sed vagatur,vel domi
longam residentiam fecit, vt in d. l. itaque.& in d.l.j.& hic in
12 tex.& facit quod infra proxime dicetur,et in fi.istius glo.† Sex
tum tempus est, quando assignat officium alterius prælati, et
hoc casu poterit fingi residere,si negotia, pro quibus erat tran
smissus,ibi expediebat,uel casu impediebatur redire, vnde ha
bebit tunc locum priuilegium quo ad vtrunque effectum cõ-
sequendum.Ista enim officia bene sunt compatibilia. facit qđ
no.in l.duorum.ff.de ope.lib.et de offic. deleg. in c.pastoralis.
in fi.et in c.1.de cõsuetu.eod.lib.Si vero non expediebat facta,
pro

ADDITIONES.

a Celsus.Comprehendat etiam maiora beneficia.Adde istum in cap. gran. nume.1.& quod ibi notaui in apost. ad eum. in uer. appellatione beneficij.supra de rescri.

b Nic.Sup.Pronomen,meum tuum.Adde glo.in c.1 de postul.præla. Doc.in c. pro illorum,de præben.Bar.in l.Quintus.in §.argen.ff.de auro & argen.leg. & Bar.in l.j.ff.de noui ope.nunc.

Vin.God. Adde,an meum ex una causa,ex alia causa meum fieri possit. Fely.in c.inter dilectos.col.9.uersi.quod meum.de fi.instru. Et no.quòd suum non semper denotat dominium,Ias.Insti.de actio.§.æque.nu.43.uersi. ego puto.

c Celsus. De tempore congruo. Adde glo.singul. in l.j. C.si mancip. ita fuerit alie.quam ad hoc dicit ibi esse sing.Sal.in prin.de qua autem uide, quæ notaui in apo.ad Gemi. hic in uer.si ad tempus recedunt, dicuntur continui,
Vinc.God.Adde Cor.in consi.41. uidetur. litera.s. in lib.2. & quòd continuũ accipiatur pro integro,dicit Alex.in l.eum qui.de uerb.oblig. hoc esse fauore libertatis.

4 §.eo. & facit tex.in clemen.j.eod.titu. ¶†In gl.2.in prin.idem sequitur Io.An.& communiter Doct.vt sic de consensu solius appellantis possit causa redire ad iudicem a quo.sed debet cõdemnari in expensis, quando vtraque pars non consentit, & ita procedit tex.in §.2.hic alle.de quo ar. an & quando appellans possit renunciare appellationi inuita altera parte,dicetur plene in §.2. hic allegato, tam in appellatione ab interlocutoria quam à diffinitiua.

S V M M A R I V M.

1 *Notoriè suspectus in causa si non recusetur potest esse iudex.*
2 *Licet causa sit delegata appellatione remota, tamen non intelligitur remota recusatione.*
3 *An causa possit committi recusatione remota.*
4 *Quid si causa committatur iudici notoriè suspecto.*
5 *An princeps possit committere causam remota recusatione.*
6 *Consanguinei usque ad quem gradum dicantur.*
7 *Consanguinei an dicantur tam ex latere matris quam patris, & quid si statutum facit mentionem de consanguineis.*
8 *An ratione affinitatis possit iudex vt suspectus recusari.*
9 *An actor possit recusare iudicem quem ipse elegit.*
10 *An si actor impetrauit in iudicem aduocatum ipsius rei, possit per ipsum reum recusari.*
11 *Quid si iudex est consanguineus inimici alicuius ex partibus.*
12 *Quid si iudex est consanguineus prælati impetrantis.*
13 *An prælatus iudex in causa ecclesiæ possit suspectus recusari.*
14 *Quando sit quod consanguineus possit recusari suspectus.*
15 *Quid in dominis Cardinalibus.*
16 *An concilium generale, vel prouinciale possit recusari.*
17 *An vniuersitas collegium seu rectores collegiorum possint recusari.*
18 *Quando est quòd causa affinitatis seu suspicionis non habet locũ recusatio.*
19 *Quid si aliquis de familia iudicis est aduocatus alicuius partis, an possit recusari, vt suspectus.*
20 *Quadraginta causas ex quibus iudex potest suspectus recusari uide distincte, & particulariter per residuum.*

C A P. XXXVI.



POstremo. Delegatusdatus etiã cũ cl'a, appellatione remota, potest recusari suspectus si est consanguineus impetrantis aut si in illa causa fuerit eius aduocatus.h. d. & non diuiditur. No.ex tex. duas causas terminatas a iure ex quibus iudex potest suspectus recusari. Primo si est consanguineus impetrantis,& de hoc.j. in gl. Secundo si fuit aduocatus in eodẽ negocio aduocatus in eadem causa in qua fuit, vel est aduoca-
a tus [a] censetur esse suspectus ratione affectionis ad causam, vt hic in glo.& est tex.no.in l.proxime.ff.de his, quæ in testa.delen.vbi dicitur, quod iudex debet deliberare remotis aduocatis partium,& sic non debet consilium habere cum aduocatis. nam censentur suspecti propter affectionẽ, vt ibi,& hic in tex. est expressum.& ff.de arbi.l.nõ distinguemus.§. cum quidam. & intellige, quod consilium deliberatiuum non debet haberi cum aduocato partis, vt §. sed colloquium examinatiuum, & per modum collationis potest haberi cum quocunque secundum Bal.in l.placet.in prin.C.de sacrosan.ec.Aduerte tamen,& pondera bene tex. hic ibi,in eodem negocio,quia aduocatus censetur solum suspectus in eodem negocio in quo fuit,vel est aduocatus.In alijs vero negocijs, & causis nõ censetur suspectus, & posset esse iudex ſm Inno. hic. ex quo tex. hic solum prohibet in eodem negocio. Conclude ergo, quòd potero impetrare in iudicem ĩ vna causa eum, qui fuit, vel est meus aduocatus in alia causa, & ita sequuntur hic Doc. quod no. Similiter etiam posset esse testis cum aduocatus, vel procurator solum repellatur in illa causa in qua est aduocatus vel procurator non in alijs causis,vt est text.in l.fin. ff.de testibus. ¶Sed tu intellige, & limita text.hic & §. dicta procedere nisi alia negocia,& aliȩ causȩ essent connexȩ,& inuicem dependẽtes, tunc ratione cõnexitatis esset eadem ratio prohibitionis. §.de testi.translato.& ita voluit Io.An.in c.fi. de consti.li.6.& adde, quod id, quod dicitur hic in aduocato est dicendum in consultore.nam is qui in causa consuluit potest suspectus recusari si deputaretur iudex in illa.l.prætor,cum ibi no.ff. de iurisd.om.iu.& hoc idem tenet Inn.ĩ c. irrefragabili,circa prin. §.de offi.or.& Panor.hic quod no. intellige tamen prout.j.in
1 2.q.&.j.in 7.causa recusationis. ¶ † Secundò not.text.ibi poterit,

A D D I T I O.

a ¶Aduocatus in eadem causa in qua fuit,vel est aduocatus,an possit esse iudex. adde per d.Lanfran.Brixiensem in c.quoniam contra in uerbo recusatio.de proba.intellige in delegato quod non.quid in ordinario, vide per Spe. in ti. de iudice delegato in §. superest.in versi & si fuerit aduocatus.hoc tamen indistincte tenet dominus Philip.aduerte bene.Bartho.ab Horra.

terit. quod licet aliquis sit notorie suspectus, in causa tamen si non recusatur poterit esse iudex delegatus & ordinarius. cõfertur ergo iurisdictio in habitu & exercitio, licet causa cõmittatur iudici notorie suspecto, sed est in facultate partis si velit recusare. ideo tex. hic dicit poterit, quod est no. pro j. dicẽdis. hinc est quod de suspitione iudicis debet opponi ante litem contest. alias postea non potest nisi suspitio de nouo emergat aut de nouo deducat in notitiam, vt in c. insinuante. s. de offi. dele. nisi ergo qui etiam esset notoriè suspectus recusetur poterit esse iudex sicut & pater in causa filij, nisi recusetur suspectus, vt 3. q. 6. §. tria. versi. filius. & habetur in l. in priuatis. ff. de
2 iudi. & in l. qui iurisdictionis. ff. de iurisdi. om. iudi. ¶† Vltimo tene menti sing. hunc tex. quod licèt causa sit delegata appellatione remota, tamen non intelligitur remota recusatione. remota igitur appellatione non intelligitur sublata recusatio & poterit iudex suspectus recusari ex iusta causa. tex. est hic no. clarus & apertus in fi. & dicit hic Ioan. An. hoc procedere etiam de iure ciuili. alle. l. j. C. ne lice. in vna eademq; causa. & ita transit hic Panor. licet Imo. hic aliud sentiat remittens se ad no. per eum in c. sup eo. el iij. s. eo. Sed intellige istum tex. dum æquiparat appellationem, & recusationem videlicet, vt neutra locum habeat nisi concurrat legitima causa. secus ergo si causa committeretur appellatione remota, quia ad remotionem appellationis non intelligitur remota ipsa recusatio, vt hic in tex. Conclude ergo hoc procedere tam de iure canonico, vt hic, quam etiã de iure ciuili, vt est tex. in l. fi. C. de sen. & interlo. om. iudi. & ita tenent Barto. Bald. & Ange. ibi & idẽ etiam tenuit glo. & Bar. in l. j. in fi. ff. à qui. app. non li. nam separatorum separata debet esse ratio, vt hic & in d. l. fi. & in l. si domus. ff. de serui. vrba. prædi. vbi tex. no. quod ad remotionẽ vnius iuris non sequitur remotio alterius. & ita est tenendum quicquid aliter dixerit Spec. titu. de recusati. §. recusari potest. ver. sed quid si causa commissa est appellatione remota. & gl. in d. l. fi. & Doct. in c. super eo. vbi vide de hoc dicta. ¶ Sed aduerte not. quia licèt si committatur appellatione remota, non
3 intelligatur ꝑ hoc prohibita recusatio, vt est hic tex. no. † Dubitatur tamen an sicut causa potest committi appellatione remota, ita possit recusatione remota. videreť primo, quod non quia omnis declinatoria iudicij maxime respectu iudicis est defensio, vt est tex. in c. cum inter. s. de excep. vbi non denegatur etiam excommunicato cum ibi dicatur quod nihil est tã graue & periculosum quam litigare sub suspecto iudice & cõcordat not. tex. 3. q. 5. quia suspecti. & j. eo. c. secundo requiris in fi. propter hoc videretur quod princeps non possit causam committere recusatione remota, quia esset tollere defensionem cum recusatio iudicis videatur de iure naturali, vt probatur in d. c. quia suspecti. Ea vero quę sunt de iure naturali sine causa per principem tolli non possunt, vt in clemen. pastoralis, de re iudic. & institu. de iure naturali. §. sed & naturalia. per Inno. in c. quæ in ecclesiarum. s. de consti. & in hac opi. videť residere Panor. in c. ad hæc. s. de rescrip. dicens de hoc ibi esse glo. sing. idem etiam tenet in d. c. cũ inter. & hanc etiam partẽ secutus est Gemi. in c. iudex ab apostolica. de offi. deleg. in vj. per rationes iam dictas adducens etiam gl. quę secundũ eum similiter hoc voluit. 2. q. 6. si quis in quacunq;. verum his non obst. conclude primo ꝙ in dubio princeps nunq̃ præsumitur committere ex certa scientia cãm suspectis, vt probatur in d.
4 c. cum inter. ¶† Secundo conclude qđ licet princeps ex certa scientia committat causam notoriè suspecto, per hoc tamen nunq̃ intelligitur tollere exceptionem recusationis. quia non obstante ꝙ causa sit commissa per principem iudici notoriè suspecto & ex certa scientia principis, tamen intelligitur saluũ & reseruatũ parti ius recusationis. & istud est ꝙ voluit illa gl. sing. in d. c. ad hæc. & hoc idem tenuit Inno. in c. ex transmissa. s. de fo. compe. quia non præsumitur ꝙ in dubio princeps voluerit tollere ius recusandi. & licet delegatio facta iudici notoriè suspecto de se sit valida, vt est tex. hic, tamen reseruatur in facultate partis an velit recusare, vt hic in tex. in verbo poterit. & est dictum. s. in 2. not. vnde si pars velit poterit recusare licet causa sit commissa per principem ex certa scientia notoriè suspecto. & pro hac conclusione est glo. in terminis in d. c. ad hæc. & Inno. in d. c. ex transmissa. vbi de hoc videtur tex. fm vnum intellectum. pro quo etiam tex. in c. ij. s. vt lit. non con-
5 test. vbi Panor. in j. col. hoc not. ¶† Tertio & vltimo conclude ꝙ princeps sicut potest committere causam omni appellatio-
a ne remota, a vt dicetur. j. eo. c. pastoralis. fortius potest cõmittere omni recusatione remota, qa minus grauatur pars cum tunc sibi non desit remedium appellandi licet causa committatur recusatione remota, cum per remotionem vnius iuris non sit sublatum alterum ius, vt est dictum. s. in vlt. no. verum quando princeps committeret causam etiam notoriè suspecto, & cum clausula non obstante exceptione recusationis, qa videtur tunc vti plenitudine potestatis ipsa recusatio sublatã est & tolli potest, vt voluit singu. Inno. in d. c. ex transmissa. & sequitur Host. in d. c. cum inter. idem etiam glo. in ver. recusare, in l. apertissimi. C. de iud. & sequitur Bar. in d. l. fi. C. de sen. Et aduerte quia dixit Spec. titu. de recu. §. j. ver. quid si fit causa ꝙ si princeps committeret simpliciter causam recusatione remota, debet intelligi de friuola non autem de graui, & iusta suspitione. sicut dicitur de clausula appellatione remota. in d. c. pastoralis. cum appellatio & recusatio ęquiparentur, vt in d. c. super eo. & sicut alias dicitur de clausula omni exceptione remota in c. ex parte. ij. de offi. deleg. Si tamen recusatio rõne certę & nominatę causæ tolleretur expresse per principẽ tunc recusari non poterit secundum Spe. in d. versi. quid si fit causa & sequitur Lapus in d. c. iudex. & sic patet quod Spe. tenet & sequitur supradictã conclusionẽ quod princeps tollere possit exceptionem recusationis ex quacunque causa. & ita etiam tenet Host. & Io. An. in d. c. cum inter. licet ibi Panor. contra-
b rium velit & non bene. b hæc procedunt in Principe, quia nullus inferior posset tollere recusationem iudicis, sicut etiã non posset inferior à Principe committere causam appellatione remota, vt l. j. in fi. ff. à qui. app. non li. etiam si esset legatus de latere, vt voluit sing. Spec. tit. de leg. §. nunc ostẽdendum ver. 14. sicut etiam nullus inferior à principe etiam si sit legatus de latere potest cõmittere causam summariè & de plano &c. vt voluit glo. ord. in versi. figura, in c. fi. de hæreti. in 6. & in cle.
6 sæpe, in ver. mandamus. de verb. signi. ¶† In gl. ibi succederet. residet glo. quod consanguinei dicantur vsq; ad gradum successibilem. & licet glo. hic dicat vsque ad 7. gradum. tamẽ dic quod hodie datur successio vsq; ad x. gradum tam inter agnatos quam inter cognatos, vt est tex. & gl. insti. de succes. cognatos in fi. voluit ergo gl. hic quod vsque ad gradum successibilem consanguineus posset recusari suspectus. & ita sequitur Host. & idem voluit glo. in simili ad hoc no. in l. si fęmina, C. ad turpil. dicens, ꝙ illi dicuntur suorum iniuriam prosequi qui succedere possunt abintestato: nam in his consideratur affectio, vt ꝑ gl. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Sed Io. An. hic dicit quod si cõsanguinei sunt de stirpe masculina etiam vltra. x. gradum essent suspecti, quia experiẽtia docet maxime in Tuscia quod vindicantur offensæ eorum, qui sunt de stirpe masculorum etiam qui sunt vltra gradum successibilem, cum tamen non vindicetur vltra. 4. de stirpe fęminina. vnde dicit ꝙ erit in arbitrio arbitrorum prædicta considerare. Sed Bald. hic sequitur hanc glo. & in d. l. si fęmina, dicens no. quod vbicunq; tractatur de significatione vocabuli nunquàm est ad arbitrium iudicis recurrendum. text. est no. secundum eum in l. item in legato. §. per vim. ff. de lega. iij. similiter Imo. & Panor. hic dicunt tenendum esse quod dicit glo. hic, vt tam inter agnatos quam cognatos fiat extensio, & consanguinei dicantur vsque ad gradum successibilem ab intestato. sed dictum Ioan. And. posset procedere in locis vbi constaret de tali consuetudine: tunc admitteretur recusatio indifferẽter etiam vltra gradum successibilem in his quæ sunt de stirpe masculina, quia si origo eiusdem loci quandoque præstat causam recusandi, vt in c. accedens. el ij. vt lit. non contest. quantomagis id dicendũ inter eos qui sunt de eadem stirpe masculina: nam propter hoc cognomen, quia sint consortes, vel de stirpe, aut de casata, vel de eadem domo, semper durat affectio inter eos etiam vltra gradum successibilem. Et subdit Imo. hic quod etiam in locis vbi foret talis consuetudo, tamen semper vsque ad gradum successibilem habebit locum recusatio etiam quo ad eos qui essent de stirpe fœminina: ex quo ratione successionis durat affectio, licet Ioan. And. hic in hoc videatur sentire oppositum. sed tutius est tenere glo. hic quam sequitur Hostien. hic secundum eum & etiam Bald. vt s. dicens quod inter collaterales limitatur consanguinitas vsque ad gradum successibilem. sed inter ascendentes, & descendentes durat in infinitum, vt habetur in c. non debet. de consang. & affini.
7 † & aduerte, quia ex dictis Ioan. And. hic & aliorum Doc. vt s. infertur quod appellatione consanguineorum veniant indifferenter tam coniuncti per stirpem masculinam quam fœmininam & probatur in c. tua nos. & in rubri. j. de consang. & affini. & in d. c. non debet, & ita Bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur.

ADDITIONES

a ¶ Princeps sicut potest tollere appellationem, ita & recusationem, vide Fel. in c. cum inter. de excep. 5. col.

b Et non bene &c. Adde ꝙ ista est communis opi. contra Panor. & ipsemet Panor. fatetur istam esse tutiorem in puncto iuris. in c. ad hæc. j. de rescri. facit quia licet tollatur recusatio, non tamen tolletur appellatio. l. j. in fi. ff. apud eum à quo appel. opinio tñ Abb. saluaretur quando non esset iudex simpliciter suspectus sed inimicus ꝑ cle. pastoralis. ibi notoriũ quoq;. de re iu. Col.

dicitur.ff.de acquir.hære.dicit, quod ſecundum communem
vſum loquendi comprehenduntur omnes qui quoquomodo
ſanguine coniuncti ſunt.ſiue ex latere patris,vel matris,quod
eſt no.pro ſtatutis facientibus mentionem de conſanguineis
cum in ſtatutis verba debent accipi ſm communem vſum lo-
quēdi ipſius loci.l.liberorum.§. quod tamē Caſsius.ff.de leg.
3.& ibi Bar.facit c.ex literis,j̄.de ſpon. & hoc quando apparet
de tali communi vſu loquendi, alias dicit Bal.in d.§.quod di-
citur. quod a propria ſignificatione vocabuli non eſſet rece-
dendum.ff.de leg.3.l.non aliter.cum ſi. Sed quomodo ſecun
dum propriam ſignificationem vocabuli accipiatur conſan-
guinitas. vide per gloſ. no. & Docto.in dicto §. quod dicitur.
8 ¶†Sed pro declaratione huius glo. & materiæ huius tex.quæ-
ritur primo, an ratione affinitatis ſit legitima cauſa ſuſpitio-
nis, ſicut hic dicitur ratione conſanguinitatis . dic quod ſic,
quia poterit iudex ſuſpectus recuſari, ſi eſt affinis alterius par
tis.& ita tenuit gl.in c.2.s̄.vt lite non conte.per tex.3.q.9. ab-
ſens.el 2. & ita ſequitur Specu.tit.j.§.ſupereſt,ver. quid ſi non
eſt. facit.l.aut affinitate.ff.de procu. vbi tex. no. quod procu-
rator poteſt remoueri tanquàm ſuſpectus ſi contraxit affinita-
tem cum parte aduerſa. & ex his tradit hic Gof. no. regulam,
quod omnis cauſa ſufficiens ad remouendum procuratorem,
vel arbitrum erit ſufficiens ad recuſandum iudicem, cum e-
tiam ex faciliori cauſa iudex ipſe recuſetur, vt per glo. in c.in-
ſinuante.s̄.de offic.deleg. & hanc regulam ſequitur Specu.in
d.§. ſupereſt,ad fi.& Imo. & Panor.hic quam bene tene men-
9 ti.¶†Secundo quæritur,quid ſi actor ipſe impetrauit iudicem
conſanguineum ipſius rei, an poterit actor eum recuſare. vi-
detur,quod non cum non poſsit quis recuſare iudicem,quem
elegit, vt in auth. offeratur.C.de li.conte. & in l. Papinianus.
& in auth. & conſequenter. C.de ſen. dic, quod poterit, quā-
do hoc ignorauit tempore impetrationis per ea, quæ haben-
tur in d.c.inſinuante. & in d.l.prætor. ſecundum Ioan. And.
10 & Imo. hic† Si autem ille, qni fuerat aduocatus rei ſit impe-
tratus iudex per actorem, an poterit per ipſum reum recuſari.
maximè quando reus reuelauerat ſibi ſecreta ſuæ cauſæ.gloſ.
no. tenuit, quod non poſsit in ca.dilecto. s̄. de teſti. quam ſe-
quitur ibi Ioan. And. & communiter Doc. & hoc quando ad-
uocatus nondum propalaſſet voluntatem ſuam . alias ſecus
per no.in l.prætor.ff. de iuriſdi. om. iudi. ita Butr.in d.c. dile-
cto. ſed certè etiam ſi propalaſſet in fauorem ipſius clientuli
non ſubeſſet tunc iuſta cauſa recuſandi per eū . ita tenet Imo.
in d.c. dilecto. facit gloſ. in ver. in teſtem. in princ. in c. fi.de
procura.in 6. & hoc niſi fortè declaraſſet, quod non haberet
iuſtitiam, tunc bene poſſet recuſari, vt vide.j̄.in 7. cauſa recu-
11 ſationis. ¶† Tertio quæritur pone, quod iudex non ſit con-
ſanguineus alicuius partis litigantis: ſed eſt conſanguineus
inimici alicuius ex ipſis partibus: an pars ratione inimicitiæ,
quam habet cum aliquo conſanguineo ipſius iudicis poſsit
recuſare ipſum iudicem.tex. eſt no.& ſing. quod ſic in c.acce-
dens. el 2. s̄. vt li. non conteſ. ſufficit enim quod iudex ſit cō-
ſanguineus inimici alterius ex partibus litigantibus dato, ꝙ
talis inimicus nullum litigium habeat cū illo. & ita tenet Ioā.
12 And. & Panor. in d. c. accedens . quod tene menti.¶†Quar-
to, quæritur, quid ſi iudex eſt conſanguineus prælati impe-
trantis non in cauſa propria, ſed in cauſa eccleſiæ: an poterit
recuſari ſuſpectus per partem aduerſam. Specu.in d. §. ſuper-
eſt,ver. quid ſi præla.tenet quod non: ſed Ioan. And. ibi in ad-
di. tenet contrarium per tex.in d.c.inſinuante.vbi eſt caſus in
terminis contra Specu.& dicit hic Panor.quod illum tex.ſem
per reputauit in hoc ſing. & tene menti hoc dictum, quia ſæ-
pè occurrit in practica. & idem tenuit Archid. in c.iudex. de
offic. deleg. lib.6.& But.in d.c.inſinuante.in fi. & Imo.& Pa-
13 nor. ibi. ¶†Quinto quæritur dato, quod prælatus poſsit eſſe
a iudex in cauſa ſuæ eccleſię [a]. 2. q. 7. ſi quis erga. & per gloſ.in
c. cum veniſſent. s̄. de iudi. & per legiſtas in l. j. C. ne quis in
ſua cauſa, an poterit ſaltem recuſari ſuſpectus . Panor.hic te-
net, quod ſic:nam ſi conſanguineus, vel familiaris prælati eſt
ſuſpectus in cauſa eccleſiæ, vt in d.c. inſinuante . fortius ergo
& ipſe prælatus præſumatur habere maiorem affectionem. fa
cit gloſ.in c. cum ſuper.j̄. de offic. deleg. quæ hoc tenet. hoc
idem tenuit Panor. in dicto cap. cum veniſſent.col. 8. nam ſi
canonicus poteſt recuſari in cauſa alterius canonici eiuſdem
eccleſiæ, vt eſt tex. ad hoc no.in c.cum R.canonicus,ſupra de
offic. deleg. ergo fortius prelatus in cauſa ſuæ eccleſiæ, cum
maior ſit coniunctio, & affectio inter prælatum,& eccleſiam,
quam inter canonicum, & canonicum. patet in c. relatum,
infra de teſta. & hanc partem tenet Cy.poſt Pe.in d.l.j.& Do.
Anto. in d. c. cum veniſſent. de quo tamen plenius ibi vide:
quia Imo. ibi ſequitur contrariam partem, quam etiam te-
nuit Bald. in d. l. j. & de his etiam per Doc. in c. Romana. de
pœnis,in 6. Eandem etiam partem tenuit Specu. titu.de iudi.
delega.§. ſupereſt, in ver. quid ſi prælatus alicui eccleſiæ. Sed
præcedens alia opin. eſt verior per tex. per locum a maiori in
d.c.inſinuante,q̄ ſequitur ibi Io. An.But.Imo. Panor. & facit,
14 qđ eſt dictū.s̄.in ver.4.quęritur. ¶†Sexto quęritur, an ſit verū
indiſtīctè, quod ꝯſanguineus poſsit recuſari ſuſpectus.tex. hic
facit,quod ſic indiſtinctè loquens.29.di.ſi Romanorum. ff.de
publi.l.de pretio.dicit hic Vincen. quod debebit conſiderari
qualitas perſonæ,quia poſſet eſſe talis,in qua ceſſaret oīs ſuſpi
tio,puta,quia ſi eſſet Cartuſiēſis,vel alius religioſus bonę ob-
ſeruantiæ. tunc em̄ recuſari non poſſet rōne ꝯſanguinitatis,
& ita ēt voluit Spe.in d.§.ſupereſt. ver. quid ſi non eſt. vbi di-
cit ita limitandum eſſe hunc tex. & ita cōiter ſequuntur hic
Doc.facit c.j.j̄.de no.ope.nū.& ibi gl.quia rōne qualitatis pſo
nę ceſſat ſuſpitio,& recuſatio.hinc eſt quod Papa non pōt re-
cuſari ſuſpectus.facit c.j.in fi.& ibi gl.de ꝯceſ. p̄ben. li.6.& ita
voluit no.Hoſt.& Io. And.in c.querelam.s̄.de elec.in j.gl.& ſe
quitur ibi Panor.& facit ad hoc d.l. proximè. ff.de his,q̄ in te-
15 ſta. delen. ¶† Septimo quęritur, quid ſit in reuerendiſsimis
dominis Cardinalibus,an poſsint rōne ſuſpitionis recuſari,&
de hoc allegatur tex.no.in c.nouit.j̄.co. quod Cardinalis non
pōt recuſari ſuſpectus . & ſequit̄ Imo.ibi in vltimo no. & hoc
pp eorū approbatā fidē,& iuſtitiā.de quo ēt vide p Ho.Io. An.
& But.in c.ad petitionem.j̄.de accu.& per Spe.ti.j. §.ſupereſt.
ver.Cardinalis. quid ſi Cardinalis eſt delegatus iudex in cau-
ſa alterius Cardinalis . & vr̄ velle quod poſsit recuſari . cęteri
vero delegati Principis cuiuſcunq; dignitatis exiſtant,poſſunt
ex ltīma cauſa recuſari.s̄.de of.dele.cum olim.el 2. vbi ēt no.
probatur iūcta gl.in verbo, proprio motu,ꝙ delegatus Papæ,
vel alterius Principis datus ēt proprio motu,pōt ex legitima
cauſa recuſari. quia Princeps in dubio non cenſetur velle cō-
mittere cauſam ſuſpectis.s̄.de excep.c. cum inter . & ita dicit
Pan.in d.c.cū olim, in fi.ꝙ no.& adde hic dictis.s̄.in 2.conclo
ne, quia ſiue Princeps committat cām proprio motu , ſiue ex
certa ſcientia etiam ſuſpectus notoriè, nō videtur in dubio tol
16 lere exceptionem recuſationis,vt s̄. eſt dictum. ¶† Octauo, &
vltimo quæritur an conſilium generale poſsit recuſari.dic, ꝙ
nō: maximè,qn̄ præeſt eidem Papa.3.q.9. cuncta per mundū .
nam eccleſia tota errare non poteſt,vt eſt tex. iuncta gl.24.q.j.
& c.a recta. eccleſia vero particularis bene poteſt errare, vt in
c.a nobis. el 2.j̄.de ſen.excom. & ideo eſt, ꝙ concilium ꝓuin-
ciale, & ſynodale bene poteſt recuſari, quia poſſet errare.ar.
c.licet ex ſuſcepto.s̄.de fo.cōpe.tenet gl.in c.in fi.j̄.de ſta.mo.
& ita ſequuntur Doc.in c.j.s̄.de iu. licet gl.ibi ꝯrium velit, &
17 non bene:† nam quęcunq; vniuerſitas, & omne collegiū, vel
rectores, & conſules collegiorum, poſſunt recuſari ex iuſta cā
18 ſuſpitionis.tex. eſt ad hoc no. in d.c. licet ex ſuſcepto.† In ea.
gloſ. quid ſi iudex æqualiter &c. & tene menti rł'am huius
glo.ꝙ quando rōne amicitiæ, vel conſanguinitatis; ſeu alte-
rius qualitatis eſt par cauſa affectionis ad ipſas partes ceſſat
tunc recuſatio, ideo ſi iudex foret ꝯſanguineus vtriuſq; par-
tis neuter poſſet eum recuſare ſuſpectum,quia par cauſa affe-
ctionis excludit omnem ſuſpitionem , vt hic in gl.& pondera
bene,quia debet eſſe æqualitas, vt dicit gloſ.vnde ſi alter eſſet
in remotiori gradū,quia tunc non eēt par cā affectionis, habe
ret locum recuſatio,& ita tenet hic Pan. & idem dicit Bal.hic
quando alia iudicia diſparitatis cōcurrerent. & aduerte, quia
regula huius gl.& l.non ſolum. hic allegata,habet ēt locum in
teſtibus. vnde ſi teſtis eſſet cōſanguineus domeſticus vtriuſq;
partis, non poterit de hoc excipi.3.q.5.c.j.& Spe.in ti.de teſti.
§.j. ver. quid ſi teſtes, ſm Bal.hic,dicentes ex his ꝙ illa regula
ꝙ coniuncta perſona poſsit agere pro cōiuncta, habet locum
ēt ſi eſſet par coniunctio inter eos & cōtra eos inter quos agi-
19 tur,ꝙ no.ad l.ſed & hę.ff.de procu.†In glo.in ver.aduocati.in
prin.quid autē ſi ipſe non fuit aduocatus in illa cauſa, ſed ali-
b quis de ſua familia ſit aduocatus [b] alterius partis.gl 3.q.5. ac-
cuſatores vel teſtes, tenuit, ꝙ ſic ꝙ poſsit iudex recuſari, ſed
alia gl.in c.ex inſinuatione,j̄.co.& Inno. ibi tenuit contrariū,
quia non eſt veriſimile ꝙ iudex velit commoueri per commē-
ſalem ſuum,vel alium de eius familia qui nullum intereſſe p̄-
tendit,niſi quia eſt aduocatus alterius partis,& hęc opin.ſatis
videtur in c.j.ſupra de offi.iu.non ob. tex.in d.c.ex inſinuatio-
ne, quia iudex ibi non fuit recuſatus , aut ſi fuit recuſatus ni-
mis fauebat alteri parti . & hanc ſententiam ſequitur ibi do-
mi. Ant. & alij Docto. ꝙ eſt notandum , quia iudex non pote-
rit recuſari, licet eius filius ſit aduocatus, vel procurator al-
terius

ADDITIONES.

a ¶Adde Philip.Dec.in c.cum acceſsiſſent.col.7.in 4.conclu.j̄.de conſti.Col.

b ¶Adde Stepha.Auffre.in ſuo tract.recuſa.ver.24.vbi dicit, ego ſemel vidi per curiam admitti recuſationem conſiliarij eo quod eius gener eſſet aduocatus alterius partis, & hoc quandiu cum ſocero demoraretur. Col.

20 terius partis litigantis corã eo. ¶† Vltimo ex his quæ habentur a hic in tex. & gl. & alijs. s. annotatis colligunt̃ multæ causæ legitimæ recusandi iudicẽ, & à iure approbatæ. ¶ Et primo si iudex est cõsanguineus alicuius partis litigãtis coram eo, & intellige & limita hoc prout est dictum. s. in j. & 6. q. & quo accipiatur cõsanguinei. quid & qñ esset par cã affectionis dic, vt s. in glo. ¶ Secundo qñ iudex esset affinis alterius partis & hoc dic, vt s. in j. q. & idẽ si esset pater filius vel patronus maritus gener socer vitricus vel priuignus. ar. l. lege Cornelia. in princ. ff. de iniu. & ita tenuit Spe. tit. j. §. superest. ver. item si sit consanguineus. & in ver. itẽ maritus. ¶ Tertio qñ iudex posito ꝙ nõ esset cõsanguineus vel affinis alicuius partis, tñ si est cõsanguineus vel affinis alicuius qui esset inimicus ipsi parti, dato ꝙ talis inimicus nullum litigium habeat cũ ipsa parte. & de hoc dic, vt s. in 3. q. ¶ Quarto si iudex esset cõsanguineus ꝑlati impetrantis, vel litigantis etiam in causa ecclesiæ. & de hoc dic, vt s. in 4. q. & ꝙ possit tunc iudex recusari tenuit Archi. & Io. And. in c. iudex. de offi. dele. in 6. etiam si ipse prælatus litigaret ꝑ procuratorem à se, vel à capitulo constitutum. nec ob. c. cum nuncius. s. de testi. quia facilior causa repellit iudicẽ q̃ testem, vt ꝑ gl. & Doc. in d. c. insinuante. & ita tenet Gemi. in d. c. iudex. & voluit Arch. & Io. An. ibi ꝙ qñ dignitas est suspecta, vt quia cã ꝑtinet ad dignitatẽ recusato antecessore, quilibet successor intelligit̃ ẽt recusatus. & ita Bal. in c. de causis. ff. de of. dele. in 8. co. ¶ Quinto quando prælatus esset iudex in causa suæ ecclesiæ, & de hoc dic, vt s. in v. q. ¶ Sexto quãdo iudex fuit vel esset aduocatus in causa, vt est tex. hic, & dicas prout. s. dictũ est in primo no. & limita prout dictum est. s. in 2. q. & j. in proxima causa. dixit tamen Spe. in d. §. superest. in ver. item si fuit procurator. ꝙ q fuit aduocatus in causa poterit esse iudex ordinarius, vt in l. prætor. ff. de iurisdi. om. iud. ibi tamen non dicitur ꝙ nõ possit recusari, imo innuitur contrarium, ex quo dicit text. ꝙ est legitima causa delegandi alteri. poterit ergo recusari, vt est tex. hic indistincte loquens. ¶ Septimo quando iudex fuisset consultor, vel præstitisset consilium in causa, aut prius ꝑ actorem, vel reum consultu, respondisset quid iuris seu ipsum ius habere, & ita tenuit Archi. in c. si contra vnum. de offi. dele. in vj. & Bal. in c. de causis. col. 7. & aduerte ꝙ aduocatus licet aduocationem suscepisset & secreta audisset, tamen ex hoc solo non poterit recusari si fuit datus in iudicem contra eum contra quẽ susceperat aduocationẽ in illa causa, vt per gl. in c. dilecto, de testi. & hoc qñ nondũ propalasset voluntatẽ suã. alias aũt quando aduocatus suã voluntatem iam propalasset. tunc est ꝙ põt recusari suspectus & non prius. & ita Imo. & Panor. in c. irrefragabili. §. excessus. de offi. or. pro quo bene facit d. l. prætor. & ꝙ tenent Archi. & Io. An. in d. c. si contra vnum. & licet Inn. & Io. An. in d. §. excessus, velint simpliciter ꝙ aduocatus possit recusari suspectus eoipso ꝙ aduocationem acceptauit & secreta causæ audiuit dato ꝙ alias suam voluntatem nõ declarauerit. & ita transit ibi d. Ant. sed prius dictũ magis placuit ibi Bart. in d. l. prætor. ¶ Octauo si iudex fuit testis in cã arg. l. fi. in princi. & in fi. C. de asses. & ff. de test. l. fi. & ita tenuit Spe. d. §. superest. ver. itẽ si fuit testis. ¶ Nono quando ipse iudex posito ꝙ non fuisset aduocatus in causa dummodo tamen aliquis de eius familia sit aduocatus partis. de hoc tamen dic, vt dictum est. s. in vlt. gl. ¶ Decimo omnis causa sufficiens in iure ad remouendum procuratorem seu arbitrum sufficit ad recusandum iudicẽ. & de hoc dic, vt s. in j. q. ¶ Vndecimo canonicus põt recusari in causa alterius canonici eiusdem ecclesiæ, vt est tex. in d. c. cũ R. & idem si esset specialis socius aduersarij ar. d. c. cũ R. & l. verum. in princ. ff. pro soc. & ita tenet Spe. in d. §. superest. ver. item si est canonicus. intelligens prædicta nisi esset iudex in causa alterius canonici. tunc. n. par causa affectionis tollit suspitionẽ, vt d. l. nõ solum. & s. in gl. ¶ Xij. quando iudex esset cõmensalis seu familiaris alicuius partis, vt est tex. in d. c. insinuante. & in c. j. & in c. accusatores. 3. q. 5. & gl. in d. c. j. ponit, qui sint familiares. & dicit Imo. in d. c. insinuante ꝙ eo ipso ꝙ eps est suspectus censet̃ cõsequenter suspectus eius officialis ꝙ no. & idẽ esset si iudex esset comes aduersarij, siue si aduersarius sit de familia ipsius iudicis seu libertinus. l. senatus. ff. de offi. præsi. & l. j. C. si quacunq; prædi. potestate. & ita tenet Spec. d. §. superest. versi. item si comes. & idem Io. An. in d. c. legitima. ¶ Xiij. quãdo iudex esset vasallus impetrantis, ar. 23. q. 5. de forma. & in d. c. accedens. & in d. l. fi. C. de asses. & ita tenet Spe. in d. §. superest. in prin. & idem si iudex esset clericus impetrãtis s̃m Io. An. in d. c. legitima. ¶ Xiiij. quando iudex licet non sit cõmensalis seu familiaris alicuius partis, est tamen cõmensalis vel familiaris alicuius qui est inimicus parti, poterit tũc per illam partẽ recusari. tex. est in d. c. accedens. & ita ibi Panor. & Butri. ¶ Xv. quando suffraganeus esset iudex delegatus in causa metropolitani, vel quando suffraganeus esset delegatus aduersarij mei, vt est tex. in c. ij. vt lite nõ cõte. & tenet Spe. in d. §. superest. ver. item si est suffraganeus. intellige tamen ꝙ iudex ordi. esse possit inter metropolitanũ & subditum ipsius suffraganei. & ita tenet Io. And. in d. c. ij. & Pan. ibi in fi. & Spec. in d. ver. item si est suffraganeus. quid aũt si impetraret contra te in iudicẽ epm meum. videtur ꝙ possit recusari. ar. d. c. accedens. ¶ Xvj. quando iudex est dñs impetrantis tex. est in c. cãm, quæ inter R. s. de offi. dele. & tenet gl. hic. & facit. 3. q. 5. accusatores. el ij. de quo vide ꝑ Inno. in c. ex transmissa. de fo. compe. vbi vr̃ tex. in ɔ̃rium. potest dici ꝙ ibi esset dominus vtriusq; partis, vnde par causa affectionis tollit suspicionẽ, vt s. in gl. s̃m Imo. in d. c. causam. ¶ Xvij. nõ solum si iudex sit subditus aduersarij. sed etiam quando iudex esset subditus & de districtu inimici alterius partis litigantis coram eo, licet talis inimicus aliter non litiget cũ parte vel coram illo iudice, vt est tex. in d. c. accedẽs. & ibi Pan. ¶ Xviij. quando iudex esset socius impetrantis. vnde dicit Spec. in d. §. superest. ver. quid si est socius. ꝙ socius in domo nõ potest esse iudex consocij. & poterit recusari durante habitatione. & ita etiam Panor. in d. c. accedens. ¶ Xix. quando iudex est oriũdus de terra impetrantis, vt in d. c. accedens. sed intellige prout intelligit ibi Hosti. & Io. An. quando essent duo de eadem patria in alienis partibus, quia cũ consueuerunt se multum diligere, in dicto casu verum esset ꝙ alter potest recusari si foret iudex in causa alterius oriundi de sua ciuitate. & etiam tenuit Spec. in d. §. superest. ver. item si sit de terra. ¶ Xx. quando iudex qui est ciuis esset iudex inter ciuem & forensem. intellige non de ordinario sed de delegato per tex. in d. c. statutũ. §. cum vero. cũ ibi no. de rescrip. in 6. s̃m Panor. in d. c. accedens. licet do. An. ibi dicat ꝙ hoc esset arbitrium inspecta qualitate ipsius iudicis. ¶ Xxj. quando iudex esset nimis fauorabilis alteri parti, vt in d. c. accedens. & in c. ad hæc. de rescrip. & tenet Io. An. in d. c. legitima. & aduerte, q̃ dixit fin. Cy. in l. ij. C. vt quæ desunt. ꝙ iudex potest reducere parti ad memoriam factũ de quo recolit, vt priuatus, puta pactum de non petendo factum defuncto, vel aliter nisi per hoc diceretur nimis fauorabilis ipsi parti per no. 30. q. 5. iudicantem. in glo. & ita sequitur Imo. in l. iij. §. hoc autem. in fi. ff. de dam. infec. ꝙ no. quando autem dicat iudex nimis fauere alteri parti relinquitur arbitrio iudicis cognoscentis de ipsa suspicione secundum Butri. & Panor. in d. c. accedens. & idem esset in omni alia causa per quam concluditur ꝙ iudex nimis diligit alteram partem secundum Spec. in d. §. supest. ver. item si sit inimicus meus. & ver. idem si nimis. & tenet Panor. in d. c. accedens. debet tamen exprimi in recusatione specialis causa fauoris s̃m Io. And. ibi, & in d. c. legitima. & adde ꝙ specialis causa fauoris esset quando iudex nimis animosè procedit in præiudicium alterius partis. ita tex. in c. ij. de in inte. rest. in ver. nimis animosè. vbi ita ɔcludunt Imo. & Panor. in ij. col. pro quo facit, ꝙ dicitur in simili in teste qui animosè loquitur, nam sibi nõ credit̃ & suspectus censet̃. lxv. di. sanc. & ibi per gl. & tenuit Bal. in l. testium. C. de test. col. 8. ¶ Xxij. si iudex sit datus ad petitionem alterius partis. ff. de iu. l. obseruandum. tenet Spec. ver. item si ad petitionem. de quo tamen plenius habetur in d. c. ad hæc. idem dicit Arch. Io. An. in d. c. si contra vnum. de offi. dele. in vj. ꝙ iusta causa recusandi iudicem est si procurator sibi causam committi fecit. & ita Bal. in d. c. de causis. colũ. 7. ¶ Xxiij. quando ipse iudex procurauit se impetrari & sibi causam committi. ar. l. quẽ omnia. ff. de proc. & ita tenet Io. An. in d. c. legitima. & Spe. ver. item si ipse. ¶ Xxiiij. paternitas doctoralis non esset sufficiens causa, vt doctor possit recusari in causa sui discipuli, vt in auth. habita. & ibi Bal. in §. verum, col. 2. C. ne fi. pro pat. tenet glo. in l. nemini. C. de aduo. di. iudi. & 12. q. j. omnis ætas. & Ioan. And. in c. causam. sed Spec. in versi. quid de magistro. adducit d. c. cãm. pro contraria parte, quia si subditus impetrat in iudicem dominum qui alias esset suus ordinarius contra alium potest recusari. ita ergo si scholaris ɔ̃ nõ scholarẽ ĩpetret doctorẽ suũ. tũc. n. posset recusari nisi ĩpetrasset ɔ̃ aliũ scholarẽ q̃a esset par causa affectionis, vt d. l. non solum. s̃m Spec. in d. versi. quid de magistro. & no. hanc limitationem. ¶ Xxv. quando iudex hẽt consimilem cãm, vt s. de iudi. c. causam. ij. & ibi Pan. in fi. quõ intelligat̃ consimilis cã. & facit. c. ꝑsonas. s. de testi. ¶ Xxvj. quãdo vnus esset iudex alterius, vt quia quando impetraui contra te Titiũ, & tu impetrasti cõtra me Seyum. nã hi reciproci iudices sunt suspecti. ar. 16. q. 2. visis. ibi, humanũ est vereri &c. inde est quod nullus põt esse conseruator deputati sibi cõseruatoris, vt c. fi. de offi. dele. in vj. & ita tenet Io. An. in d. c. legitima. & Spe. in ver. si vnus. arbitrio tamen iudicis relinquit, vt vide But. in c. cãm. ij. in fi. s. de iu. ¶ Xxvij. quando à iudice est appellatũ, quia grauauit partẽ. tunc. n. est suspectus appellanti in illa causa

ADDITIO.

a ¶ Vide causas hic. j. enumeratas ad recusandum iudicem vsque ad 40.

causa,& in omni alia,vt in c.ad hæc.s.eo.vbi vide plenè dicta de hoc,& adde, ꝙ iudex procedendo iniustè etiam extraiudicialiter,nõ potest amplius in illa causa procedere iudicialiter, quia satis redditur suspectus alteri parti. procesit eñ primo, vt priuata persona, & sic videtur se constituisse aduersariũ, sicut in simili voluit gl.in ver.copiam.in c.statutum. in prin.de rescri.in 6.que dixit,ꝙ si iudex assumpsit defensionẽ super sua iurisdictione,& sic constituit se partem,non potest cognoscere,an sua sit iurisdictio cum faciat se suspectũ, & ita dixit Pan. in c.conquerente.de resti.spo.col.3.per ea quæ no.glo.in ver. proponere,de quo ar. vide plenè dicta in c.ad audientiam.s.e. ti.in pe. col. Item adde an sola pendentia appellationis inducat iustam suspitionẽ in alijs causis diuersis,antequã sit pronũciatum super appellation. vr̃, ꝙ sic & satis est iustificare appellationem coram arbitris,& sic probare veritatem causæ appellationis,ꝙ iudex grauauerit. de quo tñ vide in d. c. ad hæc,in j. & 2.q.¶Xxviij. qñ recipit preciũ, vel fuit substitutus hæres ab impetrãte,seu donatarius,ar.c.cum ab omni.j.de vi.& ho.cle. & in l.Iulianus.ff.de iu.s̃m Io.An.in d. c. legitima. & Spec.in ver.itẽ,quia preciũ.¶Xxix.qñ iudex primæ causę est factus,seu subrogatus iudex appellationis,qa in illa est suspectus,vt l.eos. in prin.& ibi gl.C.eo.ti.& facit c.accepta. s.e. & tenet Spe.in ver.itẽ si prius.in ti.de ap.§.nunc tractemus.circa fi. ¶Xxx. qñ cã incepit ad iudicẽ pertinere,vt in d.l. Iulianus.& idẽ si causa modo aliquo tangat iudicẽ,vt quia tenetur de euictione rei ꝑ qua agitur.2.q.6.biduũ.& tenet Spe.ver.itẽ si cã.¶Xxxj.quando iudex esset fideiussor partis,sed an frater, seu ꝯsanguineus fideiussoris posit recusari in cã ipsius rei principalis. Spec. in d.§.superest.in fi.arguit pro & ꝯ.& vr̃ residere,ꝙ non posit recusari,cum frater,vel ꝯsanguineus iudex nõ sit principalis debitor,& ad eum non spectat cõmodum, vel incommodũ. sed cogita,quia videretur ꝯrium dicẽdum, ex his, quæ sunt dicta s.& maximè per no.in d.c.insinuãte.& in d.c.cũ cãm.¶Xxxij. quælibet inimicitia in iudice inducit suspicionem ẽt si nõ sit capitalis,vel grauis,sed sufficit, ꝙ sit probabilis,vt in c.cũ sup. de offi.dele.& 3.q.5.quia suspecti,& ita tenuit gl.no.& Gemi. ibi in c.2.de procura.li.6.dẽt tamen cã inimicitiæ in ipsa recusatione particulariter exprimi. & nõ sufficeret in genere allegare inimicitiã.ita determinat no.Ioã.An.in d.c. legitima. & adde,ꝙ non inspicitur, an talis inimicitia habuit fomitem ex veritate,an ex falso,aut ab ipsis partibus,aut a tertio.ita no.dicit Inn.in c.cum I. & A. de re iu. ¶Xxxiij.quando iudex esset inimicus domini ipsius partis, quia ꝑ ꝑ dominũ recusat aliqs de tota familia & eꝯ,vt in l.j.C.si qua prędi.po.& ita dicit Spe. in d.ver.item si inimicus domini,& sequitur Io.An.in d.c.legitima.¶Xxxiiij.quando iudex esset familiaris,& commensalis inimici alicuius partis corã eo.ar.d.l.j.& ibi Bal.& facit c. repellatur.j.de accu.& ita tenet Spe.in ver.item si est familiaris. & Io.An.in d.c.legitima.ad idem tex.& Bar.in l. sciendum. ff. de le.vbi voluit,quod non solum inimicus sit suspectus, sed ẽt amicus domesticus inimici poterit recusari. & facit tex.in d. c.accedẽs.¶Xxxv.si quondam ipse iudex fuit inimicus meus, licet reconciliatus.3.q.5.accusatores.j.& facit c.proposuit,s. c.& ita tenet Spe.in ver.item si quondam.& vide illam gl. no. de amico reconciliato in c.per tuas.j.de sy. & no.per Bar. in l. 4.ff.de adi. leg. ¶ Xxxvj. quando prælatus & iudex non amisit partem ad osculum,& sic ad participiũ humanitatis. tunc enim præsumitur inimicitia, & iusta causa recusationis s̃m glos. & Doc. in d.c.super.pro quo etiam gl.& no.in c. Adrianus,2.63. dis.¶Xxxvij. quando iudex habuit dicere, ꝙ si posset libenter noceret parti aut ꝯ eam sententiam proferret,ita tenet glo. & Doc.in d.c.cum super. ¶Xxxviij. si iudex cum altera partium litem [a] habeat,ar.ff.de exc.tu.l.propter litem.& ita tenet Spe. ver.idem est si cum altera.& Io.An.in d.c.legitima.posito etiã ꝙ causa,quæ foret cũ iudice esset sub nomine dignitatis, seu beneficij,& ita tenet gl.& Imo.in d.c.cum super,ꝙ dictum bene no.¶Xxxix.quando altera pars secretè loquitur cum iudice ad aures ipsius iudicis:põt iudex recusari, nisi reuelet illud, quod dixit sibi pars s̃m Spe.ti.de posi.§.2.ver.quid si ponẽs,& sequitur Do.An.& alij Doc.in d.c.accedens. probatur ꝑ tex. in c.cum ex iniuncto.de hære.ibi, ꝙ dixi vobis in aure prædicate super tecta. ¶ Xl.& vltimo potest allegari suspitio rationeloci non tuti,vt in d.c.accedens.& scias, ꝙ locus dicitur suspectus,non solum quando nõ est tutus in loco iudicij, sed ẽt quãdo nõ posit haberi accessus ad locũ iudicij, nisi per terras inimicorũ,vel alium locũ suspectum,vt est tex.no.in d.c.accedens.& dr̃ plenè de hoc in c.ex parte.T.j.c. Et vide ad omnia ꝑdicta.sing.dictum Inn.in c.cũ speciali.j.eo.dicentis,ꝙ quando causa suspicionis est certa,& in iure determinata.si iudex ꝑnunciaret suspicionem non esse legitimam, ex illa causa sñia esset ipso iure nulla,quia ꝯ ius scriptum, vt 2. q. 6. diffinitiua. & in l.si expressim.ff.eo.ti.verum, quia s̃m omnes causæ suspicionis non sunt in iure expressæ, dicit Innocen.ꝙ omnes aliæ causæ reputantur legitimæ, quæ sunt grauiores expressis in iure,& qñ hoc sit, Iudicis arbitrio relinquit,ex quo si male arbitraretur potest appellari.ita dicit Inn. in c. cum speciali. & facit gl.in c.super his.de accu. & adde iam dictis,an ratione cognationis spiritualis inter iudicem,& partem posit iudex recusari. videretur primo, ꝙ non,quia talis cognatio non repellit a testimonio, & pater regenerationis.i.qui leuauit de sacro fonte poterit esse testis in causa eius filij spiritualis, vel econtra secundum Bal.in l.parẽtes.C. de testi.sed idem Bal.in l.generaliter.ff.de inius vo.fuit in contraria sententia,vbi ẽt no.referendo voluit Guil. de Cu. quem refert, & sequitur ibi Ang. ꝙ talis filius spiritualis non põt vocare patrem spiritualẽ in iudicio nõ petita venia, arg.tex.in d.l.generaliter. ratione cuius vinculi spiritualis tenuit no. Bal.in auth.nisi rogati.C.ad Tre. ꝙ in subsidium pater spiritualis obligatur ad alendum filium spiritualem,& eꝯ. cum hęc cognatio spiritualis sit efficacior cognatione carnali,vt in l.si quis alumnam.C.de nup. ex quibus vr̃,ꝙ talis cognatio sit iusta cã recusationis rõne affectiõis vinculi,& reuerẽtiæ,q̃ causat ex tali cognatione spũali.& maximè cũ ex faciliori cã recuset iudex recusat, quàm testis.imo ꝑ modica cã iudex, vt patet ex ꝑcedẽtibus,& ita dicit gl.no.ad hoc in c.cũ R.de of,dele. licet Io.An.ĩ c.Romana.§. ꝙ si obijciatur,sup gl.in ver.minus legitima.e.ti.in 6.dixerit, ꝙ talis cã suspitionis nõ est a iure determinata,sed ẽ dubia, an sit legitimus,vel non.de quo tamen se remittit ad no.per eum in c.cũ spãli.j.e.sup gl.2.& ibi per Imo.in 8.col. in fi. de quo ẽt ibi per Panor.idem dicentẽ,& allegantẽ Spe.ad hoc ti.de ap.§. nunc dicamus.col.j.in fi.per Imo.in c.prudentiam,col.14.super gl. in ver.duobus.& idẽ dicit Spe.de patrino,sicut de ꝯpatre.Secũdo adde,ꝙ iudex pt̃ recusari,nõ solũ,qñ eẽt solus, vt in c. si quis ꝯ clericũ.de fo.ꝯpet. sed ẽt si hẽret alios collegas non suspectos in cã tex.est in d.c.cãm.de of.deleg. imo est tex.no.in d.c.cũ sup.de of.dele.ꝙ si in cã sunt duo iudices,vel plures cũ cl̃a,ꝙ si non oẽs,vel ꝙ si ambo. licet vno recusato posit alter, & alij soli in cã procedere,tñ si fuit processum in cã vna cũ iudice recusato redderetur totus ꝑcessus inualidus,quia admixtio iudicis recusati hẽt vitiare totũ dato,ꝙ alius sine illo procedere potuisset,facit ratio l.sicuti. & in l. si in tres.ff.de arbi. ¶Tertio adde, quia voluit Bal.in c.ad nostrã.in fi. de prob. ꝙ iudex posit recusari suspectus,tanq̃ indiscretus,aut si ꝯsueuit esse iniquus, quia nõ tenetur,quis se cõmittere iudici iniquo, & indiscreto.ita Bal.ibi per illum tex.qd aũt si iudex est imperitus lr̃atũ,an rõne imperitiæ posit recusari suspectus. vide ꝑ Cy.& alios in l.certi iuris.C.de iu.& no.Io.An. & Gemi.in c. statutum.in prin.& in §.assessorem.de rescrip.li.6. ¶Quarto, & vltimo adde,ꝙ non solum ipse partes principalr̃ litigãtes in iudicio.sed ẽt quilibet tertius comparens pro suo interesse poterit recusare iudicem ex legitima causa suspitionis,tex.est ad hoc c no.in d.l.cum super.& sequuntur ibi Doc.

ADDITIO.

a ¶Litem habeat: An aũt hoc procedat ẽt lite finita videndũ est, quod plene scripsit Phi.Dec.in c.j.de iu.in prioribus,& posterioribus lecturis. Col.

SVMMARIVM.

1 *An & bene sententia suspendatur per appellationem.*
2 *Sententia censuræ non suspenditur per appellationem subsequentem, & quid per appellationem præcedentem.*
3 *An sententia suspensionis suspendatur per appellationem.*
4 *In quibus æquiparentur, & differant suspensio, excommunicatio, & interdictum.*
5 *Eps an posit suspendere interdictum latum a se, vel a superiore.*
6 *Si durante suspensione ab interdicto, appellatur appellatio suspendit effectum interdicti.*
7 *An suspensio, vel interdictum latum in personã posit suspendi ad tps.*
8 *An excommunicatio posit suspendi, seu relaxari ad tempus.*
9 *An excommunicatus posit inuitus absolui.*
10 *An Episcopus posit dare licentiam celebrandi in ecclesia, vel in loco interdicto.*
11 *An Papa posit dare licentiam excommunicato, vel interdicto celebrandi in diuinis.*

CAP. XXXVII.

1 AD hæc quoniam. † Sñia interdicti non suspenditur ꝑ appeõnẽ subsequentẽ.h.d.2.pars ibi,nouerit.No.j.ꝙ licet ał's ꝑ appellationẽ suspẽdat effectus sñiæ, ẽt si esset talis quæ traheret secum executionem, vt.ff. de insa. l.furti.in tantum, ꝙ ẽt si esset sñia capitalis, & vltimi supplicij, in qua condemnatus ad mortem fit seruus penę.l. qui vltimo. s. de pe.tñ per appellationẽ suã suspendit.& iõ interim integer est status appellãtis,vt l.j.ff.nil.no.ap. pẽ. & si płatus esset depositus tñ ꝑ appł'õnẽ suspẽdit effectus sñiæ.& iõ interim pt̃ suã iurisdõnem exercere.j.e.c.sępe.& ꝑ gl. no.9.q.j. in summa.tñ
2 sen-

ſnĩa cenſurę eccł'iaſticæ nõ ſuſpẽdiť p̱ appellationẽ ſubſequẽ
tẽ.iõ excõicatus ſuſpẽſus, vel interdictus, ſi appellaret interim
eẽt eodẽ mõ ſuſpẽſus excõicatus, vel interdictus, vt hic & j̃.e.
c.paſtoralis.& eſt ſpãle in ſnĩjs cẽſuræ: p cẽſurã.n. eccł'iaſticã
ꝯprehẽdiť excõicatio, ſuſpẽſio, & inter dictũ, vt in c.q̃renti.de
ver.ſig.appellatio vero p̃cedẽs dictas ſnĩas ſuſpẽderet earũ ef-
fectus, & eas nullas redderet.de ſen.exc.p tuas.&j̃.diceť.& ĩtel
3 lige hũc tex.de interdicto in ſpũalibus, & diuinis officijs:† ſe-
cus ſi interdictũ, vel ſuſpẽſio alia reſpiceret.tunc.n. appellatio
ſubſequẽs ſuſpẽderet effectũ talis interdicti, vł ſuſpẽſionis: vn
de ſi iudex interdixit tibi ingreſſum ciuitatis, ſeu palatij appel
lãdo a tali interdicto ſuſpendereť effectus ſnĩæ. imo voluit gl.
or.& mẽti tenẽda idẽ eſſe in ſuſpẽſione, vel interdicto a bene-
ficio. ita dicit in c.is cui.de ſent. excom. in 6. quicquid aliter
dixerit hic Inn.ex quibus inferť, ꝙ ſuſpẽſus a Pontificalibus,
ſeu ab vſu palij appellando ſuſpenderetur effectus ſententiæ
ſm Doc. hic. pro quo facit, quia ſuſpenſus a beneficio, ſeu a
pontificalibus, aut ab vſu palij celebrans in diuinis non incur-
reret irregularitatem, dictum eſt no. Inn.in c.j.de ſen. excõ. in
4 6.& Spe.ti.2.§.iuxta.ver.q̃d ſi Ep̃s.¶† In gl.j.ibi æq̃paranť.ꝯclu
de ſm Inn.hic ꝙ hmõi ſnĩæ cẽſuræ æq̃paranť inter ſe. primo
hic in tex.q̃a ſicut appellatio nõ ſuſpẽdit excõicationẽ: ita nec
interdictũ, vt hic, nec ſuſpẽſionẽ, vt d.c.is cui.in fi.Sc̃do æq̃pa-
ranť: q̃a ſicut excõicatio lata poſt appł'onẽ lt̃ĩmã eſt nulla, vt
d.c.p tuas. ita & ſuſpẽſio, vel ĩterdictũ.j̃.e.c. dilectus. Tertio,
q̃a oẽs hæ ſnĩæ cẽſuræ req̃runt monitionẽ p̃cedere.s̃.e.rephẽ-
ſibilis.& dic vt ibi. Quarto, q̃a q̃libet, vel excõicatus ſuſpẽſus,
vel interdictus a diuinis, aut a ſpũalibus celebrãs interim in di
uinis fit irregularis, vt in d.c.is cui.& in c.3.de cle.exc.a qua ir
regularitate ſolus Papa abſoluit, vt in c.j.& in c.clerici.de cle.
exc. Quinto, q̃a in his fit abſolutio pariter p̃ſtito iur̃o de parẽ
do mãdatis eccł'iæ, de ſent.exc.venerabili. Sexto, q̃a in oĩ ſnĩa
cẽſuræ p̃t fieri relaxatio, & abſolutio ad cautelã, vt in d.c.vene
rabili.& j̃.in gl. Septimo, q̃a vtraq; ligat ſiue iuſta, ſiue iniuſta.
11.q.3.c.j.& c.ſi q̃s Ep̃s.& c. ſi q̃s p̃ſbyter. differunt tñ in aliq̃-
bus: q̃a excõicatio ferť in p̱ſonã, nõ ĩ locũ, vt in c.Romana. §.
in vniuerſitatẽ.de ſen.exc.in 6.ſed interdictũ p̃t ferri, tã in p̱ſo
nã, q̃ in loca, vt in c.nõ eſt.de ſpõ.& in c.fi.de ſen.exc.li.6.Secũ
do, q̃a excõicatus nõ p̃t ſuſpẽdi p̱ inferiorẽ a Papa, ſed interdi
ctus, ſic, vt s̃.in gl. Tertio, q̃a cũ interdicto eſt licitũ loq̃, & par-
ticipare: ſed nõ ſic in excõicato.de ſen. excõ.nup̱. & ita tenuit
5 Io.An.in d.c.j.¶† In ea.gl.ibi ſuſpẽdat ad tp̃s.aduerte, quia ex
gl.eliciunť quinq; no.q̃ões.& primo, an Ep̃s poſsit ad tp̃s ſu
ſpẽdere interdictũ latũ a ſe, quia latũ a ſuperiore abſq; dubio
nõ poſſet.ar.c.paſtoralis.de offi.or.& de ma.& obe.c.cũ infe-
rior.gl.hic vr̃ in effectu reſidere q̃d poſsit.& idẽ ſequiť hic Io.
An. quia ſicut poſſet tollere in totũ. ita & ſuſpendere ad tps,
vt in reg.cui licet, li.6.& ff.de iudi.l.iudiciũ ſolui. & hanc par-
tẽ ſequunť hic, Do.Flo.But.& Imo.& Inno.in c.vt priuilegia.
de priuile. & vr̃ aptè p̱bari in d.c.dilectus.§.quia vero. Sed Io.
de Lig.in quadã eius diſpu.tenuit ꝯriũ, ꝙ Ep̃s nullatenus poſ
ſit ſuſpendere interdictũ latũ a ſe, quia huius ſnĩę trahũt ſecũ
executionẽ, vt d.c.is.cui.iõ executio ſeu effectus interdicti nõ
eſt ſeparabilis a ſubſtãtia.ad idẽ ẽt facit: quia maior eſt virtus
appellationis in ſuſpẽdẽdo effectũ ſnĩæ, q̃ ptãs ipſius iudicis:
patet, quia nõ p̃t facere p̃ſes, quin dãnatus de furto ſit infamis.
l.nõ põt.ff.de fur.& tamẽ appellatio ſuſpendit infamiã iã illa-
tã p̱ ſnĩam, vt in d.l.furti. & tamen ipſa appellatio non põt ſu-
ſpendere effectũ interdicti, vt hic in tex.ergo minus poterit ip
ſe iudex. Nec ob.rõ Io. An.quia tollere in totum eſt ſm nãm
actus: ſed ſuſpendere effectũ, vt non trahat ſecum executionẽ
eſt agere ꝯ nãm actus, ꝙ fieri nõ põt.ff.de p̃ca.l.cũ p̱cario.& p̱
glo.in c.2.de ꝯſue.in 6.& ex his dicit Panor. ꝙ iſta opi. eſt ve-
rior de iure, licet alia ſit cõis.ſed certè põt reſpõderi dictis rõ
nibus: quia ſnĩa cenſuræ durat, & ligat ad placitum proferen-
tis, vt patet in c.ſignificaſti de eo, qui dux.in ma.cum ibi no.&
c.veniens.2.in fi.de teſti.iõ cum ab eius ptãte dependeat, po-
terit eius effectum ſuſpendere: ſecus in alijs ſententijs, quæ nõ
dependent a poteſtate iudicis, & ita procedat d.l. non põt. &
l. iudex poſteaq̃.ff.de re iu.& vide de his no.per Inn. in d.c.vt
6 priuilegia.† Secunda q̃õ eſt poſito, quod Ep̃s ſuſpendere poſ-
ſit interdictũ latũ a ſe ad certũ tẽpus, quid ſi durãte huiuſmo-
di ſuſpenſione a tali interdicto appelletur: an appellatio ſuſpẽ
dat effectum interdicti. Io. An.hic tenet, ꝙ ſic ſi a principio in
terdictũ fuiſſet latũ ſub ꝯdõne, vt in c.p̃terea.j̃.eo. & iõ ẽt fini
to tempore ſuſpenſionis nõ hẽbit effectũ durante appellatio-
ne.& ita ſequunť hic Imo.& Panor.per d.c.dilectus.vbi vr̃ p̱-
bari, ꝙ durante ſuſpenſione poſsit appellari ad effectum tenẽ-
di ſuſpenſionem quantũ durabit cã appellationis. & loquitur
ibi tex.formaliter de interdicto, vt ibi patet. dubiũ tamẽ facit
tex.hic quia appellatio nõ ſuſpendit.& quia tale cenſeť vnum
interdictũ.l.ſed ſi manente.ff.de preca.ſicut dr̃ idẽ vulnus, q̃d
reciduauit.l.maritus.ff.loca.ſecus quando erat perfectè ſana-
tum.ff.de ædil.edi.l.qui ita ſanatum. Item iſte caſus videtur ſi
milis homini habenti dilucida interualla, qui ſemper ſub eo-
dem curatore perſeuerat. C.de cu.furi.l. pe. facit etiam, quia
liberatus ad tempus finito tempore tenetur ex veteri obliga-
tione: nec eſt neceſſe, ꝙ iterum obliget ſe. ff. de pac.l. ſi vnus.
§.j.ſicut bannitus ſuſpenſo banno ad tempus finito tempore
poterit impune offendi: nec eſſet opus de nouo bannire ſecũ-
7 dum Bal.hic, ar.tex.in d.§.j.¶† Tertia quæſtio eſt an ſuſpenſio
vel interdictum latum in perſona poſsit ſuſpendi ad tp̃s, vt ſic
de licentia ſuperioris poſsit celebrare in diuinis. Cõcluſio eſt
ꝙ non, & rõ differentiæ ſit, quia locus interdictus non pecca-
uit, ideo poteſt ſuſpendi ſententia, & effectus interdicti lati in
locum: ſecus quando perſona, quę deliquit eſt ſuſpenſa, vel in
terdicta, & non eſt emendata.tunc.n.non põt ſuſpendi: & rõ
eſt, quia nõ põt pro parte eſſe in eccleſia, & extra eccleſiã ſm
Inno.in d. c. vt priuilegia, limitantẽ prædicta no. niſi perſona
eſſet ſuſpenſa, vel interdicta, ex delicto alterius. tunc enim poſ
ſet bene ſuſpendi ad tempus tale interdictum cũ ſit eadẽ rõ, q̃
in interdicto lato, in quo nõ peccauit, vt s̃. & ita ſequunť hic
8 Doc.¶† Quarta q̃õ eſt an excõicatus poſsit ſuſpendi, ſeu rela
xari ad tp̃s. tenet hic Io.An.ꝙ nõ poſsit cõicari excõicato an
teq̃ ſit abſolutus.de ſen.exc.nuper.& c.cum deſideres.requiri
tur ergo abſolutio.& alio mõ eius effectus ſuſpendi non p̃t &
ita cõiter ſequunť hic Doc.idẽ Inn.ĩ c.p̃terea.j̃.e. poſt mediũ.
& vr̃ ibi velle Inn.ꝙ in hoc non valeret priuilegiũ Papæ per c.
nulli.de ſen.exc.de quo ibi per Doc. & ꝙ de ſen.exc.nõ poſsit
fieri relaxatio, tenuit Io. And. in c.veniens.2. de teſti.& idem
ibi Panor. in fi.licet Imo.ibi per illum tex.in fi.velit ꝯriũ. ſed
certè ille tex.loquitur de abſolutione, nõ de relaxatione.& ita
eſt tenendũ. Adde tamen ꝙ ſubſiſtẽte lt̃ĩma cã excõicatus poſ
ſit bene abſolui ad tp̃s, & poſt tp̃s reincidit in eãdẽ excõicatio
nẽ.& iõ teſtis excõicatus, qui repellitur a teſtimonio.c. decer
a nimus.de ſen.exc.in 6.poterit abſolui [a] ad tempus quouſq; fe
rat teſtimoniũ. & poſt tp̃s reincidit in excõicationem.tex. eſt
ad hoc no.in c.veniẽs.2.de teſti.& idẽ eſſet in ſuſpẽſo ſm Inn.
9 in c.olim, de acc.& Spe.ti.de teſti.§.j.ver. quid de ſuſpẽſo.† &
licet alias excõicatus non debeat abſolui, niſi ſit pęnitẽs, & pe
tat abſolutionẽ, vt eſt tex.ſin.in d.c. ſignificaſti. quia venia nõ
datur, niſi petenti, & correcto.vt in reg.peccati in 6. tamẽ quã
do ſubeſt iuſta ca põt excõicatus abſolui inuitus impęnitens,
& nõ petens: quia abſoluitur ab excõicatio.& nõ a peccato &
ſic non obſt.d.reg.peccati.de quo ibi per gl. & ita tenẽt Doc.
in d.c.veniens. & ibi per Do.An. & Imo. & no. etiam in c. ab
10 excõicato. de reſcrip. quæ omnia ſin.tene menti. ¶† Vltima
quæſtio eſt, an Epiſcopus poſsit alicui dare licentiam, vel pri-
uilegium celebrandi in eccleſia, vel loco interdicto.gl.no.hic
in fi.tenet, ꝙ non, dicens, ꝙ ſolus Papa hoc poſſet. & ita ſequũ
tur Doc.hic, quia ſtante interdicto ſolus Papa poſſet diſpenſa
re, & concedere, ꝙ poſsit celebrari in loco interdicto.& ideo
11 inferior non põt. † an tamen Papa poſſet dare licẽtiam excõi
cato, vel interdicto celebrandi in diuinis.Inn.videtur velle, ꝙ
non in c. præterea.j̃. e.poſt medium, dum allegat d.c. nulli.de
ſen.excom. de quo dic, vt ibi per Doc. & bene no. præceden-
tes quæſtiones, quia ſæpè de facto occurrunt.

ADDITIO.

a ¶Adde circa abſolutionem, quæ fit in teſte, vt ferat teſtimonium: ꝙ iſtud pro-
cedit, quando excommunicatio dicitur nulla. ſi autem dicatur iniuſta, nõ vi-
detur, quod talis abſolutio debeat fieri, niſi in defectum aliorum teſtium,
vt per Panor. in d.c.veniens. de quo vide Fel.ibi col. pen.

SVMMARIVM.

1 *An quando Archiepiſcopus poſsit cognoſcere de cauſis ſubditorum ſui ſuf fraganei, & limitationem ad c.paſtoralis de offi.ordi.*
2 *Vide terminos, & differentiam appellationis iniuſtæ, & iuſtæ.*
3 *Appellans debet probare tria, & an ſi appellans non producit ſententiam, an appellatio fiat deſerta, & an teneatur producere ſententiam, & appellationem.*
4 *Ponit differẽtiam inter appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria.*
5 *Quamuis appellatio ab interlocutoria non poſsit iuſtificari ex noua cauſa põt tamen ex nouis probationibus cõcernentibus cauſam appellationis.*
6 *In diffinitiua, quod non eſt deductum, deducam, & non probatum probabo.*
7 *Sententia lata ex falſa cauſa poterit in cauſa appellationis confirmari, & iuſtificari ex alia cauſa.*
8 *Singulariter declaratur l.Titianus.ff. quod cum eo. & etiam declaratur, qualiter intelligatur illud vulgare, quod non deduxi deducam, quod non probaui probabo.*
9 *An ſententia lata ex falſa cauſa expreſſa in ſententia valeat, & poſsit reformari per iudicem appellationis.*
10 *Ad intellectum d.l.Titianus. quando ſit, quod iudex appellationis poſsit reformare primam ſententiam ex noua cauſa.*
11 *Iudex appellationis habet caſſare ſententiam latam ſuper libello, vel proceſſu inepto.*

12 *Officium iudicis appellationis est magis latum, quam officiũ iudicis a quo.*
13 *An positiones factæ in causa principali possint variari, & mutari in causa appellationis & ibi prosequitur per multa exempla.*
14 *Vtrum sit necessario appellandum in scriptis.*
15 *Ad quem pertineat exequutio sententiæ, an ad iudicem ad quem, an ad iudicem a quo.*

C A P. XXXVIII.

CVm in ecclesia. Iudex appellationis remittit appellãtẽ ad priorem iudicem, nisi sibi constiterit a grauamine, vel ab iniusta sñĩa appellatũ.h.d.& primo narrat factũ,
1 secundo ibi, mandamus, prouidet. ¶†No. primo declarationem,& intelligentiam ad c.pastoralis.de offi.or. nã Archieps
tunc potest se intromittere, & cognoscere de causis subditorum sui suffraganei,qñ ad eum per iustam appellationem deferuntur. & ita procedat,ꝙ ibi hr̃. secus autem si causa sit delata ad Archiepm per iniustam, vel non legitimã appellationẽ.tunc.n.dẽt remittere partes, & cãm ad ipsum suffraganeũ, seu aliũ iudicem,a quo erat appellatũ.tex.est hic clarus,& no.
2 ¶†Secundo tene mẽti ex tex.terminos,& effectus appellationis,qñ appellatio est ex iusta cã interposita deuoluit iurisdõnem, & cãm totam ad iudicem ad quem nec debent partes,& cã remitti ad iudicem a quo. ita procedat tex. in c.accepta. s̃. eo.qñ aũt appellatio esset iniusta,& non legitima,aut non iustificata in processu, tunc dẽnt partes, & cã remitti ad iudicẽ a quo,vt illius iudicio parcant.tex.est hic no.& licet alias dicatur,ꝙ iudex a quo sit suspectus appellãti,s̃.e.ad hęc.istud est verum,qñ appellatio fuit iusta,& legitima. secus si iniusta. tunc enim causa,& partes,ad eum remittuntur nec posset recusari,
3 vt hic patet, & est plene dictũ ĩ d.c.ad hæc.¶†Vltimo nota ibi tibi constiterit.quod nunq̃ pręsumitur appellatum,aut legitimè siue ex iusta cã:nisi hoc per appellantẽ probetur. & iõ dẽt appellãs producere appellationẽ,& probare tria. primo se appellasse.secundo ꝙ ex legitima cã.3.ꝙ appellauerit.j̃.10.dies, pro quo ẽt bonus tex. in c.Romana.§.si vero. eo. tit. in 6. vbi ita tradit Io.An.dicẽs,ꝙ appellans tenetur probare,& producere appellationem,& ipsam sñĩam, a qua appellat cum alias nõ possit bene probari,quod appellauerit,j̃.10.dies a die sententiæ,vt in auth.hodie.C.eo.tit.nisi faciat fidẽ de sñĩa, & die latæ sñĩę,& tunc constabit, an appellauerit.j̃.10.dies,alias eñ cã non est deuoluta ad iudicem ad quem,vt d.§.si vero.& hic. & vide etiam no.per Bar.& Bal.in l.hi qui,C. eo.tit.de quo tñ vide plenè dicta.j̃.eo.bonæ.col. 10. in ver. 8. debet appellari, vbi fin.de his,& per Cy.in l.per hanc.C.de tempo.appel.in 4. q.vbi similiter tenet,ꝙ ille, qui appellat tenetur ꝑducere sententiam.quid autem si non producat, an appellatio fiat deserta.vide dicta in ca.ex ratione.s̃.eo.co.15.in ver.2.quæritur, in
4 fi.¶†In gl.in ver. iusta,in fi. nota vnam differentiam inter appellationem a diffinitiua,& ab interlocutoria,quia in appellatione a diffinitiua non requiritur aliqua causa. satis est dicere appello.l.j.in fi.l.cum se.ff.eo.tit.sed in appellatione ab interlocutoria requiritur causa grauaminis nominatim exprimi. j̃.e.vt debitus.& cle.appellanti.e.ti. vbi est expressum,ꝙ appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex alia cã,nisi so-
5 lũ nominatim in appellatione expressã.†Scias tamen, ꝙ appellatio ab interlocutoria,licet non possit iustificari ex noua cã, põt tñ iustificari ex nouis & diuersis probationibus: quia dispositio.l. per hanc.& c. cum Ioannes. habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria,dũmodo ad probationem cãę expressæ in appellatione concludant. ita Cyn. in d.l. per hanc
6 in j.& 2.q.& Bal.in addi.ad Spe.ti.de appel.in 9.car.ver.etiã si ab interlocutoria.ꝙ no.† sed appellatio a diffinitiua potest iustificari ex nouis causis,& ex nouis ꝓbationibus,vt est tex. no. in l.Titianus. ff. ꝙ cum eo.quia ꝙ non est ꝓbatũ probabo, & ꝙ nõ est deductum deducam in cã appellationis,vt l. per hãc.
7 C.de tempo.ap.& in c.cum Ioannes.s̃. de fi.instr.† iõ in causa appellationis sñĩa lata ex falsa cã poterit iustificari ex alia cã
8 vera,& confirmari ex alia cã,q̃ ex cã q̃ iudex assumpsit, vt d. l. Titianus.† intellige hoc verum, qñ noua cã, ex qua iudex appellationis moueretur,compræhendebatur in primo iudicio, seu ex actis,& processu primæ cãæ,saltem implicitè:secus si talis noua causa nullatenus includebatur. tunc. n. ex illa iustificari non posset.C.de pet.hære.l.hæreditas.ff.de euic.l.minor. §.si seruus.l.Bebius.ff.de pac. do. ita sing. Bal.in l.si is.ff.de ac
9 quir.hære.& Imo.ibi & facit l.non põt. ff.de iudi.& no.hanc fin.declarationem ad l. Titianus. † & secundum prędicta dẽt intelligi id quod no. Butr. in c. cum dilecti.j̃. de emp.& vend. dicens,ꝙ sententia lata ex causa non legitima expressa in sententia non valet,nec potest reformari per iudicem appellationis,licet ex alia causa non expresè potuisset iuuari.alle.ꝙ ha-
10 betur in c.ex parte.c.dilectus.& c.cum super,de conces.præb. † tu intellige,& limita,vt s̃.& adde aliam no.limitationem ad prædicta,& ad d.l.Titianus,quia licet iudex appellatio. possit supplere defectum iudicis a quo,& ex noua causa cõfirmare, seu reformare sentẽtiam eius,vt d.l.Titianus,& d.c. cum Ioã-
11 nes,in fi.† illud est verũ,nisi processus, vel libellus, seu modus agendi esset ineptus:tunc.n. iudex appellationis habet cassare sñĩam,tanq̃ latam super libello,seu processu inepto reseruato iure apte agendi.tex. est sin.in c.cum dilecti.j̃.de emp.& ven. quem ad hoc no.Bal.in l.2.C.de rescin.ven.in ver.14.quæro, & ita sequitur Imo.in d.c.cum dilecti.col. 3.& idẽ ibi Panor. col.j.& vide.j̃.eo.c.dilecto.in ver.10. quęritur,circa fi. & vide ad prædicta no.per Bal.in addi. ad Spe.e.ti. in 8.car.in ver.offi
12 ciũ iudicis.† vbi ex prædictis dicit, ꝙ officium iudicis appellationis est magis latum, q̃ officium iudicis cãæ principalis cũ possit supplere,vt s̃.etiam pro absente.iõ subdit Bal.ꝙ in causa appellationis valet confessio facta absente parte, q̃a iudex supplet.l.ampliorem.§.j. C.eo.quod no.Item adde ad l. Titia
13 nus,& ad l.per hanc.C.de tẽp. appel. † ꝙ positiones factę post li.conte. in causa principali possunt mutari in causa appellationis,& admittitur variatio,vt si egi rei ven.in j.causa, & volui probare dominium per sentẽtiam, vel per traditionem potero in causa appellationis probare per pręscriptionem,vt no. per gl.no.in d.l.per hanc.sufficit.n. ꝙ sub libello possit includi, vt ibi no. & in d.l.Titianus.ita Bal.in addi.ad Spe. eo.ti.in 9.car.in ver.positiones facti. Item adde, ꝙ si petij a te bouem & fuisti absolutus,appellaui, & in causa appellationis volo ꝓbare de equo,non possum, quia non potest mutari libellus,& prosecutio appellationis debet esse de eadem re non de diuersa.ita Bal. in dictis addi. in ver. petij a te. secus dicit Bal.si mutat causam circa eãdem rem,vt s̃. proximè est dictũ,vnde subdit Bal.ibi in ver.egi contra colonũ.ꝙ si egi ꝯ colonum actione arborum furtim cęsarum, sed in causa appellationis volo prosequi actionem ex locato,certè non possum, quia nouum est capitulum. Itẽ vbi actiones tolluntur in electione non possum variare, ẜm Bal.ibi ponentem ẽt ꝙ si in causa principali reus opposuit exceptionem pacti de non petendo, an poterit in causa appellationis opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,& an si pendente appellatione factum sit authori pactum de petendo, an poterit actor illud allegare. de quibus vide ibi per Bal.& plenius vide per eum in vlt. car. in prin. in ver.qualis est libellus.& vide.j̃.in c.per tuas.col.4.in ver.qualiter sit concipientis libellus,in fi. vbi plura dicta no.circa hoc plene. & vide de omnibus prædictis per Bal.in d.l. per hanc,in
14 2.car.& ibi ẽt per Saly.† Scias tamẽ quod tam ab interlocutoria,q̃ a diffinitiua vtroq; casu appellatio dẽt interponi in scriptis,vt in c.j.eo.ti. li.6. licet gl. de interlocutoria dixerit contrariũ, & malè in d.l.j.cum se.ff.e.ti.de quo vide plenè.j̃.c.vt debitus,col.10. ver.2.quęritur.& ver.3.q̃ritur. & satis est porrigere scripturam appellationis, licet non sit authentica, & licet aliter non legatur corã iudice, a quo appellatur,tex. est ad
15 hoc no.in c.appellatio.eo.ti.in 6. ¶In gl.in ver. alioquin,in fi. dicit hic Panor. ꝙ iste tex. optimè facit pro illa opi.ꝙ iudex a quo exequatur sententiam,& nõ iudex appellationis, qñ fuit confirmata per iudicem appellationis ex primis actis: ita ꝙ ꝯstet appellatum fuisse ex iniusta causa:tũc enim remittitur recusatio ad priorem iudicem, vt hic clarè probatur secundum eum,quod dicit esse bene no.de quo tamen ar.ad quem pertineat executio sententiæ,an ad iudicem ad quem, vel ad iudicem a quo,vide ordinatè per Doc. in c. pastoralis.§. pręterea hic alleg.per Bar.in l.a diuo Pio,in prin.ff.de re iud.per Bal.in authentica,si quis litigantium.C.de Episcopa.audi.& ibi an agatur ex confirmante,vel confirmato.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans, qui deserit suam appellationem, & prosequendo coram iudice appellationis dicitur primam eius contumaciam purgare, & poterit ex nono grauamine appellare.*
2 *De virtute verbi liberè.*
3 *Appellans est exemptus a potestate iudicis a quo in illo articulo, in quo appellauit non in alijs.*
4 *Quando sit, quod iudex a quo appellatur, non teneatur post appellationem citare amplius appellantem ab eo.*
5 *Regula ne liceat tertio appellare, qualiter intelligatur, & habeat locum.*
6 *Vide limitationem ad.l.quod iussit.ff. de re iud.& ad c.cum cessante,& c. si iudice.etiam eo.in 6.*
7 *Appellatio est communis etiam parti, quæ non appellauit in tantum, quod tertio poterit appellare, & adhærere appellationi aduersarij.*
8 *Regula, ne liceat tertio appellare, procedit etiam in causa matrimonij, & alijs, quæ non transeunt in rem iudicatam, sed de nouo debet causa agitari.*
9 *Princeps non potest reparare appellationem desertam, sed etiam indulgere tertiam appellationem, nisi faceret ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*

10 *Sententia lata super tertia appellatione esset nulla, & sententia contra sen tentiam quæ transiuit in rem iudicatam etiam est nulla, & requiratur quod illud excipiatur.*

11 *Licet tertio non appelletur an saltem liceat de nullitate sententiarum vel vnius earum dicere.*

12 *Casus in quibus non licet appellare nisi semel, ibi remissiue.*

CAP. XXXIX.

Directę. Si appellās qui nō prosequtur redit ad iudicem à quo & iterū grauet̄, nō ob. prima desertione, pōt iterū appellare. h.d. & secunda
1 pars ibi, r̄ndemus. †No.j. quod appellās, qui deserit suā appł̄onē, & ꝓsequitur corā iudice à quo, censet̄ tunc eius primā cōtumaciā si qua erat purgare, in tm̄ quod si postea grauetur iterum ab eodē iudice poterit ex nouo grauamine iterū appellare, nec potest excludi vigore primæ contumaciæ & appellationis desertæ, quasi decætero non debuerit audiri appellans. 2.q.vj.§. sunt quorū. & in l.post edictum. §.fi.ff.de iudi. & in clem.j.de do.& cōtu. nam istud ꝓcedat nisi contumax purgauerit prosequendo eam coram iudice à quo. tex. est hic no.
2 de quo.j̃.¶ † No.ij. ibi libere posse vti: quod licet alicui super aliquo actu detur libera ptās, debet intelligi & restringi ad terminos iuris per hoc enim non potest grauare illum contra iustitiā. tex. est hic quem nota ad materiam Bar. in l.fideicōmis-
3 sa.§.quacunq;.ff.de le.j. & l.alio.ff.de ali.leg.¶ † Vltimo tene menti tex. ibi exemptum. quod per appellationem legitimam appellans eximitur à ptāte & iurisdictione iudicis a quo. facit c.si à iudice.eo.tit.lib.vj.& c.super quæstionum.in fi. de offic. dele. de quo in c.pastoralis.j̃.c. & intellige quod sit exemptus in illa causa & in illo articulo vbi appellauit, nō autem in alijs
4 separatis.s̃.eo.c.super eo.j.& c.proposuit.vbi de his.¶ † In gl. j.ibi, renunciando. si appellatio erat deserta nō erat necessaria alia renunciatio cum appellatione fingit̄ ipsi renunciatū & habet̄ acsi nunq̄ appellatū fuisset, vt in l.2. & fi.C.de temp.app. sed dic, ꝙ ideo hic renunciauit expresse vel alio mō tacite, vt sic cōstaret de purgatione eius ꝯtumaciæ. nec ob.c.personas. & c.cū sit.s̃.eo. vbi dr̄ ꝙ deserens appellationem non auditur vlterius appellās, qa debet intelligi q̄n ex eadem cā. secus si ex noua cā, & ex nouo grauamine. & ita sit text. hic f̄m Gof. vel dicas f̄m Io.And. ꝙ si deserens appellationem reassumit cām coram iudice à quo poterit postea si de nouo grauet̄ iterū appellare, sed si deserat appł̄onē & tn̄ durat in prima cōtumacia qa non redit nec cōparet corā iudice à quo, tunc non audiret̄ si velit iterū appellare ēt ex nouo grauamine cū adhuc pōt dici cōtumax qui nō audit̄ appellans, vt s̃. & ita in effectu sequū tur hic Doc. licet Io.Cal. teneat ꝯriū hic dicēdo ꝙ siue assumpserit cām siue non coram iudice à quo, semper debeat audiri secundo appellans nisi prima eius appellatio manifeste fuerit friuola. & ita sit tex.in d.cle.j. & iō cōsidera tres casus. primus q̄n aliquis pendente appł̄one iterum grauat̄ à iudice à quo, & iterū tunc poterit appellare. licet.n. non reassumpsit coram iudice à quo, & hoc nisi prima appellatio fuerit manifeste friuola. & ita proprie est tex. in cle.si ante.de do. & cōtu. Scd̄s casus sit quando quis grauatur pendente prima appł̄one aut ea finita postq̄ est declaratū ipsum frustratorie appellasse & hoc casu nō poterit secundo appellare ab alio grauamine, vt no.gl.ma. in d.cle.si ante.& hic, nisi purget eius contumaciā cōparendo corā iudice à quo, ar. tex. hic f̄m Imo. & ratio est quia per talē declaratoriā cōstat ipsum frustratoriè primo appellasse. ideo tanq̄ duret cōtumacia amplius appellare nō poterit nisi causa purget comparēdo coram iudice à quo, vt s̃. Tertius casus sit quando pendente prima appellatione vel ea finita iterum grauatur, tamē nulla declaratoria est lata ꝙ fuerit friuola prima appellatio. sed tamen est deserta per laspum termini iuris vel hominis. & hoc casu licet Io.Cal. voluerit. s̃. ꝙ possit iterum appellare ex nouo grauamine per tex. in d.cle.si ante. si nō cōstet primam appellationem friuolam manifeste, tamen tenendum vr̄ ꝯriū prout. s̃. tenet Io.An.& alij Doc. quia satis vr̄ cōstare ꝙ appellatio prima fuerit manifeste friuola ex quo ē deserta, ideo nō videat̄ cōstare de prima contumacia nisi purget eā comparendo corā iudice à quo. alias nō poterit secūdo appellare, prout dr̄ hic in tex. nec ob. si dr̄ ꝙ ex solo ꝙ appellatio sit deserta non videat̄ constare de prima contumacia cum potuerit iustis impedimētis esse deserta. s̃.eo.c. ex rōne. ideo est quòd tex. in d.cle. si ante, defendit appellantē à ꝯtumacia dūmodo non constet appellationē manifeste fuisse friuolā. Nam certe satis dr̄ constare per desertionē, & hæc est ratio quare iudex à quo non tenetur amplius citare appellantē ab eo etiam post desertionē appellationis p lapsum termini iuris, vel hoīs vel quia apostolos non petierit, prout no. tenuit Io.An. & alij Doc. sequunt̄ in c.ij. de do.& contu.in vj. & tex. ibi dum dicit, nisi renunciet appellationi. intelligit̄ de renunciatione exp̄ssa & etiam tacita per comparitionem coram iudice à quo, vt ibi per glo. in verbo, renunciet. secus si talis tacita renūciatio inducat̄ per solam desertionē in non petēdo apostolos vel non ꝓsequēdo appellationē intra terminum iuris vel hominis. tūc enim talis renuncians appellationi nō erit de necessitate citādus vlterius post desertionē ad id qđ restabat de ꝓcessu ipsius cāæ cum inuitus censeat̄ renūciasse. & tex. in d.c.2. requiris. ꝙ sponte renunciet: & sic ꝙ non sit vlterius citādus. sequitur ibi Io.An.& alij Doc. vnde si non debet citari, ergo non cessat prima contumacia per talē desertionē. ideo si postea grauat̄ non poterit appellare. facit gl.fi.in c.personas.s̃.eo. quæ voluit ꝙ ꝯ talē appellātem possit deserta appellatione procedi eo aliter nō citato. idē etiā tenet gl.j.in c.cū causam.s̃.de re iudi. Hinc etiam dixit no.Inn. in d.c.ex ratione. ꝙ quando appellatio est deserta per lapsum termini poterit iudex à quo procedere ad executionē s̄n̄iæ absq; alia citatione. & quod talis amplius nō sit citandus tenuit Panor. in d.c. cū causam. quantū ad casum nostrū. & ita vr̄ tenendum ꝙ non possit tunc de nouo appellare, quicquid aliter sentiat hic Pan. in vlt.col.in prin. q̄n autem appellans post desertionē redit ad iudicem à quo prosequēdo causam corā eo si iterū grauat̄ bene poterit appellare, vt hic in tex. & subdit hic Pan, quod ex omnibus prædictis potest sumi optima cautela ꝙ ipse appellās compareat corā iudice à quo declarando ꝙ velit prosequi corā eo. tunc.n. ipse iudex à quo tenet̄ postea eum citare ad actus vlteriores. & si de nouo grauabit̄ poterit iterum appellare, vt patet hic in tex. no. ad hoc. & tene menti p̄dicta ad intellectum dictæ cle.si ante. In glo.in verbo, appellare.in fi. vult gl. ꝙ super eodē articulo sit licitum bis appellare & nō vltra, siue in sententia diffinitiua siue interlocutoria. de qua materia habet̄. 2.q.6.si quis in quacūq;. & in c.quoties.el j.& per gl.& Doc.in c.sua nobis.j̃.co.& l.j.C.ne liceat tertio ꝓuocare. & per Spe.ti.de appel.in §.quoties.in prī.
5 †pro cuius articuli declaratione sit prima cōclusio, ꝙ dicta regula ne liceat tertio prouocare, intelligitur & locum habet in vno & eodē articulo. secus si in diuersis. vnde si miles quis grauaretur in vna causa super diuersis articulis poterit semper & toties appellare. & ita debet intelligi tex. in d.c.quoties. sic ergo super quolibet articulo poterit pars successiue facere duas appellationes, vt hic in gl.¶ Secunda cōclusio sit regulā, ne li-
a ceat tertiò prouocare, [a] hr̄e locum q̄n ab vna & eadē ꝑsona interponit̄ appellatio. Nam altera pars poterit bene postea duas alias appellationes facere super eodem articulo. ita ꝙ quatuor appellationes possunt cōcurrere super vna s̄n̄ia si duæ appł̄ones pro qualibet parte puta, Titius habuit s̄n̄iam ꝯ Seyum. appellauit Seyus primo & succubuit. appellauit secūdo & obtinuit. poterit Titius postea bis appellare. sit ergo ꝯclusio ꝙ in eodē articulo q̄libet pars habet duas appł̄ones, & ita sequunt̄ hic Doc.& Spec.eo.ti.§.quoties. & intellige p̄dicta ēt si appellatio interpellatim fieret. puta si dictus Seyus appellauit obtinuit s̄n̄iam ꝓ se, à qua Titius appellauit & obtinuit s̄n̄iam pro se. poterit Seyus iterum appellare & si obtinuit poterit postea Titius appellare & sic sunt quatuor appellationes, duę ꝓ qualibet parte mediate siue immediate, vltra vero non licet appellare. & ita ēt tenet Pan.in d.c.sua nobis.col.iij.¶ Tertia cōclusio notabilis sit dictā regulā hr̄e locū nisi per s̄n̄iam tertiam inferat̄ nouū grauamen. tūc.n. ab illo grauamine poterit appellari & erit in hoc prima appellatio, puta si dictus Seyus in tertia s̄n̄ia q̄ reportauit ꝯ se fuit condēnatus in expēsis oīum cāliarū s̄n̄iarū, de quibus nō fuit habita cōsideratio per primos iudices rum, poterit ergo appellare ab ista tertia s̄n̄ia ꝓ cōdēnationē expensarū quia de expensis nō erat iudicatū nec primo nec scđo. ergo appellari pōt cū inueniat̄ in hoc esse prima appellatio. & ita dicit & sequit̄ no. Ang. in d.l.j.& facit qđ tenet do.Ant.j̃.in vlt.cōclusione. & intellige ꝙ possit appellare & ꝓsequi appł̄onem quo ad expēsas, nō aūt quo ad alias res iā
6 bis iudicatas. ¶ † Quarta conclusio sit ꝙ licet interlucutoria à qua nō est appellatū trāseat in rē iudicatā quo ad partes. s̃. de electio.c. cum dilecti. cum alijs similibus. & si appellet̄ postea à diffinitiua possunt regulariter reparari grauamina illata ꝑ ipsam interlocutoriā, q̄ transisset primo in rē iudicatā, vt est tex. & no.in c.fi.eo.ti.in 6. tamē si qs appellauit ab interlocutoria & in duabus appellationibus succumbit, hēt locū regula p̄dicta in tm̄ ꝙ appellans postea à diffinitiua amplius nō audit̄ in interlocutoria in duabus appł̄onibus confirmata. tex. est singularis in cle.fi. eo.ti. in tm̄ etiam ꝙ licet dicat̄ ꝙ interlocutoria nunq̄ transit in rē iudicatā quantū ad iudicē qa potest quādocunq; reuocare. ff.de re iudic.l.quod iussit.j̃.eo.c.cū cessante. & c.si à iudice.eo.ti.in vj. Fallit tamen in dicto casu quādo interlocutoria in duabus appł̄onibus esset confirmata, tūc.n. sit irreuocabilis & transit in rē iudicatā tam quo ad partes q̄ etiā quo

ADDITIO.

a ¶ Ad regulam, ne liceat tertiò prouocare. vide hic.x.no.conclusiones.

quo ad iudicē gl. est vnica, & singularis in ver. super ea. in dicta
7 cle. fi. & tene menti hæc ad mām interlocutoriæ. ¶ † Quinta
ꝯclusio notabilis sit, ꝙ in oī casu licet qs nō possit tertio appel
lare poterit semp adhærere appellationi aduersarij. tex. est no-
tabilis in l. ampliorem. in prin. C. eō. tit. vbi dr̄ ꝙ appellatio est
cōis ēt parti, q̄ nō appellauit, & auditur iste beneficio alterius
partis appellantis. ar. l. petendæ. C. de tēp. in integ. resti. & ita
patet in 2. ꝯsonc. & ita dixit formaliter Bal. in d. c. sua nobis.
8 j. co. ti. ¶ † Sexta cōclusio sit, ꝙ p̄dicta rr̄a non liceat tertio ꝓ-
uocare in eodē articulo, ꝓcedit ēt in sententijs, q̄ non transeūt
in rē iudicatā. licet em̄ in illis possit cā de nouo agitari, nō t̄n
propter hoc poterit tertio appellari. glo. est vnica & singularis
in iure in verbo, fornicatio. in c. fr̄nitatis. j̄. de frigi. & malefi.
quā dicit ad hoc menti tenendā Panor. in d. c. sua nobis. col. 3.
in prin. Sed certè idem voluit gl. 3 1. q. 2. Lotharius. sicut in fi-
nili dicimus, ꝙ in huiusmodi causis licet non transeat in rem
iudicatam, tamē non esset licitū, nec potest appellari post 10.
dies. gl. est notabilis ad hoc in c. ad reprimendā. s̄. de offi. ord.
Amplius ēt dicimus, ꝙ huiusmodi sn̄iæ licet non transeūt in
rem iudicatam, si tamen sit appellatū, ita deseritur appellatio
in dictis causis, sicut in alijs. tex. est hic valde notabilis in tex.
nostro, qui loquitur in causa matrimonij. facit c. licet. de sent.
exc. in 6. ex quibus apparet, quod sn̄iç, quæ non transeunt in
rem iudicatam, tamen per viam appellationis in nullo diffe-
9 runt ab alijs causis, tene menti. ¶ † Septima conclusio sit, ꝙ in
tantum prohibetur tertia appellatio, quod ēt Princeps, & Pa-
pa per viam rescripti tertiam appellationem indulgere nō p̄t.
tex. est ad hoc no. in d. c. sua nobis. vbi nō valerent lr̄æ, & rescri
ptū Principis, & nō p̄t reparari appellatio deserta. C. de temp.
appel. l. nemo. Subdit tamen Bal. & Imo. in d. c. sua nobis, ꝙ p
viam priuilegij posset Princeps ex certa sciētia concedere ter-
tiam appellationē. tunc. n. vr̄ vti plenitudine potestatis, vt di-
cit gl. singularis in d. c. ad hæc. s̄. de rescrip. de his tamen vide,
10 vt plenius dicetur. j̄. eo. in d. c. sua nobis. ¶ † Octaua conclusio
sit ꝙ in tantū non pōt tertio appellari, ꝙ sn̄ia lata super tertia
appellatione esset ipso iure nulla, qa non valeret sn̄ia ꝯ sn̄iam
quæ transiuisset in rem iudicatā. l. j. cum alijs similibus. C. q̄n
prouoca. nō est necess. ꝙ intelligit Bal. in d. c. sua nobis. ꝓcede
re quando esset exceptū, & ꝓbatū de duabus appellationibus,
& sententijs. si aūt nihil fuit exceptū, vel probatū, tūc valeret
sn̄ia super tertia appellatiōe. ita dixit de his esse casum in d. c.
sua nobis. qui fm̄ eū alibi nō reperit. Sed certe ille tex. non vr̄
hic ꝓbare, ꝙ non fuerit exceptū, & iō videret, quod omni ca-
su sn̄ia sit nulla, ex quo prima sn̄ia confirmata per duas appel
lationes non pōt rescindi, vt in cle. si appellationē. co. ti. & in
cle. j. de re iud. quod probatur euidenti rōne. tertia appellatio
non valet, vt in d. c. sua nobis. & in d. l. j. ergo nō deuoluit cau
sam ad superiorem, vt dicit Imo. in d. c. sua nobis, circa mediū.
& si causam non deuoluit ad superiorem, ergo eius sn̄ia esset
nulla ex defectu iurisdictionis. & hoc quando non fuit excep-
tum. si aūt fuit reuocatum in dubium de ipsa appellatione, &
iudex pronunciasset se competentem, & partes litigauerunt
coram eo, tunc bene videretur, ꝙ valeret sn̄ia, sicut in simili di
cunt Inn. & Doc. in c. super literis. s̄. de rescr. ad intellectū di-
ctę cle. si appellationem. & ad intellectum c. j. de rescri. in 6. &
ibi notatur per Lapum, & quod dicit in simili Inn. in c. j. j̄. de
11 confirma. vti. vel inuti. vt est dictum in c. ex ratione. s̄. eo. in 8.
membro principali. ¶ † Nona conclusio est, quod licet is ꝯtra
quem est tertio lata sn̄ia non appellat tertio, vt s̄. poterit tamē
dicere de nullitate dictarum sn̄iarū, vel alicuius earū. de quo
dicas, prout hodie hr̄ in cle. j. de re iudi. de cuius intellectu, vi
de sing. dicta per Bal. in d. l. j. & subdit Do. Ant. in d. c. sua no-
bis. post Specu. in d. §. quoties. quod licet non possit quis ter-
tio prouocare, poterit tamen de nullitate vltimæ sn̄iæ dicere,
& si succubuerit poterit appellare, quia est diuersum, & nouū
grauamen. sed in appellatione non poterit cognosci de iniu-
stitia sententię, sed solū super nullitate. ista tamen cautela nō
pōt habere locum, nisi quādo in veritate sn̄ia esset nulla, alias
12 esset mala cautela, quia finaliter succumberet & condemnare
tur in expensis fm̄ Imo. in d. c. sua nobis, circa fin. ¶ † Decima,
13 & vltima conclusio sit, ꝙ licet tr̄r in omni articulo & cā sint ꝓ
missæ duæ appellationes pro qualibet parte, vt s̄. † tamen sunt
certi casus, in quibus non licet appellare, nisi semel tantum.
de quibus vide in l. episcopale. & auth. si quis litigantium. C.
de episco. audien. & 2. q. 6. sunt quorum. & versi. illud. & nota
bene supradictas ꝯclusiones, qa nullibi ita ordinate reperies.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis potest ferri sub conditione extrinseca, secus in alijs sententijs.*
2 *Sententia alternatiua an valeat.*
3 *An dictio, nisi, importet conditionem in sententijs.*
4 *Sententia excommunicationis lata sub conditione, vel in diem, suspenditur per appellationem subsequentem.*
5 *An si creditor prorogat terminum debitori, euitet debitor pœnam excommunicationis.*
6 *Per pactum debitoris, & creditoris non potest quis reincidere in eandem sententiam excommunicationis, si semel sit absolutus, secus si tale pactū apponatur in sententia absolutionis.*
7 *An & quando in sententia excōmunicationis conditio retrotrahatur.*
8 *In sententijs censuræ conditionalis potest appellari etiam post 10. dies & suspenditur censura dum tamen appellatum sit ad conditionem.*
9 *In alijs sententijs conditionalibus debet appellari infra 10. dies a die sententiæ. & ibi ponitur ratio differentiæ.*
10 *An & quando quis mutans domicilium incurrat excommunicationem ante euentum conditionis, vel diei.*
11 *Quid si pendente conditione iudex est mortuus, aut remotus ab officio, an reconualescat conditio & excommunicatio, vel expiret sententia conditionalis.*
12 *Excommunicatus sub conditione potest pendente conditione testificari.*
13 *Excommunicatio non ligat, nisi a die extantis conditionis.*
14 *Conditio non retrotrahitur in sententijs censuræ.*
15 *Si iudex in sententia excommunicationis sub conditione, vel in diē dixerit, ex nunc prout ex tunc sis excōicatus, an conditio retrotrahatur.*
16 *Quando dictio, nisi, non habet præcedentem ordinationem an disponat.*
17 *Si iudex in sententia dixerit, excommunico te si appellas, aut si elegeris, an illo appellante, vel eligente sit excommunicatus, vt dicatur electio, vel appellatio præcedere excommunicationem.*
18 *An in dubio præsumatur, quod appellatio præcesserit excommunicationē, vel econtra, & ibi. nu. 19.*
20 *An post terminum excommunicationis, vel iuramenti liceat purgare moram, vel pœnam.*
21 *An de æquitate canonica, vbi est dies, & pœna, semper sit locus purgationi moræ.*
22 *Si aliquis propter impossibilitatem, vel inopiam non potest soluere, an euitet excommunicationem.*
23 *Si aliquis fuit iusto impedimento detentus ita ꝙ comparere non potuit in termino, an incurrat excommunicationem.*
24 *An per verba, excōicatum te cognoscas, sit canon latæ sententiæ.*

CAP. XL.



Ræterea. Sn̄ia excōicationis suspēsionis, vel interdicti lata sub conditione suspē
dit si ante condōnē appellet. h. d. secunda pars ibi
vr̄. No. j. æquiparari sn̄iam excōicationis suspēsio-
nis, vel interdicti. de quo vide in c. ad hæc qm̄. s̄. eo. vbi plenè
de his, & hæc tria continentur sub censura ecclesiastica, vt j̄.
de ver. signifi. c. quærenti. & quęlibet ex tribus sententijs cen
suræ potest proferri sub conditione nō solum pro cōtumacia,
vel iustitia iudiciali, sed ēt ꝓ interesse, & debito priuato alte-
rius, vt hic in tex. an aūt possint proferri pro futuris culpis, vel
contumacijs non habentibus cām de p̄senti dicas, ꝙ non, vt
hr̄ in c. Romana. §. caueant. de sen. exc. li. 6. & dic, vt ibi. & in
1 c. a nobis. j. j̄. de sent. exc. † Et ex his no. dr̄iam in sententijs cē
surę, quę possunt ferri sub conditione extrinsecæ ab alijs sen-
tentijs censurę, quę sub ꝯditione ferri possunt, vt l. j. §. biduū.
ff. quando appel. sit. & in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re
iudi. & ibi an sententia interlocutoria possit ferri sub condi-
tione. de quo etiam in l. cum iudex. C. de sen. & 2. q. 6. §. diduū.
2 Secundo no. ꝙ sententia alternatiua videtur valere. de quo
vide per gl. ord. in c. latores. j̄. de cleri. exc. vbi Gof. tenet non
valere, tanquàm incertam. l. 3. C. de sen. quæ sine certa quan.
3 & dic, vt ibi no. ¶ † Tertio nota de hac dictione, nisi, q̄ in sen-
tentijs importat conditionem, sicut in vltimis voluntatibus:
in contractibus vero reddit dispositionem puram tamen resol
uendam postea sub conditione in euentum ipsius conditio-
nis, vt in l. 2. & ibi plene no. ff. de in diem adiec. l. centesimis.
§. fi. ff. de ver. oblig. ¶ Conclude ergo, ꝙ si iudex dicat excom-
munico te, nisi solueris creditori. 10. infra mensem, ꝙ interim
ante lapsum mensis non erit excommunicatus. licet glos. di-
xerit contrarium in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio.
4 & obli. & non bene, quia contra casum in terminis hic. ¶ † Vl-
timo tene menti, ꝙ licet sententia excommunicationis, vel a-
lia sententia censuræ, quando fertur purè non suspēdatur per
appellationem subsequētē, vt in c. is cui. de sent. exc. in 6. & in
c. pastoralis. j̄. co. vbi plene de hoc dicetur, tamen secus est quā
do excōicatio fertur sub conditione. tunc em̄ suspendit ꝑ ap-
pellationē subsequente ante euentū ꝯdōnis, vt sic ēt post ꝯdō
nis euentū nō liget, ex quo nondū iniecerat vinculū cū ante
euentū cōditionis sit appellatū, vt hic in tex. qui ita intelligi
dēt fm̄ Inn. hic. col. 5. Quando aūt sn̄ia censuræ iniecit vincu
lū primo, & sic post perfectum grauamē appellatio non suspē
dit, vt in d. c. pastoralis. Si ergo excōicatio est lata sub condi-
tione appellatio ante euentum conditionis suspēdit, qa sit ap
pellatio ante pfectum grauamen, & tpe, quo excōicatio non-

5 dum iniecerat vinculum ſm Bal.hic de quo.j.¶†In glo.prima in fine,dr̃ ſatiſfactũ quocunq; ſatiſfaciat voluntati creditoris, vt in d.l.ſi rẽ.§.ſatiſfactũ.hic allegata. & ſic facit,ꝙ ſi iudex tulit excõicationẽ in debitorẽ, niſi ſatiſfecerit creditori.j. menſem, & ſi creditor prorogat terminũ debitori, ꝙ nõ incidit in excõicationẽ:quia vr̃ ſatiſfeciſſe;licet aliter non ſoluerit. Sed Inno.& Ho.vñr reſidere in opinione ꝯria:quia excõicatio nõ dependet a facultate creditoris , qui licet poſſit prorogare diẽ ſolutionis,non tamen reſpectu excõicationis.ar.l.Labeo.in fi. ff.de ar.& l.item queriẽ.§.qui impleto.ff.locati.& ita trãſit hic Io.An. & ſic requiratur conſenſus iudicis in ꝓrogatione termini.& hæc opinio tenenda eſſet ante factũ, poſt factũ vero ſatis ꝓcedere põt prima opinio ſm Do.Ant. vt hic ꝑ eũ.Sed dicas,ꝙ ẽt ante factũ, & de iure debitor nõ ſit excõicatus ſi creditor ꝓrogauit ſibi terminũ,qa ĩ ſñia iudicis lata in fauorẽ creditoris ſubintelligi dẽt conditio , niſi creditor velit maius tẽpus dare.c.queadmodũ,s̃.de iureiu.& non ob.d.l.Labeo,& dictus.§.qui impleto.quia ibi ꝓrogatio partiũ erat cum præiudicio tertij. iõ non nocet fideiuſſori,niſi conſentiat. Sed hic nullum ꝑiudicium fit iudici.& ita tenet hic Imo.& Panor.& hoc ſequiẽ Bar. & Imo.in l.j.§.poſt operis.ff. de oper.no. nun. Nã per prorogationem factam per creditorem j̃.terminum euitatur pęna pecuniaria.tex.eſt & gl.notabilis in l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo. ff.de ver.oblig. & ibi per Bar.ſecus ſi poſt penam,vel excõicationem iam incurſam fieret prorogatio,vt ibi notatur. Hinc eſt ꝙ iurõ præſtito parti dirigitur principaliter obligatio in Deum.s̃.de iureiur.c.debitores. tamen pars põr illud iurm remittere.tex.eſt no.in c.2.de ſpon. & matri.& in c.j.s̃.de iureiuran. Ratio eſt,quia Deus intelligitur recipere obligationem in fauorẽ partis, cui iuratur. vnde parte remittẽte Deus ſimiliter remittit:ita ergo iudex excõicauit in fauorem creditoris , ſi vult creditor terminum prorogare. ſimiliter ipſe iudex velle cenſetur, cum nihil aliud debeat quærere iudex,niſi conſequi concordiã partium, vt in d.§. & poſt operis.& in c.j.s̃.de mutu.pet.ff.de re iudic.l.ſi conuenerit, & facit tex.in c.j.j̃.de loca.& conducto. vbi vr̃ probari,ꝙ excõicatio lata in fauorem partis ceſſat accedente cõſenſu illius partis. ſi tamẽ debitor ipſe nõ ſolueret in termino prorogato,habet locum excõicatio ipſo facto.ita vr̃ reſidere hic Inno.in fine.& Bald.licet arguat pro & ꝯ vbi hic per eum in fi. Et ſubdit hic Inn.ꝙ ſi creditor in termino reputauit ſibi ſatiſfactũ, tunc non eſt excommunicatus cum ſatiſfacere ſit quemadmodum

6 voluerit creditor,vt d.§. ſatiſfactum.¶ †Sed pone, ꝙ debitor excommunicatus fuit abſolutus hoc addito,ꝙ ſi non ſoluerit infra menſem reincidat in excõicationẽ.debitor non ſoluit, an ſit excõicatus.vr̃ , ꝙ ſic per tex.in l.tale pactũ.§. qui prouo cauit.ff.de pac.Sed Bald.ibi in repe.tenet contrarium.col.12. quia excõicatio non poteſt naſci ex contractu , ſed ex ſñia . & iſtud pactũ non eſt ſñia.arg.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus.ver.ſed ſi pactum eſt,ſm Bal.Si tamen tale pactum,& talis conditio apponeretur in ſñia abſolutionis per ipſum iudicem, tunc abſq; dubio reincideret in excõicationem,vt in c.ſignificauit. & in c.ad reprimendam.s̃.de offi.ord.¶In gl.2. ibi,nondum tenet. dic, ꝙ imo interim tenet licet conditionaliter. facit inſtit. de ver.oblig.§.ex conditionali.quia ſi a principio non teneret nõ

7 poſſet poſtea conualidari,vt in regula,nõ firmatur.in 6.¶† In eadem gl.ibi,l.potior.põt dici ſm Panor. ꝙ ad hoc, vt conditio trahatur retro requiritur extremum,ad quod habile.l.bonorum.ff.rem ra.ha.& l.neceſſario.§.ꝙ ſi pẽdente.ff. de peric. & cõmo.rei.ven.ſed in iſto caſu ſñia excõicationis non reperitur habilis,quia tp̃e exiſtentis ꝯdõnis ſñia nõ potuiſſet ligare, cum primo iam ſit ſuſpenſa per appellationem.s̃.de iureiu.c. venientes.facit in ſimili,c.quãuis.de reſcri. in 6.ſecus eſt in d. l.potior,quia ibi illa ſecunda obligatio nõ potuit ſuſpendere primã.ar.l.ſicut.C.de act. & obli.& in d. §. ex conditionali. & ſubdit hic Bal.ꝙ in ſñia cenſurę cõditio trahitur retro ſm qd, & non ſimpl'r:& iõ nõ naſciẽ obligatio iterũ.ff. de ædil.edi.l. bouẽ.§.ſub conditione.¶Itẽ dicit Bal. ꝙ conditio nunq̃ trahitur retro,qñ aliquid reſultaret ꝯ iuris diſpõnẽ, vt in l.talis ſcriptura,& ibi ꝑ gl.ff.de leg.j.vide ẽt ꝑ gl.& Doc.in c.ſi ꝓ te.de reſcr.in 6.an in bñficialibus, & ſpiritualibus ꝯditio trahaẽ retro. Sit ergo concluſio ꝙ in ſententijs cenſuræ cõditio non trahatur retro,qñ interuenit appellatio ante euentum conditionis.

8 ¶†In ea. gl.ibi appellandũ eſt ante diẽ conditionis. vult gl. & tene mẽti,ꝙ in ſententijs cenſurę cõditionalibus poſſit appellari qñcunq; ẽt poſt 10.dies.dũmodo ante euentũ cõditionis. poſtea vero non liceret,& appellatio nõ ſuſpẽderet. licet quo ad effectũ deuoluendi cãm ad ſuperiorem nõ poſſit in his ſententijs cenſuræ appellari qñcunq; poſt 10.dies,vt voluit gl.ordina.in c.ad reprimendã.s̃.de offi.ord.& fuit dictum ſupra ca.

9 proximo.¶†Sed in alijs ſententijs cõditionalibus, vult gl. hic quod debeat appellari. j̃. 10. dies a die ſñiæ cõputandos,vt in d.§.biduũ.& ita tenent hic Inn.Hoſt.& Ioan.And.& Arch. in d.§.biduũ.& ita cõiter Doc. ſequuntur. Ratio dr̃iæ ſit,quia in ſñia excõicationis conditio non trahitur retro ad diem ſñiæ: alias ſequeretur , ꝙ ĩterim foret excõicatus ſi poſtea eueniret conditio: cum ergo excõicatio incipiat ligare a die extãtis cõditionis poteſt appellare vſq; ad illud tempus, vt ſic ſuſpendatur ipſa excõicatio cum reperiatur appellationem procedere anteq̃ ipſa excõicatio liget, ſed in alijs ſententijs conditio trahitur retro:ideo a die ſñiæ dẽt appellari. hinc eſt, ꝙ in alijs ſententijs poteſt appellari ẽt poſt euentum conditionis, dummodo ſit intra 10.dies a die ſententię, ẽt quo ad effectum deuoluendi cauſam ad ſuperiorem. ſed in ſententijs cenſurę nõ poſſet appellari poſt euentum conditionis etiam.j. 10. dies a die ſñiæ,quo ad hunc effectum ſuſpendendi , quia appellatio poſt excõicationem non ſuſpenditur,vt in d. c. paſtoralis, & volũt Io.An.& Do. Ant. ꝙ appellatio infra 10. dies a die conditionis non deuoluit ad ſuperiorem, ex quo ſit poſt 10. dies a die ſñiæ.Sed in hoc dicas ꝯrium, ꝙ appellatio operetur vtrunque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum,vt eſt tex.hic indiſtinctè loquens,& ita tenet Inn.hic in ſi.licet Panor.hic col.4.dicat,ꝙ in oĩ caſu in ſñia cẽſuræ ẽt purè poſſit appellare poſt 10. dies,quo ad effectum deuolutiuum.Sed certe hoc nõ eſt verũ, ſm gl.in d.c.ad reprimendam. Et aduerte , quia pro opinione huius gl.hic adducit Io.An.hunc tex. dum dixit, ꝙ medio tẽpore appellauit, & ſic in iſto tp̃e 20. dierũ. infertur ergo quod potuit appellare poſt 10. dies a die ſñię,dummodo qñcunque medio tẽpore appellet ante euentum conditionis. & iſta opi. eſt cõis ſm Panor.dicit tamẽ,ꝙ diſputando alia opinio in pũcto iuris vr̃ verior , ꝙ ſit neceſſario appellandum in ſententijs cenſuræ latis ſub conditione,ſicut in alijs ſententijs. & ſic dẽt appellari.j̃.10. dies a die ſñię, & non ſit in eis differentia. Nã aut ſñia lata ſub conditione interim grauat,aut non. Si grauat dẽt appellari neceſſario.j̃. 10.dies a die grauaminis.s̃.ti.proxi. c.ꝙ ad conſultationẽ.& in c.concertationi.eo.tit. lib.6.Si nõ grauat ante euentum conditionis,ergo nõ põt appellari ante, quia ante illatũ grauamẽ nõ p̃t appellari,j̃.c.vt debitus.cuius ꝯrium vult tex.hic quia grauat. & ideo dẽt appellari ante euentum ꝯditionis,& ꝙ ſñia lata ſub conditione grauet,tenet Inn. in d.c.quod ad conſultationẽ. in verbo,decendiũ. Nã per ſententiam conditionalẽ deciſum eſt negotium, & iudex functus eſt officio ſuo,nec plus põt grauare,q̃ nouerit.& iõ ꝯcludit Panor. ꝙ in puncto iuris in omni ſententia ẽt cenſuræ lata ſub conditione ſit neceſſario appellandũ.j̃. 10.dies a die ſñiæ.Nec ob.dictus.§.biduũ.vbi dr̃ hoc eſſe vtile , quaſi nõ neceſſariũ, qa imo ſi nõ eſſet neceſſariũ,niſi poſt euentũ cõditionis nõ foret vtile appellare ante,imo ſupfluũ.ſed qa eſt neceſſe ap.ante, ideo dicit,ꝙ eſt vtile ſm eũ.Sed certe iſtę ꝯcluſiones cõcludũt in alijs ſẽtẽtijs nõ ſic in ſñia cenſuræ. & pro rõne dr̃iæ, dic vt s̃.ꝑ Io.An. qa cõditio nõ trahiẽ retro in ſñia cẽſuræ & appellaẽ a ſñia cenſuræ cõditionali ante euentũ cõditionis, quaſi a quodã grauamine futuro cõminato hñte cãm ſucceſſiuã, vſq; ad euẽtũ ꝯdõnis.iõ ſp dẽt eſſe.j̃. 10.dies.& iõ ab iſto grauamine ante euentũ cõditionis poſſum qñcunq; appellare cũ hẽat cãm ſucceſſiuã. & licet iſta rõ cõcludat idẽ eſſe dicẽdũ in alijs ſententijs conditionalibus.tñ non ſic, quia illæ nõ dicuntur habere cauſam ſucceſſiuam, ſed momentaneam. quia trahitur conditio retro ad tp̃s, & momentum ſñiæ. nõ ſic in ſẽtẽtijs cenſuræ,quæ non trahuntur retro,niſi ad tempus exiſtentis conditionis. iõ interim ante conditionis euentum grauamen illatum dr̃ habere cauſam ſucceſſiuam,vt s̃.& bene conſidera hanc rõnem,quia ſubtilis,& tollit arg.Panor.de quibus hic per eum. Hoc aũt ꝙ dicatur excõicationem conditionalẽ habere cãm ſucceſſiuam grauaminis tenet hic Inn. in princ. dicens,ꝙ ſi Eps excõicauit aliquem,niſi vſque ad menſem ſatiſfecerit,vnũ tm̃ eſt mãdatũ.& iõ qñcũq; appellat vſq; ad mẽſem. & releuaẽ, quo ad excõicationẽ,& quo ad ſolutionẽ: qa ſuſpẽditur vterq; effectus ꝑ appellationẽ. & idẽ dicit hic Inn. circa mediũ. ibi,nobis vr̃ &c. dicẽs hoc expreſsè probari hic in tex.ſed in alijs ſententijs eſt ſecus , quia a die ſñiæ conditionalis eſt appellandum,prout etiam tenet Inn. in d.c.ꝙ ad conſultationem.s̃.tit.proxi.in verbo,decendium.& rõ dr̃iæ eſt,qa excõicatio trahitur retro ad diem cõditionis:& ante nõ ligat, nec tenet,qa ſi traherẽ retro,ergo interim eſſet excõicatus,& dẽret vitari, & appellatio non ſuſpenderet, vt in d. c. paſtoralis.ſed cum appellatio ſuſpendit ante diem, vel conditionem, vt hic ſequitur,ꝙ hic ſit tex. probans , ꝙ in ſententijs cenſuræ conditionalibus conditio non trahitur retro,quia tunc appellatio nõ ſuſpenderet ſi retro traheret conditio.cuius ꝯrium dr̃ hic ꝙ appellatio nõ ſuſpendit,licet gl.63. diſ. Salonitanę. non fuerit auia decidere,an conditio retro traheretur in ſententijs cenſurę conditionalibus.& iõ permittitur,quandoq; appellatio ante diem,vel conditionem, quia grauamen haberet cãm ſucceſ-

succesſiuam,quo caſu ſemper dr̃ eſſe ĩ.x.dies. & idē tenet Spe.
co.ti.ver.quid ſi dies.& ver.& no.& Bal.in l.& ſi clericus.C.de
epiſ.au.& ē dictũ ĩ c.ſup eo.ſ.eo.el 2. circa prin.¶In ea.gl.ĩ fi.
10 ¶†No.hãc gl. cũ qua tenet hic Hoſt.& In.ſed Arch.in c.2. de
conſti.in 6.tenuit ↄ̃riũ.arg.illius tex. de qua qõne plene p illũ.
& p Io.An.in reg.cũ ſunt.in 6.vbi ↄcordãdo opin.dicit,ꝙ opi.
Arch. procedit ſi ceſſat cã excõicationis, puta iudex excõica-
uit Titium, ſi nõ faceret reſidẽtiã in beneficio, vel ſe promo-
ueri fecerit ad ordines ĩ.mẽſem.& Titius trãſlatus eſt ad aliud
beneficiũ dimiſſo primo, vel ↄ̃xit mr̃imoniũ. ſecus ſi durat cã
excõicationis.& ita procedit gl.hic,cũ ipſe iudex potuerit ſta-
tuere in futurũ,vt in c.a nobis.hic allegato.& ita tranſit hic Pa
nor.& in c.pe.ſ.de fo.ↄp.col.pe.Sed D.Anto.hic intelligit di-
ſtõnẽ Io.An. qñ nõ ceſſat cã, & habuit originẽ in primo foro.
puta ſi fuit excõicatus ſi nõ ſatisfaceret ſuo creditori.tunc.n.li
cet mutet forũ, tñ ↄtumacia cenſeť ↄmiſſa in primo foro.vbi
ſoluere tenebať,aliàs dato ꝙ cã excõicationis nõ ceſſaret.tñ ſi
nõ habuit originẽ in primo foro. puta ſi excõicauit Titium ſi
furtũ fecerit,ſi Titius mutat domiciliũ,& ibi fureť, non erit ex
cõicatus. Sed Io.An.in d.reg. cũ ſunt.vr̃ velle,ꝙ excõicatus ſi
furtũ fecerit,incurrat excõicationẽ.licet mutauerit poſtea do
miciliũ.& ibi ↄmittat furtum,ex quo fuit p̃uentus,vt d.c.pen.
Nec ob.dictũ c.2.§.j. quia loquiť in ſnĩa p viã ſtatuti.& ſtatutũ
nõ operať extra territoriũ,vt ibi. ſecus in ſnĩa lata ↄ̃ certam p-
ſonã,quæ potuit primo ligari, ex quo fuit p̃uẽta. vñ ligat ẽt ex
tra territoriũ. & hanc partẽ dicit hic Imo. eſſe veriorẽ de iure.
& ita Bal.hic,qa quo ad iuriſdõnẽ inſpiciť principiũ iudicij,vt
l.cum quædã puella.ff.de iur.om.iudi. & no.in l.nemo põt.ff.
de le.j.tene ergo indiſtincte gl.hic. ¶Sed q̃riť primò quid ſi pẽ
11 dente ↄditione†iudex eſt mortuus, aut remotus ab officio,an
ↄualeſcat condõ,videreť,ꝙ nõ.arg.l.quoties.in fi.ff. de noua.
vbi ſtatu mutato condõ exiſtens nihil operať. & ita reſidet Ar-
chi.in d.c.2.& Io.An.in c.j.ne ſede vac.in 6.dicens,ꝙ ſi ep̃s ex-
cõicatus ſub dictũ ſi aliqd alienauerit de bonis eccľię, & mor-
tuo ep̃o alienat, nõ ligať, neq; incurrit excõicationẽ, ex quo
viuente ep̃o,cõdõ non euenit. facit gl.magna in fi.in d.c.a no
bis.p quã glo.Panor.ibi tenet, ꝙ ſi ſnĩa excõicationis,vel alia
nõ iniecit vinculũ tpe ſnĩæ, ꝙ tolliť p mortẽ iudicis ꝓferẽtis.
idẽ tenet Panor.in c.fi.ſ.de off.le.col.pe.nã ſi excõicatio ligat
a die extantis ↄdõnis, & non ante, & tpe condõnis repiť iudex
mortuus,aut remotus.ergo ceſſat eius ſnĩa, ſm eum ibi.& hãc
partem tenet ibi D.An.in fi.¶Sed aduerte,qa gl.or.in d. c. Sa-
loni.tenet directe ↄ̃rium dicens, ꝙ poſt mortem excõicatoris
ſnĩa condõnalis non expirat.& ita ſequiť hic Bal.qa p mortem
iudicis acta, & ſnĩa nõ expirãt. & ſil̃r p amotionem ſm Inn.in
c.intimaſti.ĩ.eo.facit l.mortuo.ff.de iudi.& de minori.l.in in-
tegrum.Nõ ob.d.l.quoties. qa ibi eſt ſpãle fauore fiſci,ſm Bal.
hic dicentẽ,ꝙ ille caſus non eſt alibi. ¶Sed aduerte,qa in alijs
ſnĩjs verum vr̃,ꝙ dicit Bal.qa condõ retrotrahiť vt ſ.ſed in ſen
tentijs cenſuræ,in qbus condõ non retrotrahiť,& ſnĩa ante nõ
ligat niſi a die extãtis ↄdõnis. & illo die iudex repiť mortuus,
vel remotus ab officio, ſatis vr̃, ꝙ expirat illa condõnalis ſnĩa.
qñ vero iã inieciſſet vinculum abſq; dubio durat poſt mortem
excõicantis.tex.eſt in c.j.de maior.& obe. in 6.ẽt ſi foret lata p
delegatũ,q licet ſit mortuus,aut eius iuriſdõ finita: tñ eius ex-
cõicatio ppetua eſt,& durat.tex.eſt no. in c.paſtoralis.§.j.ſ.de
12 off.ord.& ibi vide.¶Scdò quæriť,aliqs†fuit excõicatus ſub cõ
